R
h:18.

~~3847~~

Comprato 3 Giugno 1766. dal Sig Deremanis

Digitized by Google

Digitized by Google

R
h:18.

~~3847~~

Comprato 3 Giugno 1766. dal sig. Deremonis

Digitized by Google

Digitized by Google

BULLARIUM
ORDINIS
FF. PRÆDICATORUM,

SUB AUSPICIIS

SS. D. N. D.

CLEMENTIS XII P. M.,

OPERA

REVERENDISSIMI PATRIS

F. THOMÆ RIPOLL

MAGISTRI GENERALIS

EDITUM,

Et ad autographam fidem recognitum, variis Appendicibus, Notis, Diſſertationibus, ac Tractatu de Conſenſu Bullarum, illuſtratum,

A P. F. ANTONINO BREMOND, S. T. M.

PROVINCIÆ TOLOSANÆ ORDINIS MEMORATI ALUMNO, THEOLOGO COLLEGII CASANATENSIS.

TOMUS SEPTIMUS

Supplementa complectens ab Anno 1210 ad 1739.



ROMÆ, MDCCXXXIX.

Ex Typographia Hieronymi Mainardi.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO
D. N. D.
CLEMENTI XII
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO,

FR. THOMAS RIPOLL,
Totius Ordinis FF. Prædicatorum
GENERALIS MAGISTER.

QUOD ſæpius ad Pontificiæ Majeſtatis Thronum, ſupplex hæc priſcæ vetuſtatis eximia Monumenta dicaturus, accedam, Beatissime Pater, *non eſt cur uberius, fuſiuſque dicam; res ipſa loquitur.*

Digitized by Google

Quod offero munus a Deceſſoribus SANCTITATIS TUÆ *Familiæ Noſtræ conceſſum fuit: Tuum igitur ſit, oportet. Nec ego, quantumvis tenuitatis meæ probe conſcius, alium præter Te*, BEATISSIME PATER, *Mecænatem ambire poſſem. Qui me, ſumma qua præſtat benignitate, toties excepit effuſo ſinu, is unus, cum vita comes fuerit, meus erit.*

Idem prorſus ambiunt SANCTITATIS TUÆ *Deceſſores illi præclariſſimi, quorum hoc in Opere præſtantiſſima recenſentur Diplomata. Scilicet non modo decens, ſed ipſis etiam pergratiſſimum, mihique magis, ac magis in dies perjucundum, quod veneranda, quæ fuderunt, Oracula, dum panduntur, ſplendore Tui nominis illuſtrentur, novæque claritatis acceſſionem læta recipiant.*

Id jampridem erat in votis, SANCTISSIME PATER; *id anxius peroptabam, ut omnes ad unum* TUÆ BEATITUDINIS *Deceſſores illi, qui Familiam noſtram Prædicatorum vel ampliſſimis Privilegiis, vel graviſſimis laudibus, vel id genus ceteris ornare dignati ſunt, ſeſe Tibi ſiſterent, Tuumque ſubirent conſpectum, quibus gentem noſtram locupletarunt, eadem ſplendidiſſima Monumenta Auguſtiſſimo Nomini Tuo nuncupaturi. Quod ſane felicitatis*

cum

cum plures ex ipſis habuerint, jus & æquum poſtulat, idem ceteris concedatur. Etenim cunctis ipſis par ratio. Gaudent omnes, ſibique plaudunt, quod, Te ſoſpite, reviviſcant. In Te, Beatissime Pater, *vident quæ de ipſis narrat Hiſtoria. Quibus præditi ſunt, in Te dotes egregias admirantur.*

Quam ampla dicendi materies hic ob oculos obverſatur! Verum enim vero, ſi, quibus claruerunt, virtutes ampliſſimas recenſere velim, ſi ſapientiam ſingularem, ſummam prudentiam, in agendis dexteritatem, benignitatem incredibilem, animi præſtantiam, conſilii dignitatem, & id genus cetera, quibus Tuæ Beatitudinis *Deceſſores præſtabant, proſequar: ſi dicam, quod Innocentius Tertius, magnanimus ille Fidei Defenſor intrepidus, doctrina, moribuſque fuit inſignis: ſi referam Honorii Tertii præclara facinora, quibus Optimi Pontificis partes omnes explevit: ſi Gregorii Noni geſta, laude ſempiterna, & immortali gloria digna, narrem: ſi proferam quæ ſummus ille ſplendor, ac Parens Canonici Juris, uti vulgo vocatur, Innocentius Quartus, Eccleſiæ cauſa, geſſerit: ſi laudibus celebrem ſpectatiſſimæ virtutis Alexandrum Quartum: ſi meminerim integerrimæ vitæ Summi*

Pon-

Pontificis Urbani Quarti: ſi Clementis Quarti, Gregorii Decimi, Innocentii Quinti, Familiæ Prædicatorum alumni, ceterorumque Deceſſorum TUÆ SANCTITATIS, *laudes ſigillatim exponere velim, quæ Tua ſunt deſcribam, & per hæc poſteris velut e ſpecula lumen quod ſequantur oſtendam. Tantus eſt ſplendor in laude vera: ſed ille longe major,* SANCTISSIME PATER, *in toto vitæ Tuæ decurſu, qui vigebit memoria ſeculorum, quem poſteritas alet, quem æternitas intuebitur. Auctor omnis ſalutis Deus Optimus Maximus* SANCTITATEM TUAM *Eccleſiæ ſuæ, literis, & Orbi, diu ſoſpitem, & incolumem ſervet.*

AP-

APPROBATIO.

Abſolutæ pridem largiſſimæ utique meſſi accedit grande idemque duplex Spicilegium, quo in Agro Dominicano Apoſtolica beneficentia irrorato & exculto, eo diligentiſſime colligente & exornante uberem manipulorum copiam, qui primum laborioſe admodum meſſuerat Vir eximius, Diplomatica Ordinis Seges in publicam utilitatem prodire pergit præſenti hacce Collectione; cujus ea eſt Inſcriptio: *Bullarium Ordinis FF. Prædicatorum ſub auſpiciis SS. D. N. D. Clementis XII P. M. Opera Reverendiſſimi P. F. Thomæ Ripoll Magiſtri Generalis editum, Et ad autographam fidem recognitum, variis Appendicibus, Notis, Diſſertationibus, ac Tractatu de Conſenſu Bullarum, illuſtratum a P. F. Antonino Bremond, S. Theologiæ Magiſtro, Provinciæ Toloſanæ Ordinis memorati alumno, Theologo Collegii Caſanatenſis. Tomus Septimus Supplementa complectens ab anno* 1210 *ad* 1739: Accurate pro virili mea, præcipiente laudato Ordinis Magiſtro, Collectionem ipſam quaqua verſus luſtravi: nihilque quod Catholicæ Eccleſiæ Dogmatibus, moribuſve eſſe poſſit incommodo, multa vero, ſummo certe ſtudio a tanto Auctore addita, deprehendi; quæ pro Opere, Diplomatibus Apoſtolicis alias luce longe digniſſimo, novo titulo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ex iiſdem quoque amplificandæ, lucem ipſam plane expoſtulare mihi videantur. Ita Sentio &c. In Conventu ad S. Mariam ſupra Minervam die 10 Decembris 1738.

Fr. Johannes Dominicus de Agnanis, Ordinis Prædicatorum, S. T. M. Bibliothecæ Caſanatenſi Præfectus, ac Sacræ Congr. Indicis Conſultor.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Ph. Spada Epiſcopus Piſauren. Vicesgerens.

AP.

Digitized by Google

APPROBATIO.

BUllarium inclyti Prædicatorum Ordinis, demandante Reverendiſſimo Patre Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, debita Summorum Pontificum Oraculis cum veneratione legi, doctaſque Notas, & luculentas Diſſertationes, quibus illud accurate illuſtravit, atque auxit Admodum Reverendus P. F. Antoninus Bremond ejuſdem Ordinis, Sac. Theologiæ Magiſter, non ſine ingenti animi mei voluptate percurri. In his enim, non modo ſolida eruditio, verum etiam eximia pietas Auctoris mirifice elucet, adeo ut nihil quod ab orthodoxæ Fidei Dogmatibus, aut caſtæ Ethices regulis vel minimum diſcrepet, in ipſis deprehendere potuerim. Quamobrem Egregium hoc Opus, atque omni ex parte, mea quidem ſententia, abſolutum Typis mandari poſſe cenſeo.

Tibure Quinto Decimo Kalendas Auguſti 1729.

F. Placidus Indignus Caſæ-Marii Abbas
Epiſcopus Tiburtinus.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum
Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

BUL-

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM AD BULLARIUM ORDINIS FF. PRÆDICATORUM.

INNOCENTIUS III.

Ab Anno MCXCVIII, die VIII Januarii, ad XVI Julii MCCXVI. Vide *Tom. I* hujuſce *Bullarii pag.* 1.

Commendatio (1) *Ordinis Prædicatorum, & illius* (2), *qui dictum Ordinem aſſumpſit.* Anno 1210 Die 28 Junii.

Ex Archivo (3) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio nobili viro Simoni de Monteforti, Comiti Leceſtriç, Vicecomiti Biterrenſi, & Careaſſonenſi, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. II.

HAbuiſſe bajulos Dominici verbi fidem ad ſinapſis evangeliçç quantitatem felix tuç tranſlatio promotionis oſtendit, dum nominationis tuç non ſolum, ſed & denominationis vocabula bonis interpretatus operibus, in auditu auris obediſti ſecundum nomen tuum in locum peregrinationis exire, ae ſicut mons infirmas partes Eccleſiç muniturus, ad verbum Prędicatorum fidelium es tranſlatus, ut tuç denominationis deludendo vocabulis in Bello Domini fortis eſſes, pugnandoque eum miniſtris antiqui Serpentis, atrum hçreticorum atrium, a forti dudum cuſtoditum armato, fortior ſuperveniens de ipſius erneres poteſtate, & non ſolum ejus ſpolia diſtribueres, verum etiam arma, in quibus confidebat, auferres. Hujus itaque conſiderationis obtentu, cum in manibus tuis, quem zelus Domini contra Fidei ſubverſores armavit, idem Dominus Civitatem tradiderit Albienſem, Nos ſuper hoc in Domino gratulantes, Civitatem ipſam cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut tibi eſt ad Divinç Majeſtatis honorem pro tutela pacis, & Fidei defenſione conceſſa, tibi, & hçredibus tuis in Fide Catholica, & devotione Sedis Apoſtolicç permanentibus, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & prçſentis ſcripti patrocinio communimus, principalium Dominorum, & aliorum etiam, ſi quibus forte competit, ſalvo jure; exceptis prorſus hçreticis, fautoribus, credentibus, defenſoribus, & receptatoribus eorundem, in quos etiam ſecundum ſacrç Legis cenſuram, auctoritatis eſt aculeus dirigendus, cum facientes, & conſentientes pari pçna Canonica provisio perſequatur. Ad indicium autem quod terram ipſam in devotione Apoſtolicç Sedis, & ſancta religione conſervare diſponas, tres denarios ſtatuiſti per ſingulas domos ejus annualiter Eccleſiç Romanç ſolvendos, & illorum pravam conſuetudinem, qui ſecundum partium finitimarum abuſum Decimas, & primitias Eccleſiaſticas hçreditario jure, immo injuria, ſibi vendicant, abolere, ipſas juxta legitimas ſanctiones ab Eccleſia revocando. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrç confirmationis &c. Datum Laterani IV Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

1. *Commendatio.*) Hujuſce Diplomatis argumentum hic exhibitum eodem prorſus modo legitur in Codice Vaticano. Et ex hoc evincitur, *Simonem* Comitem *Montis-fortis* nomen dediſſe *Tertio Ordini Fratrum Prædicatorum*, qui per id temporis vocabatur *Ordo Militiæ Ieſu Chriſti*. Vide *Notam III.*

2. *Illius.*) *Simonis* ſcilicet Comitis *Montis-fortis*, de quo dictum fuit *Tom. I Bullarii pag.* 2 *Not. XI.*

3. *Archivo.*) In quo exemplar ex Tabulario Vaticano *Lib. XIII Innoc. III Ep. LXXXVI.* Legitur apud *Baluzium Tomo II Epiſtol. Innoc. III Lib. XIII Ep. LXXXVI.* In autographo *Archivi Apoſtolici*, quod *Secretum* vocant, legitur *Libro, ſeu anno, XIII Innocentii III folio XXIV Codicis V, Epiſtola LXXXIII.* Hujus autographi exemplum ex eodem Archivo Apoſtolico olim tranſcriptum legitur *Libro A.*, in Archivo Ordinis aſſervato, *pag.* 131: ubi hæc habentur: *Nobili viro Simoni, Montis-fortis Comiti: Commendatio Ordinis Prædicatorum &c. Habuiſſe bajulos Domini &c.* eodem prorſus modo, quo mox ex eodem *Archivo Apoſtolico* deſcribetur.

Ab annis circiter XII, cum vir Clariſſimus, *Reverendiſſimus Pater Nicolaus Ridolfi*, S. Congregationis Indicis Secretarius, quæ deerant, Diplomata conſcribenda curaret, ipſi per id temporis exhibita fuit ſeries quorundam Diplomatum in quadam ſcheda, in qua ſic lego: *Nella lettera 86 del Libro XIII d'Innocentio III nel Codice Vaticano non ſi legge l'argomento addotto dal Baluzio, ma un'altro in ſuo luogo, ch'è il ſeguente: Commendatio Ordinis Prædicatorum, & illius, qui dictum Ordinem aſſumpſit. Dal Teſto di detta lettera ſi ricava, benche oſcuramente, che Simone di Monteforte Conte di Leceſtria aveſſe abbracciato l'Ordine de Predicatori. Si vegga anche la lettera 122 lib. 12, e la ſeguente, come diverſe altre citate alla margine di queſte.* Id eſt: *In Epiſtola LXXXVI Libri XIII Innocentii III Codex Tabularii Vaticani non exhibet argumentum, quod apud Baluzium legitur, ſed ſequens, videlicet: Commendatio Ordinis Prædicatorum, & illius qui dictum Ordinem aſſumpſit. Ex ipſiſmet Epiſtola verbis, obſcuris licet,* (allegoriis enim referta eſt Epiſtola) *conſtat, Simonem Montfortium, Leceſtriæ Comitem, Ordini Prædicatorum nomen dediſſe. Conſulenda Epiſtola CXXII Libri XII, ac ſequens, aliæque complures, quæ in illarum margine laudantur.* Hæc in illa ſcheda, quæ in Archivo Ordinis aſſervatur.

Quid potiſſimum in re tanti momenti tenendum eſſet, ſci-

re peroptans, operæ pretium fore duxi, ſi præſens *Innocentii III* Epiſtola, eodem prorſus modo, talis deſcriberetur qualis in ipſomet autographo ſecretioris Archivi Apoſtolici legitur. Voti compos factus exhibeo ſequens Inſtrumentum, auctoritate publica firmatum, & in Archivo Ordinis repoſitum. Hujus tenoris eſt:

Sumptum Bullæ fa: mem: Innocentii PP. III ex Regeſtro Authographo literarum Apoſtolicarum ejuſdem Pontificatus An. XIII depromptum. In ſecretiori Vaticano Tabulario aſſervato lib. 5 fol. 24 num. 83 tenoris ſequentis, videlicet.

Pulchra commendatio Ordinis Prædicatorum, & illius qui dictum Ordinem aſſumpſit.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio nobili viro S. .. de Monteforti Comiti Leiceſtrie Vicecomiti Biterren & Carcaſſonen Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Habuiſſe Bajulos Dominici verbi fidem ad ſinapis Evangelice quantitatem felix tue translatio promotionis oſtendit dum nominationis tue non ſolum ſed & denominationis vocabula bonis interpretatus operibus in auditu auris obediſti ſecundum nomen tuum in locum peregrinationis exire ac ſicut Mons infirmas partes Eccleſie muniturus ad verbum Predicatorum Fidelium es translatus &c. in eodem modo ut in *illa litera*, quæ ſcripta eſt in ultimo Quaterno Regeſtri Duodecimi Anni uſque cum in manibus tuis, quem zelus Domini contra Fidei ſubverſores armavit idem Dominus Civitatem tradiderit Albien Nos ſuper hoc in Domino gratulantes Civitatem ipſam cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut tibi eſt ad Divine Majeſtatis honorem pro tutela Pacis & Fidei defenſione conceſſa tibi & heredibus tuis in Fide Catholica & devotione Sedis Apoſtolice permanentibus auctoritate Apoſtolica confirmamus &c. ut in eadem per totum uſque ad indicium autem quod Terram ipſam in devotione Apoſtolice Sedis &c. uſque in finem Datum Laterani Quarto Kalendas Julii Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

Prædictum ſumptum extractum ex originali Regeſtro aſſervato in Archivio ſecreto Vaticano cum eo collationatum concordat, ideoque hic me ſubſcripſi, meumque ſigillum appoſui hac die 13 Septembris 1735.

Loco † Sigilli.

Petrus Doninus de Prætis ejuſdem Archivii cuſtodiæ Præfectus.

Hic notes velim, quod nihil omnino, nec in ipſa orthographia, mutatum volui. Utinam & ipſammet literarum formam in æs inciſam exhibere licuiſſet, ut eruditus lector, ex ipſo charactere, quo argumentum & Epiſtola deſcribuntur in illo autographo Archivi Apoſtolici, manum, quæ certe eſt Scribæ Seculi XIII, cognoviſſet; ſed paucis admodum patere poteſt aditus in illud ſecretius Archivum Apoſtolicum.

HONORIUS III.

Ab Anno MCCXVI, die XVIII Julii, ad XVIII Martii MCCXXVII. Vide *Tom. I* hujus *Bullarii pag. 2.*

Anno 1220 Die 26 Februarii.

XXXV.

Pariſienſes laudat quod benigne exceperint (1) Fratres Prędicatores.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus Conventus S. Marię de Vineis extra Portam Pariſien. conſtitutis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

GRatum gerimus, quod dilectos filios Fratres Ordinis Prędicatorum in ſacra pagina ſtudentes apud Pariſios in viſceribus caritatis veſtrę, pietatis officiis laudabiliter confoveatis &c. Datum...... IV Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Exceperint.*) Conſulendus *Echard Tom. I. Scriptorum Ordinis in Notis ad Vitam S. P. Dominici pag. 17.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Echard* mox laudatum.

Anno 1220 Die 25 Julii.

XXXVI.

Ordinem (1) Militię Jeſu Chriſti confirmandum decernit.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri R.. (3), Portuen. Epiſcopo, Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRęſentatę Nobis Fraternitatis tuę Literę continebant, quod P. .. Savarici (4) Miles, Lator pręſentium, cum quibuſdam Sociis ſuis, ad pręſentiam tuam accedens, humiliter ſupplicavit, ut ſignaculum Crucis quod defert (5), ſibi, & ejus Sociis, nomine pęnitentię (6) in remiſſionem ſuorum imponeres peccatorum, ſpecialiter ad expugnandum hęreticos, & defendendam Eccleſiaſticam libertatem (7), in Narbonen., & Auxitan. Provinciis, & Regionibus convicinis, juxta beneplacitum, & nutum Sanctę Romanę Eccleſię ſecundum obſervantiam Ordinis Fratrum Militię Templi (8) in omnibus (9), habitu duntaxat excepto (10), toto tempore vitę ſuę: Tu vero, ipſius & dilecti filii Nobilis Viri Amalrici (11) Comitis Toloſani, qui jam quoſdam redditus (12) ſibi dedit, & adhuc plures alios ſe daturum promiſit, ac Baronum ſuorum precibus inclinatus, cum de Venerabilium Fratrum noſtrorum.... Auxitan. Archiepiſcopi, ac.... Toloſan..... Agathen., ac quorundam aliorum Epi-

Epiſcoporum conſilio, ad noſtram duxiſti propter hoc ſpecialiter pręſentiam deſtinandum, rogans humiliter, & devote, ut deferendi Crucem jam dictam, & obſervandi ordinem antedictum, prout ſuperius eſt expreſſum, ſibi, & ejus Sociis licentiam concedere dignaremur. Nos igitur de diſcretione tua plenam fiduciam obtinentes, ipſum ad Te, qui de prędicto negotio, & ipſius circumſtantiis univerſis, intelligere poteris plenius veritatem, duximus remittendum, Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus auctoritate noſtra ſtatuas ſuper his, quę ſecundum Deum ad honorem Eccleſię, ac defenſionem fidei, atque pacis, videris ſtatuenda. Datum Laterani Decimoſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Ordinem.*) De quo in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

3. *R. . . . .*) *Romano*. Vide Notas ad Conſtitutionem XXXVIII.

4. *P. . . . . Savarici.*) Cujus mentio apud *Carolum Du Freſne du Cange in Gloſſario Tom. III. pag. 63* Verbo: *Ordo*, ubi hæc habet: *Ordo Fidei, ſeu Militia Ordinis Fidei Jeſu Chriſti, Ordo Militaris inſtitutus contra Albigenſes, cujus quidam Savaricus Pamperem ſe Magiſtrum inſcribit in literis anno MCCXX in Regeſtro Curiæ Franciæ de negotiis Seneſcalliaeum Carcaſſonæ &c. ch. 48. Extat ibidem fol. 23. V. Charta alia de terris collatis Ordini Fidei Jeſu Chriſti in partibus Narbonenſibus a Comite Montisfortis ejuſdem anni MCCXX.*

5. *Signaculum Crucis quod defert.*) Jam enim ab anno MCCX *S. P. Dominicus* Ordinem illum Militiæ Jeſu Chriſti inſtituerat, ut in *Tractatu* mox laudato demonſtrabitur.

6. *Nomine Pœnitentiæ.*) Huic enim *Militiæ* Pœnitentiæ ergo, nomen dabant Fratres, & Sorores, qui propterea vocabantur *Fratres, & Sorores de Pœnitentia*, uti videre eſt ex variis Conſtitutionibus Apoſtolicis, de quibus in *Tractatu de Conſenſu Bullarum* loco laudato. Audiendus hic auctor *Tractatus*, qui legitur in Conſtitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorum, & ſic inſcribitur: *Incipit Tractatus de initio, & fundatione Regulæ, ſeu forma, vel modi vivendi, Fratrum, & Sororum de Militia Jeſu Chriſti, de Pœnitentia B. Dominici.*

Tractatum compilare intendo ſuper informatione, & approbatione Regulæ, ſeu forma, vel modi vivendi Fratrum, & Sororum de Militia Jeſu Chriſti, de Pœnitentia Beati Dominici, Fundatoris Ordinis Prædicatorum, per diverſos Summos Pontifices approbatum, maxime per Papam Gregorium IX, Honorium IV, Joannem XXII, Bonifatium IX, Innocentium VII, & Eugenium IV, ſicut habetur diffuſe in legenda Beatæ Catherinæ de Senis Cap. VIII, quam compoſuit Reverendiſſimus Pater Frater Raymundus de Capua, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis XXII, & Magiſter Thomas de Firmo ejuſdem Ordinis Magiſter Generalis XXIV tranſtulit in vulgari Regulam de Militia Jeſu Chriſti, de Pœnitentia Beati Dominici. Item invenitur quidam liber, in quo eſt Regula ſecundum quam vivebant tempore Militiæ actualis contra hæreticos, qui liber eſt in Conventu Ferrarienſi, & Veneto Ordinis Prædicatorum, & eſt talis. Pateat univerſis fidelibus, qualiter Ego Frater Thomas de Senis, una cum Reverendo Patre, & Magiſtro Fratre Bartholomæo de Senis, ambo de Ordine Prædicatorum, Anno Domini MCCCCXXII Venetiis exiſtentes, & quantum valuimus diligentius inquirentes de Regula, ſive ſtatu Fratrum, & Sororum de Militia Jeſu Chriſti, de Pœnitentia Beati Dominici, invenimus quantum ad initium ejuſdem Regulæ taliter ſe habere, ſicut patet in legenda Beatæ Catharinæ de Senis ſupradicta, Capitulo VIII, ubi ſic dicitur. Cunctis volentibus legere notum facio: prout legi pariter, & audivi a fide dignis, in diverſis Italiæ partibus, geſtaque Beatiſſimi Patris noſtri Dominici teſtantur. Ipſe glorioſus Fidei Catholicæ pugil, ac Chriſti athleta Beatus Dominicus, ſicut totus zelator boni ſtatus Eccleſiæ militantis, per ſe, ac per ſuos Fratres, tam in Toloſa, quam in Lombardia, hæreticos triumphaliter debellavit: itant, ſicut fuit tempore ſuæ canonizationis coram ſummo Pontifice Gregorio IX probatum legitime, centum millia hæreticorum, & ultra converſi fuerunt tantum in Lombardia, tam doctrina, quam miraculis ejus. Nam ita venenoſa doctrina hæreticorum infecerat mentes hominum, quod fere omnia jura Eccleſiarum erant per laicos occupata: qui ea poſſidebant quaſi jure hæreditario. Ex quo cogebantur Pontifices mendicare, nec ullam habebant potentiam, per quam poſſent errori reſiſtere: nec etiam Clericos, aut pauperes valebant ſecundum ſui officii debitum nutriendo juvare. Unde in multis partibus etiam Italiæ regnabat iſta iniquitas: quod Sanctus Pater Dominicus zelotypa mente cernens, & ſuſtinere non valens, qui pro ſe, ſuiſque ſequacibus extremam elegerat paupertatem; cœpit pro divitiis recuperandis Eccleſiæ, decertare. Advocans igitur aliquos Laicos Deum timentes, & ſibi præcipua devotione affectos, & notos; cœpit tractare de ordinando quandam Sanctam Militiam, quæ haberet jura Eccleſiarum recuperare ſimul, & defenſare, necnon & reſiſtere fideliter hæreticæ pravitati. Nam illos, quot voluntarios reperit, ſic induxit, quod juramentum præſtabant ſibi, cuncta, quæ dicta ſunt, facere juxta vires: & propter hoc paratos exponere tam perſonam, quam illa, quæ poſſidebant. Ut autem a conjugibus in hoc opere ſancto impediri non poſſent, faciebat conjuges, ſeu uxores eorum, jurare, quod viros non impedirent, ſed potius juvarent, & juxta modum cooperarentur eis in omnibus ſibi poſſibilibus, & Sanctus Pater Dominicus promittebat utrique parti copulæ, ſervanti hoc, vitam æternam. Vocavit autem eos Fratres de Militia Jeſu Chriſti. Verum ut per aliquod ſaltem ſignum ſecernerentur ab aliis Laicis, & aliquid Supererogatorii operis adderent ultra conſuetudinem aliorum: dedit eis colorem habitus proprii; ut ſcilicet, tam viri, quam mulieres quacunque figura veſtium uterentur, album tamen ſemper portarent, & nigrum: itaquod uterque color exterius appareret ad innocentiæ, & humilitatis indicium. Inſuper aſſignavit eis quendam taxatum numerum Dominicæ orationis, & Salutationis Angelicæ, quem pro qualibet hora canonica deberent quotidie orando perficere, ut a divino ſervitio non vacarent. Poſtquam Beatus Pater Dominicus ita bene ordinavit, migravit ad Dominum. Crebreſcentibus ejus miraculis, Apoſtolicæ Sedis Pontifex Gregorius IX ipſum Catalogo Sanctorum annotans, honorandum, & adorandum exhibuit univerſis. Fratres hi, & Sorores dicti de Militia Jeſu Chriſti, volentes ordinatori ſuo jam glorioſo ſingularem reddere gloriam, & honorem, decreverunt poſt mortem ejus mutare nomen, & vocari Fratres de Pœnitentia Beati Dominici. Induxit eos ſatis ad hoc, quia Beatiſſimi Patris meritis, atque miraculis, necnon & Fratrum ſuorum laborioſa doctrina, jam peſtis hæretica pene defecerat, & neceſſaria non videbatur multum amplius pugna exterior; ſed reſtabat tantum, ut per pœnitentiam cum hoſte interiori pugnarent, propter quod etiam nomen pœnitentiæ ſingulariter elegerunt. Demum creſcente quotidie turba prædictorum fidelium, inter quos, velut matutinum aſtrum reſplenduit Martyr, & Virgo Beatus Petrus, qui occiſus plures hoſtium conculcavit, quam vivens, deleta eſt, quaſi totaliter turba vulpecularum demoliri cupientium vineam Domini Sabaoth; redditaque fuit pax (faciente Domino) Eccleſiæ Sanctæ Dei. Quamobrem cauſa illius Militiæ ceſſavit ex toto, & per conſequens, & effectus. Verum decedentibus hujuſmodi ſtatus viris, fœminæ remanentes propter religioſam vitam, quam cum viris tenuerant, amplius nubere non audebant, ſed ſtatum, quem ſervaverant, continuabant uſque ad mortem. Hoc cernentes aliæ non hujus inſtituti viduæ, quæ decreverant viduitatem ſervare: cœperunt dictas Sorores de Pœnitentia Beati Dominici velle ſequi, & earum obſervantiam pro remedio ſuorum peccatorum imitari. Unde paulatim creſcentes in diverſis Italiæ partibus coegerunt Fratres Prædicatores ibidem morantes, ad informandum eas de modo vivendi, qui a Beato Dominico fuerat inſtitutus. Quia vero modus ille ſcriptus non erat, quidam Sanctæ memoriæ Pater qui totius Ordinis curam gerebat, vocatus Frater Munio, natione Hiſpanus, modum illum vivendi redegit in ſcriptis: quem hodie habent, & vulgariter Regulam vocant: quamvis Regula proprie dici non debeat, quia nec ſtatus de ſe proprie dicitur regularis, ex quo tria vota in qualibet Religione principalia non includit. Hæc ibi. Porro numero &c. Quid de his omnibus ſentiendum ſit dicetur in *Tractatu de Conſenſu Bullarum* ſupra laudato.

7. *Ad expugnandum hæreticos, & defendendam Eccleſiaſticam libertatem.*) Hic finis præcipuus ejuſdem Ordinis inſtituendi, ut ex præcedenti *Nota* videre eſt.

8. *Secundum obſervantiam Ordinis Fratrum Militiæ Templi.*) *Sicut enim Templarii contra Saracenos* pugnabant *in partibus Orientis, ita in partibus* Galliæ Narbonenſis Fratres Mi-

Militiæ Jeſu Chriſti decertabant, *contra hæreticam pravitatem propacis, ac Fidei negotio, & Eccleſiaſtica libertate*, ut in XXXVIII Conſtitutione refert Honorius. Hinc Fratres hujuſce Militiæ hæreticos expugnandos, & Eccleſiæ libertatem defendendam ſuſceperant *ſecundum obſervantiam Ordinis Fratrum Militiæ Templi*: Concilio enim Lateranenſe IV, anno MCCXV celebrato, Canone XIII ſancitum fuerat, *ne quis de cetero novam religionem inveniat*; ac decretum erat, ut *qui voluerit religioſam domum fundare de novo, Regulam, & inſtitutionem accipiat de Religionibus approbatis*. Sicut igitur (ut ceteros mittam) ipſemet *S. Patriarcha Dominicus*, huic ſapientiſſimo Canoni morem gerens, Regulam S. Patris *Auguſtini*, a Fratribus Ordinis Prædicatorum ſervandam, elegerat; ita Fratribus *Militiæ Jeſu Chriſti* auctor fuerat, ut ſecundum obſervantiam Ordinis Fratrum *Militiæ Templi* vitam componerent. Nec ex hoc Ordo Militiæ Jeſu Chriſti obnoxius erat Ordini Militiæ Templi: ab eodem enim *Honorio* cautum fuit, ne novus Ordo Militiæ Jeſu Chriſti juris eſſet Ordinis cujus Regulam ſuſcepiſſet: *Illis*, inquit in Conſtitutione XXXVIII, *juxta morem quorum elegerint vivere Milites memorati nullam per hoc juriſdictionem habituris in ipſos*.

9. *In omnibus*.) Quæ ipſorum inſtituto non erant contraria. Fratres enim Militiæ Templi Saracenos expugnare debebant: Fratres Militiæ Jeſu Chriſti Hæreticos. Illi in Oriente; iſti in Occidente pugnabant. Illi caſtitatis perpetuæ votum emittebant: iſti Uxores ducere poterant. Vide Conſtitutionem CCXVI *Gregorii IX* datam XXIV Maii MCCXXXV. Legitur pag. 11 hujus Voluminis.

10. *Habitu duntaxat excepto*.) Veſtibus enim albis utebantur *Templarii*, Fratres vero Militiæ Jeſu Chriſti albis, & nigris non ſecus ac Fratres Prædicatores: *veſtiantur Milites*, inquit Regula, quæ legitur in Gregorii IX Conſtitutione CCXVI mox laudata, *panno albo in tunica, & ſupertunicali; in Chlamyde vero, nigro; & quoad Chlamydes uxores eorum, quæ ſe obligaverint ad hanc vitam, non differant in colore*.

11. *Amalrici*.) Cujus pius parens *Simon* Comes *Montfortius* eidem Ordini Militiæ Jeſu Chriſti nomen dederat. Vide Conſtitutionem II Innocentii III Legitur pag. 1.

12. *Quoſdam redditus*.) Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum: *Romanus miſeratione Divina Portuenſis, & S. Ruffinæ Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, univerſis Chriſtifidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino. Cum nemini ſua liberalitas debeat eſſe damnoſa, ad veſtram univerſitatis notitiam duximus perveniendam, quod omnes terræ, & redditus, quos illuſtris vir A....* (Amalricus) *Dux Narbonenſis, Comes Toloſæ, & Dominus Montis-fortis, & tam Barones ſui, quam Milites, contulerant, vel conferent Ordini Fidei Jeſu Chriſti in Partibus Narbonenſibus conſtituto, libere redibunt ad ipſum Comitem, & ad alios Collatores. In hujus autem rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri munimine duximus corroborandas. Actum Carcaſſona, anno Domini MCCXX, Nonis Februarii*. Legitur apud *Franciscum Ducheſne* Tom. V Hiſtoriæ Francorum Scriptorum &c. pag. 857. Sed notandum, quod eruditus ille, vel ipſius librarius ſcripſit. *G.... Miſeratione divina &c.* Legendum *R.... Miſeratione divina &c.* Ille ſiquidem S. Sedis Legatus, Portuenſis Epiſcopus, *Romanus* vocabatur, ut ex Conſtitutione XXXVIII videre eſt.

Anno 1221 Die 28 Aprilis.

XXXVII.

Ratum habet, quod Epiſcopus Toloſanus Eccleſiam Fani-Jovis Ordini Prædicatorum conceſſerit.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor ęquitatis, quam ordo exigit rationis, ut per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis precibus inclinati, Eccleſiam Sanctę Marię Fani-Jovis, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Tholoſanus pia vobis liberalitate donavit, ſicut eam juſte, & pacifice poſſidetis, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani IV Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

Anno 1221 Die 7 Junii.

XXXVIII.

De Ordine (1) Militiæ Jeſu Chriſti conſtituendo.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri R... (3) Portuen. Epiſcopo (4), Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum quidam Chriſtianę Fidei zelatores Ordinem Militum inſtitui deſiderent in Provincia Narbonen. qui, ſicut Templarii (5) contra Saracenos pugnant in partibus Orientis, ita in partibus illis decertent contra hęreticam pravitatem pro pacis, ac Fidei negotio, & Eccleſiaſtica libertate, Nos eorum laudabili deſiderio favorem Apoſtolicum impendentes, conſtituendi hujuſmodi Ordinis ſecundum aliquam de Religionibus approbatis, liberam tibi concedimus, auctoritate pręſentium, facultatem, illis, juxta morem quorum elegerint vivere Milites memorati, nullam per hoc juriſdictionem habituris in ipſos, niſi forte ſe illis ſubdere voluerint ſpontanea voluntate. Datum Laterani Septimo Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Ordine*.) Cujus auctor fuit S. Pater *Dominicus*, ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV*.

2. *Archivo*.) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

3. *R....*) *Romanus* ſcilicet *Bonaventura*, de quo *Ciaconius Tom. II Vitæ Pontif., & Cardinal. pag. 35*, *Ughellus Tomo I Italiæ Sacræ in Epiſcop. Portuen. Num. XL pag. 130 edition. Veneta*, ceterique, quos iſti laudant.

4. *Portuen. Epiſcopo*.) Hinc liquet, *Romanum* Epiſcopum *Portuenſem* jam antea renunciatum fuiſſe, & ex hoc emendandi Scriptores, qui de hoc Epiſcopatu locuti ſunt; *Ciaconius* enim hanc electionem refert ad annum MCCXXII., *Oldoinus* in additionibus ad Ciaconium loco mox laudato, ad annum MCCXXXI, vel MCCXXXVI; *Odericus Raynaldus* ad annum MCCXXV; *Ughellus* ad annum MCCXXVII.

5. *Templarii*.) Sic dicti quia juxta Templum Domini in Palatio Regio manſionem habebant *Jeroſolymis*, ubi Equeſtris

Ordo Militum Templi inſtitutus eſt anno MCXVIII. Confirmatus eſt autem anno MCXXVIII in Concilio Trecenſi, Præſide *Matthæo* Cardinali Epiſcopo *Albanenſi*, S. Sedis Legato, ibique Militibus illis tradita Regula, & habitus albi coloris præſcriptus, cui poſtea ſuper pallium Crucem rubeam attexi curavit *Eugenius III* anno MCXLVI. Regula legitur ad calcem Concilii *Trecenſis*. Hujus inſtituti finis erat, vias publicas cuſtodire, fideles ab infidelibus, & peregrinantes ad loca ſacra Chriſtianos a prædonum inſidiis, & Saracenorum, Chriſtiani nominis hoſtium, incurſibus defendere, ac tutari. Adeas auctores, quos laudat, & excipit *Carolus Du Cange in Gloſſario*, verbo *Templarii*. Conſulendi etiam *Labbeus*, & *Aubertus Miræus* de *Origine Ordinum Equeſtrium*.

Ne quis morientes compellat (1) ad tertiam, vel aliquam partem bonorum relinquendam Eccleſiis.

Anno 1222 Die 29 Martii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XXXIX.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei &c. (3)

EX parte Univerſitatis Ulixbonenſis, & ejuſdem Diçceſis, nobis eſt oblata querela, quod Venerabilis Frater N. Epiſcopus, & Prçlati, tam Civitatis, quam Diçceſis Ulixbonenſis, non abſque vitio avaritiç, compellunt eoſdem, tertiam partem, vel certum quid, de bonis ſuis, ipſorum Eccleſiis relinquere in ultima voluntate; quibus etiam, ſi cupiditati eorum non ſatisfecerint, Eccleſiaſtica denegant Sacramenta. Unde Univerſitas ipſa nobis humiliter ſupplicavit, ut cum libere debeant, pravis ceſſantibus exactionibus, & extorſionibus importunis, Eccleſiaſtica Sacramenta conferri, quanquam a Laicis conſervanda ſit conſuetudo laudabilis erga Sanctam Eccleſiam, pia fidelium devotione introducta, providere ſuper hoc dignaremur. Ideoque diſcretioni veſtrç per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint vocandi, auctoritate noſtra illud fieri jubeatis, quod ſecundum Deum, & inſtitutiones canonicas videritis expedire. Quod ſi non omnes intereſſe poteritis, unus veſtrum &c. Datum Anagniç IV Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Compellat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Annalibus Ord. Prædicatorum*, auctore *Bzovio*. Codex *MS.* aſſervatur *Pariſiis* in Cœnobio *SS. Annunciationis ad S. Honoratum*.

3. *Servorum Dei &c.*) Inſcriptio deeſt. *Hoc anno*, inquit Bzovius mox laudatus, *defendit Pontifex Honorius Fratres Prædicatores Luſitaniæ ab impetitione, & injuriis Cleri ſecularis ejus Regni, literis Anagniæ datis* XI *Kalendas Aprilis, Priori Prædicatorum Sanctarenen., Diœceſis Ulyſſiponen. in Luſitania, injungens, ut abuſum ſepulturæ, & avaritiam Epiſcopi, & Cleri prohiberet, & caſtigaret. Ex Epiſtola Honorii* 323. *Hanc commiſſionem paulo poſt communem eſſe voluit Ordinis Prædicatorum, Fratrum Minorum, & Militiæ S. Jacobi Prioribus Ulyſſiponenſis Diœceſis ſubſequenti reſcripto*, hac ſcilicet Conſtitutione.

Ut Fratres Prædicatores Zagabrien. inquirant in Zagabrienſem Epiſcopum.

Anno 1223 Die 11 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XL.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei &c. (2)

INſinuantibus olim Nobis dilectis filiis Magiſtro Primogenito ſubdito noſtro, Prçpoſito, & Capitulo Eccleſiç dictç Ceretinenſis, quod Venerabilis Frater noſter Zagabrienſis Epiſcopus Loci Diçceſanus, Eccleſiam ipſam incendio devaſtarat, homicidium perpetraverat, & pro injectione manuum in quoſdam ipſius Eccleſiç Canonicos violenta, vinculo excommunicationis adſtrictus, divina temere celebraverat, abſolutionis beneficio non obtento, multiſque erat aliis criminibus irretitus; Nos ad clamoroſam inſinuationem ipſorum, vobis . . . . . inquiſitionem ſub certa forma duximus committendam. Sed, ſicut nuper dictus Prçpoſitus expoſuit coram Nobis, licet vos diligenter in commiſſo vobis inquiſitionis negotio procedentes, quç inveniſtis, Nobis, juxta mandati noſtri tenorem, ſub veſtris ſigillis remiſeritis fideliter interclusa, prçfigentes partibus terminum competentem, in quo noſtro ſe conſpectui prçſentarent; eodem Prçpoſito cum quibuſdam ſuis Canonicis in prçfixo eis termino, propter hoc, ad Sedem Apoſtolicam accedente; memoratus tamen Epiſcopus, utpote ſibi conſcius, nec venit, nec miſit aliquem reſponſalem. Ne igitur idem Epiſcopus de ſua contumacia videatur commodum reportare, diſcretioni veſtrç per Apoſtolica ſcripta iterum mandamus, quatenus ipſum in feſto Nativitatis Dominicç proxime futuro, quod ei, & parti alteri, pro peremptorio termino aſſignamus, per ſe, vel reſponſalem idoneum, noſtro ſe propter hoc conſpectui reprçſentet, auctoritate noſtra, ceſſante appellatione, cogatis. Datum Signiç V Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar: Legitur apud *Bzovium* in Annalibus Ord. Prædicatorum.

2. *Servorum Dei &c.*) Inſcriptio deeſt. Quod autem Fratribus Ordinis Prædicatorum hocce Diploma ſcriptum fuerit, liquet ex *Bzovio* mox laudato: *Is ipſe*, inquit, *Pontifex Honorius Fratribus Ordinis Prædicatorum commiſit executionem quandam hoc anno* (MCCXXIII) *contra Epiſcopum Zagabrienſem multorum graviſſimorum criminum reum, a Canonicis ejus Eccleſiæ accuſatum.*

Anno 1224 Die 22 Februarii.

XLI.

Quædam Bononienſi Monaſterio (1) S. Agnetis reſtituenda decernit.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri . : . Epiſcopo Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIlectę in Chriſto filię . . . Prioriſſa, & Monisles Sanctę Agnetis Bononien. Nobis conquerendo monſtrarunt, quod heredes quondam Guidon. Oſtie, & quidam alii Bononienſis, & Ferrarienſis Dięceſum, quandam pecunię ſummam, & res alias ad earum Monaſterium de jure ſpectantes, contra juſtitiam detinent, & reddere contradicunt. Ideoque Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, partibus convocatis, audias eandem, &, appellatione remota, debito fine decidas, faciens quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Monaſterio*.) De quo ſepius dictum fuit.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo Bononien.

Anno 1224 Die 13 Novembris.

XLII.

Bononienſe Monaſterium S. Mariæ Montis de Guardia privilegiis ornat.


Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Petro Priori Sanctę Marię in Monte de Guardis, ejuſque Fratribus, tam pręſentibus, quam futuris. Regularem vitam profeſſis in Perpetuum.

QUotiens poſtulatur a Nobis quod Religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo, Nos decet, libenti, concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſię Sanctę Marię in Monte de Guardia, quę ſpecialiter beati Petri juris exiſtit, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & Beati Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Pręterea quaſcunque poſſeſſiones, quęcunque bona, quę eadem Eccleſia impręſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, pręſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui dicitur Vallis Major; poſſeſſiones, quas habetis in loco qui dicitur Coſta olivę, & in oliveto; poſſeſſiones, quas habetis in pancivaro canuto, & in loco, qui dicitur Braida Mellionia, in Scontula, Ramino, Coſto burduni, & in loco, qui dicitur Rivus calachi; poſſeſſiones, quas habetis in loco qui dicitur Vallis arolę, Traverſaria, Brajola, & in plebatu Sancti Johannis in Perſiceto, & in loco, qui dicitur Roncho, & caſamentum, quod habetis in Burgo Braidę juxta Caſtrum Sancti Johannis in Perſiceto. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos, e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem, fas ſit abſque Prioris ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere: Diſcedentem vero abſque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare. Sane veſtris, & Succeſſorum veſtrorum, neceſſitatibus providere volentes, Apoſtolica auctoritate, ſtatuimus, ne vobis, veſtriſque Succeſſoribus, res immobiles Eccleſię veſtrę quomodolibet alienandi, vel in feudum dandi, ulla ſit omnino facultas. Chryſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, a quocunque malueritis Epiſcopo, dummodo Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Apoſtolicę Sedis habuerit, ſine Dięceſani Epiſcopi contradictione accipere libere valeatis, qui noſtra fretus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel nominatim interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia pręponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini Regulam, providerint eligendum. Electus vero confirmationem recipiat de mandato Sedis Apoſtolicę ſpeciali. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicę auctoritate. Ad indicium autem, quod eadem Eccleſia ſpecialis Sedis Apoſtolicę juris exiſtat,

unam

unam libram thuris nobis, noſtriſque Succeſſoribus, aonis ſingulis exolvetis. Si qua igitur in futueum Eccleſiaſtica, ſeculariſve, perſona hanc noſtrę Conſtitutionis paginam, ſeieos, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino jodicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ſubjaceat ultioni. Conctis autem eidem loco ſua jora ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qoatenus, & hic fructum booę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem pręmia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



BENE VALETE.

Ego Honorius Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

Ego Ug. Oſtien., & Veletren. Epiſcopus.
Ego Nicolaus . . . . . Epiſcopus.
Ego Guido Pręneſtinus Epiſcopus.
Ego Stephaous Baſilicę duodecim Apoſtolorum Presbyter Card.
Ego Johannes Tit. S. Praxed. Presbyter Card.
Ego Octavianus Sanctorum Sergii, & Bachi Diac. Card.

Datum Laterani per manum Guidonis Domini PP. Notarii Idibus Novembris, Incarnatioois Dominicę Anno MCCXXIV. Indictione XIII. Pontificatus vero D. Honorii Papę III. Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Ut Fratres Prædicatores curam ſuſcipiant (1) Bononienſis Monaſterii (2) Sanctæ Agnetis.

Anoo 1226 Die 17 Decembris.

Ex Archivo (3) *Ordinis*.

XLIII.

Honorios Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Magiſtro (4) Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Beoedictionem.

AD audientiam ooſtram pervenit, quod licet dilectę in Chriſto filię Diaoa (5) fuodatrix, & quędam alię Sorores Domus Sanctę Agnetis, Bonooien. Diœceſis, ſecundum Ordinem Fratrum Prędicatorum in manus bo. me. Fratris D.. (6) prędeceſſoris tui profeſſionem fecerint, firmam ſpem, fiduciamque tenentes ſub eodem Ordioe perpetuo permanere, tu tamen domum ipſam, Prioriſſam, & alias Sorores degentes inibi, quaſi pro derelictis habens, circa eas officii tui debitum, quod non ſine admiratione referimus, noo exerces. Ne igitur ipſę ſpe, quam tui prędeceſſoris tempore, ipſo docente, ac duce, ad eundem noſcuntur Ordinem habuiſſe, per tuum defectum doleant ſe fruſtratas, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta maodamus, atque pręcipimus, quatenus eas, & locum earum, ſub cuſtodia, & correctione tua ſuſcipias, ſicut cetera loca ejuſdem Ordinis tuę diſcretioni commiſſa. Datum Lateran. XVI Kal. Januarii, Pootificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Suſcipiant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit. XIII.*
2. *Monaſterii.*) De quo ſæpius dictum fuit.
3. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex alio authentico Bononien. Iſti ſubſcripſit *Carnevalinus quondam Vitalis de Viant Notarius* anno MCCXXIV die IX Februarii Indictione VII.
4. *Magiſtro.*) Is erat *B. Jordanus*.
5. *Diana.*) Adeas *Malvendam*, & auctores quos iſte laudat in *Annal. Ord. Præd. ad an. MCCXXIII pag. 425*, & alibi paſſim.
6. *D.*) *Dominici*, Ordinis Fratrum Prædicatorum parentis,

GRE.

GREGORIUS IX.

Ab Anno MCCXXVII, die XIX Martii, ad XXI Auguſti MCCXLI. Vide *Tom.*1 hujus *Bullarii pag.*18.

Anno 1228 Die 10 Martii.

CCVI.

Ut Fratres Prædicatores veniant in poſſeſſionem Eccleſiæ S. Wilielmi (1) Cremonen. (2)

Ex Archivo (3) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles, filios ex aſſuetę pietatis officio propenſius deligere conſuevit, &, ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuę protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, Eccleſiam S. Wilielmi Cremonen. cum clauſtro, viridario, & hortis, quam Venerabilis Frater Epiſcopus Cremonen., Capituli ſui accedente conſenſu, vobis provida liberalitate conceſſit, ſicut eam juſte, ac pacifice, poſſidetis, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani VI Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Wilielmi.*) *Gulielmi*, & *Guillelmi*.
2. *Cremonen.*) *Cremonenſe* Cœnobium juris eſt Provinciæ Lombardiæ.
3. *Archivo.*) In quô exemplar ex autographo *Cremonenſe*

Anno 1229 Die 13 Septembris.

CCVII.

F. Theodorico (1) Ordinis Prædicatorum, Epiſcopo Cumanorum pro Fidei negotio.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Theodorico Epiſcopo Cumanorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm pro fide in gente Cumanorum plantanda ſolicite laboraveris, & profeceris laudabiliter, dante Domino incrementum, tuis precibus benignius annuentes, te, ac Succeſſores tuos, a cujuslibet ſubjectione, pręterquam Romani Pontificis, liberos eſſe decernimus, & immediate ad jurisdictionem Sedis Apoſtolicę pertinere. Et quoniam infantia tenera, potius eſt lacte, quam vino, quod parvulis conſuevit obeſſe, fovenda, pręſentium tibi, & Succeſſoribus tuis, auctoritate Apoſtolica concedimus, ut ſi qui de gente Cumanorum ad fidem converſi, injiciendo forſan manus in Clericos, ſeu per aliud ſacrilegium in Canonem inciderint legis promulgatę, liceat vobis illis juxta formam Eccleſię beneficium abſolutionis impendere, dummodo non ſit adeo gravis, & enormis, exceſſus, quod merito debeant ad Sedem Apoſtolicam deſtinari; ne nervus Eccleſiaſticę diſciplinę, qui per manſuetudinem flectitur, per inſolentiam diſſolvatur. Nulli ergo &c. Datum Peruſii, Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Theodorico.*) De quo in Appendice ad præſentem Pontificatum *Tom.*1 *hujuſce Bullarii pag.*113.
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in Annalibus Ordinis Prædicatorum, auctore *Bzovio*.

Anno 1232 Die 21 Martii.

CCVIII.

Provinciali Poloniæ ad compeſcendos Epiſcopos Albæ, & Brandufii Bulgarorum, qui ab obedientia Eccleſiæ Romanæ defecerant.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Provinciali Ordinis Fratrum Prędicatorum in Polonia, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Unigenitus Dei Filius Jeſus Chriſtus Beato Petro Apoſtolorum principi paſcendas oves commiſerit ſuas, itaut qui eum non receperint in Paſtorem ab ipſius ovibus cenſeantur alieni; dolemus non modicum, ac turbamur, quod Albę, & Brandufii Bulgarorum Epiſcopi, nulli niſi Pontifici Romano ſubjecti, jamdiu ab unitate Romanę Eccleſię declinantes, poſt greges ſodalium evagando, ipſius magiſterio ſe ſubducunt. Illius igitur Vicarii, licet inſufficientibus meritis, conſtituti, qui ut drachmam perditam reperiret, & ad caulas, ubi nonaginta novem reliquerat, errabundam ovem propriis humeris reportaret, de ſecreto Patris in publicum egreſſus ad ſervos, teſtam induit fragilitatis humanę, diſcretionem tuam monemus, & pręcipimus, quatenus prędictos Epiſcopos infra competentem terminum a te pręfigendum eiſdem, ad unitatem Romanę Eccleſię revertentes, tibi reverenter obediant, & intendant, ſoli-

Digitized by Google

ſolicite moneas, & inducas. Quod ſi tuis monitis acquieſcere forte noluerint, ex tunc ſubdas Epiſcopatus eorum, auctoritate noſtra, Epiſcopo Sunienſi. Contradictores &c. Datum Reate XII Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in Annalibus Ordinis Prædicatorum, auctore *Bzovio*.

F. Raymundo (1) de Falgario Epiſcopo Toloſano, & Archiepiſcopo Narbonenſi, ut hæreticos inſequantur.

Anno 1233 Die 8 Martii.

CCIX.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Narbonen., & Epiſcopo Toloſan., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD noſtram noveritis audientiam perveniſſe, quod B. N. G. de Niorto, & G. Bernardi fratres, & Mater eorum, Narbonenſis, & Toloſanę Dięceſis, hęreticorum exiſtunt publici defenſores. Iidem enim ſunt de hęreſi publice infamati, & a Catholicis hęretici reputantur, & maxima pars terrę, ipſorum exemplo timetur infici hęretica pravitate. Quia vero hęc, ſi vera ſint, conniventibus oculis pertranſire, nec volumus, nec debemus; diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta prępicimus, & mandamus, quatenus, inquiſita ſuper pręmiſſis omnibus diligentius veritate, ſi perſonas dictorum fratrum, & Matris eorum inveneritis ſuſpectas, & de hęreſi publice infamatas, contra eas juxta ſtatuta a vobis, & dilecto filio noſtro R. Sancti Angeli Diacono Cardinali Portuenſi electo, tunc in illis partibus Apoſtolicę Sedis Legato, in Concilio Toloſano contra tales edita, ſublato dilationis, & appellationis obſtaculo, procedatis. Datum Anagnię VIII Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Raymundo.*) De quo in *Appendice ad præſentem Pontificatum Tom.I hujuſce Bullarii pag.*113.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* in Annalibus Prædicatorum, ubi meminit aliquot aliorum Diplomatum, ut enim notat idem Auctor, Gregorius Nonus ſcripſit hoc anno

Fratri Stephano Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Lombardia, cui commiſit Gregorius IX transferre intra Urbem Monaſterium Sanctimonialium S. Cyri Ordinis Ciſtercienſis Dat. Laterani IV Nonas Maii.

Decano, Pœnitentiarioque Ambianenſi, ut auctoritate ſua compeſceret moleſtatores Fratrum Prædicatorum Sancti Audomari, Dat. Laterani VIII Idus Junii.

Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, quibus fidei negotia per Burgundiam commiſerat, de relabentibus in hæreſim documenta ſalutaria ſcripſit. Dat. Laterani XV Kal. Julii.

Priori Fratrum Prædicatorum Pariſien. injunxit, ut Regem Galliarum Ludovicum moneret, quatenus progenitores ſuos ſequeretur operibus, & effigiaret in virtute, atque libertate Eccleſiæ fovenda, quæ illorum temporibus adeo floruit, ut Prælatorum aliquis raro ſub illorum regimine ſuſpirarit. Proinde lætificaret in præſenti Rothomagenſem Archiepiſcopum, ejus Eccleſiam in priſtinum ſtatum dirigendo; curaretque ne gemitus, & ſuſpiria Archiepiſcopi contra ipſum ulterius ad aures ſuperni Judicis aſcenderent. VIII Kal. Septembris.

Fratribus Prædicatoribus Pruſſiæ Indulgentias elargitur.

Anno 1233 Die 12 Octobris.

CCX.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Fratribus Ordinis Prędicatorum in Pruſſia conſtitutis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

MIlitantibus vobis Dei Patris Filio Domino Jeſu Chriſto, qui pro ſalute noſtra ſuis in Cruce ſtipendiis militavit, libenter facienda ſuggerimus, quę vobis ad obtinendam cęleſtis Regni gloriam, efficacia ſentiamus. Hinc eſt, quod Univerſitatem veſtram rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, in remiſſionem vobis peccatorum injungentes, quatenus circa cultum divini nominis omnem diligentiam, & ſolicitudinem adhibendo, Crucem de ligno Domini glorioſam, quam dilecti filii Fratres Hoſpitalis S. Marię Theutonicorum habent in Pruſſię partibus, ut dilectus filius Magiſter Hoſpitalis ejuſdem Nobis devote retulit, in noſtra pręſentia conſtitutus, devotione ſupplici, & humili reverentia, cum vobis oſtenſa fuerit, adoretis, piis precibus poſtulantes, ut qui pependit in ipſa humani generis conditor, & Redemptor, per virtutem ejuſdem vobis ſalutis ęternę gaudia largiatur. Verum, ut ſitis ad merendam divinam gratiam eo plenius promptiores, quo vobis magis exiſtimus in ſacrorum collatione munerum liberales; Nos de Omnipotentis Dei &c. confiſi, omnibus, qui ad adorandam eandem Crucem in ſexta feria humiliter acceſſerint, & devote, decem dies de injuncta ſibi pęnitentia relaxamus. Datum Anagnię IV Idus Octobris Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* in Annalibus Ordinis Prædicatorum, ubi ſequentium Diplomatum meminit:

Hoc anno Gregorius IX Pontifex XVII Kalendas Junii Priori Barchinonenſi Ordinis Prædicatorum, & Fratri Guillelmo de Barbano (Barberano) *ejuſdem Ordinis injunxit, ut contra hæreticos in Provincia Tarraconenſi inquirerent, & juxta præſcriptum canonem procederent, ut conſtat ex Epiſtola Pontificia* 60 *hujus anni.*

Præterea Provinciali Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, & Fratri Jacobo de Caſtro Alquadro ejuſdem Ordinis poteſtatem dedit, ut cum Epiſcopo Regienſi Eccleſiæ Mantuanæ viduatæ Epiſcopum præficerent. Ex Epiſtolis hujus Pontificis anni noni 50, 62. *Datum Peruſii XV Kalendas Junii.*

Idem Pontifex, eodem anno IX Decano Rothomagenſi, & Fratri Alexandro de Hojochim Ordinis Prædicatorum commiſit, ut quoſdam Monachos diſcolos ex S. Andorni Monaſterio Rothomagenſi ejicerent, alioſque Religioſos in locum eorum introducerent.

Hoc eodem anno idem Pontifex Priori Senenſi Ordinis Prædicatorum commiſit per Dat. Peruſii V Nonas Martii, ut nomine ſuo Senis in Monaſterio Ordinis Minorum de Colle primarium jaceret lapidem.

Eodem anno Gregorius IX dedit ad Epiſcopum Boſnenſem, & ad Ordinum Prædicatorum, & Minorum Præfectos Strigonienſes literas VII Junii, quibus inhibebat, ne in commiſſa

eiſdem ab Epiſcopo Cardinali Praneſtino tunc Apoſtolica Sedis Legato facultate, denunciatione ſententiarum ſuarum, quas in Andream Regem Hungoria duxerat promulgandas, abſque ſpeciali ſuo mandato procederent.

Crucis pradicationem cauſa juvandi Aſiatici belli Gregorius Pontifex Fratribus Ordinis Pradicatorum in Anglia, Germania, & Hungari. injunxit, data commiſſione Bosnenſi Epiſcopo Johanni ex Ordine aſſumpto, ut Ajanem a Schiſmate Gracanico ad obedientiam Romana Eccleſia, & a bello contra Latinos ſuſcepto ad pacem, & concordiam adduceret. Ex Epiſtolis Gregorii hujus anni, in Vaticano.

Anno 1235 Die 18 Maii.

CCXI.

Ordinem (1) Fratrum Militiæ Jeſu Chriſti patrocinio ſuo tutatur.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Gregorius Epiſeopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Fratribus Militię Jeſu Chriſti Parmen., Salutem, & Apoſtolieam Benedictionem.

SAeroſancta Romana Eeeleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetę pietatis offieio propenſius diligere, conſuevit, &, ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuę protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras eum omnibus bonis, quę impręſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, parante Domino, poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & prẹſentis ſcripti patrocinio eommunimus. Nulli ergo omnino hominum lieeat hanc paginam, noſtrę protectionis infringere, vel ei auſu temerario eontraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datnm Peruſii Quintodecimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Ordinem.*) De quo in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV.* Conſulendæ præcedentes, & quæ ſequuntur Conſtitutiones.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Anno 1235 Die 18 Maii.

CCXII.

F. Jordano (1), Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut per ſe, ac ejuſdem Ordinis alumnos, ſacris diſciplinis inſtruat Fratres, ac Sorores Ordinis Militiæ Jeſu Chriſti (2).

Ex Archivo (3) *Ordinis.*

Gregorius Epiſeopus, Servus Servornm Dei, Dilecto Filio Fratri Jordano Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Prędieatornm, Salntem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a laude F. Jordani.

EXperimentis multiplieibus informati, quod nihil tibi ſit animarum ſalute earius, nihilque jueundius, quam quod multi, ſpreta vanitate ſeeuli, quęrant ſub ordinata virtutum obſervantia Patris Æterni Filio famulari, dignum fore providimus, ut illarnm vaeare profectui tibi literarum brevi ſerie ſuggeramus. Rogamus itaque diſeretionem tnam, & hortamur attente, mandantes, quatenus dilectos filios Fratres Militię Jeſu Chriſti Parmen., quorum pium propoſitum multos provehi ſollieitat ad Collegia Beatorum, per Te, ac Fratres tuos, quibus ſalutem poſſe procurari Fidelium diſtributor contulit omnium gratiarum, ſaeris diſciplinis inſtruere, ae eoſdem ſtudeas ad earitatis obſervantiam efficaciter animare, ſolitam ſolicitudinem habiturus, ut tuis, & Fratrum tuorum exhortationibus gratioſis prędictę Militię numerus ad Redemptoris gloriam augeatur, ſicque fiat, quod dum ipſi, & alii, te docente, ad premium felicitatis ęternę profecerint, tibi munifieentia Jeſu Chriſti retribuat, quod ab ipſo paratum Fidelibus fore tuę Fidei puritas non ignorat. Datum Peruſii Quinto Deeimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Mandatum.

1. *Jordano.*) Beato, de quo ſæpius dictum fuit.
2. *Ordinis Militia Jeſu Chriſti.*) Cujus fundator fuit *Sanctus P. Dominicus*, ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tit. XIV* dieetur. Conſulendæ præcedentes, & quæ ſequuntur Conſtitutiones.
3. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Anno 1235 Die 18 Maii.

CCXIII.

Ut Fratres, & Sorores Militiæ (1) Jeſu Chriſti Sacris intereſſe poſſint tempore generalis interdicti.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Fratribus Militię Jeſu Chriſti Parmen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEvotionis veſtrę precibus inclinati, vobis, auctoritate prẹſentium, indulgemus, ut vos, & uxores veſtrę, vobiſeum religioſę vitę veſtrę propoſitum aſſumentes, tempore generalis interdicti poſſitis in Eccleſiis non interdictis audire Divina, & recipere alia Eccleſiaſtica Sacramenta, dum tamen cauſam non dederitis Interdicto, vel id vobis non contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hane paginam noſtrę eonceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatornm Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii Quinto Decimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Mi-*

1. *Militiæ.*) De qua in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XIV.* Conſulendæ præcedentes, & quæ ſequuntur Conſtitutiones.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Anno 1235 Die 18Maii.

CCXIV.

Ne quis Fratres, & Sorores Militiæ (1) Jeſu Chriſti moleſtiis afficiat, cavet.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorins Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri . . . . Epiſcopo Parmen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUos pietate ſua Dominus conſtituiſſe dignoſcitur, ſecnli vanitatibus alienos, dignum fore decrevimus, nt ipſos a calumniis hominum liberemus; alias antem aſſumpta noviter ſtudia ſanctitatis effluerent, ſi eis mundanę temeritatis obſtacula contrairent. Hinc eſt quod, ſicut exultantes accepimus, cum dilecti filii Fratres Militię Jeſu Chriſti Parmen. pręſentis vitę miſeriam in ęternę felicitatis commutare gloriam cupientes, ſe ad religioſę vitę, contulerint libertatem, ducti deſiderio, ut, hęretica pravitate cadente, ac juſtitia, & Eccleſiaſtica libertate defenſa, Fidei Chriſtianę dignitas augeatur, Fraternitati tuę pręſentium auctoritate mandamus, quatenns, ne pręlicti Fratres ad pręſtanda illicita juramenta, vel inviti ad injuſtum pręlium contra Fideles accedere compellantnr, ant, quod ipſi, & uaores eorum, quę hujuſmodi ſanctę vitę ſe ſubdiderint inſtitutis, ſpecialibus, & gravioribus, quam alii ſui compares graventur exactionibus, & collectis, diligentem curam, & ſolicitudinem habeas efficacem: Contradictores, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Peruſii Quintodecimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Militiæ.*) De qua in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit, XIV.* Conſulendæ præcedentes, & quæ ſequuntur Conſtitutiones.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Anno 1235 Die 18Maii.

CCXV.

Fratribus Militiæ (1) Jeſu Chriſti Indulgentiam elargitur.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Fratribus Militię Jeſu Cbriſti Parmen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EST Angelis ad gaudium, vobis ad meritum, & tranſit pluribus in exemplum, quod, ſicut lętantes accepimus, vos, ſeculi vanitatibus abdicatis, per quas nibil fere percipitur niſi quod pluries animarum perditio procuratur, divini nominis laudibus deputaſtis, quęrentes juſtitiam, & libertatem Eccleſiaſticam defendendo, exterminio hęreticę pravitatis intendere, nt poſſitis felicitatis ęternę bravium obtinere. Verum ut, quod ſinceritati veſtrę virtutum Dominus inſpiravit, co liberius procuretis proſequi, quo devotionem veſtram plenius ſenſeritis munerari, Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tam vobis, quam ſervientibus veſtris, qui laborem pro defenſione Catholicę Fidei, & Eccleſiaſticę libertatis, necnon pro Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & omninm religioſorum locorum quocunque nomine nuncupentur, Eccleſiaſticarum qnoque perſonarum, cujuſcunque Ordinis, Pupillarum, Viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum defendenda juſtitia, aſſumentes, calicem perducentis ad gloriam biberint paſſionis, omnium peccatorum ſuorum, de quibus vere contriti, & confeſſi fuerint, veniam indulgemus. Datum Peruſii Quinto Decimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Militiæ.*) Vide præcedentes, & ſequentem Conſtitutiones. Conſulendus etiam *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XIV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Anno 1235 Die 24Maii.

CCXVI.

Approbatio Ordinis (1) Fratrum, & Sororum Militiæ Jeſu Chriſti nuncupatorum Parmen.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorins Epiſcopns, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Fratribus Militię Jeſu Chriſti Parmen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUę omnium conditoris honorem, & profectum continent animarum, amore pręcipuo diligentes; eo quod quicquid in deſiderio pręter illa geritur apud Dei ſapientiam pro nibilo reputetur, dignum fore providimus, ut in his, quę intuitu ſalutis ęternę cupitis, Nos favorabiles ad Redemptoris gloriam habeatis. Hinc eſt qnod veſtris piis ſupplicationibus inclinati, formam vitę a vobis perpetuis temporibus obſervandam, quam, virtutum Domino inſpirante, deliberatione provida ſtatniſtis, acceptam, & placitam reputantes, illam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Ut autem perpetuę robur obtineat firmitatis, ipſam de verbo ad verbum pręſentibus fecimus annotari, cujus tenor talis eſt. Cum ſecundum Apoſtolnm fundamentum alind nemo ponere poſſit, pręter illud, quod poſitnm eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus, in quo tanquam in Lapide Angulari omnis ędificatio conſtructa creſcit in Templum Sanctum in Domino, eodem Apoſtolo atteſtante, ſalubri ducti conſilio, vos Mi- Approbatio.

Milites Civitatis Parmen., reciſa ſeculi vanitate, ſuper hoc fundamentum ędificium veſtrum erigere
proponentes, & Militię veſtrę curſum ad honorem Dei, & Eccleſię Sanctę convertentes profectum, ſub
certa diſciplina vivere Deo accepta, unum habentes Magiſtrum, cui reverenter intendatis, de veſtra
ſalute ſoliciti, decreviſtis. Hęc autem vivendi forma ſicut ab ipſo nomine Jeſu Chriſti, qui omnium bo-
norum eſt principium, & origo, rei ſumit effectum, ſic & ipſius nominis titulo voluiſtis eam provide
Nota. nuncupari, ut ſcilicet dicatur dogma, ſeu forma vitę Fratrum Militię Jeſu Chriſti, per quam videlicet,
ut poſſitis melius erudiri qualiter in principio, medio, & in fine iter diſcretius, & juſtius peragatis in-
cęptum, per pauca, & certa duxiſtis eam Capitula diſtinguendam, duas partes juſtitię in Ordine proſe-
quendo. Cum autem prima pars ſit declinare a malo; bonum vero facere, ſit ſecunda, de prima eſt in
ea primitus ſic proviſum, ut quicunque Frater, ſeu Soror voluerit ſe ſub hujus S. Militię ſtudio coarctare,
primum ſuam ſcrutetur conſcientiam diligenter, & plene confiteatur peccata ſua ſuo Ordinario Confeſ-
ſori, vel cui ille duxerit demandandum, & de quibus reſtituendis, dimittendis, aut etiam faciendis, re-
pertus fuerit obnoxius, ad ipſius Confeſſoris mandatum ſatisfaciat competenter; ubi ſi dubium aliquod
emerſerit ad Dięceſani conſilium recurratur. Demum ſic liber a peccato, uti ſervus factus juſtitię, ſecu-
re tranſeat ad nomen, & Fratrum numerum prędictorum. Receptus autem vivere ſtudeat innocenter,
neminem concutiens, ſed contentus in omnibus jure ſuo: Uſuras abhorreat, & omnes contractus in
fraudem initos: uſurarum rapinam, & omnem violentiam deteſtetur, & non ſolum manus, ſed etiam
linguam a malo cohibeat, ut videre valeat dies bonos. Item Matrimonio ſic utatur, quod ſanctum eſt,
& a Domino inſtitutum, quod fornicarios, & illegitimos omnes declinet amplexus, ſciens quod forni-
carios, & adulteros Dominus judicabit. Comeſſationes, & ebrietates, & cetera gulę diſpendia, cui
qui nimis obſequitur inimicus efficitur Crucis Chriſti, quilibet, quantum cum Dei potuerit auxilio, ſa-
tagat evitare. Et generaliter quilibet in prima parte juſtitię, quę eſt declinare a malo, ut ſuperius eſt prę-
miſſum, taliter, favente ſibi divina gratia, ſe componat, a corde, lingua, & manu, & totaliter a ſe
ipſo abjiciens opera tenebrarum, quod poſſit induere arma lucis, quibus ad ſecundam partem, quę eſt
facere bonum acceptus, hoſtes debellare valeat Jeſu Chriſti, & ejus familiam defenſare, ad quod omnium
hujus vitę virorum principaliter intentio ſit directa, ſicut ſubſequenter per capitula eſt diſtinctum. Fra-
tres, & Sorores, qui ad hanc vitę formam, ſcilicet Militię Jeſu Chriſti, tranſibunt, in obedientia, & de-
votione Sanctę Romanę Eccleſię, & Summorum Pontificum Catholicorum, qui pro tempore fuerint in
eadem, necnon Dięceſanorum ſuorum intemerata fidei puritate perſiſtant, habentes unum Magiſtrum (3),
vel Rectorem, cujus providentia, & diſpoſitione, quoad hujus diſciplinę commune propoſitum promo-
vendum, conſervandum, & exequendum regantur, cui etiam reverenter intendant, poſtquam fuerit
per loci Dięceſanum, vel per Sedem Apoſtolicam approbatus, Apoſtolica, & Dięceſanorum obedien-
tia, reverentia, & correctione in omnibus ſemper ſalva. Fidem Catholicam Fratres defendent contra om-
nem Sectam hęreticę pravitatis. Hęreticos omnes, ſcilicet Catharos (4), Pauperes de Lugduno, Arnal-
diſtas, Speroniſtas, & alios quocunque nomine cenſeantur, viriliter impugnando. Libertatem Eccle-
ſiaſticam potiſſime defenſabunt, impediendo fideliter in Civitatibus ſuis, ac locis, ne quid in ejus prędju-
dicium ſtatuatur, vel fiat, aut quomodolibet attentetur. Claves Eccleſię non contemnent, ſed in om-
nibus bona fide ſervabunt, excommunicationis, & interdicti ſententias Sedis Apoſtolicę, & Dięceſano-
rum ſuorum, tam in ſe, quam in alios latas, juxta traditionem Sanctorum Canonum, inviolabiliter ob-
ſervando: Eccleſias quoque, Monaſteria, Hoſpitalia, & quęcunque religioſa loca, necnon perſonas
Eccleſiaſticas cujuſcunque Religionis, vel Ordinis: Item Viduas, Pupillos, & Orphanos, ac ceteras mi-
ſerabiles perſonas, ut non opprimantur a ſuis Civitatibus, ſeu locis, & ut liberentur ab oppreſſionibus
bona fide intendent, & pro prędictis omnibus, ſcilicet pro Fide, ac libertate Eccleſiaſtica defendendis, &
juſtitia prędictorum per locorum Dominos, ſeu Rectores reddenda, ſi expedierit, ſe armis accingent
Fratres, viriliter; & potenter pugnantes ad mandatum Eccleſię Romanę, vel ſi loci Dięceſanus, ac Ma-
giſter eorum, ſimul hoc viderint expedire. Alias autem circa uſum armorum ſibi prudenter attendant, &
ſic eis utantur in licitis, quod ad illicita non trahantur, Sedis Apoſtolicę, vel Dięceſani conſilio, ſi ali-
quod dubium emerſerit, requiſito. Et quoniam omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet,
juxta verbum Apoſtoli, merito poſt ordinatam pugnam horum Athletarum, ſive Militum Jeſu Chriſti,
de ipſorum abſtinentia, & modo vivendi in habitu, & victu conſequenter adjungitur in hunc modum.
Veſtiantur Milites panno albo in tunica, & ſuper tunicali, in Chlamyde vero, nigro (5), & quoad
Nota. Chlamides, uxores eorum, quę ſe obligaverint ad hanc vitam, non differant in colore. A feſto tamen
Beati Michaelis uſque ad medietatem Menſis Maii valeant pręterquam in Chlamydibus variare. Ceteri
vero, qui non erunt Milites, uno tantum colore in pannis ſuis utantur, ut aliqua ſit diſtinctio inter gra-
dus, & hoc idem ſervent quoad Chlamydes Uxores eorum hujus vitę ſubditę inſtitutis. Fratres autem, &
Sorores quarta feria, & die Sabathi abſtineant (6) a carnibus, niſi ſint debiles, & infirmi, aut eſſent in
Curiis, vel Exercitu, vel cum Prelatis ſuis, ubi quarta feria carnibus alii uterentur. Quadrageſima
majori, & ſexta feria totius anni: Item quarta, & ſexta feria de Quadrageſima Sancti Martini uſque ad
Dominicam de Adventu jejunent, ab Adventu autem uſque ad Nativitatem Domini jejunent quotidie,
quadrageſimalibus cibis utendo. Inſuper jejunia quatuor temporum obſervabunt, & alia inſtituta ab Ec-
cleſia, ſecundum conſuetudinem terrę ſuę. Jejunent quidem prędictis temporibus, & diebus, niſi cauſa
neceſſitatis, vel infirmitatis, vel de ſpeciali Dięceſani, vel Confeſſoris ſui licentia remaneret. Inſuper
ter in anno ad minus confiteantur, & ter, videlicet in Nativitate Domini, Paſcha, & Penthecoſte, re-
cipiant Corpus Chriſti, niſi forſan ex aliqua cauſa eorum aliquibus eſſet a ſuis Ordinariis interdictum.
Item pro qualibet hora diei ſepties Pater noſter, & pro qualibet hora Dominę noſtrę ſepties Ave Maria
dicent. Tamen qui officium Eccleſię dixerit, ſit a prędictis ſolutus. Item ſemper ante cibum unum Pater
Noſter, & unum poſt dicent, ſignantes ſe ſigno Crucis, & agentes Deo gratias utrobique. Revereantur
inſuper ſpirituales, ac temporales Dominos, ſicut debent, Eccleſiis, earumque Prelatis, de Decimis,
primitiis, oblationibus, & tam ipſis, quam principibus ſuis, ac Dominis, de ſuis juribus reſpondendo,
ut

ut quę Dei ſunt, Deo, & quę ſunt Cęſaris, Cęſari reddere comprobentur. Et quoniam verbo Domini Cęli firmati ſunt, ut in his, & aliis bonis, fortius ſolidentur, ſingulis menſibus ad minus congregati (7) audiant verbum Dei ab Epiſcopo, vel alio Pręlato ſuo, ant aliquo qui a Sede Apoſtolica, vel a loci Dięceſano auctoritatem babeat prędicandi, niſi aliquis juſta cauſa, ſeu rationabili, prępeditus, vel de Magiſtri ſui licentia, remaneret. Item ſingulis menſibus ſibi legi hujus vitę Capitula faciant, & exponi. Deputentur etiam ex Fratribus aliqui, qui diligenter procurent, quod exhibeantnr infirmis Fratribns Eccleſiaſtica Sacramenta, & Fratres, & Sorores congregari faciant, ad arbitrium, & diſpoſitionem Magiſtri, ad exequias defunctorum, ut humanitatis officium impendant. Ibidem tamen ſibi caveant in his omnibus diligenter, ne circa funus, vel aliqua ſpiritualia, ſibi aliqnam diſpoſitionem uſurpent, vel pręſumant aliquid in pręjudicium Parochialis Eccleſię, vel gravamen. Quicunque ad banc vitam fuerit aſſumendus, profitebitur in hanc modum (8). Ad honorem Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatę Marię Virginis, & Omnium Sanctorum, Sanctę quoque Romanę Eccleſię, & Sanctiſſimi Patris Domini Summi Pontificis, necnon Matris Eccleſię, ac Venerabilis Patris Domini Dięceſani mei Epiſcopi, coram vobis Domino Dei gratia Epiſcopo Dięceſano meo, & coram Magiſtro Ordinis Fratrum Militię Jeſu Chriſti .... loci, vel coram Presbytero Confeſſore meo, & coram dicto Magiſtro Ego ... profiteor, me velle vivere de cetero ſecundum formam, ſive dogma vivendi Fratrum Militię Jeſu Chriſti, & me victurum promitto, & ſervaturum tanquam Frater, vel Soror, quę ſecundum locum, ſtatum, & officium, quod inter ipſos Fratres, vel Sorores, tenebo, ex ipſa forma mihi facienda, vel ſervanda, incumbent. Nulli ergo omnino bominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii, Nono Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Ordinis.*) Cujus auctor fuit *S. P. Dominicus*, ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV* dicetur. Vide Conſtitutiones mox tranſcriptas.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.
3. *Magiſtrum.*) Vide Conſtitutionem CCXII.
4. *Catbares.*) De *Catbaris*, aliiſque hæreticis, quorum hic mentio, ſæpius dictum fuit.
5. *Veſtiantur Milites panno albo in tunica, & ſupertunicali: in Chlamyde vero, nigro.*) Iiſdem ſcilicet coloribus, quibus utuntur Fratres, & Sorores Ordinis Prædicatorum.
6. *Abſtineant.*) Quæ hic de abſtinentia, jejuniis, ac precibus factis, dicuntur, eadem prorſus ſunt, quæ nunc etiam, ex præſcripto Regulæ, ſervant Fratres, ac Sorores *de Pœnitentia S. Dominici.*
7. *Congregati.*) Ut in Regula mox laudata præſcribitur.
8. *Profitebitur in banc modum.*) Uti nunc etiam profitentur Fratres, ac Sorores *de Pœnitentia S. Dominici.*

De reſtituendis Bononienſi Monaſterio (1) S. Agnetis.

Anno 1235 Die 18 Junii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCXVII.

Gregorius Epiſcopus, Servns Servorum Dei, Dilecto Filio Prępoſito Mantuan., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRioriſſa, & Conventus Monaſterii Sanctę Agnetis Bononien. tranſmiſſa Nobis conqneſtione monſtrarnnt, quod Yſnardns Canonicus Veronen. Bocafolle, & quidam alii Civitatis, & Dięceſis Veronen. ſuper terris, poſſeſſionibus, domibus, pecunię ſumma, & rebus aliis ad dictum Monaſterium ſpectantibus injuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias eandem, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datnm Peruſii XIV Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Monaſterio.*) De quo ſæpius dictum fuit.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

De Cumano Cœnobio (1) conſtruendo.

Anno 1236 Die 19 Aprilis.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCXVIII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati Sancti Simpliciani, & Archipresbytero Decumanorum Prępoſito Sancti Ambroſii Mediolanen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIlecto Filio Priore Provinciale Ordinis Fratrum Prędicatorum Lombardię Nobis innotuit exponente, qnod cum olim ad multam inſtantiam Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi, & dilectorum filiorum Cleri, & Communitatis Cumanę, pro defenſione Catholicę Fidei, & confuſione pravitatis hęreticę Capitulnm Generale ipſius Ordinis, Conventum Fratrum ſuorum haberi in Civitate Cumana duxerit concedendum, Abbas Monaſterii Sancti Abnndii Cumani, Eccleſiam Sancti Johannis jnxta Civitatem eandem ad idem Monaſterium ſpectantem conceſſerit dictis ibidem Fratribus moraturis, & promiſerit eis vendere tantum de adjacenti terra Monaſterii, qnantum ipſis ſufficeret pro clauſtro, & officiis juxta morem Ordinis eorundem, taxatione pretii bonis viris communiter eligendis a partibus reſervata. Sed quia idem Abbas, mutata poſtmodum voluntate, nolebat, quod promiſerat adimplere, Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo, & dilectis filiis Cinciliarchę, ac Abbati S. Dionyſii Mediolanen. noſtris dedimus literis in mandatis, ut ipſum ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis obſtaculo, coarctarent, ſed idem

idem Abbas de iis mentione non habita, quibuſdam literis ad ſupradictum Abbatem Sancti Dionyſij, & ejus conjudicem contra Abbatem Sancti Carpofori, Poteſtatem, & Commune Cuman., ac alios Clericos, & Laicos in forma ſimplici impetratis, fecit in omnes illos, qui ibidem pro jam dictis Fratribus laborarent, excommunicationis ſententiam promulgari; poſtmodum vero Abbas, & major, ac ſenior pars Conventus ejuſdem Monaſterii, cum eodem Priore ad hujuſmodi compoſitionem amicabilem devenerunt, videlicet, quod de quantitate terrę, & ęſtimatione pretii, quatuor ęſtimatorum eligendorum a partibus dicto ſtaretur, prout in Inſtrumento publico exinde confecto dicitur plenius contineri, ſed ipſi compoſitionem eandem non ſervant contra propriam ſponſionem. Quia vero abſque nota, vel noxa, idem Abbas, & Conventus contra promiſſa toties venire non poſſunt, & qui perſecutores hoſtium Fidei noſtrę non recipit, ipſam fidem arguit non amare, ipſis Abbati, & Conventui noſtris damus literis in pręceptis, ut compoſitionem eandem, ſicuti pie, ac provide facta eſt, curent inviolabiliter obſervare. Ideoque diſcretioni veſtrę per Apoſtolicam ſcripta mandamus, quatenus, ſi dicti Abbas, & Conventus pręceptum noſtrum neglexerint adimplere; vos, eos ad id per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, cogatis, proviſo, quod ſi prędicti quatuor in unam nequiverint ſententiam concordare, quintum addatis, ut eis non concordantibus, ſtetur ſententię plurimorum. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Viterbii XIII Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Cœnobio*.) Juris eſt Provinciæ Lombardiæ.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex alio authentico *Bononienſi*.

Anno 1237 Die 20 Maii.

CCXIX.

Provinciali Lombardiæ, ne Fratres de Campaniola moleſtiis afficiantur.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri Stephano Priori Provinciali Fratrum Prędicatorum Lombardię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM inſtantia &c. (2) per ſe ipſum illud per te concedi dilectis filiis Fratribus de Campaniola ſuper ſtatuta eorum Ordinis reformandum, injungentes tibi nihilominus, ut ipſum de Fratribus citatum Lombardię &c.. Quia vero propter pręſumptionem ipſius Rolandi, qui volens contra ſtimulum calcitrare, eidem Monaſterio inferre damna per ſe, ac ſuos conſanguineos comminatur, expedit huic operi adhiberi manum auxilii Poteſtatis, Conſiliariorum, & Communitatis Civitatis ejuſdem univerſę ipſorum, rogamus diligenter, & hortamur, noſtris ſibi dantes literis in mandatis, ut tibi in executione mandati noſtri favorabiliter aſſiſtentes, poſtquam in Monaſterio ipſo fuerint dicti Fratres inducti, non permittant eos, vel idem Monaſterium ab ipſo Rolando, & quibuslibet aliis, quantum in eis fuerit, temere moleſtari, ſed recepta ſuper hoc a quibus neceſſe fuerit, ſuper tuum arbitrium ſufficienti, & idonea cautione, ſic eis de ſecuritate provideant, quod exinde divinam poſſint gratiam uberius promereri, & Nos devotionem ipſorum commendare merito debeamus; Sententiam autem, ſi quam propter hoc rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem, contradictores &c. inviolabiliter obſervare. Quocirca modo, quo ſupra, dictos Poteſtatem, Conſiliarios, & Communitatem ad id diligenter moneas, & inducas &c. Datum Viterbii XIII Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* in Annalibus Ordinis Prædicatorum.

2. *Inſtantia &c.*) Quædam deſunt.

Anno 1237 Die 12 Junii.

CCXX.

Epiſcopum (1) Marochitanum ejuſdem Regni Fidelibus commendat.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus in Regno Marochitano commorantibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LÆtamur, quod Eccleſia Marochitana, ſterilis hactenus, fęcunda nunc redditur, & Synagoga peccantium, quę multos habebat filios, infirmatur. Lętamur, quod in Draconum cubilibus junci nunc oriur viror, & calami, & in ſtruthionum paſcuis creſcunt lilia nominis Chriſtiani. Lętamur, quod Iſrael in terram Judę, liber a Babylonica ſervitute revertitur, & aurea vaſa, quę Nabuchodoſor in Babylonem tranſtulerat, jam ad Templum Domini referuntur. Propter quod conſiderantes attentius, quod Eccleſia prędicta inter hoſtes Chriſti poſita, de facili editę prolis amiſſionem incurreret, ſi ſponſi remaneret cuſtodia deſtituta, & in brevi ipſius novella plantatio areſceret, niſi eam cultor Eccleſiaſticus ſacri fluento dogmatis irrigaret, Venerabilem Fratrem N. Epiſcopum, quem ad ejuſdem Eccleſię conſecravimus titulum, in paſtorem, & ſponſum ſibi duximus providendum, ſpem firmam habentes, quod cum vir literatus, & diſcretus exiſtat, quo ſincerius Dominum, relictis cum Petro mundanę vanitatis retibus, ſequitur, eo latius in illis partibus ipſius ſtudio Chriſtianę Fidei funiculus extendetur. Verum quia, ſi carnalem patrem quis honorare tenetur, ſpiritualis eo amplius debet ab homine honorari, quo pretioſior eſt carne ſpiritus, & animę ſunt corporibus digniores, mandamus, quatenus eundem Epiſcopum ob reverentiam Jeſu Chriſti, Apoſtolicę Sedis, & noſtram, benigne recipere, ac honeſte tractare curantes, ipſius ſtudeatis ſalubribus mandatis, & monitis obedire. Alioquin ſententiam, quam idem ob hoc

hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari. Datum Viterbii Pridie Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Epiſcopum.*) Quem Ordinis Fratrum Prædicatorum Alumnum putat *Bzovius* in Annalibus ejuſdem Ordinis, dicens. *Cum multum fructum in Regno Marochitano pro Fidei Chriſtianæ dilatatione feciſſent, plurimoſque Chriſto incorporaſſent Fratres Prædicatores, Gregorius Papa unum ex illis Operariis præfecit Eccleſiæ novellæ Epiſcopum, ea propter ſcripſit Univerſis Chriſtifidelibus in Regno Marochitanorum commorantibus ſuper receptione novi Epiſcopi, ſequenti tenore.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* mox laudatum.

De Baptiſmi Sacramento (1) mancipiis non denegando (2).

Anno 1237 Die 29 Julii.

Ex Archivo (3) Ordinis.

CCXXI.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Patriarchæ Jeroſolymitano, ceteriſque Epiſcopis in Syriæ partibus conſtitutis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

IN Tranſmarinis partibus ſæpe ſæpius accidiſſe dicitur, quod multi Sclavorum, qui habentur ibidem, amorem Catholicæ Fidei prætendentes, ad hoc ſolum Sacramentum Baptiſmatis perceperunt, ut obtenta libertate, quæ ſuper terræ conſuetudinem talibus indulgetur, abirent in viam gentium extra Dei notitiam poſitorum. Hac igitur de cauſa, necnon ex eo, quod aliqui ex vobis, & quidam Religioſi partium earundem nolunt hujuſmodi Sacramenti prætextu Sclavos amittere, ipſis petita humiliter Baptiſmi gratia denegatur. Verum cum ex hoc, non abſque Redemptoris offenſa, & ſcandalo timentium Dominum nimis ſaluti depereat animarum, mandamus, quatenus illos ex Sclavis eiſdem, qui pure, & ſimpliciter propter Deum adſcribi fidelium Collegio cupiunt, & depoſcunt, in ſervitute priſtina permanſuri, Baptizari libere permittatis, circa illos, quibus facultatem adeundi Eccleſiam, & percipiendi Sacramenta Eccleſiaſtica conceſſeritis illud humanitatis ſtudium exercentes, quod, & Divinæ voluntati ſit placitum, & Fidei proferat incrementum (4). Datum Viterbii IV Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Baptiſmi Sacramento.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VIII.*

2. *Non denegando.*) *Fratribus Prædicatoribus, & Minoritis in Aſia commorantibus,* inquit Bzovius in Annalibus Ordinis Prædicatorum ad annum MCCXXXVII, *injectus erat ſcrupulus, an mancipia fugitiva baptizare deberent. reſcripſit Gregorius Patriarchæ Jeroſolimitano, & ceteris Prælatis in Syriæ partibus conſtitutis ſequenti Diplomate,* mox tranſcripto.

3. *Archivo.*) In quo exemplar *Lib. A. pag. 499.* Legitur apud *Bzovium* mox laudatum.

4. *Incrementum.*) Cetera deſunt apud *Bzovium*. Illud tamen Diploma refert ad annum *MCCXXXVII.* In Archivo Ordinis loco mox laudato notatur, Summum Pontificem eodem modo ſcripſiſſe *Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis Jeroſolymitani: Magiſtro, & Fratribus Militiæ Templi: Præceptori, & Fratribus Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum Jeroſolymitan. in Acon.*

Fratrem Ponſam (1) Boſnenſem Epiſcopum laudibus ornat.

Anno 1238 Die 23 Decembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCXXII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Strigonien., & Suffraganeis ejus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ECcleſiarum regimini præſidentes, ad hoc aſſidue debent haberi ſolliciti, ut ipſorum poſſit provenire ſubſidiis, quod ubique vigeat gloria catholicæ puritatis. Cum igitur ad hoc terræ Boſnæ, quæ uſque ad hæc ipſa pertulit hæreticæ pravitatis opprobrium, in Redemptoris injuriam, & periculum animarum, de Venerabili Fratre noſtro Epiſcopo Boſnenſi, viro utique diſcreto, & provido, ac in obſervantiam mandatorum Domini ſtudioſo, provideri fecerimus, ut ejus exemplis, & meritis, auctore Deo, ad ſtatus gratiam redeat ſalutaris; Fraternitatem veſtram, ſicut attentius poſſumus, exhortamur, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eidem paupertate nimia prægravato, cui plene legationis officium in Diœceſi Boſnenſi commiſimus, pro divina, & noſtra reverentia, illud de bonis veſtris impendatis, poſtpoſita difficultate, ſubſidium, per quod ſuper ſolicitudine ſibi credita, effectum conſequi valeat exoptatum, preces noſtras taliter impleturi, ut, comperto per effectum operis, quod circa promotionem Fidei vobis ſit affectio ſpecialis, ſuper hoc non literas adjicere, ſed vobis potius ad condignas teneamur gratias reſpondere. Datum Laterani X Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Ponſam.*) De quo in *Appendice ad præſentem Pontificatum Tom. I hujuſce Bullarii pag.* 114, & 116.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* in Annalibus Ordinis Prædicatorum, ubi meminit ſequentium Diplomatum.

Hoc eodem anno Gregorius Pontifex Epiſtola 356 Priori Herbipolenſi Ordinis Prædicatorum, & duobus Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis injunxit, ut in vitam, & miracula Beati Brunonis Epiſcopi Herbipolenſis inquirerent.

Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Diœceſis Quinque Eccleſienſis, ut in ædificatione Cathedralis Eccleſiæ Boſnenſis, atque in propagatione, & defenſione Fidei Catholica Boſnenſi Epiſcopo ex eodem Ordine aſſumpto aſſiſterent, præcepit. Epiſt. Gregorii Papæ 357.

Provinciali Poloniæ, & Priori Pragenſi Ordinis Prædicatorum, ut Monaſterium Virginum Sancti Franciſci inſtitutum Pragæ profeſſarum, viſitarent, reformarentque commiſit Epiſt. Gregorii 51.

Hoc anno Gregorius Pontifex Priori Friſacenſi Ordinis Prædicatorum, ut cauſam inter Bavariæ Ducem ab Epiſcopo Friſingenſi excommunicatum cognoſceret.

Provinciali Norvegiæ, & Daciæ Ordinis Prædicatorum & Abbati Sancti Michaelis Bergenſi commiſit, ut ſuper defectu Natalium Henrici Norvegiæ inquirerent. Datum Laterani

vani VIII Idus Julii, Pontificatus Gregorii Anno XV.

Hoc eodem anno Gregorius Pontifex commiſit Priori Thebano Ordinis Pradicatorum, & Archiepiſcopo, atque Archidiacono Nigropolitano, ut Eccleſias Cathedrales Metropolitanorum, & Epiſcoporum, tum deinde omnes alias Pralatorum, & Cænobiorum, ſive Graci, ſive Latini Ritus, ſive denique quocunque modo exemptorum, ad decimandum cenſerent, & ad ſolvendum ex univerſo Patriarchio compellerent Patriarcha. Datum Laterani IV Kal. Junii Anno XV Epiſt. 60 Gregorii.

Anno 1239 Die 4 Januarii.

Quædam Bononienſi Monaſterio (1) S. Agnetis reſtituenda curat.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCXXIII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Priori Sancti Bartholomęi de Porta Ravennat., Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIlectę in Chriſto Filię Prioriſſa, & Moniales S. Agnetis Nobis conquerendo monſtrarunt, quod Guid de Aquaviva, & quidam alii laici Imolen. Civitatis, & Diœceſis ſuper poſſeſſionibus, & rebus aliis injuriantur eiſdem; Ideoque diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, partibus convocatis, audias eaſdem, & appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Laterani II Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Monaſterio.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1239 Die 17 Novembris.

Munere Viſitatoris, Monialium cura, & id genus ceteris levat (1) Fratres Prædicatores.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCXXIV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INſpirationis divinę gratia faciente &c. (3). Datum Laterani XV Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio Decimo.

1. *Levat.*) Ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X. & XIII.*

2. *Archivio*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano*.

3. *Faciente &c.*) Ut in *Conſtitutione CXCVI Gregorii IX Tomo I hujuſce Bullarii pag.* 107.

Anno 1241 Die 16 Junii.

De Sacro Bello in Tartaros ſuſcipiendo (1)

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCXXV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Prępoſitis, & aliis Eccleſiarum Prelatis, & Clericis &c., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VOcem in excelſo lamentationis, & fletus audivimus, & nos multis doloribus amaricati deploramus, quod jaculatum de Cęlo judicium jam depopulatur undique populum Chriſtianum, quod infidelium gladius in fideles reciproca cęde convertitur, & in Chriſticolas paganorum mucro crudeliter debacchatur. Nam, ſicut ex tenore literarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Belę Regis Ungarię non ſine multa lacrymarum effuſione didicimus, gentes Tartarorum, quę non noverunt Dominum, regno Ungarię pro parte, ſicut permiſit Dominus, occupato, non ſolum Regnum prędictum perdere cupiunt, ſed etiam totam Chriſtianorum terram deſertam ponere moliuntur. Verum cum doloribus Regis, & Regni eo magis nos condolere conveniat, quo idem Rex, & progenitores ſui promptiores in exequendis divinę voluntatis beneplacitis, & ferventiores in Eccleſię devotione omni tempore fuiſſe noſcuntur, univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentius, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eundem Regem, & ſuos, ſi quando ad partes veſtras venire, morari inibi, ſeu exinde tranſire contigerit, cum omni honorificentia recipere, & honeſte, ſicut decet tantum Principem, tractare curantes, nullum eiſdem, in perſonis, vel rebus, impedimentum permittatis inferri, ſed ipſum viriliter, & potenter ab aliorum moleſtia defendere, & ei ſubvenire liberaliter ſtudeatis, ita quod exinde divinam propitiationem poſſitis uberius promereri, noſque, qui nobis, & Eccleſię reputabimus totum fieri, quicquid honoris, & obſequii ſibi contigerit exhiberi, grata vobis reſpondere viciſſitudine teneamur. Datum Laterani XVI Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Decimo Quinto.

1. *Suſci-*

1. *Suſcipiendo.*) Hoc ipſo anno, inquit Bzovius in Annalibus Ordinis Prædicatorum ad annum MCCXLI, *Gregorius Pontifex Belæ Regi Ungariæ, & Colomano Haliciæ, atque Sclavoniæ opem contra Tartaros laturus, Fratribus Ordinis Prædicatorum Regnorum Ungariæ, Poloniæ, & Boſnæ collectas pecuniarum a Chriſtifidelibus, necnon Crucis prædicationem injunxit, ſcriptiſque in hunc modum literis, tam illis, quam univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Prapoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium* mox laudatum.

INNOCENTIUS IV.

Ab anno MCCXLIII, die XXIV Junii, ad VII Decembris MCCLIV. Vide *Tom. I* hujus *Bullarii pag.* 117.

Litem Bononienſi Monaſterio (1) S. Agnetis illatam dirimendam decernit.

Anno 1243 Die 19 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCCXLVIII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Sancti Proculi Bononien., & Sanctę Marię de Strata Abbatibus, & Priori Sancti Bartholomęi Bononien. Dięceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Sanctę Agnetis nobis conquerendo monſtrarunt, quod Abbas Sancti Felicis Bononien. Ordinis Sancti Benedicti, Archipresbyter, Medicin. Communitas loci ejuſdem, Bonifatius Guidote, & quidam alii Clerici, & Laici Bononien. Civitatis, & Dięceſis, ſuper decimis, terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis injuriantur eiſdem; ideoque diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, partibus convocatis, audiatis eaſdem, &, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Proviſo, ne in univerſitate Medicin. excommunicationis, vel interdicti ſententiam proferatis, niſi, a Nobis ſuper hoc mandatum recipiatis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, cogatis, veritatis teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Anagnię, XIII Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Monaſterio.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Monaſterium S. Sixti de Urbe variis Privilegiis ornat.

Anno 1244 Die 1 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CCCXLIX.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę Monaſterii Sancti Sixti de Urbe, ejuſque Sororibus, tam pręſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sacroſancta Romana Eccleſia &c. (2), & in Montanara, & tres domos cum horto in Civitate Tiburtin. in contrata S. Margaritę, unum Olivetum poſitum in Magnan., & aliud in loco, qui dicitur Petraria in Territorio Civitatis ejuſdem, Turrim, quę eſt ad Pontem Mammollum, cum terris, paſcuis, limitibus, arenariis, juribus, & pertinentiis ſuis, omnes omnino poſſeſſiones cultas, & incultas, Vineas, Aquas, Sylvas quondam Eccleſię S. Marię in Templo, ac unam pedicam Terrę poſitam in Anguilara, quę fuit quondam Monaſterii S. Bibianę, quas fel. rec. Honorius Papa Prędeceſſor noſter conceſſit vobis de plenitudine poteſtatis, prout in literis ejus perſpeximus plenius contineri, Turrim poſitam in eodem loco, ſcilicet Anguilari cum pertinentiis ſuis, annuum quinquaginta Marcarum redditum, quas de proventibus de Bamburgo ad Monaſterium S. Oſvaldi de Hoſtlę ſpectantis, de conſenſu Subprioris, ac Cellarii procuratorum ejuſdem Monaſterii, tunc in Romana Curia exiſtentium, idem Honorius Prędeceſſor noſter pia vobis liberalitate conceſſit, ſicut ipſius literę, quas diligenter inſpeximus, clarius manifeſtant, cum Pratis, Vineis, Terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in Aquis, & Molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum &c. (3) audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes, ne Terras, ſeu quodlibet beneficium Monaſterio veſtro collatum, liceat alicui perſonaliter dare, ſive alio modo alienare abſque Romani Pontificis licentia ſpeciali de conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quę vero donationes, aut alienationes, aliter quam dictum eſt, factę fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hoc firmiter inhibemus, ne quis in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententias abſque ſpeciali licentia Rom. Pontificis audeat promulgare, ipſas, ſi ſecus actum fuerit, tanquam contra Sedis Apoſtolicę Indulta prolatas, carere viribus: decernentes, ne ullę literę firmitatem habeant, quas contra vos tacito Monaſterii veſtri nomine conſtiterit impetrari &c. (4) inveniant. Amen.

✠ Ego Innocentius Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

✠ Ego Stephanus S. Marię in Tranſtiberim tit. S. Caliſti Presbyter Cardinalis.
✠ Ego Rainaldus Oſtien., & Velitern. Epiſcopus.
✠ Ego Fr. Jacobus Pręneſtin. Epiſcopus.
✠ Ego Raincrius S. Marię in Coſmedin Diaconus Cardinalis.
✠ Ego Ægidius SS. Coſmi, & Damiani Diaconus Cardinalis.
✠ Ego Ricardus S. Angeli Diaconus Cardinalis.

Datum Lateran. per manum Fratris Jacobi de Ordine Prędicatorum S. R. E. Vice-Cancellarii Kal. Januarii Indictione II, Incarnationis Dominicę Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo Tertio (5) Pontificatus vero D. Innocentii Papę IV Anno Primo.

Locus ✠ Plumbi.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in ejuſdem Monaſterii tabulario. Ejuſdem tenoris conſtitutio legitur quidem *Tomo I hujus Bullarii pag.* 134, ſed eſt mutila, & alio die data.

2. *Eccleſia &c.*) Ut in *Conſtitutione LI Innocentii IV* ad hæc uſque verba: *& in Montanara*.

3. *Veſtrorum &c.*) Ut in eadem ad hæc uſque verba: *audeat retinere*.

4. *Impetrari &c.*) Ut in eadem ad hæc uſque verba: *Inveniant Amen*.

5. *Tertio.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCXLIV.*

Anno 1244 Die 25 Martii.

CCCL.

De celebranda Miſſa (1) ſuper Altare portatile.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis, Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

POſtulaſtis a Nobis, ut cum extra Civitates, & Villas frequentius exiſtatis, nec vobis expediat per hujuſmodi loca diſcurrere pro divinis officiis audiendis, celebrandi vobis, ubi Conventus de ordine veſtro non fuerit ſuper Altare portatile licentiam prębcremus. Nos autem id veſtris poſtulationibus inclinati concedimus ſine juris prejudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. VIII Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Miſſa.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Moguntino*.

Anno 1244 Die 17 Maii.

CCCLI.

Ne Fratres Prædicatores moleſtiis afficiantur in Anglia, Conſervatores (1) conſtituit.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Wintonienſi, Wigornienſi, & Norwicenſi Epiſcopis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUia nonnulli ſic in malitia delectantur, ut voluntatis libito, abſtinentię ruptis habenis, ad illicita relaxato, perſonas Religioſas, Dei timore poſthabito, multipliciter moleſtare pręſumant, conſuevit pia Mater Eccleſia perſonis ipſis contra pravitatem talium, defenſionis remedio miſericorditer ſubvenire, per quod moleſtatorum ipſorum compeſcatur temeritas, eędem perſonę tutę permaneant, & aliis aditus committendi ſimilia pręcludatur. Cum itaque dilecti filii, Prior Provincialis, & Fratres Ordinis Prędicatorum in Provincia Anglicana conſtituti, ſicut ex eorum parte Nobis extitit intimatum, a nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, moleſtias multiplices patiantur; Nos volentes eiſdem contra inſolentiam, & conatus malignantium providere, Fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratis Priori, & Fratribus contra perverſorum audaciam efficaciter favoris pręſidio aſſiſtentes, non permittatis ipſos contra indulta privilegiorum Apoſtolicę Sedis, ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante conſtitutione de duabus dictis edita in Concilio generali, pręſentibus poſt decennium minime valituris. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani XVI Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Conſervatores.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Matthæum Pariſium in Hiſtor. Anglię ad annum MCCXLVI.*

Ma-

Magiſter Ordinis rite electus, hoc ipſo plenam habet in totum Ordinem poteſtatem, & Fratres auctoritate ſua ligare, ac ſolvere poteſt (1). Anno 1244 Die 13 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.* CCLII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo quondam Boſnen., Magiſtro, & dilectis filiis Fratribus, Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INter alia, qnibus ex injuncto &c. (3) Datum Jannę (4) Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Poteſt.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi.*
3. *Injuncto &c.*) Ut in *Conſtitutione XXXVIII Innocentii IV*, quæ legitur *Tomo I* hujuſce *Bullarii pag.* 129.
4. *Januæ.*) Hinc illuſtrari poteſt hiſtoria *Innocentii IV*, qui per id temporis *Lugdunum* petebat.

Magiſtro, & Prioribus, ut aſcribendos Ordini abſolvere (1) poſſint a cenſuris. Anno 1244 Die 13 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.* CCLIII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Magiſtro, & Prioribus Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AUctoritate vobis pręſentium &c. (3) Datum Janucę, Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Abſolvere.*) Ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi.*
3. *Præſentium &c.*) Ut in *Conſtitutione VIII Gregorii IX.* Legitur *Tomo I* hujuſce *Bullarii pag.* 20.

Ratum habet, ac firmat, quod Epiſcopus Bergomenſis Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſerit Eccleſiam S. Stephani. Anno 1245 Die 8 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.* CCLIV.

Innocentins Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prędicatorum Bergomen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtis petentium deſideriis dignnm eſt Nos facilem prębere conſenſum, & vota, quę a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente, complere. Exbibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Bergomenſis Eccleſiam Sancti Stephani, in qua divino eſtis obſequio mancipati, de conſenſu ſui Capituli ab animarum cura reddidit abſolutam, & ipſius Parochiam Eccleſię Sancti Jacobi Bergomenſis, prout ſpectabat ad ipſum, perpetuo deputavit. Nos itaque, quod ab eodem Epiſcopo in hac parte provide factum eſt, ratum habentes, & firmum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni VI Id. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Bergomenſi.*

Ratum habet, quod juſpatronatus Eccleſiæ de Schivarcezhoven conceſſum fuerit Monaſterio Ratisbonenſi (1). Anno 1245 Die 13 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.* CCLV.

Innocentins Epiſcopus, Servus Servornm Dei, Dilectis in Chriſto Filiabns Prioriſſę, & Conventui Sororum Monaſterii Sanctę Crucis Ratisbonenſis Ordinis Sancti Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtis petentinm deſideriis dignum eſt, Nos facilem prębere conſenſum, & vota, quę a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente, complere. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra Nobis extitit intimatum, nobilis vir D. Comes de Ortenberch pia devotione ductus, vobis juſpatronatus, quod in Eccleſiam de Schivareezhoven habebat, Venerabilis Fratris noſtri Ratisbonenſis Epiſcopi, & ſui Capituli ad id accedente conſenſu, donaverit, prout in eorundem Epiſcopi, Capituli, & Nobilis literis inde confectis dicitur contineri; Nos veſtris devotis precibus inclinati, quod ab eis pie, ac provide factum eſt

in hac parte, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni, Idibus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Ratisbonen.*) In Germania. 2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ratisbonenſi.*

De ſtipe eroganda Bononienſi Monaſterio (1) S. Agnetis.

Anno 1246 Die 7 Januarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCLVI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus, ad quos literę iſtę pervenerint, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem manſionis extremę, miſericordię operibus pręvenire, & ęternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cęlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam ęternam. Hinc eſt, quod univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus cum Eccleſias debeant viſitare fideles, ut idem, in cujus memoria ſunt conſtructę memor ipſorum exiſtat, ad Monaſterium Monialium Sanctę Agnetis Bononien. petituri miſericordię divinę ſuffragium accedatis, vel Monialibus eiſdem ad ſuſtentationem ipſarum pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per hoc, & alia bona, quę, Domino inſpirante, feceritis, ad ęternę poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, qui ad pręfatum Monaſterium, cauſa devotionis, acceſſerint, vel eidem manum porrexerint pietatis, quadraginta dies de injuncta ſibi pęnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugduni VII Idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Monaſterio.*) De quo ſæpius dictum fuit. 2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Diſpenſat ſuper defectu natalium Fratris Werneri (ſive Guarneri).

Anno 1246 Die 6 Septembris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CCCLVII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Wernero Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUanquam Illegitime genitos a ſuſceptione dignitatum, & Ordinum, ſacrorum Canonum inſtituta repellant, cum eis tamen, qui morum honeſtate, ac literarum ſcientia, defectum Natalium redimere ſtuduerunt, conſuevit Apoſtolicę Sedis benignitas diſpenſare, ipſos probitatis ſuę merito ad recipiendum hujuſmodi Ordines, & dignitates habilitans, ad quod ſuę originis vitio eſſe inhabiles dignoſcuntur. Hinc eſt, quod cum, ſicut in noſtra propoſuiſti pręſentia, pater tuus te genuerit ex ſoluta, Nos attendentes, quod geniturę maculam decore virtutis aboleas, favore virtutum redonatus, quod ortus vitioſus ademit, tuis ſupplicationibus inclinati, devotioni tuę, ut, hujuſmodi non obſtante defectu, ad dignitatem Epiſcopalem licite eligi, eamque recipere libere valeas, auctoritate pręſentium indulgemus. Datum Lugduni VIII Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar legitur apud Bzovium in Annalibus Ord. Prædicatorum, ubi ſequentium Diplomatum meminit.

Innocentius IV conceſſit Fratribus Prædicatoribus, ut excommunicatis in emptione, & venditione, ceteriſque vitæ ſuſtinendæ neceſſitatibus communicarent, dummodo ne ſe in crimine illis per participationem commiſcerent. Datum Lugduni 3 Idus Junii anno IV. Bzov. Tom.I fol.438.

Confirmavit hoc anno Innocentius IV concordiam initam inter Fratres Prædicatores, & Eccleſiam Sancti Pauli Lugdunenſis ſuper jure Sepulturæ, Priori, & Conventui Fratrum Prædicatorum Lugdunenſium.

Exhibita nobis veſtra petitio continebat &c. Datum Lugduni 4 Nonas Aprilis anno 4. Bzov. Tom.I fol.440.

De Spoletano Cœnobio (1) conſtruendo.

Anno 1248 Die 23 Aprilis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCLVIII.

Raynerius (3) Miſeratione Divina Sanctę Marię in Coſmedin Diaconus Cardinalis, in Patrimonio Eccleſię Beati Petri, in Tuſcia, Ducatu Spoletano, & Marchia Anconitana, vicem Domini Papę gerens, univerſis pręſentes literas inſpecturis, Salutem in Domino.

DEſcribere volens Apoſtolus effectus proprios caritatis, ait inter cetera, quod in viro juſto caritas non quęrit, quę ſua ſunt, id eſt ſpecifica hominis, ſed potius, quę multorum, cum de ſe ipſo idem aſſerat, quod non quęrit, quod ſibi eſt utile, ſed quod multis; nam cum omnia lucra temporalia reputaret, ut

ut ſtercora propter Chriſtum, omnibus omnia factus erat, ut Chriſtum lucriſaceret in hominibus convertendis, paratus pro animabus diſcipulorum ſuperimpendere ſemetipſum. Porro cum unum petat a Domino fidelis anima, quia unum eſt neceſſarium, ſcilicet comprehendere bravium vocationis ęternę, debent ſe mutuo filii Eccleſię in hoc opus ſuffragiis adjuvare. Quare bona temporalia, quę ſubſtramenta ſunt ſpiritualium, debent ii, qui abundant, liberaliter miniſtrare illis, qui relictis omnibus propter Chriſtum, verbo prędicationis, & exemplo vitę laborant jugiter pro ęterna proximorum ſalute. Illis autem aſſignanda ſunt loca idonea in Urbibus, plebium generoſitate refertis, qui, velut campi ductores, tyrones inſtruunt, & telis virtutum armant ſpiritualiter bellatores ad pugnandum contra vitia, & peccata. Cum igitur cariſſimi nobis in Chriſto Fratres Prędicatores, qui verbo prędicationis, & boneſtę converſationis exemplo, ſeparando pretioſum a vili, poſſunt, juxta Prophetam, os Domini antonomaſtice nominari, non habeant in tota Valle Spoletana domum propriam ad manendum, & dilecti filii Spoletanus Populus deſideret, ut in ſua Civitate continuum habeant incolatum, prudentiores Civitatis, conſideratis diutius regionibus, & Parochiis univerſis, deliberatione provida, elegerunt Sancti Salvatoris Capellulam, quę ſpectat ad Monaſterium S. Petri de Ferentillo, & decreverunt locum illum ad opus Fratrum exiſtere magis aptum, promittentes illam ſtationem inſufficientem, & nimis arctam, de bono communitatis ampliare ad hortum, officinas, domos, & Eccleſiam conſtruendas. Unde nobis inſtanter pluries, per nuncios, & literas humiliter ſupplicarunt, ut prędictis Fratribus locum illum, auctoritate, qua fungimur, concedere deberemus. Nos ergo, attendentes, quod ex Fratrum Prędicatorum in eadem Civitate converſatione continua, lucra provenient animarum maxima, Domino annuente, ne ad hoc opus defectus loci convenientis impediat tantum bonum, & quia tot, & tantarum animarum . . . (4) Fratrum miniſterio . . . (5) illi Civitati, & locis finitimis proventura eſt, penitus bonis temporalibus pręferenda, Spoletanorum Civium ſupplicationibus in hac parte, propter Deum, & animarum profectum, duximus annuendum. Hinc eſt igitur, quod nos, auctoritate, qua fungimur, prędictam Capellam, cum domibus, & caſalinis, ipſi Capellę circum adjacentibus, Fratribus Prędicatoribus ad conſtruendum ibidem oratorium, & neceſſarias officinas concedimus liberaliter, & libenter, jubentes Domino Fidantio Clerico Spoletano, & Domino Lucę Priori S. Marci Spoletani, ut illos de loco ipſo debeant inveſtire, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo ob temeritatem. Et ne Abbas, & Conventus pręfati Monaſterii S. Petri contra nos materiam habeant murmurandi, ſic eis duximus providendum, ut nos, vel quicunque pro Romana Eccleſia pręfuerit in Ducatu eis aſſignet, propter hoc recompenſationem congruam, cum expedierit, & ſe locus, & tempus obtulerint opportuna. Datum Anconę IX Kal. Maii, Pontificatus Domini Innocentii Papę IV Anno Quinto.

Nota;

1. *Cœnobio.*) Juris eſt *Romanæ* Provinciæ. Adeas *Fontanam de Romana Provincia pag.*117.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Viterbii* aſſervato.
3. *Raynerius.*) De quo *Ciaconius T.II Vita Pontif. & Card. pag.*34.
4. *Animarum. . . .*) Adderem *Salus*.
5. *Miniſterio. . . .*) Adderem, *& prædicatione*.

Ut Ordo (1) S. Crucis Huyen. Regulam S. Auguſtini, & Inſtitutiones Fratrum Prædicatorum profiteatur.

Anno 1248 Die 23 Octobris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCCLIX.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Electo Leodien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm dilecti filii Prior, & Fratres Sanctę Crucis, Leodienſis Diœceſis, ſecundum Regulam Sancti Auguſtini, & quaſdam Inſtitutiones FF. Prędicatorum, ſicut aſſerunt, Domino famulari cupientes, nobis humiliter ſupplicaverint, ut ipſis utendi divinis officiis, & Inſtitutionibus eorundem, licentiam largiremur; ita tamen, quod alium habitum deferre valeant, ac poſſeſſiones recipere, ſi eis, pietatis intuitu, a Chriſtifidelibus conferantur. Volentes igitur in hac parte tibi deferre, qui eorum Diœceſanus exiſtis, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem, auctoritate noſtra, poſtulata concedas (3), ſi videris expedire. Datum Lugduni, Decimo Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Ordo.*) Vide *Notam III.* Adeas *Aubertum Miræum Lib. I Origin. Monaſt.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur *pag.*40 *Supplementi Bullarii Romani* anno MDCCXXX Luxemburgi vulgati, ſed mendis ſcatet Epiſtola mox tranſcribenda, quam ibidem legere eſt.
3. *Concedas.*) Hinc ſequutus Diploma.

Henricus Dei gratia Leodienſis Eccleſiæ Electus, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus S. Crucis extra muros Oppidi Huyenſis, noſtræ Diœceſis, Salutem in Domino.

NOveritis, quod Nos in Anno a Nativitate Domini MCCXLVIII ultima die Menſis Novembris recepimus per manus veſtras quaſdam literas Apoſtolicas a Sanctiſſimo in Chriſto Patre Innocentio divina providentia Papa IV, Nobis ſpecialiter directas, quarum tenor de verbo ad verbum noſcitur eſſe talis: Innocentius Epiſcopus &c. *ut ſupra*. Super quod mandatum Apoſtolicum, Nos, qui de approbatione, & confirmatione Ordinis Crucifeorum ſub titulo S. Crucis, per certa indulta Apoſtolica, veriſſime ſumus informati, voſque fons ſitis, & tanquam Caput totius Ordinis memorati in loco veſtro prope Huyum, noſtræ Leodienſis Diœceſis, per Sedem Apoſtolicam inſtituti; & quia Eccleſiam Chriſtifidelibus, temporibus noſtris, diligenter affectamus augmentare, ac etiam vos Crucis ſervitores, ob reverentiam Crucifixi, in cujus titulo, & paſſione eſtis vos reverenter

ſigna-

ſignati, in veſtris bonis affectionibus, & contemplationibus conſervare divinis, per noſtrum conſilium, cum matura, & diſcreta deliberatione, viſa, & conſiderata ſupplicatione veſtra, in literis Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Papæ, noſtræ conſiderationi, & ſpecialiter ad experientiam noſtram commiſſa, etiamque Beati Auguſtini Regula approbata, viſiſque Inſtitutionibus FF. Prædicatorum, inter quos prædictas Inſtitutiones, plurima Capitula cum Prologo præcedenti, videlicet: Quoniam ex præcepto Regulæ jubemur habere cor unum, & animam unam in Domino &c. ad uſum veſtrum (prout nobis promiſiſtis) in eodem libro compilantur, qui liber Inſtitutionum, ſeu Statutorum nuncupatur, in quo primo determinat de officio Eccleſiæ, & inclinationibus, de ſuffragiis mortuorum, de jejuniis, de cibo, & collatione, de ....., de infirmis, & minutione, de lectis, & veſtitu, de raſura, & ſilentio, de recipiendis Novitiis, & eorum inſtructione, de Profeſſione, (quæ primo debet fieri ab omnibus profitentibus in quibuſcunque domibus exiſtentibus, Priori Huyenſi, prout in dicta Conſtitutione plenius continetur) de levi culpa, de gravi culpa, de graviori, & graviſſima culpa, de Apoſtatis, de domibus concedendis, & conſtruendis, de electione Priorum, (qui omnes per Priorem Huyenſem tenentur confirmari, & inſtitui) de electione Definitorum Capituli Generalis; de Capitulo quotidiano, de Capitulo generali (quod quolibet anno in Huyenſe celebratur, ad quod Capitulum omnes Priores......., vel Procuratores domus ſuæ, ſive Conventus, convenire ſunt adſtricti.) De viſitatoribus (qui per Priorem Huyenſem committuntur, niſi de ſe voluerit viſitare .... ſecundum quod in dicta Conſtitutione continetur) De itinerantibus, de Converſis: ſub quibus Inſtitutionibus, ſeu Conſtitutionibus præmiſſis, vobis, & Succeſſoribus veſtris, omnibuſque aliis Fratribus habitum deferentibus S. Crucis, & a domo veſtra dependentibus, in quibuſcunque locis exiſtentibus, tam præſentibus, quam futuris, utendi, de divinis officiis, & Inſtitutionibus præmiſſis, ac etiam tenendi poſſeſſiones in communi, ſi a Chriſtifidelibus, vobis, & omnibus membris veſtris, intuitu pietatis, conferantur, auctoritate Domini noſtri Papæ, in hac parte nobis commiſſa, concedimus facultatem, atque pro temporibus futuria vos, & Succeſſores veſtros in perpetuum ſecundum Conſtitutiones, ſeu Inſtitutiones præmiſſas, & Regulam B. Auguſtini memoratam regulariter vivere, auctoritate præmiſſa, per præſentes concedimus. In cujus rei teſtimonium, præſentem paginam ſigillo noſtro fecimus inſigniri. Datum in Caſtro noſtro Huyenſi Anno gratiæ MCCXLVIII, ultima die Menſis Decembris.

Anno 1248 Die 20 Novembris.

Imolenſe Monaſterium (1) S. Dominici privilegiis ornat.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCLX.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę Eccleſię Sancti Dominici Imolen., ejuſque Sororibus tam pręſentibus, quam futuris, Regularem vitam Profeſſis in prędicto Monaſterio, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe pręſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacrę Religionis enervet. Eapropter, dilectę in Chriſto filię, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam Sancti Dominici Imolen. in qua divino eſtis obſequio mancipatę, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Pręterea quaſcunque poſſeſſiones, quęcunque bona, quę eadem Eccleſia impręſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, pręſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & his, quę vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo pręfata Eccleſia eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; Terras, Vineas, & Silvas, quas habetis in Civitate Imolen. Terras, Vineas, & Silvas quas habetis in Villa, quę vocatur Dugie; Terras, Vineas, & Prata, quę habetis in Villa quę vocatur Aquaviva. Terras, Vineas, Prata, & Domum, quę habetis in Caſtro novo. necnon, & alias poſſeſſiones veſtras cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quę propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere pręſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem, fas ſit ſine Prioriſſę ſuę licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere: Diſcedentem vero abſque communium veſtrarum literarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, voce ſuppreſſa, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto; Chriſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, benedictiones Canonicarum a Dięceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, &

Nota. communionem Sacroſanctę Romanę Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochię veſtrę nullus ſine aſſenſu Dięceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam, ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hęc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Diaconis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibuſve perſonis, a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius

loci

loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut publice uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas pręterea, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quę a laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Prioriſſa, vel earum aliqua quę tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, pręponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & Beati Auguſtini Regulam providerint eligendam. Paci quoque, & tranquillitati veſtrę paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica, prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu Grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Prꝫterea omnes libertates, & immunitates a Prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſię veſtrę conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & prꝫſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prꝫfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones anferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicę auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtrę conceſſionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ſubjaceat ultioni. Cunctis, autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, pręmia ęternę pacis inveniant. Amen.



BENE VALETE.

✠ Ego Innocentius Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

✠ Ego Petrus Albanen. Epiſcopus.
✠ Ego Johannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
✠ Ego Wills (3) Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalia.
✠ Ego Petrus tituli Sancti Marcelli Presbyter Card.
✠ Ego Frater Johannes tituli S. Laurentii in Lucin. Presbyter Cardinalis.

Datum Lugd. per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vice-Cancellarii XII Kal. Decembris Ind. VII, Incarnationis Dominicę Anno MCCXLVIII, Pontificatus vero Domini Innocentii PP. IV Anno Sexto.

1. *Monaſterium.*) Juris eſt Provinciæ *Lombardiæ.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi.*
3. Wills.) *VVillelmus, ſeu Gillelmus Fliſcus,* de quo *Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium Tom. II Vit. Pontif., & Card. pag.* 128.

Ne

Anno 1249 Die 7 Octobris.

Ne Bononienſis Monaſterii (1) S. Agnetis Conventus cogi poſſit ad Monialium receptionem, ſeu proviſionem alicujus in penſionibus, aut Beneficiis Eccleſiaſticis.

CCCLXI. *Ex Archivo* (2) *Ordinis*.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Sanctę Agnetis Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIgnum eſt, & honeſtati conveniens, Nos loca religioſa diligere, ac ea religionis favore prerogativa proſequi gratię ſpecialis. Quapropter, dilectę in Chriſto filię, veſtris devotis precibus inclinati, auctoritate vobis pręſentium, indulgemus, ut ad receptionem Monialium, ſeu proviſionem alicujus in penſionibus, aut beneficiis Eccleſiaſticis, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicę, vel Legatorum ipſius cogi de cetero non poſſitis, abſque ſpeciali mandato Sedis ejuſdem, plenam faciente de hac indulgentia mentionem. Pręſentibus poſt quinquennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni Nonis Octobris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Monaſterii.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1250 Die 30 Aprilis.

Equitandi facultas nonnullis Fratribus conceſſa.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CCCLXII. Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio Regi Anglię Illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CElſitudinis tuę precibus benignum impertientes aſſenſum, FF. Prędicatoribus, & Minoribus, quos tecum duxeris ultra mare, equitandi, quotiens a te requiſiti fuerint, non obſtante contrario ſtatuto ſuorum Ordinum, liberam concedimus facultatem. Datum Lugduni II Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1250 Die 9 Decembris.

Ne Bononienſis Monaſterii S. Mariæ de Guardia Sorores aliquem admittere teneantur ad proviſionem alicujus Beneficii Eccleſiaſtici.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CCCLXIII. Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, ac Conventui Sanctę Marię Montis Guardię Ordinis S. Auguſtini, Bononien. Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EFficax veſtrę devotionis meretur affectus, ut petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Precibus igitur veſtris benignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis pręſentium, indulgemus, ut ad receptionem, ſeu proviſionem alicujus in penſionibus, vel aliis Eccleſiaſtis Beneficiis per literas Sedis Apoſtolicę, vel Legatorum Sedis ipſius, impetratas, vel etiam impetrandas, niſi jus fuerit acquiſitum alicui per eaſdem, & tenor indulgentię hujuſmodi de verbo ad verbum literis Apoſtolicis inſeratur, compelli deinceps non poſſitis invitę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni V Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1251 Die 13 Februarii.

Ut Bononienſe Monaſterium (1) S. Agnetis juris ſit Provinciæ Lombardiæ.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCCLXIV. Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus, Prioriſſę, & Conventui S. Agnetis juxta Bononiam, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

APoſtolicę Sedis benignitas prudentes Virgines, quę ſe parant, accenſis lampadibus, obviam ſponſo ire tanto propenſiori debet ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus indigere ſuffragio dignoſcuntur. Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, vos incluſę

cor-

corpore in caſtris clauſtralibus mente tamen libera devote Domino famulantes, de inſtitutionibus Fratrum Ordinis Prędicatorum illas, quę vobis competunt, hactenus laudabiliter duxeritis obſervandas, & incorporari eidem Ordini affectetis, nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtrę precibus inclinati, vos, & domum veſtram, auctoritate pręſentium, incorporamus Ordini ſupradicto, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub Magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris Provincialis Lombardię, qui pro tempore fuerint, de cetero maneatis, illis gaudentes privilegiis quę Ordini prędicto ab Apoſtolica Sede concesſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Magiſter, & Prior contraria conſuetudine ipſius Ordinis, vel indulgentia ab eadem Sede obtenta, vel etiam obtinenda, nequaquam obſtantibus, animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam, ac vobis de inſtitutionibus ejuſdem Ordinis illas, quę vobis competunt, ſine difficultate qualibet exhibentes, eidem domui per ſe, vel alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc idoneos viderint, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando, tam in capite, quam in membris, quę correctionis, & reformationis officio noverint indigere. Nihilominus inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent prout in aliis Monſteriis Monialium ejuſdem Ordinis fieri conſuevit. Electio tamen Prioriſſę libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta. Et ne pro eo, quod in domo veſtra ipſius Ordinis Fratres reſidere continuo non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, prędicti Magiſter, & Prior ad confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prędicta, vobis deputent aliquos diſcretos, & providos Cappellanos. Ad hęc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere, non obſtante contraria conſuetudine, vel ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicę, aut quacunque firmitate alia roborata, unde adminiſtrationi veſtrę prefati Magiſter, & Prior pręficiant aliquos viros idoneos, ipſoſque inde removeant, & ſubſtituant alios, prout viderint expedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę incorporationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni Idibus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Monaſterium.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Fratribus Vincentio Mediolanen., & Johanni Vercellen. ut Venetias petant, & hæreticos inſequantur. Anno 1251 Die 11 Junii

Ex Archivo (1) *Ordinis.* CCCLXV.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Vincentio Mediolanen., & Johanni Vercellen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

MIſericors, & miſerator Dominus &c. (2) totis aſſumentes affectibus, & ferventibus animis proſequentes, Venetias perſonaliter accedatis, cum per alias Civitates, & loca Lombardię &c. (3) concedimus, poteſtatem. Quod ſi non ambo his interfueritis, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Janue III Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Veneto*.

2. *Dominus &c.*) Ut in *Conſtitutione CCXXVII Innocentii IV* ad hæc uſque verba: *reſidet cordi noſtro*. Legitur *Tomo I hujus Bullarii pag.* 192.

3. *Lombardia &c.*) Ut in eadem ad hæc uſque verba: *tenore præſentium*.

Piſani (1) Monaſterii privilegia firmat. Anno 1251 Die . . . .

Ex Archivo (2) *Ordinis.* CCCLXVI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę Eccleſię SS. Philippi, & Jacobi de Caſſandra, Piſanę Diœceſis, & Sororibus, tam pręſentibus, quam futuris, regularem vitam profitentibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

REligioſam vitam profitentibus Apoſtolicum convenit adeſſe pręſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacrę Religionis enervet. Eapropter, dilectę in Chriſto filię, veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam SS. Philippi, & Jacobi de Caſſandra Piſanę Diœceſis, in qua divino eſtis obſequio mancipatę, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Pręterea quaſcunque poſſeſſiones, quęcunque bona, quę eadem Eccleſia impręſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, pręſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quę vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo pręfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quę propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de

veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas a ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit ſine Prioriſſe ſue licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque literarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem Generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, januis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, voce ſuppreſſa, divina officia celebrare. Chryſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, & benedictiones Canonicarum (3) a Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, gratiam, & communionem Sacroſancte Romane Sedis habuerit, & ea voluerit ſine pravitate qualibet exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochie veſtre, nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Cappellam, ſeu Oratorium, de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec, novas, & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis, a vobis fieri omnino prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci, liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi, de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis, de noſtra auctoritate, facultas. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Prioriſſa, vel earum aliqua, que tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu, vel eorum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint eligendam. Paci quoque, & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu Grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates, & immunitates a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſie veſtre conceſſas, necnon, & libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, & aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini, Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus.

Ego Rainaldus Oſtienſis, & Veliternenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Stephanus Sancte Marie Tranſtyberim tit. S. Caliſti Card.
Ego Petrus tit S. Marcelli Presbyter Card.
Ego Fr Johannes tit. S. Laurentii in Lauro Presbyter Cardinalis.
Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Card.
Ego Ricardus S Angeli Diaconus Card.
Ego Johannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card.
Ego Willelmus S. Euſtachii Diaconus Card.
Ego Octobonus S. Adriani Diaconus Card.

Datum Peruſie per manus Guillelmi Magiſtri Scholarum S. R. E. Vice-Cancellarii VI Kal. . . . Indictione X. Incarnationis Dominice Anno MCCLI, Pontificatus vero Domini Innocentii Pape IV Anno IX.

1. *Piſani.*) In *Hetruria*. Vide Notam I ad Conſtitutionem datam XXVI Februarii MCCLVIII.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

3. *Canonicarum.*) Vide Notam IV ad Conſtitutionem VII Honorii III. Legitur *Tomo I* hujuſce *Bullarii pag.* 7.

Im-

Imolenſe Monaſterium curæ Fratrum committitur (1).

Anno 1252
Die 6 Maii.

CCCLXVII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Petrus miſeratione divina Sabinenſis Epiſcopus Religioſis, & honeſtis Dominabus Prioriſſę, & toti Conventui Monaſterii S. Dominici de Imola Ordinis S. Auguſtini, Salutem, & Cęleſti Sponſo inſeparabiliter adhęrere.

Apoſtolicę Sedis benignitas prudentes Virgines, quę ſe parant, accenſis lampadibus, obviam Sponſo ire, tanto propenſiori conſuevit ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus, indigere ſuffragio dignoſcuntur. Cum igitur vos, in ergaſtulis quidem incluſę clauſtralibus, in libertate tamen ſpiritus, devote obſequi Domino proponentes, ſub cura, & diſciplina Ordinis Fratrum Prędicatorum vivere ſalubriter affectetis, incorporari cupientes prędicto Ordini, vel uniri, Dominus Papa veſtrum pium propoſitum favorabiliter proſequens, & affectum, nobis direxit literas Apoſtolicas ſub hac forma: Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri...... Epiſcopo Sabinenſi, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut ex parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſę, & Conventus S. Dominici Imolen. Ordinis S Auguſtini fuit propoſitum coram Nobis, ipſę incluſę corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, de inſtitutionibus Fratrum Ordinis Prędicatorum, illas, quę ſibi competunt, hactenus laudabiliter duxerint obſervandas, ac incorporari prędicto Ordini deſiderent, vel uniri, Nos pium earum propoſitum, in Domino commendantes, fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſas, & Monaſterium earum auctoritate noſtra Ordini pręfato incorporare, vel unire procures; eadem auctoritate nihilominus ſtatuens, ut ſub magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris Provincialis Lombardię dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint, de cetero maneant, illis gaudentes privilegiis, quę Ordini prędicto ab eadem Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Magiſter, & Prior, contraria Conſtitutione ipſius Ordinis, vel Indulgentia a prędicta Sede obtenta, ſeu etiam obtinenda, nequaquam obſtantibus, animarum Prioriſſę, & Conventus dicti Monaſterii ſolicitudinem gerentes, & curam, ac eiſdem de Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, illas, quę ſibi competunt, ſine difficultate qualibet exhibentes, eidem Monaſterio per ſe, vel alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quatenus expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quę correctionis, ſeu reformationis officio noverint indigere. Nihilominus ibidem inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum cognoverint expedire, confeſſiones ipſarum audiant, & miniſtrent ipſis Eccleſiaſtica Sacramenta: Liceat autem eiſdem Prioriſſę, & Sororibus, poſtquam incorporatę fuerint dicto Ordini, vel unitę, redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere. Non obſtantibus contraria conſuetudine, ſeu ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis pręfatę, aut quacunque firmitate alia roboratis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Peruſii V Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Nono. Nos itaque Domini noſtri mandatum propenſius exequentes, vos, & Monaſterium veſtrum, auctoritate jam dicti Domini Papę, Ordini Fratrum Prędicatorum, tenore pręſentium duximus uniendas. Eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris Provincialis Lombardię dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint, de cetero maneatis, illis gaudentes, privilegiis quę Ordini prędicto ab eadem Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Magiſter, & Prior, contraria conſuetudine ipſius Ordinis, vel Indulgentia, a pręſata Sede, obtenta, ſeu etiam obtinenda, nequaquam obſtantibus, animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam, ac vobis de Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, illas, quę vobis competunt, ſine difficultate qualibet exhibentes, eidem Monaſterio veſtro per ſe, vel alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quę correctionis, ſeu reformationis officio noverint indigere. Nihilominus ibidem inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum cognoverint expedire, confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta. Liceat autem vobis de cetero redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere, non obſtantibus contraria conſuetudine, ſeu ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis pręfatę, aut quacunque firmitate alia roboratis. Ad hęc autem, ipſius Domini Papę auctoritate*, ſub pęna excommunicationis diſtrictias inhibemus, ne quis huic unioni, & Conſtitutioni per Nos auctoritate Apoſtolica factę, auſu temerario contraire pręſumat. Datum Peruſii, Pridie Nonas Maii (3).

Loco † Sigilli.

1. *Committitur*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum tomo ultimo Tit. XIII.*
2. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Imolenſi*.
3. *Maii*,) Annus deeſt in ipſomet autographo, quod vidi. Id ex more illius ſeculi factum crediderim. Complura ſiquidem ſeculi præſertim XIII autographa legi, in quibus annus deſideratur.

Anno 1252
Die 11 Maii.

CCCLXVIII.

Ut Imolenſe Monaſterium (1) S. Dominici juris ſit Provinciæ Lombardiæ.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Faventin. ; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

REi quam rectitudinis vigore muniri conſpicimus digne robur adjicimus Apoſtolicę firmitatis, ut duplici ratione ſubſiſtens firmius perſeveret. Sane petitio dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſę, & Conventus Monaſterii Sancti Dominici de Imola Ordinis Sancti Auguſtini nobis exhibita continebat, quod Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Sabinen. de ſpeciali mandato noſtro dudum per noſtras literas ſibi directo, earum Monaſterium Ordini Fratrum Prędicatorum uniens, inter alia ſtatuit ſub doctrina Magiſtri, & Prioris Provincialis Lombardię, qui pro tempore fuerint, de cetero eas permanere, ac ejuſdem Ordinis gaudere privilegiis eidem ab Apoſtolica Sede conceſſis, vel etiam concedendis, & pręfati Magiſter, & Prior curam animarum ipſarum gerentes, ac ea eis, quę de Conſtitutionibus ipſius Ordinis ipſis competentia fuerint, exbibentes, dictum Monaſterium per ſe, vel per alios Fratres idoneos viſitent, corrigant, & reforment, inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire, confeſſiones ipſarum audiant, & miniſtrent ipſis Eccleſiaſtica Sacramenta; licere quoque ipſis, ſtatuit, redditus, & poſſeſſiones recipere, & libere retinere. Non obſtantibus in omnibus ſupradictis continua conſuetudine, vel ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicę, aut quacunque firmitate alia roboratis, & qualibet ipſius Sedis Indulgentia, cujuſcunque tenoris exiſtat. Et ut prędicta inconvulſa firmitate conſiſtant, idem Epiſcopus ſub pęna excommunicationis inhibuit, ne quis unionem hujuſmodi diſſolvere, vel impedire pręſumat, prout in eiſdem Epiſcopi literis inde confectis plenius continetur. Quare nobis humiliter ſupplicarunt, ut id approbare miſericorditer curaremus; Nos itaque earundem precibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo ſuper his ordinatum eſt, & ſtatutum, ratum habentes, & firmum, illud auctoritate literarum noſtrarum duximus confirmandum. Quocirca fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non permittas dictas Prioriſſam, & Conventum ſuper his contra confirmationis noſtrę tenorem ab aliquibus indebite moleſtari. moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Peruſii V Id. Maii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Monaſterium.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*. Plumbum filis cannabinis appenditur.

Anno 1252
Die 15 Maii.

CCCLXIX.

Ut Lombardiæ Provincialis Inquiſitores conſtituere, removere, mutare, ac transferre poſſit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Priori Provinciali Fratrum Prędicatorum in Lombardia, Marchia Terviſina, & Romandiola, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm tibi, & Fratribus tui Ordinis Inquiſitionem contra hęreticam pravitatem in Lombardia, Marchia Terviſina, & Romandiola, per noſtras duxerimus literas committendam; volumus, & pręſentium tibi tenore concedimus, ut illos de prędictis Fratribus, quos ad hoc elegeris, Inquiſitores contra hujuſmodi peſtem deputare valeas, ipſoſque removere, mutare, transferre, alioſque ipſis ſubſtituere, prout hujuſmodi negotio videris expedire. Illi vero, quos deputandos, vel ſubſtituendos duxeris, plenam auctoritatem habeant in exequendis omnibus, quę in aliis noſtris literis ſuper eodem directis negotio continentur. Datum Peruſii, Idibus Maii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1252
Die 25 Maii.

CCCLXX.

De Conſtitutionibus in Hæreticos latis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori Provinciali, & Fratribus Inquiſitoribus hęreticę pravitatis Ordinis Prędicatorum in Lombardia, Marchia Terviſin., & Romandiola, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Chriſtiani hęreticę pravitatis zizania, quę abundantius ſolito ſucreverunt, ſuperſeminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto ſtudioſius juxta commiſſam nobis ſolicitudinem inſudare proponimus, quanto pernicioſius negligeremus eadem in necem catholici ſeminis pervagari. Volentes autem, ut adverſus hujuſmodi nequitię operarios conſurgant, ſtentque nobiſcum Eccleſię filii, ac orthodoxę Fidei zelatores, conſtitutiones quaſdam ad extirpationem hęreticę peſtis edidimus, ac dilectis filiis poteſtatibus, ſive Rectoribus, ſive Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, alio-

aliorumque locorum per Lombardiam, Romandiolam, & Marchiam Terviſin. conſtitutis, a fidelibus ejuſdem Fidei defenſoribus exacta diligentia obſervandas, quę ſeriatim in noſtris eis directis literis continentur. Unde univerſitati eorum noſtris damus literis in mandatis, ut ſinguli conſtitutiones eaſdem conſcribi eorum capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, ſecundum eas contra omnem hęreſim ſe adverſus hanc ſanctam Eccleſiam extollentem, ſine aliqua omiſſione procedant. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti Poteſtates, ſive Rectores, Conſilia, & Communitates mandatum noſtrum ſuper hoc neglexerint adimplere, vos ſingulos eorum ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione poſtpoſita, compellatis. Quod ſi duo ex vobis his non interfuerint, unus ea nihilominus exequatur. Datum Peruſii, VIII Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

De ſtipe eroganda Imolenſi Monaſterio (1).

Anno 1252 Die 10 Decembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCLXXI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Sancti Dominici Imolen., Ordinis Sancti Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NEceſſitatibus veſtris paterno compatientes affectu, quod de uſuris, rapinis, & alias male acquiſitis, ſi hi, quibus horum reſtitutio fieri debeat, inveniri non poſſint, necnon de redemptionibus votorum, Jeroſolymitano duntaxat excepto, uſque ad ſummam centum librarum Imperialium recipere licite valeatis, auctoritate vobis pręſentium indulgemus; ita quod voventes ad executionem votorum hujuſmodi, & alii ad aliam reſtitutionem faciendam eorum, quę vobis contulerint, minime teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii IV Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Monaſterio.*) Juris eſt Provinciæ Lombardiæ. 2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Imolenſi.*

De non vulgandis nominibus eorum, qui teſtimonium tulerint adverſus hæreticos.

Anno 1253 Die 29 Januarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CCCLXXII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Provinciali de Ordine Fratrum Prędicatorum,, & Inquiſitoribus hęreticę pravitatis in Lombardia, Romandiola, Marchia Anconitana, & Terviſina, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm, ſicut accepimus, Civitatum, & locorum Provincię Lombardię Poteſtates, ſeu Rectores contra hęreticos condemnatos, niſi teſtium exprimantur nomina, non procedant, & ex tali expreſſione teſtibus ipſis periculum immineat perſonale, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper hoc, quod profectui fidei expedire videritis, ſtatuatis, facientes quod duxeritis ſtatuendum, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, firmiter obſervari. Datum Peruſii IV Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Adverſus Guidonem Canonicum Piſan., qui ſententiam excommunicationis tulerat in Priorem Conventus Piſani.

Anno 1253 Die 22 Februarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CCCLXXIII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati, & Priori S. Pantaleonis Ciſtercienſis Ordinis, Lucan. Dięceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

COnqueſtus eſt nobis Prior Ordinis Fratrum Prędicatorum Piſan., quod Guido Canon. Piſan. in omnes, qui cum corpore quondam Parentis Civis Lucan. ad domum dictorum Fratrum de Piſis, in qua idem prius ſepulturam elegerat, pergerent illud ſepelire, ibidem auctoritate propria, excommunicationis ſententiam promulgavit, quam Canonici Piſani, ſicut dicitur, ratam habentes, Priorem ipſum, & Accurſum Fratrem ejuſdem Ordinis ſocium ſuum, quamvis illuc cum eodem corpore non iviſſet, ac etiam Fratrem Attavianum Novicium dicti Ordinis, quem falſo dicebant manus violentas in quendam Clericum injeciſſe, ac deinde in omnes Fratres loci ejuſdem, quos pręfatum, & quędam alia corpora defunctorum, ad ſepulturam recepiſſe dicebant, non convictos, nec confeſſos, nec ſe per contumaciam abſentantes, ac etiam eos, qui dictis Fratribus eleemoſynas largiuntur, & ipſorum prędicationes audiunt, excommunicatos temere denunciari fecerunt, quorum Canonicorum mandato Fratres ejuſdem Ordinis, ad proponendum verbum Dei, more ſolito, diebus Dominicis, in Eccleſiis Piſan. Civitatis, admiſſi poſtmodum non fuerunt. Quare ex parte pręfati Prioris humiliter petebatur a nobis, ut cum dictus Guido, & Canonici pręmiſſa facere nequiverint, maxime cum ipſi alia de cauſa tenerentur vinculo

excom-

excommunicationis adſtricti, ſibi, & Fratribus memoratis faceremus ſuper id apud Apoſtolicam Sedem juſtitiam exhiberi. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eoſdem Guidonem, & Canonicos peremptorie, auctoritate noſtra, citare curetis, ut infra tres ſeptimanas compareant coram vobis, facturi, & recepturi ſuper prǫmiſſis, quod ordo dictaverit rationis. Diem vero &c. Non obſtante, ſi vobis, vel ordini veſtro &c. Datum Peruſii VIII Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

Anno 1253 Die 10 Aprilis.

CCCLXXIV.

Cardinali Hugoni (1), ut confirmet quandam Beneficiorum collationem factam ab Epiſcopo Argentinen.

Ex Arch. Ord. lib. A. fol. 747.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri Ugoni, Tituli S. Sabinę Presbytero Cardinali, Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Quid actum ſit refert.

DIlectus Filius Walterus Prępoſitus Eccleſię Argentinen., natus nobilis viri Walteri Domini de Gerolſeke, Nobis expoſuit, quod cum Nos olim Ven. Fratri noſtro Epiſcopo Argentinen. noſtris dederimus literis in mandatis, ut cum eo ſuper obtentis, & obtinendis Pręlaturis, Dignitatibus, & aliis Eccleſiaſticis Beneficiis, etiam curam animarum habentibus, uſque ad ſummam, de qua expedire viderint, non obſtante Conſtitutione Concilii Generalis, ſeu quod idem Walterus minus ętatis vigintiquinque annis, dummodo decem, & novem eſſet annorum, auctoritate Apoſtolica diſpenſaret, tandem idem Epiſcopus comperto, quod vigeſimum annum attigerat, ut tres Eccleſias curam habentes, quas tunc obtinebat, licite retinere, & duas poſſet dignitates, ſeu pręlaturas recipere, ac retinere cum illis ſecum auctoritate literarum hujuſmodi diſpenſavit, prout in literis ipſius Epiſcopi confectis exinde plenius dicitur contineri. Unde Nobis humiliter ſupplicavit, ut quod ab Epiſcopo ſuper hoc factum extitit confirmare de benignitate Apoſtolica curaremus. Ipſius igitur ſupplicationibus inclinati, mandamus, quatenus quod ab Epiſcopo memorato, prędictarum literarum auctoritate, factum eſt, in hac parte ipſius Prępoſiti, & patris, & fratrum ſuorum circa Eccleſiam devotione penſata, per te, vel per alium confirmare auctoritate noſtra procures. Datum Peruſii IV Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Mandat ut ſupra.

1. *Hugoni.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii IV Tom. I* hujus *Bullarii pag. 255.*

Anno 1253 Die 26 Maii.

CCCLXXV.

Fratres a cura Monaſteriorum ſuſcipienda reddit immunes (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Prioribus Provincialibus Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a laude Fratrum Prædicatorum.

INfuſa devotionis oleo, & incenſa igne verbi cęleſtis corda veſtra mundiſſima per ſtudium innocentis vitę grata conditori omnium, & populo Dei ſalubria ſunt per ſanctę converſationis exemplum. Cum itaque de his Nobis ſpiritualis producatur plenitudo lętitię, illud vobis delectamur in omnibus impertiri ſubſidium, per quod pia vota veſtra facilius poſſitis dirigere ad effectum. Quia vero prętextu Monialium, quarum cura vobis ab Apoſtolica Sede olim commiſſa dignoſcitur, humilitas veſtra, prout accepimus, gravi ſcandalo perturbatur, & etiam minus libere propter hoc poteſtis prędicationis officium exercere, Nos inducti devotionis veſtrę precibus, vobis, auctoritate pręſentium, indulgemus, ut per literas Apoſtolicę Sedis, ſeu Legatorum ejus impetrandas, cujuſcunque tenoris exiſtant, etiam ſi habeatur in eis aliqua de his ſpecialis mentio hinc ad viginti futuros annos, nullum Monaſterium de novo ſuſcipere teneamini, niſi literę ipſę de hujuſmodi annorum numero, & de conceſſione prędentium plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prǫſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei &c. Datum Peruſii, Septimo Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Immunes.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar *Lib. B. fol. 458.*

Ut

Anno 1253 Die 17 Junii.

CCCLXXVI.

Ut Imolenſis Monaſterii Moniales omnibus Ordinis Fratrum Prædicatorum privilegiis (1) fruantur.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Monaſterii Sancti Dominici Imolen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXigentibus devotionis veſtrę meritis, votis veſtris libenter annuimus, & petitiones veſtras, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter exaudimus. Cum igitur, ſicut lecta coram Nobis ex parte veſtra petitio continebat, Nos olim Ordini Fratrum Prędicatorum vos incorporari mandantes curam veſtram ejuſdem Ordinis Fratribus duxerimus committendam, ac poſtmodum eoſdem Fratres a cura, & ſolicitudine omnium Monaſteriorum Monialium unitorum, ſive incorporatorum Ordini ſupradicto penitus per literas noſtras abſolviſſe dicamur, decernendo nihilominus indulgentias, & privilegia dictis Monialibus ab Apoſtolica Sede conceſſa, ſeu concedenda ſuper iis nullius exiſtere firmitatis. Nos veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis pręſentium, indulgemus, ut nullum per hoc vobis quo minus univerſis privilegiis, ac indulgentiis ejuſdem Ordinis vobis competentibus gaudeatis, atque aliis, quę per incorporationem, & commiſſionem fueratis hujuſmodi adeptę, prejudicium valeat generari, ita tamen, quod dicti Fratres per hoc ad gerendam Monaſterii veſtri ſolicitudinem, aut curam nullatenus teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Aſſiſii XV Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Privilegiis*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

Anno 1253 Die 20 Julii.

CCCLXXVII.

Fratribus Raynerio (1) Placentin., & Guidoni (2) de Sexto, ne Caſtrum de Curte-Nova reficiatur.

Ex Archivo (3) *Ordinis*.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori Provinciali Lombardię, ac Fratribus Raynerio Placentin., & Guidoni de Sexto Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD hoc noſtra deſudat intentio, & totius diligentię ſtudio vigilamus, ut capiantur vulpeculę, quę vineam Domini, cui eo auctore pręſumus, ſatagunt ſuis doloſitatibus demolire. Cum itaque Caſtrum de Curte-Nova, quod ſitum fuit in Diœceſi Pergamen. in quo pullulavit olim hęretica pravitas, divina favente clementia, penitus ſit deſtructum, Nos conſiderantes, quod ex refectione ipſius Caſtri poſſit toti patrię grave diſpendium imminere, cum modicum fermenti totam maſſam corrumpat, dilectos filios Poteſtatem, Conſilium, & Commune Mediolanen. rogandos duximus attentius, & hortandos noſtris dantes eis literis in mandatis, ut non permittant, quantum in eis fuerit, Caſtrum refici ſupradictum, abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali, preces, & mandatum noſtrum taliter impleturi, quod per rei evidentiam appareat manifeſte ipſos eſſe orthodoxę fidei zelatores, ipſiſque pręter divinę retributionis pręmium, a nobis dignę proveniat retributio gratiarum. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes illos, qui ad refectionem ipſius Caſtri dare pręſumpſerint conſilium, auxilium, vel favorem, quod ab hujuſmodi pręſumptione deſiſtant, monitione pręmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis. Non obſtante, ſi eſt aliquibus ab Apoſtolica Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, quę de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non fecerint mentionem. Datum Aſſiſii XIII Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Raynerio*.) De quo ſępius dictum fuit.
2. *Guidoni*.) Cujus etiam mentio facta eſt.
3. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1253 Die 28 Julii.

CCCLXXVIII.

Fratri Raynerio (1) Inquiſitori Mediolanen., ne quis ſuppetias ferat Comiti Ægidio de Curte-Nova.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri R... Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INtelleximus, quod tu in Civitate, & Diœceſi Mediolanen. ſuper vitio pravitatis hęreticę datus Inquiſitor a Nobis contra nobilem virum Comitem Ægidium de Curte-Nova de hęreſi publice infamatum poſt

poſt diverſas citationes tuas, quibus ſe reddidit contumacem, comparere in tua pręſentia contemnendo, inquiſitionem faciens diligentem in eum, quem credentem receptatorem, & defenſorem hęreticorum, fuiſſe diutius legitima documenta monſtrarunt, citatum de novo, & comparere contumaciter recuſantem, excommunicationis ſententiam protuliſti, & excommunicatum publice nunciaſti, ipſum nihilominus commiſſa tibi auctoritate velut credentem receptatorem, & defenſorem hęreticorum pronuncians, & condemnans; unde cum nos Mediolanen., Papien., Lauden., Pergamen, Brixien., & Caſtri Cremę Poteſtatibus, & Communibus, noſtris demus literis in mandatis, ut eundem Ægidium certo banno, juxta tuum conſilium, ſupponere non poſtponant, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi poteſtates, & communia ipſa mandatum noſtrum ſuper hoc neglexerint adimplere, tu eos ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. Datum Aſſiſii V Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Raynerio.*) De quo dictum fuit;

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononien.*

Anno 1253 Die 11 Decembris.

CCCLXXIX.

Cardinali Hugoni (1), ut Argentinenſis Præpoſitus quædam alia Beneficia poſſit obtinere.

Ex Arch. Ord. lib. A. fol. 758.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Fratri Hugoni Tit. S. Sabinę Presbytero Cardinali Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum dilecto Filio Waltero Prępoſito Argentinen. Eccleſię, nato nobilis viri Walteri Domini de Gerelſcke fuiſſe dicitur auctoritate Apoſtolica diſpenſatum, ut pręter tres Eccleſias, curam animarum habentes, quas tunc ſe obtinere dicebat, poſſet duas dignitates, vel Pręlaturas Eccleſiaſticas obtinere: Quia vero Ven. Frater noſter Epiſcopus Argentinen. per ſuas literas Nobis expoſuit, quod idem Nobilis in ſervitio Eccleſię propriis ſumptibus ſibi adſtitit diligenter, Nos tibi, qui de hoc, & aliis meritis ejuſdem Nobilis ſufficienter eſſe crederis informatus, pręſentium tenore committimus, quatenus cum eodem Prępoſito, per te, vel per alium, auctoritate noſtra diſpenſes, ut pręter pręmiſſa, & Eccleſiam de Zunſwilre Argentinen. Diœceſis cum animarum cura, quam ſe proponit poſtmodum aſſecutum, unicum aliud Beneficium Eccleſiaſticum, etiam cum ſimili cura, ſi ſibi canonice in Regno Alamanię offeratur, licite poſſit recipere, & cum illis libere retinere, non obſtante Conſtitutione Concilii Generalis, & defectu ętatis, quem pati dicitur, cum jam vigeſimum tertium annum attingere dignoſcatur, ita tamen, quod Dignitates, vel Pręlaturę, & Eccleſiaſticum Beneficium hujuſmodi debitis &c. Datum Lateran. III Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Committit ut ſupra.

1. *Hugoni.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii IV Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 255.

Anno 1254 Die 18 Februarii.

CCCLXXX.

Ut Fratres Prædicatores Monialium Ordinis curam ſuſcipiant (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Hugoni (3) Tituli Sanctę Sabinę Presbytero Cardinali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet Sorores Ordinis Fratrum Prędicatorum jam dudum incorporatas, perſonis ejuſdem Ordinis duxerimus commendandas, pro eo tamen, quod poſtmodum perſonas ipſas ab hujuſmodi onere abſolviſſe dicimur, eędem Sorores, ſicut accepimus, magnum exinde ſuſtinent detrimentum. Quare petebatur a Nobis, ut ipſas eidem Ordini commendare ſicut prius, non obſtante abſolutione hujuſmodi, paterna ſolicitudine curaremus. Quia vero tu tanquam expertus, quid in hujuſmodi caſu expediat, plenius ſcire potes, diſcretioni tuę de conſilio Fratrum noſtrorum committimus, & nihilominus per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ſuper hoc diligenti deliberatione prębabita, auctoritate noſtra ordines, & diſponas, prout eidem Ordini, & prędictarum Sororum ſaluti videris expedire. Non obſtantibus aliquibus indulgentiis, privilegiis, ſeu literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſub quacunque forma verborum obtentis, ac obtinendis, per quę id impediri, vel differri poſſit, & de quibus, eorumque totis tenoribus plenam, & expreſſam fieri oporteat in pręſentibus mentionem. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Lateran. XII Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Suſcipiant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi.*

3. *Hugoni.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii IV Tomo I hujuſce Bullarii pag.* 255.

Ne Moniales Imolenſis Monaſterii cogi poſſint ad receptionem Sororum, vel proviſionem alicujus in penſionibus, vel Beneficiis Eccleſiaſticis.

Anno 1254 Die 13 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CCCLXXXI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Conventui Monaſterii Sororum incluſarum Sancti Dominici de Campo Syntulo Imolen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PAci, & tranquillitati veſtrę paterna volentes in poſterum ſolicitudine providere, auctoritate vobis pręſentium, indulgemus, ut ad receptionem, vel proviſionem alicujus in penſionibus, ſeu aliis Eccleſiaſticis Beneficiis per literas Apoſtolicę Sedis, vel Legatorum ipſius, compelli non poſſitis invitę, abſque ſpeciali mandato Sedis ejuſdem, faciente plenam, & expreſſam de hac indulgentia, & veſtro Monaſterio mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. III Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

Ut Provincialis Lombardiæ curam gerat (1) Bononienſis Monaſterii Sanctæ Agnetis.

Anno 1254 Die 13 Martii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCCLXXXII.

F. Hugo (3) Miſeratione Divina Tituli S. Sabinę Presbyter Cardinalis, Viris Religioſis Provinciali Ordinis Fratrum Prędicatorum Lombardię, & Conventuali Bononien., Prioribus, Salutem, & ſinceram in Domino caritatem.

NOveritis nos nuper D.PP. mandatum, & literas recepiſſe ſub hac forma. Innocentins Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Hugoni tituli S. Sabinę Presbytero Cardinali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Licet Sorores Ordinis Fratrum Prędicatorum jamdudum incorporatas &c. (4). Datum Lateran. XII Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo. Licet igitur Anno pręterito poſt Capitulum generale, Ordinis ad petitionem diffinitorum ejuſdem Capituli Dominus Papa Fratres Ordinis generaliter, duobus Monaſteriis duntaxat exceptis, abſolverit a cura Sororum, & Monaſteriorum, quę ipſe ad preces, & interventum multorum nobilium, & Magnatum auctoritate Sedis Apoſtolicę juxta tenorem indulgentiarum, & privilegiorum, quę ſuper hoc ipſis Sororibus tradidit, noſtro Ordini jam univit, Magiſtro, & Provincialibus Ordinis curam earundem Sororum, & Monaſteriorum in omnibus plene committens, ad Inſtantiam tamen magnam, & per urgentem parentum earundem Sororum valde nobilium, & plurimorum, qui ſuper hujuſmodi mutatione inſperata, & incredibili vehementer offenſi, Domino Noſtro Summo Pontifici ſuas preces nuper affectuoſas, & validas porrexerunt, quodammodo coarctatur hinc inde, nolens, quod ad petitionem Fratrum conceſſerat, tam ſubito retractare, nec valens bono modo tot, & tantorum petitionibus, & obſecrationibus non prębere conſenſum, poſt dintinam deliberationem, quia non ſolum ſępedictis Sororibus, ſed & ipſis Fratribus, & Ordini detrimentum non modicum generari videbatur, de conſilio Fratrum ſuorum, & in pręſentia eornm, nobis ſpecialiter, quia de Ordine Fratrum, commiſit hoc negotium, nt ſuper hoc provideremus, prout nobis videretur melius expedire. Hinc eſt, quod habito conſilio Fratrum, & peritorum qnorundam, auctoritate Domini Papę qua fungimur in hac parte, vobis pręcipiendo mandamus, quatenus Monaſterii, & Sororum Sanctę Agnetis Bononien. per vos, & Fratres Ordinis vobis ſubjectos, curam in omnibus deinceps habeatis, ſicut antea habebatis, donec cum Magiſtro Ordinis, qui in inſtanti Capitulo eligetur, ſuper hoc negotio, quod nobis, & ei viſum fuerit, ordinemus. Datum Lateran. Anno Domini MCCLIV, III Idus Martii, Pontificatus Domini Innocentii PP. Quarti Anno Undecimo.

1. *Curam gerat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.
3. *Hugo.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii IV Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 255.
4. *Incorporatas &c.*) Ut in Conſtitutione CCCLXXX ad finem uſque.

Digitized by Google

Anno 1254 Die 28 Septembris.

CCCLXXXIII

Cardinali Hugoni (1) ut conferat quædam beneficia Magiſtro Corrado.

Ex Archivo Ord. Lib. A. fol. 651.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri Hugoni, Tituli S. Sabinę Presbytero Cardinali, Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRompti ad illorum proviſionem inveniri debemus, potiſſime de quibus propter ſuorum exigentiam meritorum, non minus Eccleſiis, quam eis de Eccleſiis providetur. Hinc eſt, quod Nos Dilecto Filio Magiſtro Corrado, Clerico familiari quondam Cebeardi Capellani noſtri, fratris dilecti filii nobilis Viri C. Comitis de Friburgau, de cujus literarum ſcientia, & morum honeſtate laudabile teſtimonium perhibetur, conſideratione ipſius Capellani ſpecialem gratiam facere intendentes, mandamus, quatenus eidem Clerico, nullum adhuc, ſicut aſſerit, Eccleſiaſticum Beneficium aſſecuto, de Wolvè Willer, & de Roruville in Briſgandia Eccleſias, curam animarum gerentes Conſtantien. Diœceſis, quę per mortem ipſius Capellani, qui eas habuerat, vacare noſcuntur ad prę ſens, auctoritate noſtra per te, vel per alium conferas, & aſſignes, inducens ipſum in corporalem poſſeſſionem dictarum Eccleſiarum, & defendens inductum, non obſtante ſi pro eo alibi, de quo nondum, ſicut aſſerit, extitit commodum aſſecutus, vel pro aliis Beneficiandis in Civitate, vel Diœceſi Conſtantien. ſcripta noſtra direximus, quibus quoad aſſecutionem Beneficiorum nolumus auctoritate pręſentium pręjudicium generari, vel ſi aliquibus de Partibus illis a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus compelli, quodque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, niſi expreſſam fecerint de Indulto hujuſmodi mentionem, ſeu Indulgentia, Diœceſano Loci, ut dicitur, ab eadem Sede conceſſa, videlicet quod per literas dictę Sedis, a quibus ipſe ſpecialiter executor, vel proviſor, deputatus non fuerit, nulli valeat abſque illius aſſenſu in ſua Civitate, vel Diœceſi provideri, vel quavis alia Indulgentia Sedis ejuſdem cujuſcunque tenoris, per quam non inſertam de verbo ad verbum pręſentibus, effectus hujuſmodi gratię impediri valeat, vel differri. Contradictores &c. Nos enim decernimus ex nunc, irritum, & inane, ſi quid de ipſis Eccleſiis in ejuſdem Clerici pręjudicium a quoquam contigerit attentari. Datum Anagnię IV Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Hugoni.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii IV Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 255.

Anno 1254 Die 17 Novembris.

CCCLXXXIV.

Ne Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Moniales ad Beneficia, quorum juſpatronatus habent, alicui conferenda cogi poſſint.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Conventui Monialium Sanctę Agnetis de Bononia, Ordinis Sancti Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VEſtrę Religionis, qua divinis beneplacitis exequendis ſedula devotione vigilanter inſiſtitis, meretur honeſtas, ut vos favoris Apoſtolici gratia proſequentes, ab iis, quę vobis jacturam inferre moleſtię valeant, vos affectu benevolo pręſervemus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate pręſentium indulgemus, ut ad receptionem, vel proviſionem alicujus in Eccleſiis ad menſam veſtram ſpectantibus, vel in quibus juſpatronatus habetis, de beneficiis, vel annuis penſionibus, ſeu quibuſcunque redditibus per literas Apoſtolicę Sedis, vel legatorum ipſius, per quas non ſit jus alicui acquiſitum, compelli minime valeatis, niſi in literis ipſis plena, & expreſſa de hac indulgentia, & toto tenore ipſius, de verbo ad verbum, necnon de domo veſtra, & ordine, & quod incorporatę Ordini Fratrum Prędicatorum exiſtitis, mentio habeatur, vobis auctoritate pręſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli XV Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

ALE-

ALEXANDER IV.

Ab Anno MCCLIV, die XXI Decembris, ad XXV Maii MCCLXI. Vide *T. I* hujus *Bullarii pag. 266.*

Tributis, & id genus ceteris immune (1) declarat Monaſterium Imolen. Sancti Dominici.

Anno 1256 Die 11 Januarii.

CCCIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii Sancti Dominici Imolen. Ordinis Sancti Auguſtini, juxta inſtituta Dilectorum Filiorum Fratrum Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INternę ſuper eo circa Nos commpaſſionis affectu ducimur, quod veſtra humilitas paupertatis onere prętgravatur. Hinc eſt, quod veſtris devotis ſupplicationibus annuentes, auctoritate vobis pręſentium indulgemus, ut ad exhibitionem, vel pręſtationem alicujus tallię, ſeu collectę, aut ſubſidii, vel cujuslibet exactionis Apoſtolicę Sedis, ſeu Legatis ejus, aut cuicunque alii faciendam per literas ipſius Sedis, & Legatorum ſuorum, etiamſi contineatur in eiſdem literis, quod a Monaſteriis, ſeu locis exemptis, hujuſmodi exhibitio, vel pręſtatio fiat, minime teneamini, nec ad ea compelli poſſitis, niſi eędem literę Apoſtolicę de Ordine veſtro, & indulto hujuſmodi fecerint mentionem. Nos enim nihilominus, ſi contra vos, & Monaſterium veſtrum ſecus attentari contigerit, illud nunc irritum eſſe decernimus, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. III Idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Immune.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum T. ultimo Tit. X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolen.*

De divinis officiis celebrandis in ædibus ſacris Bononien. Monaſterii S. Petri Martyris, tempore interdicti (1).

Anno 1256 Die 13 Januarii.

CCCIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſę, & Conventui Monaſterii Sancti Petri Martyris Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SOlet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium deſideriis, favorem benevolum impertiri. Eapropter, dilectę in Chriſto filię, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, ut cum generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis audire, ac celebrare divina officia januis clauſis, non pulſatis campanis, ſummiſſa voce, excommunicatis, & interdictis excluſis, auctoritate vobis pręſentium indulgemus, dummodo cauſam non dederitis interdicto, vel id non contingat vobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. Idibus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Interdicti.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononien.*

De Decimis (1) non ſolvendis, & Sacramentis miniſtrandis.

Anno 1256 Die 5 Maii

CCCV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Magiſtro, & Prioribus, ac Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUi Deum tota mente diligitis, & animarum profectui continua diligentia deſudatis, debetis ad condignam gratiam, experiri promptam, & facilem Sedis Apoſtolicę pietatem. Cum igitur humilitas veſtra, ſibi de latitudine orbis terrę nihil pręter domos, & hortos cum virgultis, pręmiorum obtentu cęleſtium, duxerit reſervandum; Nos pie volentes, quod illorum fructus integrę veſtrę paupertatis uſibus applicentur, ut de hortis, & virgultis veſtris, nullus a vobis decimas exigere pręſumat, auc-

auctoritate pręſentium diſtrictius inhibemus. Ceterum, ut hi, qui veſtris immorantur obſequiis, divinę intuitu pietatis, quod in ſalutem animarum vertitur. de veſtris manibus aſſequantur, vobis de ſpeciali gratia indulgemus, ut eis cuncta libere miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica ſacramenta, & eoſdem, cum decedunt, in veſtris cęmeteriis ſepelire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę inhibitionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. III Nonas Maii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Decimis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Moguntino.*

Anno 1256 Die 19 Junii.

Ne Fratres ex Ordine ejecti (1) prædicare, aut Confeſſiones excipere poſſint.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCVI.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Prioribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtis petentium deſideriis, dignum eſt Nos facilem prębere conſenſum, & vota, quę a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente, complere. Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum, coram Nobis, aliqui a veſtris ſacris collegiis, ipſorum culpis exigentibus, repellantur, quidam onus obedientię, temeritate propria deponentes, quaſi pulli onagri, vitam velint ducere abſque jugo, ac iidem extra clauſtra veſtri Ordinis pervagantes, prędicationum, confeſſionum, & docendi officia exercere prǫſumant, in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Nos veſtris precibus inclinati, ne prędicti, quos ab Ordine prędicto ſuis culpis exigentibus, per vos expelli contigerit, vel egreſſi fuerint proprio ſuo motu, prędicare, confeſſiones audire, ſeu docere pręſumant, niſi de noſtra, vel veſtra licentia ſpeciali ad alium tranſierint Ordinem, in quo licite hujuſmodi exerceantur officia, diſtrictius inhibemus. Quod ſi forte contra inhibitionem noſtram aliquid fuerit temere attentatum, liceat vobis in ipſos Fratres, excommunicationis ſententiam promulgare. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Anagnię XIII Kalen. Julii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Ejecti.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Moguntino.*

Anno 1258 Die 30 Januarii.

Ut Bononienſe Monaſterium S. Mariæ Montis de Guardia juris ſit Romanæ Eccleſiæ.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CCCVII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto filiabus Ballenę Prioriſſę, & Sororibus Eccleſię Sanctę Marię Montis Guardię, Ordinis S. Auguſtini, Bononien. Diœceſis, ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm pias poſtulantium voluntates, ſine lęſione juſtitię alienę, ducere poſſumus ad effectum, gratum petentibus aſſenſum impendimus, & favorem. Eapropter, dilectę in Chriſto filię, felicis recordationis Innocentii, Honorii, & Gregorii Prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhęrentes, Eccleſiam Sanctę Marię de Monte de Guardia, ſtudio quondam Angelicę fundatricis ipſius Eccleſię fabricatam a juriſdictione Epiſcopi, & Eccleſię Bononien. eximimus, & ad exemplar eorundem, ac bonę memorię Cęleſtini Papę Prędeceſſoris noſtri, Apoſtolicę protectionis pręſidio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę exemptionis, & protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii III Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Anno 1258 Die 13 Februarii.

De Fidei præconibus (1) a Provinciali Poloniæ mittendis in terras infidelium.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCVIII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Priori Provinciali Fratrum Prędicatorum in Provincia Polonię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm hora undecima ſit diei, ut exeant ad opus, uſque ad mundi veſperam deputati, & illud Apocalypſis eulogium, cito creditur, cum Matris Eccleſię conſolatione, complendum, videlicet oportet viros ſpirituales vitę munditiam, & intelligentię gratiam cum Johanne ſortitos, populis, gentibus, linguis, Regibuſque multis denuo prophetare, quia non ſequetur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophetata ſalvatio, niſi juxta Paulum Apoſtolum, prius introeat plenitudo gentium. Nos, licet immeriti, ſuper Apoſ-

Apoſtolicę Sedis ſpeculam conſtituti, fideliter, ac prudenter diſponendis Dei miniſteriis, & operibus coadunandis intendimus, & urgente plenitudine temporis, poſt pia priorum ſtudia, in vineam Domini Sabaoth, novos, & pene noviſſimos, qui ſapientiam longum didicere per otium operarios mittere procuramus. Sane quia inter alios Propugnatores Fidei Chriſtianę, Fratres Ordinis tui juxta profeſſę Religionis officium zelus comedit animarum, ex eis ad gentes, quę Chriſtum Dominum non cognoſcunt, & ad ſubtractionis filios, qui Sacroſanctę Romanę Eccleſię non obediunt, decrevimus aliquos deſtinandos. Quocirca diſcretioni tuę per Apoſtolica mandamus, quatenus aliquos ex Fratribus tibi commiſſis, quos prępotentes videris in opere, & ſermone, ac Fidei adimplendę zelo ferventes, ad Terras Ruthenorum, Paganorum, & ad quaſcunque infidelium Nationes, auctoritate noſtra tranſmittas, annunciaturos illis in virtute Dei, Evangelicam veritatem. Quos tibi amovere liceat, alioſque ſubſtituere, cum videris expedire. Quibus vice noſtra, in peccatorum omnium remiſſionem injungas, ut ſeminaturi ſuper aquas multas, in illo tantum, qui dixit, mundum ſe viciſſe, confiſi, ad illuminationem cęcę multitudinis, & exterminium hereticę falſitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confirmandos in luce ſermonis, & certitudine operis, propoſitum ſibi iter, ſine qualibet offenſione percurrant. Ut autem miniſterium ipſorum honoretur plenius, & honorabilius impleatur, eiſdem Fratribus, quos ad hoc miſeris, pręſentium auctoritate concedimus, ut in terris, quę adhuc Sedis Apoſtolicę magiſterio non intendunt, proponere verbum Dei, & conſtitutis ibidem, non obſtante, ſi aliqua ſunt excommunicatione ligati, in verbis, officio, & cibo, ac aliis ſecure communicare, & ipſos, ſeu etiam alios, converti ad veritatem Chriſtianę Fidei cupientes, recipere, baptizare, & aggregare Eccleſię filiis valeant, & Presbyteri ex eiſdem Fratribus ipſos aggregatos poſſint inſignire charactere clericali, & ipſos ad Acolytatus Ordinem promoverę. *Nota,* Liceat quoque Fratribus, ibidem redeuntibus ad obedientiam dictę Sedis, qui ſunt excommunicatione ligati, abſolutionis beneficium juxta formam Eccleſię impertiri, & ſuper eo diſpenſare cum ipſis qui ſacros receperunt Ordines, & divina celebrarunt officia ſic ligati. Hoc ipſum ſit iiſdem Fratribus licitum, circa illos de Terris eiſdem, qui temporibus indebitis, vel infra ętatem legitimam, aut qui omnes, eadem die, vel ſuperiores prętermiſſis inferioribus conferre, ſeu recipere Ordines pręſumpſerunt, ſi tamen in hoc ſervata talis forma extiterit, per quam Ordines recepiſſent. Ipſis quoque Fratribus diſpenſare liceat, ut hi, qui ad Eccleſię Catholicę redierunt unitatem inter ſuos habitent, eiſque communicent, necnon quod Clerici nationum ipſarum, publice ad obedientiam Sedis redeuntes, eodem gaudeant privilegio Clericali. Sit etiam eiſdem Fratribus licitum, omnium fidelium in terris prędictis confeſſiones audire, & ipſis injungere pęnitentias ſalutares, & excommunicatos a Canone, vel in alio modo juxta formam Eccleſię abſolvere, dummodo injuriam, & damna paſſis ſatisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earundem, in caſibus, in quibus ſolent legati Sedis Apoſtolicę diſpenſare, ac etiam cum Clericis ipſarum partium, patientibus defectum natalium, dummodo non ſint de adulterio, vel inceſtu, vel Regularibus procreati, ſit Fratribus pręfatis diſpenſandi facultas, quam circa illos ſimiliter habeant, qui ab unitate Eccleſię Catholicę, ſeu Religione, vel Clericali Ordine diſceſſerunt, ſi humiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere de commiſſis; ita quod ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalva tamen diſciplina Ordinis, reſumantur, & illos de jam dictis, qui excommunicationis vinculo ſunt adſtricti, juxta pręmiſſam formam, & prędictę ſatisfactionis modum abſolvere valeant, & cum irregularibus ex eiſdem, ſicut expreſſum ſuperius, diſpenſare. Ad hoc, ſit memoratis Fratribus abſolvendi facultas occiſores Clericorum, & Religioſarum perſonarum, in prędictis partibus conſtitutos, fundandi de novo ibidem Eccleſias, & reconciliandi ipſas, quę ſunt caſu aliquo profanatę, ac de novo fundatis, Rectores idoneos providendi, & illis de gentibus Schiſmaticis, qui noviter ſunt converſi, dandi licentiam, ut uxores ſuas primas, cum quibus in gradibus a lege divina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere. De cauſis Matrimonialibus, quas in partibus illis, ad audientiam ipſorum deferri contigerit, legitime cognoſcendi, ac diſcordantes inter ſe, ad invicem, quod ad pacem, & concordiam redeant; necnon quod inordinate viventes, de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit, ſatisfactionem adhibeant, compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam, ipſis Fratribus libera ſit facultas. Inſuper in locis, in quibus eos hoſpitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus reſidentiam facient, Miſſam, & cetera celebrandi officia, & in eiſdem partibus cęmeteria benedicendi, ac dandi Indulgentias, commutandi vota, liberam licentiam, & plenam, etiam eos, qui ad paganos res prohibitas detulerunt, vel detulerint, abſolvendi habeant poteſtatem. Ceterum Fratribus pręfatis concedimus, quod a Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis poſſint Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, ac veſtes Sacerdotales, Altaris pallas, corporalia, necnon Altaria, per eos, qui ex Fratribus ipſis ſunt Presbyteri, cum eis neceſſe fuerit, benedicere, ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur, necnon alia facere, quę ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem Catholicę Fidei, & reprobationem, ac irritationem illorum, quę ſacris traditionibus contradicunt, ſicut pro loco, & tempore viderint expedire. Non obſtantibus aliquibus literis, vel indulgentiis, quibuſcunque, ſub quacunque forma, vel verborum expreſſione conceſſis, vel in poſterum concedendis, de quibus oporteret in noſtris literis plenariam fieri mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii, Idibus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Fidei praconibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. III pag. 17.*

De

Anno 1258 Die 26 Februarii.

CCCIX.

De reſtituendis Piſano Monaſterio S. Auguſtini (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Archipresbytero .. .., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SIcut dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Conventus S. Auguſtini Piſarum, Ordinis S. Auguſtini, nobis exponere curaverunt, tam Jordanus Monachus, quondam Abbas Monaſterii S. Felicis de Vada Piſarum Dięceſis, ad Prioriſſam, & Conventum prędictum pleno jure ſpectantis, quam prędeceſſores ipſius, Terras, Decimas, Poſſeſſiones, Redditus, Vineas, Juriſdictiones, & quędam alia bona ejuſdem Monaſterii S. Felicis, datis ſuper hoc literis, & interpoſitis juramentis, factis renunciationibus, ac pęnis adjectis, in gravem lęſionem ipſius Monaſterii, nonnullis Clericis, & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad tempus non modicum, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub annuo cenſu conceſſerunt, quorum aliqui ſuper his literas confirmationis in forma communi a Sede Apoſtolica impetrarunt. Nos itaque dictarum Prioriſſę, & Conventus ſupplicationibus inclinati, prǽſentium tenore tibi, auctoritate Apoſtolica mandamus, quatenus ea, quę de bonis dicti Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus literis, juramentis, renunciationibus, pęnis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus, & proprietatem ipſius Monaſterii legitime revocare procures; contradicentes per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per cenſuram, eadem appellatione ceſſante, compellas, veritati teſtimonium perhibere. Datum Viterbii IV Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *S. Auguſtini.*) *Piſano* ſcilicet Monaſterio *S. Pauli ad Hortum*. Primo dictum fuit Monaſterium *SS. Philippi, & Jacobi*, poſtea Monaſterium *S. Auguſtini*, cui unitum fuit Cœnobium *S. Felicis de Vada*; ipſi tandem nomen a *S. Paulo ad Hortum*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

Anno 1259 Die 11 Martii.

CCCX.

De Canonica portione (1) non ſolvenda.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Pręlatis cujuſcunque Ordinis, vel profeſſionis, per Tuſciam conſtitutis, ad quos literę iſtę pervenerint, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DE pia, & ſancta converſatione dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Prędicatorum, evenire percepimus, quod quando aliqui fideles, ſeculum relinquentes, bona ſua piis locis, & pauperibus deputant, aliqua de bonis ipſis, prędictis Fratribus, pro ędificiis, libris, & veſtibus, & aliis eorum neceſſitatibus largiuntur, nonnulli vero bona aliqua ad ſe ſpectantia, Fratribus eiſdem, pro ſimilibus rebus, divinę retributionis intuitu in ultima voluntate relinquunt, ſed conantibus vobis, aliquando mediam, quandoque tertiam, vel quartam partem de bonis ipſis, prętextu canonicę portionis, ab eiſdem Fratribus, vel ultimarum executoribus voluntatum a decedentium heredibus extorquere, in grave ipſorum prejudicium, & fidelium ſcandalum prędictorum, conceſſa, vel relicta hujuſmodi integre percipere non ſinuntur. Nos itaque miſericorditer attendentes, quod non ſolum indecens, & indignum eſt, ac ab omni penitus humanitate remotum aliquid de premiſſis ab iiſdem Fratribus exigi, qui ſub extrema paupertate viventes, de Prelatorum, & Eccleſiarum eleemoſynis deberent penitus ſuſtentari, Univerſitatem veſtram per Dei miſericordiam obſecramus, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, ac per Apoſtolica ſcripta diſtricte precipiendo mandamus, quatenus circa perſonas dictorum Fratrum affectum benevolum pro divina, ac noſtra reverentia dirigentes, nihil ab eis, vel prędictis executoribus, aut heredibus, de bonis hujuſmodi ulterius exigatis, ſed onera paupertatis eorum, de bonorum veſtrorum ſubſidiis potius relevetis, ita quod exinde apud nos gratioſi favoris augmentum vobis proveniat, & nulla ſuper hoc coactionis neceſſitas intercedat. Datum Anagnię V Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Nota,

1. *Canonica portione.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

De

De Meſſanenſi Cœnobio conſtruendo.

Anno 1259 Die 7 Junii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CCCXI.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectę in Chriſto filię Beatrici Abbatiſſę Monaſterii S. Marię Monialium Ordinis S. Benedicti Meſſanenſis. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

FIrmam gerimus de tua ſinceritate fiduciam, quod te libenter in iis promptam reddas, & facilem, quę poſſunt digne fieri, & noſtrę ſunt placita voluntati. Sane dilecti filii Prior, & Fratres de Ordine Prędicatorum Meſſanenſes, quandam Eccleſiam, & officinas, alias ſuis uſſbus opportunas, de novo, prout accepimus, in Civitate Meſſanenſi ędificant, ut ibi laudis divinę cultui poſſit per ipſos devote, ac humiliter deſerviri. Cum itaque circa Priorem, & Fratres eoſdem pro ipſorum laudabilibus meritis, geramus affectum benevolentię ſpecialis, devotionem tuam attente rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica tibi ſcripta pręcipiendo mandantes, quatenus eiſdem pro divina, & Apoſtolicę Sedis reverentia, ac noſtra, te reddens affabilem, & benignam, ipſos ſuper hujuſmodi operis complemento nullatenus impedias, nec ab aliquo facias impediri; quia ſi aliter fieret, graviter exinde turbaremur, & etiam faceremus patenter agnoſcere, quod improvidum, & inconſultum fuerit, opus tam pium, & neceſſarium nequiter, aut temere impedire. Ceterum cum tu mulier tanquam genere nobilis, & adſcripta divinę obſequiis majeſtatis, ad ea ſemper debeas eſſe ſolicita, quę in conſpectu Dei, & hominum, merito ſint accepta, preces, & pręceptum noſtrum in hac parte ſic adimplere ſtudeas, quod proceſſu temporis in iis, quę tibi digne votiva fuerint, nos inveniſſe propitios gratuleris. Datum Anagnię VII Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Meſſanenſi*.

Indulgentia conceſſa viſitantibus ædes ſacras Imolen. Monaſterii (1) S.Dominici.

Anno 1259 Die 13 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCCXII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VItę perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium, beatam coronat aciem civium ſupernorum, a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo corpore Redemptoris, meritorum debet acquiri virtute, inter quę illud eſſe pręgrande dignoſcitur, quod ubique, ſed pręcipue in Sanctorum Eccleſiis majeſtas Altiſſimi collaudetur. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Eccleſiam Monaſterii dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſę, & Sororum Sancti Dominici Imolen. Ordinis Sancti Auguſtini ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prędicatorum viventium, imploraturi a Domino delictorum veniam, in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſtifideles, quaſi per pręmia ſalubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus Sancti Dominici, & Beati Petri Martyris profeſſorum ejuſdem Ordinis Prędicatorum, & in anniverſario die dedicationis ejuſdem Eccleſię, & ſeptem diebus immediate ſequentibus, cauſa devotionis, acceſſerint annuatim, centum dies de injuncta ſibi pęnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Anagnię Idibus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Monaſterii*.) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

Veſprimienſis Monaſterii fundandi facultas,

Anno 1260 Die 27 Junii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CCCXIII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii S.Catharinę Veſprimien., Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum Inſtituta Fratrum Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

JUſtis petentium deſideriis &c. *uſque complere*. Cum igitur, ſicut petitio veſtra Nobis exhibita continebat, Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Veſprimien. vobis, & per vos Monaſterio veſtro de ſui aſſenſu Capituli, pietatis intuitu conceſſerit &c. prout in ejus literis confectis exinde plenius continetur, Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc pie, ac provide factum eſt, gratum habentes, & ratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem literarum ipſarum pręſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt. Bartholomęus Dei gratia Veſprimen. Epiſcopus omnibus pręſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Licet bonę intentionis propoſitum a nobis ſit aſſidue ſtudioſius adjuvandum; tamen in his cura potior eſt adhibenda,

in

in quibus ſpecialiter, & animarum remediis conſulitur, & incrementis Eccleſiarum ſalubriter providetur. Noverint igitur univerſi, quod nos Beatam Catharinam Virginem, cujus precibus ſemper nos adjuvari credimus, volentes nobis eſſe propitiam tam in corpore, quam in anima, in loco Veſprimien., quandam Eccleſiam in honorem ejuſdem Virginis fabricari fecimus, & in eadem Collegium Sanctimonialium collocavimus, ad quarum ſubſtentationem ſexdecim marcas argenti annuatim de conſenſu Capituli noſtri de reddituum noſtrorum proventibus, ordinavimus in Villis Sevelo, Moneka, Chytur, & Intos, quadringentas Capetias, & de Decimis pertinentibus ad Cultillum, ideſt ad Decimas de Ret quatuor marcas pro veſtibus. Item in Cultillo de Guſe centum Agnos pro pellitiis, & refectione Sororum infirmarum. Item in vitio de Cultillo de Polozmit quinquaginta Cubulos vini cum magno Cubulo, qui vulgo Aco vocatur. Item in Cultillo de Kal. quinquaginta Cubulos vini cum eodem Cubulo, & hęc omnia ſexdecim marcas aſcendunt, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et ne ulli unquam hominum liceat hanc noſtrę ordinationis, & donationis paginam infringere, pręſentis ſcripti patrocinio communiri, & ſigillorum noſtri, & Capituli noſtri, fecimus munimine roborari. Datum in Rok. V Kal. Julii Anno Domini MCCXL Henrico Prępoſito, Laurentio Cantore, Johanne Lectore, Matthia Cuſtode, Jacobo Simigien., Favo Zaladien., Kalenda Alben., Petro Veſprimien., Abbate de S. Andrea German., Seguſtien. Archidiaconis in Eccleſia noſtra feliciter exiſtentibus. Nulli &c. noſtrę confirmationis &c. Datum Anagnię V Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar *Lib. A. fol. 942.*

Anno 1260 Die 14 Novembris.

CCCXIV.

Ut ſepultura (1) libera ſit in ædibus ſacris Cœnobii Piſan. Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prędicatorum Piſan., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EA, quę judicio, vel concordia terminantur, firma debent, & illibata perſiſtere. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod cum Nos in cauſa, quę inter vos, ex parte una, & Capitulum Majoris Eccleſię Piſan. ex altera, vertebatur ſuper eo, quod ipſi ſe vobis ſuper habenda libera ſepultura, & ſepeliendis corporibus illorum, qui apud Eccleſiam veſtram eligunt ſepeliri, indebite opponentes, vos ſuper iis multipliciter perturbabant, dilectum filium noſtrum Riccardum S. Angeli Diaconum Cardinalem dediſſemus partibus Auditorem, idem Cardinalis, cognitis hujuſmodi cauſę meritis, & juris ordine obſervato, ac Procuratoribus utriuſque partis pręſentibus, necnon obtenta a Nobis licentia de ſententia proferenda, definitivam pro vobis ſententiam promulgavit, declarando jus ſepeliendi corpora eorum, qui apud vos ſepulturam eligunt, vobis competere, ac parti alteri ſuper his perpetuum ſilentium imponendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis Apoſtolicis Eccleſię Piſanę conceſſis, quę quantum ad hoc nullius momenti exiſtunt, & etiam quadam compoſitione inter vos, & dictum Capitulum ſuper iis edita, quam pars dicti Capituli allegabat, prout in publico inſtrumento confecto exinde, & ſigillo Cardinalis pręfati munita, plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati &c. Datum Laterani XVIII Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Sepultura.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Piſano.*

Anno 1261 Die 17 Aprilis.

CCCXV.

Piſani Monaſterii (1) privilegia firmat.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę Monaſterii S. Felicis in Vada, ejuſdemque Sororibus, tam pręſentibus, quam futuris, Regularem vitam profeſſis. Ad perpetuam Rei Memoriam.

ETſi univerſę Orbis Eccleſię, Apoſtolicę Sedi, quę diſponente Domino ſuper illis ordinarię poteſtatis obtinet Principatum, ſubeſſe noſcantur, aliquas tamen interdum de ſuę auctoritatis plenitudine ſpecialiter ſibi ſubdit, ſic eas a cujuslibet juriſdictione prorſus eripiens, ut nullum, uno excepto Romano Pontifice, ſuperiorem, ac Dominum recognoſcant, conſtituendo ipſas, quodam ſingulari privilegio, liberas penitus, & exemptas. Eapropter, dilectę in Chriſto filię, veſtris juſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, Monaſterium S. Felicis de Vada Piſanę Diœceſis, in quo devote impenditis Deo famulatum, in jure, & poſſeſſione Beati Petri, & prędictę Sedis aſſumentes, & omni juriſdictione, & poteſtate, ac dominio tam Archiepiſcopi Piſarum, & Capituli ſui . . . . . quam cujuslibet alterius Pręlati, ſeu eccleſiaſticę perſonę, illud totaliter, de Fratrum noſtrorum conſilio, perpetuo eximentes, ita quod nec idem Archiepiſcopus, vel quęvis perſona eccleſiaſtica, ipſum utpote exemptum, vel ejus Sorores Deo futuris temporibus ibi ſervituras, interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare valeat, ſeu quocunque modo aliam in pręfatum Monaſterium, & perſonas ipſius, poteſtatem, vel juriſdictionem aliquam exercere, & ſi contra forte pręſumptum fuerit, ſit irritum, & inane. In primis ſiquidem duximus ſtatuendum, ut ordo canonicus ſecundum Deum, & Beati Auguſtini regulam, atque inſtituta Fratrum Prędicatorum, in eodem Monaſterio perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur. Pręterea quaſcunque poſſeſſiones quę-

quęcunque loca idem Monaſterium impręſentiarum juſte, & canonice poſſidet, [1] aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, pręſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quę vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo pręfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Caſtro, quod denominatur Vada; Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Territorio Caſtri de Raſſignano: Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Villa, quę nominatur Dollia: Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Territorio Villę de Colle Mezzano: Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Territorio Caſtri, quod Dinona nominatur; Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in Territorio Caſtri, quod Belloria nominatur: Decimas, & poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui Via Romę vocatur; Terras, & poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui Vallis Serchii nominatur: Eccleſiam SS. Jacobi, & Philippi ſitam in Via Caſſandrę, cum omnibus juribus, poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, domum unam in loco, qui Caſſandra dicitur, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Martini de Cardajolo cum omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sanctę Crucis, & Sancti Felicis de Olba cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. In Sardinia, in Judicatu, qui dicitur Aſaliſi S. Johannis, & Sanctę Marię de Gododeſe, & S. Leonardi de Bibiſce, Eccleſias cum omnibus juribus, & pertinentiis earundem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis In viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quę propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere pręſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas, a ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit, ſine Prioriſſę ſuę licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communi literarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem Generale interdictum terrę fuerit, liceat vobis, januis clauſis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, voce ſuppreſſa, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ac benedictionem Monialium a quocunque malueritis Catholico recipietis Epiſcopo (Nota.), qui noſtra fultus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochię veſtrę, ac Eccleſiarum veſtrarum, nullus, ſine aſſenſu Diœceſanorum Epiſcoporum, ac veſtro, Capellam, ſeu Oratorium conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hęc novas, & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis, a vobis fieri omnino prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas quoque, & poſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quę a laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis, de noſtra auctoritate, facultas. Obeunte vero te ejuſdem loci Prioriſſa, vel earum aliqua, quę tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, pręponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam providerint eligendam. Paci quoque, & tranquillitati veſtrę, paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, homines tenere, capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Pręterea omnes libertates, & immunitates, a Prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus, & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti pagina communimus. Ad indicium vero hujus perceptę a Sede Apoſtolica libertatis unum obolum aureum Nobis, noſtriſque Sncceſſoribus, annis ſingulis perſolvatis. Decernimus ergo, ut nnlli omnino hominum liceat, pręfatum Monaſterinm temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione, conceſſa ſunt, uſibus, omnimode profutura, ſalva Sedis Apoſtolicę auctoritate, & in dictis decimis moderatione Concilii Generalis, ac in pręfatis Eccleſiis Diœceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ſubjaceat ultioni. Cunctis autem ſua jura eidem loco ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic, fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem, pręmia pacis inveniant. Amen. Amen.

✠ Ego Alexander Catholicę Eccleſię Epiſcopus.

✠ Ego F. Johannes tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card.
✠ Ego F. Hugo tit. S. Sabinę Presbyter Card.
✠ Ego Ricciardus S. Angeli Diaconus Card.

Datum Lateran. per manus Magiſtri Jordani S. R. E. Notarii, & Vice-Cancellarii XV Kal. Maii, Indictione III, Incarnationis Dominicę, Anno MCCLXII, Pontificatus vero Domini Alexandri Papę IV. Anno Septimo.

1. *Monaſterii.*) Vide Notam I ad Conſtitutionem datam XXVI Februarii MCCLVIII.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

URBANUS IV.

Ab anno MCCLXI die XXIX Auguſti, ad II Octobris MCCLXIV. Vide *Tom. I* hujus *Bullarii pag.*416.

Anno 1261 Die 13 Septembris.

LVII.

Ne Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Conventus cogi poſſit ad receptionem alicujus Monialis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Sororum Monaſterii Sanctę Agnetis Bononien., Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

REgularis obſervantia diſciplinę, cujus famulatui vos pro divini nominis gloria ſubjeciſtis, adeo vobis Apoſtolicę Sedis gratiam promeretur, ut ea, quę veſtri ſtatus pacifici utilitatem reſpiciunt, vobis favore benevolo concedamus. Hinc eſt, quod veſtrę devotionis precibus inclinati, ut ad receptionem alicujus Sororis, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicę, vel Legatorum ipſius, niſi hujuſmodi literę Apoſtolicę de pręſentibus, & ordine veſtro plenam, & expreſſam fecerint mentionem, cogi uſque ad triennium minime valeatis, auctoritate vobis pręſentium, indulgemus; decernentes irritum, & inane, quicquid adverſus vos a quocunque contra conceſſionem hujuſmodi fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Anno 1261 Die 27 Septembris.

LVIII.

Ne Conventus Imolenſis Monaſterii S. Dominici cogi poſſit ad aliquam Monialem recipiendam.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Prioriſſę, & Conventui Sororum Monaſterii Sancti Dominici Imolen., Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

REgularis obſervantia diſciplinę &c. (2) Datum Viterbii V Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi.*

2. *Diſciplinæ &c.*) Ut in præcedenti ad finem uſque.

Anno 1262 Die 28 Februarii.

LIX.

Imolenſis Monaſterii S. Dominici Conventus immunis (1) omni ſubſidio, ſolvendo ejuſdem Civitatis Epiſcopo.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori Sancti Michaelis de Boſco prope Bononiam, & Jacobo Cathalani Capellano noſtro, Canonico Eccleſię Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUa nobis dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Conventus Monialium incluſarum Monaſterii Sancti Dominici Imolen., Ordinis Sancti Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Prędicatorum viventes, petitione monſtrarunt, quod cum Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Imolen. prętextu procurationis exhibitę dilecto filio Archidiacono Bononien. tunc Sedis Apoſtolicę Nuncio, exigeret ab eis auctoritate, ut dicebat, literarum Sedis ejuſdem, quandam pecunię quantitatem, ex parte ipſarum fuit excipiendo propoſitum coram eo, quod cum eſſet eis auctoritate dictę Sedis indultum, ut ad exhibitionem, vel pręſtationem alicujus tallię, ſeu collectę, aut ſubſidii, vel cujuslibet exactionis Apoſtolicę Sedi, ſeu legatis ejus, aut cuicunque alii faciendam per literas pręfatę Sedis, & legatorum ejus, etiam ſi contineretur in eiſdem literis, quod a Monaſteriis, ſeu locis exemptis hujuſmodi exhibitio, ſeu pręſtatio fieret, minime tenerentur, nec ad ea compelli poſſent, niſi eędem literę Apoſtolicę de ipſarum Ordine, & indulto hujuſmodi facerent mentionem, prout erant per exhibitionem indulti hujuſmodi legitime probare paratę, dictus Epiſcopus per ſupradictas literas de dicto indulto non facientes aliquam mentionem, nec aliquam clauſulam continentes, per quam indultum tolleretur prędictum, eas ad hoc compellere de jure non poterat,

nec

nec debebat. Et quia idem Epiſcopus ipſas audire ſuper hoc contra juſtitiam denegavit, pro parte ipſarum fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum. At prȩfatus Epiſcopus hujuſmodi appellatione contemptam, tulit excommunicationis ſententiam in eaſdem. Quocirca diſcretioni veſtrȩ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint vocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita, decernatis. Facientes quod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Datum Viterbii II Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Immunis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*

2. *Archivo:*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

CLEMENS IV.

Ab Anno MCCLXV, die V Februarii, ad XXIX Novembris MCCLXVIII. Vide *Tom. I* hujus *Bullarii pag.* 449.

Privilegia Imolenſi Monaſterio S. Dominici conceſſa firmat.

Anno 1265 Die 22 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XCVII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus . . . . Prioriſſȩ, & Sororibus incluſis Monaſterii S. Dominici de Imola, Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prȩdicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor ȩquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilectȩ in Domino filiȩ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates a Prȩdeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alias indulgentias vobis, vel Monaſterio veſtro, conceſſas, ſicut eas juſte, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & prȩſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrȩ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prȩſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii X Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Imolenſi*.

Ut Reatenſis (1) Cœnobii Fratres quaſdam ejuſdem Civitatis Capituli poſſeſſiones aſſequi poſſint.

Anno 1265 Die 4 Octobris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XCVIII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri . . . . Epiſcopo, & Dilectis Filiis Capitulo Reaten., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Noſtra de facili debet ad hoc ſinceritas inclinari, quod a Nobis digne requiritur, & pietatem cum ȩquitate continere videtur. Sanȩ dilecti Filii Fratres Ordinis Prȩdicatorum, ſicut accepimus, in Civitate Reaten. domos, & officinas ſuis opportunas uſibus de novo inceperunt conſtruere, ut ibidem cibum operari valeant, qui non poteſt caſu aliquo deperire. Verum cum eiſdem Fratribus ad perſectionem domorum, & officinarum hujuſmodi, aliquid de poſſeſſionibus ad vos, Filii Capitulum, pertinentibus, ibidem proximis, ſit, ut aſſerunt, plurimum opportunum, ſuper quo ipſi per viam emptionis congruȩ indemnitati veſtrȩ paratos aſſerunt ſe cavere, univerſitatem veſtram attente rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus circa dictos Fratres pro divina, & noſtra reverentia, benignum dirigentes affectum, eis illud de prȩdictis poſſeſſionibus, quod Fratribus ipſis ad hoc neceſſarium eſſe videtur, ſine aliqua difficultate vendatis, recepto ab ipſis exinde pretio competenti, alias more ſolito habendo dictos Fratres ita efficaciter in Domino commendatos, quod eis optatum commodum de precibus noſtris reportaſſe gaudentibus, Nos devotionem veſtram exinde commendare poſſimus. Datum Peruſii IV Non. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Reaten.*) Juris eſt Romanȩ Provinciȩ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Reaten.*

Anno 1265 Die 12 Novembris.

Ne quis moleſtiis afficiat Imolenſis Monaſterii S. Dominici Conventum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XCIX.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Jacobino Canonico Bononien. Capellano noſtro, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUb Religionis habitu vacantibus ſtudio pię vitę, ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis, malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum itaque dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Sorores Monialium incluſarum Monaſterii Sancti Dominici Imolen, Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta Fratrum Prędicatorum viventes, a nonnullis, qui Nomen Domini recipere in vacuum non formidant, graves ſuper poſſeſſionibus, & aliis bonis ſuis, ſicut aſſerunt, preſſuras, & moleſtias patiantur, Nos earum providere quieti, & moleſtatorum malitiis obviare volentes, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eaſdem Prioriſſam, & Conventum pro divina, & noſtra reverentia, favoris opportuni pręſidio proſequaris, non permittas, ipſas contra indulta privilegiorum Sedis Apoſtolicę ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Attentius proviſurus, ut de iis quę cauſę cognitionem non exigunt, vel quę indulta hujuſmodi non contingunt, te nullatenus intromittas, Nos enim, ſi ſecus pręſumpſeris, tam pręſentes literas, quam etiam proceſſum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter, & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas. Pręſentibus poſt triennium minime valituris. Datum Peruſii II Idus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſ*.

Anno 1267 Die 4 Aprilis.

Ut Meſſanenſes Fratres Conciones habeant de ſacro bello ſuſcipiendo.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

C.

Radulphus miſeratione divina Epiſcopus Albanenſis, Apoſtolicę Sedis Legatus, Priori Fratrum Ordinis Prędicatorum Meſſanenſium, Salutem in Domino.

L*iteras Sanctiſſimi Patris Domini Papę recepimus, ſub hac forma*. Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Albanenſi, Apoſtolicę Sedis Legato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. De ſummis Cęlorum Dominus terram ſuę nativitatis, & paſſionis aſpiciens, dum per ſingulos dies, in illa variis provocatur injuriis, non exurgit populus, quem ipſe redemit, ad vindicandum Crucis opprobrium, ex eo pręcipue non immerito addit ad dolorem ſuorum vulnerum; reputat enim, quod locus ille ſanctiſſimus, in quo ipſum Cęli Regem Virgo puerpera genuit, continuę vexationis laxatur anguſtiis, & ſucceſſivis diſſidiis laceratur, non in intellecta Sacramenta fervente ſęvitia, & in eundem furoris immanitate tartarici, ſexui, vel ętati parcere neſcia, ſeviente. Ad id pręcipue filiorum lucis intentio tendere, id eorum debent aſſidue revolvere pręcordia, & ſollicitudo verſari, ut illius terrę, quam in hęreditatem ejus Dei Filius pręelegit, abominationes expiare teneantur, & potenti manu reſiſtere, polluentibus ipſam filiis tenebrarum. Hoc profecto diſſimulari non debet, vel obtuſis auribus pręteriri, ne Redemptor noſter, cuncta providens, falli neſcius, ingratitudinis vitio redemptos laborare comperiens, ab eis faciem iratus avertat, eoſque velut indignos paterna gratia derelinquat. Non ſint ergo Filii devotionis immemores, quod ipſe Chriſtus in terra illa, in forma ſervi, carne noſtrę mortalitatis indutus, Crucis non metuit ſubire tormentum, ut mortem noſtram moriendo deſtrueret, & vitam reſurgendo fidelibus repararet. Quęſumus diligenter attendant, qualiter illa miſerabilis regio defeſſa jacet, diris anguſtiata flagellis, quęque in eam peſtis tartarica ſupervenit, cujus tanto propius nimirum futuri, vicinique formidantur incurſus, quanto gravius ille ſęvus, & damnabilis Tartarorum populus terram, quam ſuę ſubjecit ſervituti, intolerabilibus exactionibus opprimens, ſic illius Incolas torquet immaniter, & affligit, quod degentes ſub eorum tyrannide libentius metas mortis eligerent, quam ſic vivendo tanta ſubire genera tormentorum. Exurgant itaque fidei zelatores ad defenſionem dictę Regionis, ejuſdem Redemptoris martyrio conſecratę, nec ad id torpeſcant eorum animi, ſed ferventibus deſideriis accendantur, hoc ipſe Dei filius inter cuncta ſollicitudinis humanę ſervitia gratiſſimum reputat, & ob id illa rependit pręmia, quę principaliter affectare debemus, & petere, dum in valle poſiti pręſentis miſerię, indulta nobis excurrimus opera ſervitutis. Cum ergo de te, quem habere credimus timorem Domini, & amorem, quique multiplicibus donis virtutum pręditus, laudabiliter ſcis, & vales perficere, ac labores impendis, magnam in Domino fiduciam habemus, ſperantes, ut in proſecutione pręſentis negotii conſtanter militans, illud efficacibus ſtudiis, & plenis debeas affectibus promovere. Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem tuorum peccaminum injungentes, quatenus hujuſmodi prędictę terrę ſtatum, Chriſtifidelibus in Regno Italię, ac in quibuslibet partibus legationis tuę, per te, vel per alium, ſeu alios Eccleſiarum Prelatos, & Clericos Religioſos, & ſeculares cujuſcunque dignitatis, vel ordinis fuerint, quos ad hoc idoneos eſſe cognoveris, diligenter exponens, eiſque proponens ſolicite verbum Crucis, ipſos juxta datam tibi a Domino gratiam, intentis inducas monitis, & ſedulis prędicationibus exhorteris, ut cogitantes prudenter, quantum nunc indigeat ipſorum prefata terra ſuccurſu, ad ſubventionem ejus promptis intendant animis, & viribus totis exurgant, Cruciſque ſuſcepto ſignaculo, illuc ſpiritualibus armis, & materialibus pręmuniti, de divina quoque

ſperan-

ſperantes potentia; & ut cuncti eo liberius, & animoſe intendant, quo exinde dona ſpiritualia, temporalibus procul dubio pręferenda, perceperint potiora, Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, & illa, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi, atque ſolvendi contulit poteſtatem, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui hujuſmodi laborem in propriis perſonis ſubierint, & expenſis, plenam ſuorum peccaminum veniam indulgemus. Omnibus autem, qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat expenſis, juxta facultates, & qualitates ſuas, viros idoneos deſtinaverint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam concedimus veniam ſuorum peccaminum. Hujuſmodi quoque remiſſionis volumus, & concedimus eſſe participes, pro quantitate ſubſidii, & devotionis affectu, omnes, qui ad ſubſidium ipſius terrę de bonis ſuis aliquam portionem, vel alias conſilium, vel auxilium impenderint opportunum. Volumus etiam Cruce ſignatos illo privilegio, illa immunitate gaudere, quę in generali Cruce ſignatorum indulgentia continentur. Ut autem commiſſum tibi hujuſmodi miniſterium facilius, & utilius exequi valeas, tibi, & prędictis, quos in his cooperatores elegeris, convocandi ob id quotieſcunque, & ubicunque videris expedire, cleros, & populos, pro quorum, & in quibus te, vel ipſos proponere contigerit verbum Crucis, ut proceſſionaliter cum devotione conveniant, & prędicationibus veſtris interſint; denique ipſos, ſi neceſſe fuerit, ad id per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendi, ac quę pro eiſdem prędicationibus ſuis, expedire videris, indicendi, concedendi quoque vere pęnitentibus, & confeſſis omnibus, qui ad eaſdem prędicationes, & convocationes acceſſerint, centum dierum Indulgentiam, plenariam, concedimus, auctoritate pręſentium, poteſtatem. Non obſtantibus, ſi aliquibus cujuſcunque ordinis, vel dignitatis exiſtant, quod interdici, vel excommunicari &c. a Sede Apoſtolica, & quibuslibet Indulgentiarum privilegiis, ſeu literis ab eadem Sede obtentis, vel obtinendis, per quę prędicta impediri, vel defraudari poſſint, & de quibus ſpecialem oporteat in noſtris literis fieri mentionem. Taliter ergo tu, & alii, quibus hujuſmodi prędicationis officium duxeris committendum, mandatum ſuper his Apoſtolicum exequi procuretis, quod palmam glorię, quę bellum Dei gerentibus, in retributione ab ipſo impenditur, veſtra devotio conſequi mereatur. Datum Viterbii Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Secundo. *Prędictarum igitur literarum auctoritate tibi in tota prędicatione tua committimus vices, ut hujuſmodi negotium per te, & Fratres tui Ordinis exequaris. Datum Manialdi II Nonas Aprilis, Pontificatus Domini Clementis Papę IV, Anno Tertio.*

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Meſſanenſi*.

Facultatem concedit Archiepiſcopo Cuſentin. (1) dandi Eccleſiam S. Mathæi Fratribus Ordinis Prædicatorum.

Anno 1268 Die 29 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CI.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Cuſentin., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet ad humilem ſupplicationem Dilectorum Filiorum Fratrum Prędicatorum, ut eiſdem concederes Eccleſiam S. Mathęi ſitam Cuſentię ad Archiepiſcopalem menſam ſpectantem, ad domum ſui Ordinis conſtruendam animum inclinaveris, prout tuę pręſentatę Nobis literę continebant, tu tamen ſuper hoc noſtram per eaſdem literas duxiſti licentiam poſtulandam. Nos igitur tuum in hac parte laudabile propoſitum commendantes, fraternitati tuę licentiam concedimus poſtulatam, ita tamen quod eiſdem Fratribus ad conſtruendas domos, & faciendum clauſtrum, & hortum, ſufficienti per te ſpatio aſſignato, reliquę poſſeſſiones omnes, & redditus ejuſdem Eccleſię ad proprietatem menſę pręſcriptę integre reſerventur. Datum apud Cryptam ferratam, III Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Cuſentin.*) Seu *Conſentin.*, in Calabria.
2. *Archivo.*) In quo exemplar *Lib. A. fol. 994.*

B. G R E G O R I U S X.

Ab Anno MCCLXXI, die I Septembris, ad X Januarii MCCLXXVI. Vide *Tom. I* hujus *Bullarii pag.* 503.

Ut Clementis IV corpus reſtituatur Viterbien. Fratribus Ordinis Prædicatorum.

Anno 1274 Die 1 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XLII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio R. . . . S. Angeli Diacono Cardinali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Dilecti filii Prior, & Fratres Ordinis Prędicatorum Viterbien., ſua Nobis conqueſtione monſtrarunt &c. (2) Tamen ſuper eo, quod dicti Archipresbyter, & Capitulum quoddam Sepulcrum Marmoreum, quod Ven. Frater noſter Petrus Archiepiſcopus Narbonen., tunc Sedis Apoſtolicę Camerarius, pro ſepeliendo eodem corpore fabricari fecerat, contra prohibitionem ipſius Archiepiſcopi; ac etiam

etiam S R. E. Cardinalium, & poſt denunciationem novi operis eis factam, tamen accipere, ac in eadem Ven. Eccleſia conſtruere pręſumpſerunt, nihil penitus decreviſti. Quare prędicti Prior, & Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt, ut prędictum Sepulcrum, una cum dicto Corpore ſibi reſtitui faceremus. Quocirca diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Lugduni Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Viterbien.* Tom. I hujuſce Bullarii pag. 524 ad hæc uſque verba: *& Fratribus memoratis.*
2. *Monſtrarunt &c.*) Ut in Conſt. XXIX Gregorii X

Anno 1275 Die 16 Novembris.

XLIII.

Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Minervam Ordini conceſſa (1).

Ex Fontana de Romana Provincia Cap. II Tit. I pag. 52.

Frater Aldobrandinus (2) de Ordine Prędicatorum, Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Urbevetan. Domini Papę in Urbe Vicarius, Dilectis Filiis in Chriſto, Priori, & Conventui Fratrum Prędicatorum de Urbe, Salutem in Domino ſempiternam.

CUm a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor ęquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducamus effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis petitionibus inclinati, Eccleſiam Sanctę Marię in Minerva de Urbe, quam dilectę in Chriſto filię Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii Sanctę Marię in Campo Martio de Urbe, Ordinis Sancti Benedicti, prout ad eas, & ipſarum Monaſterium pertinebat, vobis, ſeu alii veſtro nomine, pia liberalitate, ac deliberatione provida, noſtra pręhabita licentia, & conſenſu donaverunt, ſeu conceſſerunt, ac donationem, ſeu conceſſionem hujuſmodi, prout in Inſtrumento publico, ſcripto manu Angeli Romani Scrinarii plenius continetur, vobis, & Ordini veſtro, auctoritate Domini Papę, qua in hac parte fungimur, confirmamus, & ſi quid defuit prędictę donationi, eadem auctoritate ſupplemus. In cujus rei teſtimonium vobis pręſentes literas noſtri ſigilli munimine, ac ſigno, & ſubſcriptione Gerardi noſtri Notarii roboratas, duximus concedendas. Actum Romę apud Palatium Sanctę Sabinę Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo Quinto (3), Indictione quarta, die ſexta decima Novembris, Pontificatus Domini Gregorii Papę Decimi Anno Quarto, pręſentibus diſcretis viris Magiſtro Mulgano Urbevetano Canonico, & Presbytero Lapo Capellanis noſtris: Angelo Romani de Urbe Scrinario, Plebano Domini Lapi Valentis de Florentia, & Picleino de Linari teſtibus ad hoc vocatis.

Ego Gerardus Andreę de Narnia auctoritate S. Romanę Eccleſię Notarius conſtitutus, confirmationi, & ſupplicationi prędictis, & conceſſioni prędictarum literarum interfui, & ea, ut ſupra leguntur, de mandato prędicti Domini Vicarii ſcripſi, & publicavi, & meo Sigillo ſignavi.

1. *Conceſſa.*) Adeas *Fontanam* loco laudato. Idem Diploma legitur apud *Campi in Hiſtor, Placentina Parte II pag.* 483.
2. *Aldobrandinus.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum B. Gregorii X Tomo I pag.* 539.
3. *Quinto.*) Annos Pontificatus numerando non ab electionis die, ſed a die coronationis, ſeu conſecrationis.

INNOCENTIUS V.

Ab anno MCCLXXVI die XXI Januarii, ad XXII Junii ejuſdem anni. Vide *Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 541.

ADRIANUS V.

Ab anno MCCLXXVI die X Julii, ad XVIII Auguſti ejuſdem anni. Vide *Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 547.

JOHANNES XX, dictus XXI.

Ab anno MCCLXXVI die XVI Septembris, ad XVI Maii MCCLXXVII. Vide *Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 547.

NICOLAUS III.

Ab anno MCCLXXVII die XXV Novembris, ad XXIII Auguſti MCCLXXX. Vide *Tomo I* hujus *Bullarii pag.* 553.

MAR-

MARTINUS II, dictus IV.

Ab Anno MCCLXXXI die XXII Februarii, ad XXIX Martii MCCLXXXV. Vide *T.II* hujus *Bullarii pag.* 1.

De quibuſdam Patavino Cœnobio reſtituendis. Anno 1282 Die 13 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Martinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Vicentin., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. VI.

Conqueſti ſunt nobis dilecti filii Prior, & Conventus Fratrum Ordinis Prędicatorum Paduan., quod Blaſius Booz de Venetiis Laicus Caſtellan Dięceſis ſuper quadam pecunię ſumma, & rebus aliis in eleemoſynam eis collatis injuriatur eiſdem. Ideoque diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, partibus convocatis, audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Montem Flaſconem Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino*.

Priori Florentini Cœnobii S. Mariæ Novellæ, ut Archipresbyterum Eccleſiæ Florentinæ in ejuſdem beneficii poſſeſſionem mittat. Anno 1283 Dei 5 Julii. VII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Martinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Priori Fratrum Ordinis Prędicatorum Florentię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum, ſicut intelleximus, Archipresbyteratus Eccleſię Florentinę per mortem quondam Tribaldi olim ipſius Eccleſię Archipresbyteri vacet ad pręſens, nec ſit aliquis pręter nos, qui eum conferre valeat, cum Eccleſia ipſa nunc Paſtore vacare noſcatur, ad cujus collationem Archipresbyteratus ipſe dicitur pertinere, nuper Nobis extitit ſupplicatum, ut Archipresbyteratum prędictum dilecto filio Johanni Peponis Rectori Eccleſię Sanctę Margaritę Florentinę conferre de ſpeciali gratia dignaremur. Quia igitur de vita, converſatione, ac meritis dicti Johannis notitiam non habemus, diſcretioni tuę, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de iis ſolerter inquirens, ſi eum vitę laudabilis, honeſtę converſationis, & ſufficientis ſcientię, ac de legitimo matrimonio procreatum, aliaſque idoneum, ad hujuſmodi beneficium obtinendum eſſe repereris, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, ac aliud Canonicum non obſiſtat, eidem Johanni Canonicatum ejuſdem Eccleſię Florentinę cum plenitudine juris Canonici, & ſubſequenter Archipresbyteratum prędictum, cum, ſicut aſſeritur, Archipresbyteratus ipſe non conſueverit niſi Canonico Florentino conferri, necnon, & prębendam nulli alii de jure debitam, ſi qua in eadem Eccleſia Florentina vacat ad pręſens, vel quam primum ibidem vacaverit, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, auctoritate noſtra conferas, & aſſignes, ac facias eundem Johannem in eadem Eccleſia Florentina in Canonicum recipi, & in Fratrem, ipſum in corporalem poſſeſſionem prędictorum Canonicatus, & Archipresbyteratus, ac etiam prębendę hujuſmodi, poſtquam de illa vacante ſibi provideris, inducas auctoritate prędicta, & defendas inductum, ac ſtallo ſibi in Choro, & loco in Capitulo, aſſignatis, facias eundem Johannem in Archipresbyterum in eadem Eccleſia Florentina, prout eſt moris, admitti, ſibique de fructibus, redditibus, & proventibus eorundem Canonicatus, Archipresbyteratus, & prębendę integre reſponderi, & eum prędictorum omnium pacifica poſſeſſione gaudere, non obſtantibus de certo Canonicorum numero, ſeu quibuslibet aliis ejuſdem Eccleſię Florentinę ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, aut ſi pro aliis in eadem Eccleſia direximus ſcripta noſtra, ſive ſi aliqui ſuper proviſione ſibi de dignitatibus, vel perſonatibus, prębendis, aut Beneficiis Eccleſiaſticis, facienda in eadem Florentina Eccleſia ſpecialiter, aut in illis partibus generaliter, noſtras, vel Prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum literas impetrarunt, ſeu ſi aliqui Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate, in prędicta Eccleſia Florentina in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quibus eundem Johannem in aſſecutione pręfati Archipresbyteratus de ſpeciali gratia volumus anteferri, ſed quoad aſſecutionem aliarum dignitatum, perſonatuum, prębendarum, vel beneficiorum, nullum per hoc prępjudicium generari, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli, ſeu quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, aut quod de dignitatibus, perſonatibus, prębendis ejuſdem Eccleſię, ac beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas dictę Sedis, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, ſive qualibet alia prędictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam pręſentibus non

non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat, vel differri; & de qua, cujuſque toto tenore, in noſtris literis habenda ſit mentio ſpecialis: aut indulgentia, per quam tibi, vel tuo Ordini ab eadem Sede dicitur eſſe conceſſum, quod non tenearis te intromittere de quibuſcunque negotiis, quę tibi per ipſius Sedis literas committuntur, niſi in eis de indulgentia hujuſmodi plena, & expreſſa mentio habeatur. Volumus autem, quod poſtquam dictus Johannes Canonicatum, Archipreſbyteratum, & prębendam prędictos fuerit pacifice aſſecutus, & fructus percipere inceperit ex eiſdem, prędictam Eccleſiam Sanctę Margaritę, quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum apud Urbem Veterem III Nonas Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Florentino*.

HONORIUS IV.

Ab anno MCCLXXXV die II Aprilis, ad III Aprilis MCCLXXXVII. Vide *Tomo II* hujuſce *Bullarii pag.6*.

NICOLAUS IV.

Ab anno MCCLXXXVIII die XXII Februarii, ad IV Aprilis MCCXCII. Vide *Tomo II* hujus *Bullarii pag.19*.

Anno 1289 Die 8 Novembris.

Quædam Monaſterio (1) S. Dominici de Majorito reſtituenda jubet.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XXX.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Decano Eccleſię Segobienſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD audientiam noſtram pervenit, quod tam dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Dominici de Majorito Ordinis S. Auguſtini, ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prędicatorum viventes, Toletanę Diœceſis, quam illę, quę in dicto Monaſterio pręceſſerunt, eaſdem decimas, terras, vineas, poſſeſſiones, grangias, villas, domos, prata, paſcua, nemora, molendina, redditus, jura, juriſdictiones, & quędam alia bona ejuſdem Monaſterii, datis ſuper hoc literis, interpoſitis juramentis, factis renunciationibus, & pęnis adjectis in gravem ejuſdem Monaſterii lęſionem nonnullis Clericis, & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui ſuper his confirmationis literas in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur: Nos itaque volentes eidem Monaſterio ſuper hoc paterna ſolicitudine providere, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, quę de bonis ejuſdem Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus literis, pęnis, juramentis, renunciationibus, & confirmationibus ſupradictis, ad jus, & proprietatem ipſius Monaſterii legitime revocare procures; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint vocati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem VI Idus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Monaſterio.*) Juris eſt Provincię *Hiſpanię*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Madritenſi*.

Anno 1291 Die 27 Junii.

Indulgentia conceſſa viſitantibus ædes ſacras Bononienſis Monaſterii S. Agnetis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

XXXI.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SPlendor paternę glorię, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc pręcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii Sanctę Agnetis Bononien. Ordinis Sancti Auguſtini congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui ad eandem Eccleſiam in ipſius Sanctę Agetis, & Sanctę Urſulinę feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, necnon, & in Anniverſario die dedicationis ejuſdem Eccleſię, cauſa devotionis acceſſerint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, unum annum, & quadraginta dies de injunctis eis pęni-

pęnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum apud Urbemveterem XV Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Ordo Prædicatorum ſolius Romanæ Sedis juris eſt (1)

Anno 1291 Die 28 Julii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. XXXII.

DUm ſolicitę conſiderationis indagine perſcrutamur, quod vos, mundi ſpretis illecebris, voluntarię paupertatis ſubire onera, ut Chriſti pauperis liberius inſiſtatis obſequiis, elegiſtis, abnegando, quamvis ſalubriter, voſmetipſos: dum etiam infra mentis arcana revolvimus, quod Ordo veſter in agro dominico ſuperna diſpoſitione plantatus, uberes in horreum Domini fructus infert, quodque ſalutis commoda grandia ex veſtrę ſolicitudinis ſtudio, quod laudabiliter continuare ſatagitis, fidelium proveniunt animabus, dignum, & rationi conveniens arbitramur, ut vos, dictumque Ordinem, opportuni favoris proſequamur auxilio, & ſpecialis gratię privilegio muniamus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod vobis, & Ordini veſtro nonnullas libertates, & immunitates Apoſtolicę Sedis benignitas duxit hactenus concedendas, ſed quidam veſtrę quietis otio invidentes ſuper eis vos, & Ordinem ipſum moleſtant multipliciter, & perturbant, propter quod vobis facultas adimitur libere divinis obſequiis inſiſtendi; quare ſuppliciter petebatur a Nobis, ut vobis, & eidem Ordini, ſuper iis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque diligentius attendentes, quod eo efficacius, & commodius cultui divinorum, ſalutis operibus, & animarum profectibus intendere, ac vacare poteritis, quo quietior, & tranquillior fuerit ſtatus veſter, volentes quoque prerogativa favoris, & gratię, vos, & Ordinem proſequi memoratum; vos, & prędictum Ordinem, & Eccleſias, Oratoria, domos, & loca veſtra, in quibus habitatis, & inhabitabitis, dum ea inhabitaveritis cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, a cujuſvis alterius juriſdictione, ac poteſtate omnimoda prorſus eximimus de gratia ſpeciali, decernentes ex nunc, eundem Ordinem, ac perſonas, Eccleſias, Oratoria, domos, & loca prefata, ſoli Romano Pontifici, & Romanę Eccleſię, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, abſque ullo medio, ſubjacere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę exemptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Reate, V Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Juris eſt.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. V.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino*.

S. CÆLESTINUS V.

Ab anno MCCXCIV, die V Julii, ad XIII Decembris ejuſdem anni. Vide *Tom. II* hujus *Bullarii pag.* 38.

Romanam Provinciam dividit (1) a Provincia Regni Siciliæ.

Anno 1294 Die 1 Septembris.

Ex Fontana (2) *de Conſtitutionibus &c. Parte II pag.* 63.

Cęleſtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam Rei Memoriam. I.

CLara Ordinis Fratrum Prędicatorum Religio, virtutum fęcunditate referta, & tota per bonorum operum ſtudia Domino ſtabilita, ex ſuę Inſtitutionis exordio, ad robur, & monumentum erecta fidei Orthodoxę, per inſignium gratiam meritorum, & ſacrę prędicationis doctrinam, uberes hactenus in univerſali Eccleſia honeſtatis fructus protulit, ac ſalutis, & proferre non deſinit inceſſanter. Quare Religionem, tam perinſignem, tam ſanctam, & profeſſores ipſius ſincera diligentes in Domino caritate, in his, quę ipſius Religionis favorem, & profectum reſpiciunt, efficacis ſolicitudinis ſtudium, libenti animo adhibemus. Ex parte ſiquidem ſanioris partis, omnium Fratrum prędicti Ordinis, in Sicilię Regno morantium, fuit propoſitum coram Nobis, quod ex diffuſione Romanę Provincię, quę ſecundum diſtinctionem Provinciarum facta in Ordine ſupradicto, Romam, Tuſciam, Campaniam, & Maritimam, totumque Regnum Sicilię comprehendere noſcebatur, Prior Provincialis ejuſdem Ordinis, qui frequenter eligebatur de Tuſcia, vel de Urbe, viſitare totam ipſam Provinciam omittebat, pręſertim pręfatum Regnum Sicilię, quod cauſa viſitationis, raro, aliquas vero partes ipſius Regni nunquam intrabat, & per hoc Fratres in dicto Regno morantes, quaſi Acephali ob viſitationis defectum, circa regulares obſervantias, & alia, quę ſecundum Deum interdum per ipſum Priorem Provincialem, juxta officii ſui debitum ordinantur, proficere non valebant, cum idem Prior dictorum Fratrum merita non agnoſcens, eos pro qualitate meritorum ipſorum Fratrum, ſalubriter non poſſet corrigere, ſeu etiam confovere, nec dictus Ordo in Fratrum, & Conventuum numero poſſet ſuſcipere incrementa. Fatigabantur etiam intolerabiliter

Laus egregia Ordinis.

dicti Fratres in prȩfato Regno manentes, in eundo ad Capitula ipſius Ordinis, quȩ celebrabantur in locis remotis ab ipſis, multa quoque alia inde incongrua contingebant, ex quibus Fratres ejuſdem Regni, gravia ſubſtinebant incommoda, & eidem Ordini diſpendium imminebat. Nos igitur, volentes ſuper prȩmiſſis eidem Ordini, & Fratribus per emendationis opportunȩ remedium, prout tenemur, ex paſtoralis officii debito, ſubvenire: cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Siciliȩ illuſtris, Nobis ſuper hoc, cum inſtantia ſupplicantis, & eorundem Fratrum dicti Regni ſupplicationibus inclinati, prȩfatam Romanam Provinciam, auctoritate Apoſtolica in duas Provincias dividimus, ſtatuentes, ut earum altera ſic diviſa, totum Regnum Siciliȩ ultra, citraque Farum, tantum contineat, & Provincia Regni Siciliȩ nominetur: Reliqua vero comprehendat totam Campaniam, Romam, & totam Tuſciam, & Romana Provincia nuncupetur, & quod Prior Provincialis, & Fratres ipſius Regni Siciliȩ gaudeant omnibus privilegiis, & indulgentiis, atque gratiis, tam in ſtudentibus mittendis cauſa ſtudii Pariſius, & ad alia ſtudia generalia extra ſuam Provinciam, quam omnibus aliis ſpectantibus ad communem ſtatum Provinciarum, quȩ Prioribus Provincialibus, & Fratribus aliarum Provinciarum per Sedem Apoſtolicam, & per conſtitutiones, & ordinationes dicti Ordinis conceſſa ſunt, & in poſterum concedentur. Et quod Prior Provincialis ejuſdem Provinciȩ Regni, primum locum poſt Priorem Provincialem Romanȩ Provinciȩ teneat, tam in Generalibus Capitulis ejuſdem Ordinis pro tempore celebrandis, quam alias ubique (3) ipſos contingat convenire. Volumus etiam, quod prȩtextu diviſionis hujuſmodi a Nobis factȩ, dilectus filius Frater Johannes de Polo Prior Provincialis Romanȩ Provinciȩ ab adminiſtrationis officio exercendo, quoad dictam Romanam Provinciam, ſic diviſam, ſe nequeat aliquatenus excuſare, ſed illud in ea tantum teneatur gerere, ſicut prius. Prohibemus inſuper, & diſtricte in virtute ſanctȩ obedientiȩ, ſub pȩna excommunicationis prȩcipimus, ne quis procurare audeat, quod eȩdem Provinciȩ per Nos taliter ordinatȩ, de cetero quomodolibet uniantur, ſive Fratres ipſius Ordinis, ſive quoslibet alios, qui dictam diviſionem fieri poſtularunt, occaſione hujuſmodi moleſtare, ſeu ipſis aliquam pȩnam, aut gravamen aliquod irrogare, quacunque occaſione, vel cauſa, aut vigore cujuſvis conſtitutionis, & ordinationis, ab ipſo Ordine promulgatȩ. Quod ſi forte a quoquam fuerit contrarium attentatum, illud decernimus irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrȩ diviſionis, conſtitutionis, prohibitionis, noſtrique prȩcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prȩſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Aquilȩ Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Dividit.*) *Amplos*, inquit *Fontana* loco laudato, *lateſque habuit* Romana Provincia *ſuæ extenſionis terminos; nam Romam, Tuſciam, Umbriam, Latium, Maritimam, Campaniam, Regnumque utriuſque Siciliæ amplectebatur, unaque in tanta perſtitit amplitudine uſque ad an. MCCXCIV quo petente Carolo II Neapolitano Rege a S. Cæleſtino Papa V fuit ita diviſa, ut utriuſque Siciliæ Regnum unam Provinciam, quæ Siciliæ nominaretur, conſtitueret; reliquæ vero Nationes ad Romanam Provinciam pertinerent, dato Aquilæ Kal. Septembris in hunc modum Apoſtolico Brevi.*

2. *Fontana.*) Legitur etiam apud eundem auctorem *De Romana Provincia Cap. I pag. 5.*

3. *Ubique.*) *Ubicunque.*

Anno 1294 Die 3 Septembris.

F. Petrus de Adria Vicarius Apoſtolicus Provinciæ Regni Siciliæ conſtituitur (1).

Ex Fontana (2) de Conſtitutionibus &c. Parte II pag. 65.

II.

Cȩleſtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri Petro de Adria Ordinis Fratrum Prȩdicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Nos ex certis cauſis, Romanam Provinciam tui Ordinis, quȩ ſecundum diſtinctionem Provinciarum in eodem Ordine dudum factam, totum Regnum Siciliȩ continebat, in duas Provincias duxerimus auctoritate Apoſtolica dividendam, ſtatuentes, ut earum altera Regnum ipſum tantum, reliqua vero loca, quȩ erant prioris Provinciȩ, eadem comprehendant, prout in literis noſtris ſuper hujuſmodi diviſione confectis, plenius continetur: Nos, de tua circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, Te Vicarium loco prioris Provincialis in eadem ipſius Regni Provincia tenore prȩſentium deputamus, diſcretioni tuȩ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus curam Fratrum ejuſdem Ordinis dicti Regni tamdiu gerere ſtudeas diligenter, prout ad Vicarii Prioris Provincialis officium, ſecundum conſtitutiones dicti Ordinis noſcitur pertinere, donec Prior Provincialis in ipſa Provincia dicti Regni, per Provinciale Capitulum ipſius Ordinis, quod in proximo imminet celebrandum, electus, confirmatus, & etiam prȩſens extiterit in memorata Provincia dicti Regni. Capitulum prȩdictum Aquilȩ in Feſto Exaltationis S. Crucis proximo venturo celebres, juxta morem ipſius Ordinis, cum illis Fratribus de Regno ipſo, qui ad Capitulum Romanȩ Provinciȩ pertinebant, per quos, volumus electionem fieri Prioris Provincialis Regni ejuſdem, ſecundum conſtitutiones Ordinis memorati. Ad hȩc, tibi in virtute ſanctȩ obedientiȩ diſtricte prȩcipimus, quod ipſius Ordinis oriundos in dicto Regno per dictam Romanam Provinciam diſperſos, ad ipſius Regni Provinciam revocare, omnes autem ſtudentes Neapoli, qui de Regno ipſo originem non duxerunt, ad Romanam Provinciam, ubi generale ponimus ſtudium, deſtinare, necnon & alios de Regno non oriundos eodem, de quibus videris expedire, ad loca unde traxerunt originem, remittere non poſtponas. Inſuper Apoſtolica tibi auctoritate committimus, ut juxta ipſius Ordinis mores, & modos, Priorem, & Conventum in loco Sancti Petri Martyris Neapolitani, per cariſſimum in Chriſto filium Carolum Siciliȩ Regem illuſtrem, ut aſſeritur, eidem Ordini denuo conceſſo inſtituas, atque ponas, non obſtantibus dicti Ordinis in contrarium editis conſtitutionibus, ordinationibus, & ſtatutis. Datum Aquilȩ III Nonas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Conſtituitur.*) *Prædicta igitur*, inquit *Fontana* loco laudato, *Romanæ Provinciæ diviſione Apoſtolica auctoritate ita ſtabilita, idem S. Pontifex P. F. Petrum de Adria, qui tunc pro P. F. Johanne de Polo Provinciale Romano Vicarii*

partes

partes in Neapolitano Regno exequebatur, Apoſtolicum Vicarium ejuſdem novæ inſtitutæ Provinciæ Siciliæ per Apoſtolicum Breve uſque ad futuri Provincialis electionem in hunc modum inſtituit.

2. *Fontana.*) Legitur etiam apud eundem auctorem *De Romana Provincia Cap. I. pag. 8.*

Anno 1294 Die 22 Novembris.

III.

Confirmatio privilegiorum (1) Ordini conceſſorum, *Mare magnum* Vulgo nuncupata.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Cęleſtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, Prioribus, & Fratribus univerſis Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

VIrtute conſpicuos &c. (3) Datum Neapoli X Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Privilegiorum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo *Lucenſis* Cœnobii *S. Romani.*

3. *Conſpicuos &c.*) Ut in Conſtitutione XIII. Bonifatii VIII, ad finem uſque. Legitur *Tomo II* hujuſce *Bullarii pag. 48.*

BONIFATIUS VIII.

Ab anno MCCXCIV die XXIV Decembris, ad XI Octobris MCCCIII. Vide *Tomo II* hujus *Bullarii pag.* 39.

Anno 1295 Die 1 Martii.

XL.

Romana Provincia in duas diviſa (1).

Ex Fontana de Conſtitutionibus &c. Parte II pag 66.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

ATtendentes ab olim, dum minori fungeremur officio, virtutum merita grandia, quibus plantatus in agro Dominico Sacer Ordo Fratrum Prędicatorum noſcitur inſignitus, & conſiderantes ſolicite fructus ſalutis innumeros, qui ex ipſo proveniunt fidelium animabus, eundem Ordinem, & profeſſores illius ſpeciali affectione dileximus, & diligere non ceſſamus, ſolicitum, & efficax ſtudium impendentes, ut idem Ordo felicibus augmentis proficiat, & Fratres ipſi, ut divinis liberius inſiſtant obſequiis, pacifico ſtatu, & ſtabili plenitudine gratulentur. Sane fide digna relatione didicimus, quod propter diffuſionem nimiam Romanę Provincię, quę ſecundum diſtinctionem Provinciarum in Ordine ipſo factam, Romam, Tuſciam, Campaniam, & Maritimam, totumque Regnum Sicilię comprehendit, Prior Provincialis ipſius Ordinis, qui frequenter eligitur de Tuſcia, vel de Urbe, omittit, ſeu nequit totam eandem Provinciam viſitare, pręſertim Regnum Sicilię memoratum, ad quod raro, imo rariſſime, ad aliquas vero partes ipſius, cauſa viſitationis, aliquatenus non accedit, propter quod ejuſdem Ordinis Fratres in prędicti Regni partibus commorantes, proficere nequeunt circa obſervantias regulares, & alia etiam, quę ſecundum Deum per Prioris Provincialis ſolertiam, plerumque juxta ſui officii debitum ordinantur, nec idem Prior jam dictos Fratres, ipſorum merita non agnoſcens, ſalubri correctioni ſubjicere, ſeu condignis favoribus confovere, neque pręfatus Ordo in eodem poteſt Regno ſuſcipere incrementa. Nos igitur, ad ſtatum tranquillum, & proſperum dictorum Fratrum, & Ordinis intendentes, ac volentes, prout ex debito Paſtoralis tenemur officii, ſalubre ſuper pręmiſſis remedium adhibere, pręfatam Romanam Provinciam auctoritate Apoſtolica in duas Provincias duximus dividendam, firmiter ſtatuentes, ut earum altera, ſic diviſa tantum Regnum prędictum, ultra, citraque Farum duntaxat contineat, & Provincia Regni Sicilię nominetur, reliqua vero totam Campaniam, Maritimam, Romam, Tuſciam comprehendat, & Romana Provincia nuncupetur. Datum Laterani Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Diviſa.*) Conſulendus *Fontana* loco laudato. Legendæ Conſtitutiones *S. Cæleſtini* pag. 49, & 50.

Anno 1297 Die 18 Januarii.

XLI.

Ut Ferrarien. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Conventui Sororum Monaſterii Sanctę Catharinę (2) de Ferraria per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

APoſtolicę Sedis grata benignitas, prudentes Virgines, quę ſe parant accenſis lampadibus obviam ire Sponſo, tanto propenſiori debet ſtudio proſequi caritatis, quanto majori propter fragilitatem ſexus indigere ſuffragio dignoſcuntur. Cum igitur, ſicut pro parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, vos

incluſę corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, ſecundum Beati Auguſtini regulam, & inſtituta Ordinis Fratrum Prędicatorum vixeritis hactenus, illa ex inſtitutis ipſis, quę vobis competunt laudabiliter obſervando, & eidem incorporari Ordini, ac Magiſtro dicti Ordinis, & Priori Provinciali Provincię Lombardię ipſius Ordinis committi plurimum affectetis: Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtrę precibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum, auctoritate pręſentium, pręfato incorporamus Ordini, & Magiſtro, & Priori committimus ſupradictis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris tam prędictorum, qui ſunt, quam qui pro tempore fuerint, debeant de cetero permanere, illis gaudentes privilegiis, quę Ordini prędicto ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Magiſter, & Prior, contraria conſuetudine ipſius Ordinis non obſtante, animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam, ac vobis de inſtitutionibus ejuſdem Ordinis illas, quę vobis competunt, exhibentes, Monaſterio per ſe, vel alios Fratres ipſius Ordinis, quos ad hoc idoneos viderint, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quę correctionis, & reformationis officio viderint indigere, & nihilominus inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum noverint expedire, confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta. Ad hęc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones acquirere, recipere, ac libere retinere, non obſtante contraria conſuetudine, vel ſtatuto ipſius Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicę, vel quacunque firmitate alia, roboratis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum XV Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*. Hic notes velim, quod ex autographo *Ferrarienſi* aſſervatur etiam in eodem Archivo Ordinis aliud exemplar authenticum *Conſtitutionis XVI Bonifatii VIII*, quæ legitur *Tomo II* hujuſce *Bullarii pag.*42.

2. *S. Catharinæ*.) *Virginis & Martyris*. Ferrarienſe ſiquidem Monaſterium *S. Catharinæ Senenſis* poſtea fundatum fuit.

B. BENEDICTUS XI.

Ab anno MCCCIII die XXII Octobris, ad VII Julii MCCCIV. Vide *Tom. II* hujus *Bullarii pag.*77.

Anno 1304 Die 5 Februarii.

Imolenſe Monaſterium S. Dominici tributis, & id genus ceteris ſolvendis immune (1).

XXXVIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Priorisſę, & Sororibus Monaſterii Sancti Dominici Imolen Ordinis Sancti Auguſtini ſecundum inſtituta, & ſub cura Fratrum Ordinis Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcra veſtra Religio, ſub qua devotum Creatori noſtro famulatum impenditis, promeretur, ut Apoſtolica Sedes favorabilem ſe vobis exhibeat, & in veſtris opportunitatibus gratioſam. Hinc eſt, quod Nos pium, & congruum reputantes, ut illa vos proſequamur gratia, quę veſtris neceſſitatibus fore conſpicitur opportuna, vobis auctoritate pręſentium indulgemus, ut ad pręſtationem decimarum de quibuſcunque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quę impręſentiarum habetis, & juſtis modis, pręſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad exhibendum pedagia, thelonea, & alias exactiones quibuſvis Regibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus, ac etiam ad dandum procurationes aliquas, Legatis, vel Nunciis Apoſtolicę Sedis, ſive ad decimam, vel aliam portionem, aut ſubventionem aliquam de veſtris proventibus cuiquam exhibendum, vel ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidiis aliquibus minime teneamini, nec ad id per literas Sedis ejuſdem, vel Legatorum ejus, aut quorumcunque aliorum, etiamſi in ejuſdem Sedis literis contineatur expreſſe, quod ad quęvis exempta, vel non exempta loca, & Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis cujuſcunque tenoris exiſtat ipſius Sedis Indulgentia non obſiſtat, niſi forſan dictę literę Sedis ejuſdem, de indulto hujuſmodi, & Monaſterio veſtro plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Nos enim ex nunc decernimus irritas, & inanes, interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas in vos, vel aliquam veſtrum, aut locum veſtrum, ſeu quoſcunque alios, occaſione veſtri, pręmiſſorum pretextu, contra hujuſmodi conceſſionis noſtrę tenorem per quemcunque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Non. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Immune*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo lit. X.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

De-

Anno 1304 Die 2 Martii.

XXXIX.

Declarat quid agendum ſit, cum Epiſcopi, & Inquiſitores ſejunctim quæſtionem criminis hæreſeos habuerint.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Inquiſitoribus hęreticę pravitatis in Lombardia, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX eo, quod quędam novella Conſtitutio ſuper negotio hęreticę pravitatis a bonę memorię Bonifatio PP VIII Prędeceſſore noſtro edita continet, quod in ipſo negotio per Dięceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat communiter, vel diviſim, & ſi diviſim proceſſerint, teneantur ſibi invicem communicare proceſſus, Nos conſulere voluiſtis, quando, & quoties ſit iſta proceſſuum communicatio facienda. Nos autem, de Fratrum noſtrorum conſilio intelligendo Dięceſanos, & Inquiſitores, tunc demum diviſim procedere cum hi, & illi ſeparatim, non quando Epiſcopi tantum, vel Inquiſitores tantum procedunt, conſultationi veſtrę breviter reſpondemus, quod quando utrique procedunt ſejunctim, ſibi debent, in fine tamen, dum nil reſtat agendum, niſi quod ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem civilem, quod ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiam, ut puta quando adminiſtrator delegat aliis cauſam, ſibi ſententia reſervata, ſaltem in principio, ideſt conteſtatione, rurſus, in medio, & ſemel in fine, quę ſunt examinata audire debet, ita & in caſu pręſenti, ubi ex actis coram alio habitis, alter profert ſententiam, ſic ter hujuſmodi acta recenſeat, quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio, tamen id ęquitas Canonum non admiſit. Unum ſane caſum excipimus, ſi alter commode non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis, ex hac enim cauſa ſemel tantum, ut fraudi locus non fiat, in toto negotio copia tribuatur. Verum quia nonnulli Dięceſani partem partis proventuum de hęreticorum bonis Inquiſitionis officio deputare, propter expenſas, quas, dum inquirunt in ſępedicto negotio, faciunt, a vobis exigere moliuntur, hoc tanquam juri abſonum, cum Ordinarii ſint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, propriis eos oportet explere ſtipendiis, fieri penitus prohibemus, rationem autem iidem Dięceſani proventuum obvenientium ex Inquiſitionis Officio, a vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrariis, non expoſcant, ſed eam Camerę noſtrę, vel alii, cui nos, vel Succeſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis, quę generaliter obſervari jubemus. Datum Laterani VI Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1304 Die 24 Junii.

XL.

Ratum habet, quod Fratres Prædicatores venerint in poſſeſſionem Narnienſis (1) Eccleſiæ Parochialis (2) S. Mariæ Majoris.

Ex Archivo (3) *Ordinis.*

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili F. Leonardo Epiſcopo Albanenſi, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcrę Religionis merita dilectorum filiorum Prioris, & Conventus, Ordinis Prędicatorum de Narnia, ſub qua virtutum Domino militantes ſibi per vitę meritum, & aliis proſpiciunt per exemplum, inſtanter expoſcunt, ut illos gratia favorabiliter proſequamur, quam ipſorum fore conſpicimus neceſſitatibus opportunam. Cum itaque ex parte eorundem Prioris, & Conventus, fuerit expoſitum coram nobis &c., ut Eccleſiam S. Marię Majoris de Narnia, in qua nunc reſident, hactenus eis conceſſam per dilectum filium Archipresbyterum, & Capitulum Eccleſię pręlibatę, necnon, & per Venerabilem F. noſtrum Orlandum Epiſcopum Narnienſem, timentes in poſterum ratione curę dictę Eccleſię moleſtari, tanquam viris pacificis libere donaremus: Nos ſuper hoc ipſis providere volentes, dictam Eccleſiam S. Marię Majoris cum Parochia, domibus, caſalenis, & hortis, ceteriſque bonis, juribus, & pertinentiis ſuis infra muros dictę Civitatis conſiſtentibus, eidem & Conventui Apoſtolica auctoritate conceſſimus, & pia liberalitate donavimus, ac ab ea ex nunc dilectum filium Archipresbyterum, & Canonicos, cui prędictę Eccleſię cura competere poſſit, dimittentes, ac prędictę Eccleſię S. Marię Majoris cum Parochia, Caſalenis, hortis, juribus, & pertinentiis ſuis, alterius aſſenſu minime requiſito, eidem Priori, & Conventui licentiam liberam exhibemus. Volumus autem, ac auctoritate prędicta duximus ſtatuendum, quod dictus Prior, & Conventus iiſdem Parochianis per ſe, vel per alium, aut Capellanum idoneum, Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, cum cura prędictę Eccleſię S. Marię Majoris, eidem Priori, & ſucceſſoribus ſuis Prioribus dicti loci, qui pro tempore fuerint, imminere &c. ita quod per Fratrem exerceat, vel Capellanum, cujus inſtitutionem, & deſtitutionem, quoties viderit opportunum, ad eos decrevimus pertinere. Nolumus tamen, quod Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Narnienſi, vel ejus Succeſſoribus, qui pro tempore fuerint, ſint dicti Prior, & Succeſſores in aliquo, vel idem Capellanus ratione dictę curę ſubjecti, vel ſibi de cura dictę Eccleſię aliquatenus reſpondere, vel aliquam de ſpiritualibus, & temporalibus reddere rationem &c. Poſſeſſiones autem, & alia bona immobilia dictę Eccleſię S. Marię Majoris Epiſcopo Narnienſi ſecundum pacta inter eos habita reſervamus perpetuis ejus uſibus applicanda. Quocirca Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eoſdem Priorem, & Conventum, vel Procuratorem ſuum, eorum nomine, in corporalem poſſeſſionem dictę Eccleſię per Nos eis, ut pręmittitur,

con-

conceſſę, per te, vel per alium, ſeu alios inducas, & defendas inductos. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Peruſii VIII Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Narnienſis*.) Juris eſt Congregationis *S. Marci*.
2. *Parochialis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*
3. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Narnienſi*, mutilum tamen, & mendis fœdatum.

CLEMENS V.

Ab Anno MCCCV, die V Junii, ad XX Aprilis MCCCXIV. Vide *Tom. II* hujus *Bullarii pag.* 104.

Anno 1305 Die . . . .

XVII.

Ratum habet quod Fratres Ordinis Militiæ Templi Jeroſolimitan. Eccleſiam Templi Placentin. ceſſerint Fratribus Ordinis Prædicatorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Conventui Ordinis Prędicatorum Placentin., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUanto ſtudioſius devotis animis Divinę Majeſtatis vacatis obſequiis, tanto petitiones veſtras libentius exaudimus. Sane oblata Nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod dilectus filius Frater Jacobus de Fontana Ordinis Militię Templi Jeroſolymitan., Pręceptor domus de Carobiolo in Provincia Lombardię Procurator dilecti filii Fratris Jacobi de Montecuco generalis, & aliorum Pręceptorum, ac ejuſdem Ordinis Capituli Provincialium in eadem Provincia Lombardię Parochialem Eccleſiam Sanctę Marię dictam de Templo, ſitam in Civitate Placentię, loco vero contiguam, ad eundem Ordinem Militię Templi in ſpiritualibus, & temporalibus pertinentem, cum domibus, horto, rivo, aquęductu, & molendino, & aliis adjacentibus ei, ac omnibus ſuis juribus, & pertinentiis Venerabili Fratri noſtro (2) . . . . . Epiſcopo Bobien. ejuſdem Ordinis profeſſori, recipiente nomine veſtro pro ejuſdem loci Veſtri ampliatione conceſſit, ac donavit pure, & ſimpliciter inter vivos, & demum idem Frater Jacobus Priorem, & Conventum, ſeu Procuratorem veſtrum in corporalem Eccleſię, domorum, horti, rivi, aquęductus, & molendini, jurium, & pertinentiarum eorundem fecit poſſeſſionem induci, prout in Inſtrumentis publicis plenius continetur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, & donationem, ac inductionem in poſſeſſionem hujuſmodi, ſicut provide factę ſunt, ratas, & gratas habentes, eas auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Ceterum ſi in Procuratoris inſtitutione, conceſſione, donatione, & corporali poſſeſſione defectus aliquis vel de jure, ſeu de facto, quomodolibet appareret, ſupplemus de plenitudine poteſtatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri. & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni . . . , Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Placentin.*
2. *Fratri noſtro* . . . .) Is erat *Petrus de Bobio*, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Bonifatii VIII Tomo II* hujuſce *Bullarii pag.* 73.

Anno 1307 Die 29 Aprilis.

XVIII.

Imolenſis Monaſterii Sorores procuratione præſtanda Legatis immunes (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Neapoleo (3) miſeratione Divina Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Apoſtolicę Sedis Legatus, Venerabili in Chriſto Patri, Dei gratia Epiſcopo Imolenſi, vel ejus Vicario ſuper Spiritualibus, Salutem in Domino.

DUdum bonę memorię Dominus Frater Matheus (4) Portuenſis, & Sanctę Rufinę Epiſcopus, tunc in partibus iſtis Apoſtolicę Sedis Legatus declaravit, Prioriſſas S. Dominici, & S. Marię de Caritate Monaſteriorum prope Civitatem Imolę, ac Sorores eorundem, ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Predicatorum viventes, ad pręſtandam procurationem Legatis Sedis Apoſtolicę non teneri, ſed ex vigore privilegiorum Sedis ejuſdem, ipſas eſſe exemptas a pręſtatione hujuſmodi, & immunes, prout in literis ejuſdem Epiſcopi plenius continetur, ideoque diſcretioni veſtrę, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus eaſdem Prioriſſas, & Sorores ad pręſtandum procurationes hujuſmodi non cogatis, nec contra declarationem ejuſdem Epiſcopi, quam in hac parte duximus approbandam, permittatis eaſdem ſuper ſolutione, ſeu pręſtatione procurationum hujuſmodi aliquatenus moleſtari; Omnes proceſſus per quoſcunque contra eas, occaſione hujuſmodi, promulgatos, decernentes irritos, & inanes. Datum Faventię III Kal. Maii, Pontificatus Domini Clementis Papę V Anno Secundo.

1. *Im-*

1. [illegible].) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ameleri ſi*.

3. *Neapoleo.*) *Urſinus* de quo *Ciaconius T.II Vita Pontif. & Cardinal. ad an.MCCLXXXVIII pag.268.*

4. *F. Mathæus.*) *De Aquaſparta*, Ordinis Minorum. Adeas *Ughellum T.I Italia Sacra in Epiſcop. Portuen., & Sancta Rufina pag.139 edition. Veneta*, & *Ciaconium* loco mox laudato *pag.265.*

De conſtruendis ſacris ædibus Cœnobii Patavini.

Anno 1307 Die 27 Octobris.

XIX.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Neapoleo (2) miſeratione Divina Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Apoſtolicę Sedis Legatus. Univerſis Chriſtifidelibus infra noſtrę Legationis terminos conſtitutis, pręſentes literas inſpecturis, Salutem in Domino.

SPlendor paternę glorię, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc pręcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas, ſanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia loci Fratrum Prędicatorum de Padua, quę de novo conſtruitur, congruis honoribus frequentetur, & a Chriſtifidelibus jugiter veneretur, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui in ſingulis Beatę Marię Virginis, Apoſtolorum Petri, & Pauli, Beati Johannis Baptiſtę, & Beatorum Confeſſorum Auguſtini, & Dominici, ac Beati Petri Martyris Feſtivitatibus, Eccleſiam ipſam devote, ac venerabiliter viſitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, unum & quadraginta dies de injunctis ſibi pęnitentiis, auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, miſericorditer relaxamus. Datum Cortonę VI Kalendas Novembris, Pontificatus Domini Clementis Papę V, Anno Secundo.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino.*

2. *Neapoleo.*) E nobiliſſimâ gente *Urſina*. Adeas *Ciaconium in Nicolao IV Vit. Pontif., & Card. T.II pag.268.*

De interdicti (1) obſervantia.

Anno 1310 Die 21 Martii.

XX.

Ex Martene Tom.IV Anecdotorum pag.1930.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EX frequentibus Pręlatorum querelis accepimus, & Nos ipſi experientia certa probavimus in minoribus conſtituti, quod plerique Religioſi nunc patenter excuſationibus fucatis, & frivolis innitentes, nunc latenter Eccleſiarum ſuarum januis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis aliis exquiſitis, non abſque damno Cathedralium, & Parochialium Eccleſiarum, & ſcandalo plurimorum, dirumpendo nervum eccleſiaſticę diſciplinę, Terrarum, Civitatum, & aliorum locorum generalis interdicta pręſumptione damnabili violare pręſumunt. Nos igitur in ſancta Dei Eccleſia, cui, diſponente Domino, pręſidemus, quę quidem unica eſt, unum Deum prędicat, atque colit, unam fidem credit firmiter, & ſimpliciter confitetur, uniformitatem aliquam quomodo poſſumus, conſervare volentes, circa interdictorum obſervantiam prędictorum, auctoritate Sedis Apoſtolicę, vel a locorum Ordinariis poſitorum, de Fratrum noſtrorum conſilio diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus Religioſi quicunque tam exempti, quam non exempti, cujuſcunque Ordinis, vel conditionis exiſtant, cum Cathedralem, vel Matricem loci Eccleſiam illa viderint, aut ſciverint obſervare, non obſtantibus quibuſvis appellationibus, antea etiam ad eandem Sedem, vel alium, ſeu alios interjectis, & aliis objectibus quibuſcunque, abſque dolo, & fraude cum moderamine tamen decretalis *Alma*, inviolabiliter ea ſervent, alioquin non ſervantes excommunicationis ſententię hoc ipſo volumus ſubjaceri, quod de interdictis, & in ceſſationibus a divinis indictis per Provincialium Conciliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate, cum majus ſit Provinciale Concilium, quam ſingulare Pręlati Provincię, ac judicium integrum, quod plurimorum ſententiis comprobatur, volumus obſervari. In ceſſationibus vero generalibus a divinis, Civitatum, Terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel alia cauſa Capitula, Collegia, vel Conventus Secularium, aut Regularium Eccleſiarum ſibi vendicant, quia hoc unico lumine ad repellendas injurias eis factas privare nolumus, nec debemus, idem intelligimus obſervandum. Ipſi vero ſint diligenter attenti, ut ſtatuta Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum ſuper iis edita inviolabiliter ſervent. Porro ſanctionem hanc etiam ad pendentia trahimus, non obſtantibus privilegiis eis conceſſis, conventionibus, & ſtatutis, ac conſuetudinibus quibuslibet, quę contra pręmiſſa, ſeu aliquod pręmiſſorum religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Avinione XII Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Interdicti.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

JOHAN-

JOHANNES XXI, dictus XXII.

Ab anno MCCCXVI die VII Auguſti, ad IV Decembris MCCCXXXIV. Vide *Tomo II* hujus *Bullarii pag.*130.

Anno 1322 Die 21 Julii.

F. Petrum Raymundi delegat, ut pecunias Apoſtolico ærario debitas recuperet (1).

CIV. *Ex Ughello Tomo III Italiæ Sacræ in Arch. Florentin. pag.*142 *Edit. Venetæ.*

Jobannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Petro de Banis Arcbidiacono Combrallę in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi Ordinis Prędicatorum, ejuſdem Ordinis Procuratori, Apoſtolicę Sedis Nunciis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACcepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonę memorię Antonius Epiſcopus Florentinus decimam redditunm, & proventuum Eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in Concilio Viennen. pro ſubſidio Terrę Sanctę, auctoritate Apoſtolica, in hac parte ſibi commiſſa, per ſe, & ſubcollectorem, ſeu ſubcollectores deputatos ab eo in Civitate, & Dięceſi Florentina duxerit colligendam, demum tamen eodem Epiſcopo de pręſenti vita ſublato, ipſius pecunia decimę propter negligenciam per eundem Epiſcopum in ipſius pecunię commiſſa cuſtodia, reperiri non poteſt, in ipſius Terrę Sanctę grave diſpendium, & pręjudicium manifeſtum. Cum igitur quędam immobilia bona per dictum Epiſcopum ſuo proprio, & privato nomine, & non nomine Florentinę, vel alicujus alterius Eccleſię, per ſe, vel per alium, ſeu alios empta, vel aliter acquiſita, dum viveret, quę ad quoſdam ipſius Epiſcopi conſanguineos poſt ejus obitum pervenerunt, necnon etiam diverſa bona mobilia, quę fuerunt Epiſcopi memorati, quę omnia obligata Romanę Eccleſię pro dicta decima remanſerunt, pro certa parte ad quoſdam de conſanguineis ſupradictis, & quędam ad familiares quoſdam ipſius, & pro reliqua parte ad executores teſtamenti ejuſdem Epiſcopi, & quoſdam alios perveniſſe dicantur, diſcretioni veſtrę, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, ſuper iis ſimpliciter, & de plano, ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii, vos plenius informetis, prędicta tam immobilia, quam mobilia bona, ſive in pecunia, vaſis argenteis, jocalibus, libris, utenſilibus, ac quibuſdam aliis rebus conſiſtent, vobis, nomine noſtro, & ejuſdem Eccleſię Romanę, faciatis pro ſatisfactione dictę decimę integraliter aſſignari, eos ad id, ſi id neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo. Quod ſi forte prędicta immobilia, & mobilia bona non ſufficerent ad ſatisfactionem integram decimę ſupradictę, vos reſiduum, quod ſuper hoc deeſſe contigerit, facientes vobis per Capitulum dictę Eccleſię de bonis menſę Epiſcopalis ejuſdem Eccleſię cum integritate ſuppleri, & ſine diminutione perſolvi, ad id prędictum Capitulum cenſura ſimili compellendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, facientes eos, qui excommunicationis ſententiam propter hoc per vos proferendam incurrerint, in majori Eccleſia Florentina, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinę Civitatis, & Dięceſis, de quibus expedire videritis, nominandis, excommunicatos publice nunciari. Non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod de iis, quę pro dicta decima receperitis a detentoribus, & executoribus antedictis, eos quitetis, & etiam abſolvatis. Datum Avenion. XII Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Recuperet.*) Conſulendus *Ughellus* loco laudato.

Anno 1322 Die 1 Auguſti.

Eadem de re (1).

*Ex Ughello Tomo III Italiæ Sacræ in Arch. Florentin. pag.*143, *Edit. Venetæ.*

CV. Jobannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Petro de Banis Arcbidiacono Combrallę in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi Ordinis Pratrum Prędicatorum ejuſdem Ordinis Procuratori, Apoſtolicę Sedis Nunciis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACcepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonę memorię Antonius Epiſcopus Florentinus decimam reddituum, & proventuum Eccleſiaſticorum impoſitam, dudum per ſex annos in Concilio Viennenſi pro ſubſidio Terrę Sanctę, auctoritate Apoſtolica in hac ſibi parte commiſſa, per ſe, vel ſubcollectorem, aut ſubcollectores deputatos ab eo in Civitate, & Dięceſi Florentina duxit colligendam, demum tamen eodem Epiſcopo de pręſenti vita ſublato, ipſius decimę pecunia per eos, apud quos depoſita fuerat per eundem, in ipſius Terrę Sanctę diſpendium, & manifeſtum pręjudicium occultatur. Nos igitur ad recuperationem ipſius pecunię, diligentię diſcretionis veſtrę, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios generaliter in majori, & aliis Eccleſiis Florentinis, univerſos, & ſingulos ipſius pecunię detentores, ac ſcientes detentores eoſ-

eoſdem, tam Clericos, quam laicos, cujuſcunque conditionis exiſtant, ex parte noſtra monere cureris, ut in terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, iidem detentores prędictam pecuniam, nomine noſtro, & Eccleſię Romanę, integre vobis reſtituant, & conſignent, ipſique ſcientes vobis detentores prędictos ſtudeant revelare, alioquin elapſo termino, in detentores, & ſcientes prędictos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, facientes illam in prędictis, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinę Dięceſis, de quibus vobis videbitur, quoties, & quando credideritis expedire, ſolemniter publicari, non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod eos, per quos fiet reſtitutio pecunię decimę ſupradictę, de ſumma illa, quam vobis contigerit, quitetis, & etiam abſolvatis. Datum Avenione Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Eadem De re.*) Quid actum ſit, refert *Ughellus* loco mox laudato.

Priori Fratrum Prædicatorum Florentiæ, ut ejuſdem Urbis muros reficiendos curet (1).

Anno 1323 Die 9 Martii.

Ex Ughello T.III Italiæ Sacræ in Arch. Florentin. pag. 141 *edit. Venetæ.*

CVI.

Johannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Piſtorienſi, & Volaterranenſi Epiſcopis, ac Dilecto Filio Priori Fratrum Prędicatorum Florentię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX parte dilectorum filiorum communis Florentię nuper fuit expoſitum coram Nobis, quod cum Civitas Florentię murorum careat ambitu in aliqua ſui parte, propter quod ſuorum patebat periculoſe nimium aggreſſibus ęmulorum, ipſi tam dictę Civitatis, quam diſtrictus ejuſdem, incolis volentes ſuper hoc ſalubrius providere, partem ipſam murorum prędidio communire decreverint. Sane, quia, conſideratis oneribus variis, quibus tam pro defenſione Civitatis ejuſdem, quam pro ſubſidiis Eccleſię, ac fidelibus illarum partium impenſis, ac etiam impendendis, adeo commune prægravatur prędictum, quod ad ea non ſufficiant vires ejus, Nobis fecerint humiliter ſupplicare, ut perſonas eccleſiaſticas, totumque Clerum Civitatis, & Dięceſis Florentinę, tam exemptum, quam non exemptum, ad prędtandum moderatum ſubſidium in conſtructione dictorum murorum convertendum, compelli mandemus. Nos itaque quantum Eccleſiam, Clerumque deceat, Civitatis, & Dięceſis Florentinę, ſalus ejuſdem Civitatis contingat (2) conſiderantes attente, illamque non indigne intenſis deſideriis affectantes, dilectis filiis Eccleſię Florentinę, ad pręſens Paſtore carentis, damus aliis noſtris certi tenoris literis in mandatis, ut pręmiſſa cogitantes ſolicite, tam ipſi juxta menſę Epiſcopalis ejus Eccleſię facultates de moderato ſubſidio in conſtructione hujuſmodi ſubvenire, quam perſonas Eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas deceat Civitatem, & Dięceſim faciendum, ac eos inducere, &, ſi opus fuerit, compellere non omittant. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus duo, aut unus veſtrum, per vos, vel per alium, ſeu alios, tam prędictos Vicarios, quam perſonas alias Eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas Civitatis, & Dięceſis prędictarum, ſi, & quando pręfatus Vicarius circa pręmiſſa ſe redderet tepidum, & remiſſum, ad ea compellere per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, ſtudeatis, non obſtantibus &c. Si eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, eorumque Ordinibus, & perſonis, & nominibus propriis, mentionem. Datum Avenione VII Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Curet.*) *Anno* 1320 (legendum MCCCXXIII, hoc enim Diploma datum fuit VII Idus Martii, Pontificatus Johannis anno Septimo) *Florentina Eccleſia adhuc paſtore vacante, idem Johannes Pontifex ad publica Florentina rei poſtulata, Eccleſiaſticos coegit, ut pro rata portione, reficiendis Civitatis muris concurrerent, in cujus rei executionem, has ſubjectas Bullas ad Epiſcopos Volaterranenſem, ac Piſtorienſem,* (& Priorem Fratrum Prædicatorum) *direxit.* Ughellus loco ſupra laudato.

2. *Contingat.*) Aliquid ibi, & inferius deſiderari videtur.

Quaſdam propoſitiones Ekardi (1) refert, ac damnat, & teſtatur quod ipſemet Ekardus ante finem vitæ illas damnaverit, & tam ſe, quam ſcripta, & dicta omnia, Sedis Apoſtolicæ cenſuræ ſubmiſerit.

Anno 1329 Die 27 Martii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CVII.

Johannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

IN Agro Dominico &c. Dolentes referimus, quod quidam his temporibus, de partibus Theutonię, Ekardus nomine, doctorque, ut fertur, ſacrę paginę, ac profeſſor Ordinis Fratrum Prędicatorum plura voluit ſapere, quam oportuit, & non ad ſobrietatem, neque ſecundum menſuram fidei, quia a veritate auditum avertens, ad fabulas ſe convertit. Per illum enim patrem mendacii, qui ſe frequenter in lucis angelum transfigurat, ut obſcuram, & tetram caliginem ſenſuum pro lumine veritatis effundat, homo iſte ſeductus, contra lucidiſſimam veritatem fidei, in agro Eccleſię ſpinas, & tribulos germinans,

ac nocivos carduos, & venenoſos paliuros producere ſatagens, dogmatizavit multa fidem veram in cordibus multorum obnubilantia, quę docuit quam maxime coram vulgo ſimplici in ſuis prędicationibus, quę etiam redegit in ſcriptis. Ex inquiſitione ſiquidem contra eum ſuper his auctoritate Venerabilis Fratris noſtri Henrici Colonienſis Archiepiſcopi prius facta, & tandem auctoritate noſtra in Romana Curia renovata, comperimus, evidenter conſtare per confeſſionem ejuſdem Ekardi, quod ipſe prędicavit, dogmatizavit, & ſcripſit viginti ſex articulos, tenorem, qui ſequitur, continentes. Primus articulus. Interrogatus quandoque, quare Deus Mundum non prius produxerit, reſpondit, tunc, ſicut nunc, quod Deus non potuit primo producere mundum, quia res non poteſt agere, antequam ſit, unde quam cito Deus fuit, tam cito mundum creavit. II Articulus. Item concedi poteſt mundum fuiſſe ab ęterno. III Articulus. Item ſimul, & ſemel quando Deus fuit, quando Filium ſibi coęternum per omnia coęqualem Deum genuit, etiam mundum creavit. IV Articulus. Item in omni opere, etiam malo, malo inquam, tam pęnę, quam culpę, manifeſtatur, & relucet ęqualiter gloria Dei. V Articulus. Item vituperans quempiam vituperio, ipſo peccato vituperii laudat Deum, & quo plus vituperat, & gravius peccat, amplius Deum laudat. VI Articulus. Item Deum ipſum quis blaſphemando, Deum laudat. VII Articulus. Item quod petens hoc, aut hoc, malum petit, & male, quia negationem boni, & negationem Dei petit, & orat Deum ſibi negari. VIII Articulus. Qui non intendunt res, nec honores, nec utilitatem, nec devotionem internam, nec ſanctitatem, nec pręmium, nec Regnum Cęlorum, ſed omnibus iis renunciaverunt, etiam quod ſuum eſt, in illis hominibus honoratur Deus. IX Articulus. Ego nuper cogitavi, utrum ego vellem aliquid recipere a Deo, vel deſiderare: ego volo de hoc, valde bene deliberare, quia ubi ego eſſem accipiens a Deo, ibi eſſem ego ſub eo, vel infra eum, ſicut unus famulus, vel ſervus: & ipſe, ſicut Dominus in dando, & ſic non debemus eſſe in ęterna vita. X Articulus. Nos transformamur totaliter in Deum, & convertimur in eum ſimili modo, ſicut in ſacramento panis convertitur in Corpus Chriſti, ſic ego convertor in eum, quod ipſe operatur me ſuum eſſe. Unum non ſimile per viventem Deum verum eſt, quod nulla ibi eſt diſtinctio. XI Articulus. Quicquid Deus Pater dedit Filio ſuo unigenito in humana natura, hoc totum dedit mihi: hic nihil excipio, nec unionem, nec ſanctitatem, ſed totum dedit mihi, ſicut ſibi. XII Articulus. Quicquid dicit Sacra Scriptura de Chriſto, hoc etiam totum verificatur de omni bono, & divino homine. XIII Articulus. Quicquid proprium eſt divinę naturę, hoc totum proprium eſt homini juſto, & divino, propter hoc iſte homo operatur quicquid Deus operatur, & creavit una cum Deo Cęlum, & Terram, & eſt generator Verbi ęterni, & Deus ſine tali homine neſciret quicquam facere. XIV Articulus. Bonus homo debet ſic conformare voluntatem ſuam voluntati Divinę, quod ipſe velit quicquid Deus vult, quia Deus vult aliquo modo, me peccaſſe, nollem ego, quod ego peccata non commiſiſſem, & hęc eſt vera pęnitentia. XV Articulus. Si homo commiſiſſet mille peccata mortalia, ſi talis homo eſt recte diſpoſitus, non deberet velle ſe ea non commiſiſſe. XVI Articulus. Deus proprie non pręcipit actum exteriorem. XVII Articulus. Actus exterior non eſt proprie bonus, nec divinus, nec operatur ipſum Deus proprie, neque parit. XVIII Articulus. Afferamus fructum actuum, non exteriorum, qui nos bonos non faciunt, ſed actuum interiorum, quos Pater in Nobis manens facit, & operatur. XIX Articulus. Deus animas amat, non opus extra. XX Articulus. Quod bonus homo eſt unigenitus filius Dei. XXI Articulus. Homo nobilis eſt ille unigenitus Filius Dei, quem Pater ęternaliter genuit. XXII Articulus. Pater generat me ſuum filium, & eundem filium, quicquid Deus operatur, hoc eſt unum, propter hoc generat ipſe me ſuum filium ſine omni diſtinctione. XXIII Articulus. Deus eſt unus omnibus modis, & ſecundum omnem rationem, itaut in ipſo non ſit invenire aliquam multitudinem in intellectu, vel extra intellectum, qui enim duo videt, vel diſtinctionem videt, Deum non videt: Deus enim unus eſt extra numerum, & ſupra numerum, nec ponitur unum cum aliquo; ſequitur, nulla igitur in ipſo Deo diſtinctio eſſe poteſt, aut intelligi. XXIV Articulus. Omnis diſtinctio eſt a Deo aliena, neque in natura, neque in perſonis probatur, quia natura ipſa eſt una, & hoc unum & quęlibet perſona eſt una, & ad ipſum unum quod natura. XXV Articulus. Dum dicitur: *Simon diligis me plus his?* ſenſus eſt, ideſt plus quam iſtos, & bene quidem, ſed non perfecte: in primo enim, & ſecundo, & plus, & minus, & gradus eſt, & ordo, in uno autem nec gradus eſt, nec ordo. Qui igitur diligit Deum pluſquam proximum, bene quidem, ſed nondum perfecte. XXVI Articulus. Omnes creaturę ſunt unum purum nihil: non dico quod ſint quid modicum, vel aliquid, ſed quod ſint unum purum nihil. Objectum pręterea extitit dicto Ekardo, quod prędicaverat alios duos articulos ſub his verbis. Primus Articulus. Aliquid eſt in anima, quod eſt increatum, & increabile: ſi tota anima eſſet talis, eſſet increata, & increabilis, & hoc eſt intellectus. Secundus Articulus. Quod Deus non eſt bonus, neque melior, neque optimus: ita male dico, quandocunque voco Deum bonum, ac ſi ego album vocarem nigrum. Verum nos omnes ſupraſcriptos articulos, per multos Sacrę Theologię Doctores examinari fecimus, & nos ipſi cum Fratribus noſtris illos examinavimus diligenter, & demum quia tam per relationem Doctorum ipſorum, quam per examinationem noſtram invenimus primos quindecim memoratos articulos, & duos etiam alios ultimos, tam ex ſuorum ſono verborum, quam ex ſuarum connexione ſententiarum, errorem, ſeu labem hęreſis continere, alios vero undecim, quorum primus incipit, Deus non precipit &c. reperimus nimis male ſonare, & multum eſſe temerarios, de hęreſique ſuſpectos, licet cum multis expoſitionibus, & ſuppletionibus, ſenſum catholicum formare valeant, vel habere: ne articuli hujuſmodi, ſeu contenta in eis, corda ſimplicium, apud quos prędicati fuerunt, ultra inficere valeant, neve apud illos, vel alios quomodolibet invaleſcant, Nos de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, pręfatos quindecim primos articulos, & duos alios ultimos, tanquam hęreticos, dictos vero alios undecim, tanquam male ſonantes, temerarios, & ſuſpectos de hęreſi, ac nihilominus libros quoslibet, ſeu opuſcula ejuſdem Ekardi, pręfatos articulos, ſeu eorum aliquem continentes damnamus, & reprobamus expreſſe: ſi qui vero eoſdem articulos pertinaciter defendere, vel approbare pręſumpſerint, contra illos, qui prędictos quindecim articulos, & duos alios ultimos, ſeu eorum aliquem ſic defenderint, aut approbaverint, tanquam contra hęreticos; adverſus vero eos, qui alios dictos undecim articulos, prout ſonant verba eorum, defenderint, aut approbaverint, velut contra ſuſpectos de hęreſi, procedi volumus, &

man-

mandamus. Porro tam illis, apud quos pręfati articuli prędicati, ſeu dugmatizati fuerint, quam quibuſlibet aliis, ad quorum devenere notitiam, volumus notum eſſe, quod prout conſtat per publicum inſtrumentum inde confectum, pręfatus Ekardus in fine vitę ſuę fidem Catholicam profitens, prędictos viginti ſex articulos, qnos ſe prędicaſſe confeſſus extitit, necnon quęcunque alia per eum ſcripta, & docta, ſive in Scholis, ſive in prędicationibus, quę poſſent generare in mentibus fidelium ſenſum hęreticum, vel erroneum, ac verę fidei inimicum, quantum ad illum ſenſum revocavit, ac etiam reprobavit, & haberi voluit pro ſimpliciter, & totaliter revocatis, ac ſi illos, & illas ſigillatim, & ſingulariter revocaſſet, determinationi Apoſtolicę Sedis, & noſtrę, tam ſe, quam ſcripta ſua, & dicta omnia ſubmittendo. Datum Avin. VI Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Decimo Tertio.

1. *Ekardi.*) Aliis *Aycardi*, *Haycardi*, *Eccardi*, *Eckardi*, & *Ecchardi*, Saxonis de quo conſulendus *Echard Tomo I Scriptorum Ordinis ad annum MCCCIX pag. 507.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Odoricum Raynaldum in Annal. Eccl. ad an. MCCCXXIX Num. LXX.*

Et notandum quod idem ſummus Pontifex eadem de re aliam Conſtitutionem qua præſentem publicat, dedit *Avenione XVII Kalendas Maii*, *Pontificatus anno XIII*, Incipit: *Cum per Inquiſitionem*.

De Fratribus abſolvendis a cenſuris (1).

Anno 1333
Die 3 Maii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CVIII.

Gancelinus (3) miſeratione divina Epiſcopus Albanenſis, Religioſo viro Fratri Ugoni (4) Vaucemam nunc Priori Provinciali Provincię Francię Ordinis Fratrum Prędicatorum, & Vicario Generali dicti Ordinis, Salutem in Domino.

ILlę ſunt preces favorabiliter admittendę, quę animarum ſalutem reſpiciunt, & tranquillum conſcientię ſtatum ſapere dignoſcuntur; hac igitur conſideratione inducti, ac per hoc, tuam in hac parte, volentes honrare perſonam, abſolvendi in forma Eccleſię conſueta omnes, & ſingulos Fratres ipſius Ordinis a generalibus excommunicationum, ſuſpenſionum, ſeu interdicti ſententiis, quas incurrerunt, defunctorum corpora tempore interdicti, aut excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, aut uſurarios manifeſtos, in ſuis cęmeteriis ſepeliendo, ſcienter a perſonis ſibi confitentibus ſuper decimarum ſolutione conſcientiam facere proponendo, aut in ſuis prędicationibus, ut hujuſmodi decimas ſolvant Eccleſiarum Miniſtris, illos, qui eas debebant, monere omittendo, excommunicatos publice, & nominatim interdictos ad divina officia admittendo, & eis pręſentibus celebrando, generalia interdicta, ſeu ceſſationes alias a divinis violando, de quarta funeralium Parochialibus Presbyteris plene non ſatisfaciendo, & aliquos, ac aliquas, ut apud earum Eccleſias, vel cęmeteria, ſepulturam eligerent, vel jam electam non mutarent, inducendo, male ablata, ab illis, quos de confeſſione audiebant, recipiendo. & ſibi, ac eorum Ordini applicando, Sacramentum Extremę Unctionis, Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta aliquibus perſonis miniſtrando, Matrimonia ſolemnizando, Parochialium Presbyterorum licentia non obtenta, excommunicatos a Canone, vel per ſtatuta Provincialia, aut Synodalia, in caſibus non conceſſis eiſdem a jure, vel alias abſolvendo, immittentes in . . . . . ., religioſas alias perſonas, & Clericos ſeculares uſque, & citra ſanguinis effuſionem, abſque tamen alio exceſſu difficili, manus temere violentas injiciendo, dummodo paſſi injuriam non ſint Pręlati: habitum, non tamen apoſtatandi animo, temere dimittendo: obedientiam ſuis Superioribus denegando: conſtitutiones, & ſtatuta ſui Ordinis tranſgrediendo, poſt competentem ſatisfactionem paſſis injuriam, & Eccleſiis, ac earum Miniſtris, quibus per prędicta, vel aliqua prędictorum, ad ſatisfactionem tenentur exhibitam, imponendo eis pro modo culpę pęnitentiam ſalutarem, & alia, quę eis de jure fuerint imponenda, quodque illos, quos in caſibus non conceſſis abſolvunt, moneant, ſi eos poſſint commode invenire, ut ſibi de abſolutione debita provideant, ac de cetero in talibus non excedant, ſed interdicto, & ceſſationibus hujuſmodi durantibus illa ſtudeant inviolabiliter obſervare, necnon diſpenſandi cum illis, quos duxeris abſolvendos ſuper irregularitate, quam ſic ligati, in ſuis, non tamen in contemptum clavium, ſed per ſimplicitatem, & juris ignorantiam, Ordinibus miniſtrando, vel ſe alias immiſcendo divinis, contraxerunt, eis ad tempus, prout expedire videris, a ſuorum Ordinum executione ſuſpenſis. Demum, ſi eis alias merita ſuffragantur, & aliud canonicum non obſiſtat, diſcretioni tuę, auctoritate Domini Papę, cujus Pęnitentiarię curam gerimus, quodque hujuſmodi abſolutionem, & diſpenſationem poſſis Prioribus Provincialibus prędicti Ordinis, ſeu eorum Vicariis pro Fratribus ſuarum Provinciarum, qnos dictas ſententias invenerint incurriſſe, ſubdelegare, tenore pręſentium, concedimus facultatem, hac vice, pręſentibus poſt biennium, poſtquam pręſentes literę ad te pervenerint, minime valituris, proviſo attente, quod hujuſmodi abſolutionis, & diſpenſationis auctoritas ad futuros caſus nullatenus extendatur. In cujus rei teſtimonium pręſentes literas noſtro ſigillatas ſigillo tibi duximus concedendas. Datum Avenione V Nonas Maii, Pontificatus Domini Johannis Papę XXII Anno Decimoſeptimo.

Univerſis præſentes literas inſpecturis. Frater Ugo de Vaucemam Fratrum Ordinis Prædicatorum, in Francia Prior Provincialis indignus, ac totius ejuſdem Ordinis Vicarius Generalis, Salutem in Domino ſempiternam.

NOveritis, me literas a Reverendo Patre, ac Domino Gaucelino Albanenſi Epiſcopo Cardinali, ſanas, & integras recepiſſe formam, quæ ſe-

1. *Cenſuris.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino*.
3. *Gancelinus.*) Quem Annales Belgici *Joſſelinum*, Bernardus Guidonis in Chronicis *Galcelinum*, Panvinius *Gancelinum*, & amanuenſis exemplaris, quod tranſcripſi *Ganſelinum* vocant Natione Gallus, Patria Caturcenſis erat. Adeas *Ciaconium Vit. Pont. & Cardinal. Tom. II pag. 408.*
4. *Ugoni.*) Hinc ſequens inſtrumentum:
Bull. O.P. Tom. VII.

quitur continentes &c. Virtute quarum omnibus noſtri Ordinis Prioribus Provincialibus, ac eorum Vicariis quibuſcunque, tenore præſentium committo, quod in ſuis duntaxat Provinciis Fratres quoſcunque noſtri Ordinis poſſint abſolvere, ac cum eiſdem diſpenſare juxta tenorem, & formam in literis ejuſdem Reverendi Patris, & Domini Superioris expreſſam. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duxi præſentibus apponendum. Datum Divioni Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Trigeſimo Tertio, Decima Nona die Maii.

Loco ✱ Sigilli.

Anno . . .
Die . . . .

CIX.

Declarat, quæ ſit atrox injuria, vel damnabilis violentia alicui illata.

Ex Confettio (1) *in Collectione Privilegiorum Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium pag.*22.

PErlectis literis veſtris circa abſolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perſpeximus, quę eſſet modica, aut levis injuria, circa quam ſicut talis loquitur, abſolvendi vobis contulimus poteſtatem. Ad quod cum ſit potius facti, quam iuris, quęſtio, vobis, prout poſſumus, reſpondemus: illam videlicet modicam percuſſionem, aut impulſionem, pugni, palmę, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quę ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effuſionem ſanguinis non excedit, nec ſi tam leviſſimi ictus, aut pugni percuſſione, ſanguis exiret, tranſire in atrocem injuriam profitemur, ut propter hoc ſit ab abſolutione talium abſtinendum, ut tamen non ſolum ipſum factum, immo etiam facti qualitas, percutiendi modus, aut injuriandi circa hoc diligentius attendatur, & ipſius facti circumſtantia, loci videlicet, & etiam perſonę, quę ſit levis, vel modica, gravis, aut enormis injuria, manifeſtius cognoſcatur. Loci quidem, ut in theatro, vel in foro, coram Rege, Pręlato, vel Judice, in Eccleſia, coram multis, in alio loco publico alicui injuria conferatur. Perſonę, veluti ſi Magiſter, vel Judex, aut etiam Magiſtratus, aut Pręlatus, Pater, aut Patruus, vel aliquis in dignitate, vel perſonatu conſtitutus ab inferiori, vel humili contra naturam juris patiatur, per hęc quidem graves videantur injurię, & quę ſint leves, aut modicę tanquam ex oppoſito cognoſcantur. Sane quia negotii natura non patitur, ut ad plenum omnia differantur, judicium autem talis enormis injurię veſtro duximus arbitrio committendum. ut poteſtatem veſtram, cum ad hęc proceſſeritis, temperetis, ut citra metas hujuſmodi potius, quam ultra eas, circa abſolutionem talium procedatur: ne injuriantes de vicina abſolutione confiſi, de facili in atroces prorumpant percuſſiones, vel injurias, & ſententias Canonis jam periculoſius contemnentes in excommunicationis ſententias proclivius prolabantur. Tolerabilibus eſt enim aliquos, qui per vos etiam poſſunt abſolvi, Nobis, vel Superiori abſolvendos relinquere, quam contra Statuta Canonum, imagine quadam abſolutionis (quod non ſit ſine grandi periculo) quemquam relinquere innodatum, cum umbra quędam videatur in opere, veritas autem non ſubeat in affectu &c.

1. *Confettio*.) Qui Conſtitutionem iſtam, mutilam licet, refert ut hic habetur.

BENEDICTUS XII.

Ab anno MCCCXXXIV die XX Decembris, ad XXV Aprilis MCCCXLII. Vide *Tomo II* hujus *Bullarii pag.*218.

Anno 1337
Die 20 Februarii.

IV.

F. Paci (1) Epiſcopo Tergeſtino, ut Avenionem deferat ſententias, & id genus cetera in hæreticos Italiæ acta.

*Ex Ughello Tomo V Italiæ Sacræ pag.*580 *Edition. Venetæ*.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Paci Epiſcopo Tergeſtino, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Nota.

DUdum, ſicut accepimus, tu Ordinis Fratrum Prędicatorum, tunc in minori officio conſtitutus, Apoſtolica auctoritate, in Provincia Superioris Lombardię Inquiſitor pravitatis hęreticę deputatus, una cum Venerabilibus Fratribus noſtris Aicardo (2) Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui Apoſtolica, & ordinaria auctoritate fungebatur, & Jordano (3) Epiſcopo Bobienſi dicti Ordinis, tunc in minori officio conſtituto, & Apoſtolica auctoritate prędicta in dicta Provincia Inquiſitore ſimiliter deputato, ac quibuſdam aliis Fratribus ejuſdem Ordinis conquiſitoribus veſtris ſuper pravitate prędicta tunc viventibus, qui dicuntur de hac luce tranſiſſe, contra damnatę memorię Mathęum de Vicecomitibus de Mediolano, ejuſque filios, necnon adverſus nonnullas ſingulares perſonas Mediolanen., Novarien., Pergamen., Cremonen., Cuman., Vercellen., & quarundam aliarum Civitatum, ac Caſtrorum, Villarum, & locorum aliarum partium vicinarum, ſuper fautoria pręfatorum Mathęi, & filiorum ejus inquiſiviſti communiter, & diviſim, & nonnullos proceſſus ſuper hoc, contra ipſos feciſti, & condemnationum ſententias promulgaſti. Cum itaque de dictis proceſſibus, & ſententiis tam per te, quam per inſpectionem eorum velimus plenius informari, fraternitati tuę pręcipiendo mandamus, quatenus cum omnibus proceſſibus, & ſententiis ſupradictis, ac ſcripturis aliis, necnon depoſitionibus, & atteſtationibus teſtium ſuper pręmiſſis habitis, & receptis, quos, & quas per te, & alios poteris quomodolibet reperire,

infra

infra proximum futurum feſtum Pentecoſtes ad noſtram ſtudeas pręſentiam perſonaliter te conferre, prę-fatis etiam Archiepiſcopo, & Epiſcopo, per alias noſtras conſimiles literas injungimus, ut ad Nos propterea venire procurent. Datum Avenione X Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Paci.*) *De Vedano*, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Johannis XXII Tom. II hujuſce Bullarii pag.* 215.

2. *Aicardo.*) De quo ibidem *pag.* 205.

3. *Jordano.*) *De Monte-Cucco.* Videas eandem *Appendicem pag.* 211.

F. Andalus de Ogiano Patavinus, Vincentinus Inquiſitor conſtituitur.

Anno 1337 Die 10 Maii.

V.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Bertrandus miſeratione divina Archiepiſcopus Ebredunen. Apoſtolicę Sedis Nuncius &c. Circumſpecto, & Religioſo Viro Fratri Andalo de Ogiano Ordinis Prędicatorum. Salutem in ſalutis auctore.

Literas Sanctiſſimi Patris, & Domini noſtri Domini Benedicti divina providentia PP. XII ejus vera Bulla plumbea recepimus continentię ſubſequentis. Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Bertrando Archiepiſcopo Ebredunen. Apoſtolicę Sedis Nuncio, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Inter curas aſſiduas, & immenſas ſolicitudines, quę miniſterio Apoſtolicę ſervitutis incumbunt, illa non parum inſidet cordi noſtro, quod negotium Fidei ubique proſperetur, ac dirigatur fideliter, ſicut decet. Dudum ſiquidem ad noſtri Apoſtolatus auditum diſplicibili multorum inſinuatione deducto, quod nonnulli Fratres Ordinum Mendicantium ad exercendum officium Inquiſitionis hęreticę pravitatis in diverſis partibus Italię auctoritate Apoſtolica deputati, non attendentes quanta puritate, quantaque rectitudine cum timore divino ſit ſuper ejuſdem fidei negotio procedendum, quandoque commoti odio, & interdum avaritia, extortis pecuniis, & bonis diverſis, praviſque receptis muneribus excęcati, ac aliis inordinatis, & periculoſis motibus excitati, zelo Dei, quo ſolum fervere deberent circa negotium ipſum fidei, poſtpoſito ſępius, vel rejecto, innocentes opprimendo indebite, & ſub diſſimulatione damnabili culpabiles dimittendo, plerique in negotio non verebantur procedere ſupradicto. Nos huic morbo peſtifero medelam cupientes adhibere congruam, tibi per noſtras certi tenoris literas meminimus commiſiſſe, ut de perſonis eorundem Ordinum videlicet Prędicatorum, & Minorum, tam illorum ſcilicet, qui tunc in partibus eiſdem prędictum gerebant officium, quam aliorum, qui ſuffragantibus ſibi virtutibus, & meritis deberent ad ejuſdem officii executionem idonei reputari, te diligenter, & fideliter informans, quatuor, vel plures perſonas Ordinum ipſorum pro qualibet Provincia, eis pro exequendo hujuſmodi officio in partibus ſupradictis decreta, prout conſueverunt in eis ad officium pręlibatum Fratres Ordinum prędictorum aſſumi, Nobis per tuas literas nominares, & licet tu ſuper iis prout melius potuiſti facta informatione fideli Nobis perſonas prędictorum Ordinum aliquas duxeris nominandas, Nos tamen, qui perſonas diſcretione, honeſtate, ac conſcientię puritate pollentes, zelum Dei habentes, juſtitiam diligentes, avaritiam odientes, ac ſcientes, & volentes ſtatuta obſervare canonica, & qui ſuorum laborum non temporalem tantum, ſed ęternam perquirant ſuper iis, & expectent mercedem, aſſumi ad dictum officium cupimus, attendentes quod tu perſonarum illarum pręſentium velut conſtitutus in ſchola experientię habere poteris certitudinem pleniorem, fraternitati tuę, de qua in iis, & aliis fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, ut quoſvis Fratres dictorum Ordinum ad dictum Inquiſitionis officium exercendum in eiſdem partibus deputatos, de quibus tibi videbitur expedire, revocare, ac removere ab eodem officio, & alios quos, ſufficientes, & idoneos ad illud eſſe credideris, deputare hac vice, auctoritate noſtra, in ſingulis eiſdem Provinciis valeas, plenam concedimus, tenore pręſentium, facultatem. Datum Avenione XI Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Quarum auctoritate juxta commiſſionem Nobis factam procedere intendentes, ac conſiderationem habentes ad perſonę veſtrę ſcientiam, fidelitatem, & circumſpectam prudentiam, & alia virtutum merita, quibus vos Altiſſimus, prout laudabili multorum teſtimonio, & facti experientia didicimus, inſignivit, officium Inquiſitionis hęreticę pravitatis in Civitatibus, & Dięceſibus Paduanis, & Vicentin., & locis aliis in quibus conſuevit Inquiſitionis officium per Prędeceſſores veſtros dictarum Civitatum, & Dięceſ. Inquiſitores hactenus exerceri auctoritate Apoſtolica Nobis ſuper hoc commiſſa concedimus, & vos in prędictis Civitatibus, Dięceſibus, & locis Inquiſitorem uſque ad Apoſtolicę Sedis beneplacitum conſtituimus, & ordinamus, cum omnibus honoribus, juribus, & privilegiis, a jure, vel a Sede Apoſtolica, ſeu quibuſcunque aliis conceſſis Inquiſitoribus illarum partium hęreticę pravitatis. Volentes, & vobis expreſſe mandantes, quod antequam auctoritate pręſentium vos aliqualiter intromittatis de officio antedicto, in manibus Venerabilis Patris Domini Dei gratia Epiſcopi Vicentin. noſtro nomine recipientis, de ipſo officio ad exaltationem Fidei, honorem Dei, & Sedis Apoſtolicę, diligenter, & fideliter exercendo pręſtetis ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juramentum. Cui Domino Epiſcopo hujuſmodi recipiendi juramentum vice, & auctoritate noſtris plenam tenore pręſentium concedimus facultatem. In cujus rei teſtimonium pręſentes literas fieri fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari. Datum Ferrarię die X Menſis Maji ſub Anno Domini MCCCXXXVII Indictione V die prędicta pręfati Domini Papę Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

CLEMENS VI.

Ab anno MCCCXLII die VII Maii, ad VI Decembris MCCCLII. Vide *Tomo II* hujus *Bullarii pag.*223.

Anno 1342 Die 18 Decembris.

Ne quis Reliquias, ſacram Supellectilem, & id genus cetera ſubtrahat ex Eccleſia S. Mariæ Caſtri Brachallenſis (1).

XXV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

UNiverſa opera pietatis velut holocauſta tam Deo gratiſſima reputamus, & maxime cum fideles populi divini luminis ardore ſuccenſi, ut ſuas Domino lucrifaciant animas, Eccleſias in quibus pro ſalute omnium immolatur Dei Filius hoſtia ſalutari, & dignis laudibus honoratur Altiſſimus, ac honor impenditur debitus Sanctis ejus, libros, pannos, & alia ornamenta conferunt, quibus deſervitur ibidem in divinia, propter quod dignum exiſtimavimus, ut in iis potiſſime, quę conſervationem ipſarum rerum oblatarum reſpiciunt, prędictorum collatorum votis favorabiliter annuamus. Cum itaque petitio pro parte dilecti filii Nobilis Viri Philippi de Sanguineto Comitis Altifluminis Caſſanen. Dięceſis Nobis exhibita contineret, quod ipſe zelo devotionis, & Fidei accenſus, de propria ſalute cogitans, & extremum peregrinationis ſuę diem deſiderans operibus miſericordię prevenire, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & B. Glorioſę Virginis Marię, Eccleſię ſub vocabulo ejuſdem Virginis glorioſę, ac nomine inſignitę, ſitę in Caſtro ejuſdem, Brachalla vulgariter nuncupato. dicto nomine, quaſdam reliquias certorum Sanctorum, ac etiam quamplura vaſa argentea, videlicet Cruces, imagines, calices, incenſoria, ampullas, & etiam alia; necnon plura eccleſiaſtica ornamenta, videlicet libros, indumenta ſacerdotalia, & altarium, ac etiam pannos deauratos, & de ſerico diverſorum colorum, ac lineos divinis miniſteriis aptos, quę omnia poſſunt aſcendere ad valorem duorum millium florenorum auri, vel circa, & de ipſis Eccleſiam dotavit, ac decoravit eandem. Nos igitur attendentes, quod valde iniquum, & ingens eſt ſacrilegium, ut quę pia devotione fidelium a Chriſtifidelibus Sacroſanctis Eccleſiis offeruntur, aliquorum malignorum perverſitate auſu ſacrilego furtim, vel alias illicite auferantur, ejuſdem ſupplicationibus Comitis inclinati, ſtatuimus, ut omnes, & ſinguli, qui reliquias, vaſa, libros, pannos, indumenta, ac ornamenta alia ſupradicta, vel aliquod ex ipſis furari, auferre, aut alias ſubtrahere pręſumpſerint, ipſo facto excommunicationis ſententism incurrant, a qua, qui eandem incurrerint, niſi dictę Eccleſię integram reſtitutionem fecerint de prędictis, per alium, quam per Romanum Pontificem abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem boc attentare prędumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Avenione XVIII Menſis Decembris MCCCXLII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Brachallen.*) In Regno *Neapolitano*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Archivo Conventus *Altimontis*.

INNOCENTIUS VI.

Ab Anno MCCCLII die XVIII Decembris ad XII Septembris MCCCLXII. Vide *Tomo II hujuſce Bullarii pag.*243.

Anno 1357 Die 1 Januarii.

Theatinis, ut Bartholomæi (1) ejuſdem Civitatis Epiſcopi mandatis morem gerant.

XV.

*Ex Ughello Tomo VI Italiæ Sacræ pag.*743 *edition. Venetæ.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis, Univerſitati Civitatis Theatinę: Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

HAbet Venerabilis Fratris noſtri Bartholomęi Epiſcopi Theatini gravis ad Nos perlata conqueſtio, quod Franciſcus de Turre Civis Theatinus vaſſallus Eccleſię Theatinę, qui olim fidelitatis nexus, & reverentię filialis prorſus oblitus bon. mem. Guillelmum Epiſcopum Theatinum prędeceſſorem ipſius Bartholomęi, pluribus annis de Civitate Theatina eidem Eccleſię in ſpiritualibus, & temporalibus, pleno jure ſubjecta, exulare coegit, ac bona, & jura ipſius Eccleſię nequiter diripuit, & pro magna parte diſtraxit, multis etiam tam Clericis, quam Laicis ejuſdem Eccleſię fidelibus, & Vaſſallis crudeliter interemptis, quique, ſuis culpis, & demeritis ita exigentibus, per dictum Guillelmum Epiſcopum de hęreſi condemnatus, & per dilectum filium Franciſcum de Meſſina Ordinis Fratrum Prędicatorum Inquiſitorem hęreticę pravitatis, & auctoritate Apoſtolica, velut hęreticus publice denunciatus eſt, de prędictis, & alits

Nota.

aliis deteſtandis exceſſibus per eum commiſſis, nulla pęnitudine ductus, ſed in obſtinata nequitia perſeverans, Civitatem ipſam, quam in perſonis, & bonis ipſius tyrannica feritate miſerabiliter dudum oppreſſit, conatus eſt, & machinatur quotidie una cum nonnullis viris peſtiferis, ſuis in hac parte complicibus, armata manu violenter intrare, aſpirans more ſolito ad totalem deſtructionem eorundem Civitatis, ac Eccleſię, & aliorum fidelium eorundem. Nos igitur, qui pręfatum Epiſcopum, & Eccleſiam paterna dilectione proſequimur, talia non immerito execrantes, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, vobis nihilominus, in veſtrorum remiſſionem peccaminum, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus provide attendentes, quod favor, qui eiſdem Epiſcopo, & Eccleſię in hac parte impenditur, etiam veſtris commodis applicatur, pręfatis Epiſcopo, & Eccleſię, ſuiſque officialibus, adverſus pręſumptores hujuſmodi prębeatis in pręmiſſis, tanquam devotionis filii, ob noſtram, & Apoſtolicę Sedis reverentiam conſilium, auxilium, & favorem, ita quod iidem Epiſcopus, & Eccleſia, veſtris in hac parte ſuffulti pręſidiis, pravorum incurſus non metuant, noſque devotionem veſtram poſſimus in Domino merito commendare. Datum Avenione Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. Bartholomæi.) De Papazurris, cujus mentio in Appendice ad Pontificatum Innocentii VI Tomo II hujuſce Bullarii pag.254.

URBANUS V.

Ab Anno MCCCLXII die XXIII Septembris, ad XIX Decembris MCCCLXX. Vide *Tomo II hujuſce Bullarii pag.257.*

Dignitatem Epiſcopalem, & Civitatis honorem Auximo reſtituit in gratiam F. Petri de Maſſaris (1) Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Auximani. Anno 1368 Die 4 Julii.

Ex Ughello T.I Italiæ Sacræ pag.504 Edition. Venetæ. IX.

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Clero, & Dięceſi Auximanę, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sancta Mater &c.perſeverent. Sane exhibita Nobis pro parte Ven. Fratris noſtri Petri Epiſcopi Dięceſis Eccleſię Auximanę, olim Cathedralis, ac dilectorum filiorum Nicolai de Romanis de Auximo Notarii, & Secretarii noſtri, ac Cleri, & populi terrę, olim Civitatis Auximi, petitio continebat, quod quondam Lipatius, & Andreas Fratres nati Guzzolini, Milites Auximani, qui terram ipſam, tunc Civitatem, tyrannice detinebant, bon. mem. Berardum Epiſcopum Auximanum E. R. devotum capitali odio proſequentes, ipſum auſo ſacrilego ceperunt, & carceribus mancipaverunt, tantoque tempore tennerunt captivum, quod idem Epiſcopus in iiſdem carceribus diem clauſit extremum, propter quod, & nonnullos alios enormes exceſſus, ac contumacias, & inobedientias eorundem Lipatii, & Andreę, necnon poteſtatis, conſilii, communis, & populi, ac Univerſitatis Civitatis ejuſdem, tunc dictis tyrannis faventium contra R. E. eorum matrem, & dominam ejuſque officiales, & alios fideles, ac devotos temere commiſſorum fel. rec. Johannes XXIII (2) Prędeceſſor noſter nonnullos proceſſus fecit excommunicationis in ſingulas perſonas, ac interdicti in eandem Civitatem, & in ejus terras, caſtra, villas, & loca ſua, ei quoquomodo ſubjecta, necnon privationis omnium privilegiorum, indulgentiarum, gratiarum, libertatum, & immunitatum realium, & perſonalium, eis communiter, vel diviſim, ſub quacunque forma a Sede Apoſtolica conceſſorum, necnon privationis, & confiſcationis feudorum, jurium, bonorum, officiorum, & aliorum bonorum mobilium, & immobilium quorumcunque, quę ipſi delinquentes ubicunque a dicta Eccleſia tenerent, aliaſque pęnas, & ſententias continentes, tandemque ipſam terram, tunc, ut pręfertur, Civitatis dignitate, & honore Epiſcopali, auctoritate Apoſtolica, privavit de plenitudine poteſtatis; & quia terrę, & caſtra, & loca dictę Dięceſis Auximanę fere omnia erant in devotione, & obedientia R. E. memoratę, & ad eam confugerant nonnulli Cives dictę Civitatis, qui erant devoti, & fideles R. E. ſupradictę, & ex illis impugnabant Tyrannos, & Civitatem pręfatos, voluit, & ordinavit Prędeceſſor jam dictus, quod eadem Dięceſis haberet Epiſcopum, & vocaretur Epiſcopus Dięceſis Auximanę, & Terra Auximi pręlibata jure ordinario ipſi Epiſcopo qui eſſet pro tempore, ſicut prius in ſpiritualibus ſubjaceret, prout in diverſis literis pręfati Prędeceſſoris inde confectis dicitur plenius contineri &c. Quare pręfati Epiſcopus, Notarius, Clerus, & Populus Nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus pie attendentes, quod hujuſmodi exceſſus, & culpa a dictis Tyrannis principaliter prodierunt, & ipſorum filii longo tempore exulaverunt, & exulant a terra pręfata, & quod in ea iidem Cives devoti, & fideles, & eorum poſteri, qui pro tempore rebellionis, inobedientię, & exceſſuum prędictorum de dicta terra, & per pręfatos Tyrannos expulſi fuerunt, ut pręfertur, ad honorem, & ſtatum pręlibatę R. E. commorantur, de copioſa benignitate dictę Sedis, hujuſmodi dignitatem, & honorem Epiſcopalem pręfatę terrę Auximi reſtituere, & terram ipſam denuo inſignire Civitatis titulo, ac nomine dignaremur. Nos igitur ut dicti commune, & populus in obedientia, & devotione pręfatę R. E. tanto ſedulius, & conſtantius perpetuo maneant, quanto ex potioribus gratiis ipſius Sedis ſe ad hoc conſpexerint obligatos, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſię Auximanę, ac terrę Auximi prędictis dignitatem, & honorem Cathedralem, & Epiſcopalem, auctoritate Apoſtolica, de Fratrum noſtrorum conſilio, & de gratia reſtituimus ſpeciali, & Civitatem ipſam Civitatis titulo, & nomine denuo inſignimus, ſtatuentes, & decernentes, quod idem Epiſcopus, qui pręeſt, & qui pro tempore pręfuerit eidem Eccleſię Auximanę, appel-

appelletur Epiſcopus Auximanus, & omnibus ſuis officio, juriſdictione, bonoribus, & inſigniis utatur plenarie in dictis Eccleſia, & Civitate Auximana ſicut Prędeceſſures Epiſcopl Auximani ante privationem hujuſmodi utebantur, Nulli &c. Datum apud Montem Flaſconum IV Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Petri de Maſſais.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Innocentii VI Tomo II* hujuſce *Bullarii pag.*254.
2. *Johannes XXIII.*) Ibi error typographi. Legendum *XXII*: Johannes enim XXIII anno duntaxat MCCCCX die XVII Maii Summus Pontifex renunciatus fuit.

GREGORIUS XI.

Ab Anno MCCCLXX, die XXX Decembris, ad XXVII Martii MCCCLXXVIII. Vide *Tom. II* hujuſce *Bullarii pag.*268.

Anno 1372 Die 18 Februarii.

Ne quis aſcribendus Religioſo cœtui aliquod, nec etiam epulas, dare teneatur (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

TEnorem quarundam literarum felicis recordationis Urbani PP.V Prędeceſſoris noſtri, quem in regiſtro ipſius reperimus, pręſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt. Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Ne in vinea Domini, noſtrę licet inſufficienti injuncta cuſtodię, naſcentes vepres, & ſpinę adeo convaleſcant, quod ſperatam fructificationem ipſius valeant impedire, diligentię noſtrę incumbit officio, ut, illas extirpare radicitus, ſolerti ſtudio procuremus. Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quod in nonnullis Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, & aliis locis religioſis tam virorum, quam mulierum, Ordinum, Religionum, partium diverſarum, illa deteſtabilis, & ab omnibus reprobata ſervatur abuſio, quod cum perſonę aliquę recipiuntur in eis ad obſervantiam regularem, perſonę ipſę circa ſumptuoſos paſtus, ſeu prandia, Capitulis, & Conventibus ipſarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum facere, aut pecunias, vel jocalia, ſeu res alias ipſis Eccleſiis, Monaſteriis, Pręſidentibuſque eis, ex ſtatuto, vel conſuetudine, quę coruptela dicendę ſunt potius, tribuere dignoſcuntur, vel compelluntur, ex quibus decori ſanctę, & immaculatę Eccleſię detrahitur, & quamplures tam execratione hujus criminis, quam expenſarum onere a Sacrę Religionis propoſito retrahuntur, ipſęque Eccleſię, Monaſteria, & loca famulantium Deo conſuetis numeris remanent deſtituta. Nos igitur, huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pęnis in talia pręſumentes inflictis in jure, in ſuo robore duraturis, pęnam adjicere graviorem, univerſis, & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prępoſitis, & Magiſtris, Abbatiſſis, & Prioriſſis, aliiſque Pręlatis quovis nomine nuncupentur, & eorum Officialibus, quarumcunque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, domorum, & locorum quorumlibet Ordinum, & Religionum, etiam Militarium, tam exemptorum, quocunque nomine cenſeantur, & Capitulis, & Conventibus, ac ſingularibus eorum perſonis, tam maribus, quam mulieribus, volentibus ingredi eorum Religiones, Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, domos, ſeu loca in earum perſonarum receptione, ſeu ante, vel poſt illam quęcunque paſtus, ſeu prandia, ſeu cęnas, pecunias, jocalia, aut res alias, etiam ad Eccleſiaſticum, ſeu quemvis pium uſum alium deputata, ſeu deputanda, de cetero directe, vel indirecte petere, ſeu exigere quoquomodo pręſumant, ſed eas cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu, & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, domorum, & aliorum, ſincera caritate pertractent, illaque, quę perſonę illuc ingredientes, plane, ac ſponte, & plena libertate, omnique pręactione ceſſante, quęcunque dare, vel offerre Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, domibus, ac locis hujuſmodi voluerint, cum gratiarum actione, duntaxat recipiant. Nos enim eos, qui ſecus egerint, ſi ſingulares ſint perſonę, tam dantes, quam recipientes hujuſmodi excommunicationis ſententię, ſi vero Capitula, vel Conventus fuerint, ſuſpenſionis ſententię eo ipſo decernimus ſubjacere, a quibus, pręterquam in mortis articulo, abſolvi nequeant abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali. Ceterum perſonis illis utriuſque ſexus, quę jam labe hujuſmodi ſunt fędatę, earum providentes ſaluti, de benignitatis gratia uberanti concedimus, quod per ſuos locorum Dięceſanos, hac vice duntaxat a crimine hujuſmodi, & nota infamię inde contracta, auctoritate Apoſtolica abſolvantur, impoſita proinde ipſis pęnitentia ſalutari, de qua ipſorum diſcretioni videbitur expedire. Et demum cum ipſis, ut in eorum Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, dignitatibus, & locis remanere valeant licite, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas, quę in pręmiſſis recipiendo aliqua contra Canonicas Sanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, omnia percepta hujuſmodi, quę ad communem uſum Monaſteriorum, ſeu locorum eorum ſunt applicata, ea ad dictum uſum licite concedimus retineri. Si vero ad ſpecialem uſum Abbatis, Abbatiſſę, Prioris, Prioriſſę, aut alterius ſingularis perſonę retineantur, illa unire pręcipimus in communi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud S Petrum, Pridie Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Septimo. Ceterum, ut tenor earundem literarum hic inſertarum omnimodam rei, ſeu facti, certitudinem faciat, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illis idem robur, eamque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quod, vel quem originales literę ſupradictę. Et eidem prorſus tenori eadem fides adhibeatur, quandocunque, & ubicunque in judicio, vel alibi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eiſdem ſtetur firmiter, & in omnibus, ſicut eiſdem originalibus lite-

literis ſtaretur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti &c. Datum Avenione XII Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Teneatur.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellanum pag.62*, ubi mutilum eſt, ac mendis ſcatet, ſicut etiam apud *Rodericum in Collectione Bullarum &c.*

URBANUS VI.

Ab anno MCCCLXXVIII die VIII Aprilis, ad XV Octobris MCCCLXXXIX. Vide *Tom. II* hujuſce *Bullarii pag.296.*

De Piſano Monaſterio S. Dominici fundando.

Anno 1385 Die 17 Septembris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

XII.

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Franciſco Epiſcopo Pręneſtino, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

HUmilibus ſupplicum votis libenter annuimus, illiſque, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum libenter impertimur. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius nobilis vir Petrus de Gambacurtis Miles Piſanus, quoddam Monaſterium in honorem, & ſub vocabulo B. Dominici, de bonis a Deo ſibi collatis in Civitate Piſana fundare, & dotare, & in eo Moniales, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum viventes, ponere proponat, affectetque dilectam in Chriſto filiam Claram de Gambacurtis Monialem Monaſterii Sanctę Crucis prope Piſas, ſub cura, & ſecundum inſtituta dictorum Fratrum viventem, poni facere in Monaſterio Sancti Dominici ſupradicto, pro parte ipſius Petri, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eidem Clarę, cum ſex aliis Monialibus Monaſterii S. Crucis prędicti, ad prędatum Monaſterium S. Dominici tranſeundi, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de pręmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuę, de qua plenam fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus poſtquam dictum Monaſterium ſufficienter ędificatum, & dotatum, ac ei de neceſſariis canonice proviſum fuerit, eidem Clarę, ut etiam ſuperioris ſui licentia non petita, vel obtenta, de prędato Monaſterio Sanctę Crucis ad dictum Monaſterium Sancti Dominici libere, ac licite tranſire, in eoque remanere, & poſtquam in ipſo recepta fuerit, ut alias viginti Moniales quorumcunque Ordinum, qui arctioris abſtinentię regularis non fuerint, dummodo ipſarum Monialium ad hoc accedat aſſenſus, in ipſo recipere valeat, quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinum hujuſmodi, contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris. Datum in Portu Livornę Piſan. Dięceſis XV Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

Ne quis ingrediatur (1) Piſanum Monaſterium S. Dominici.

Anno 1387 Die 25 Julii

Ex Archivo (2) Ordinis.

XIII.

Urbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

UT inter ęternę beatitudinis amatrices, quę habitu Religionis aſſumpto, uni viro Chriſto ſe voto celebri deſponſarunt, flores honoris, & honeſtatis fructus in ubertate concreſcant, & ne, dum divinis obſequiis harum ſedulitas officioſa verſatur, aliquid obrepat, quod fructum ſalutis impediat, & oculos divinę Majeſtatis offendat, illarum ex iis petitionibus libenter annuimus, quę dirigentem ad vitam arctam viam mandatorum Domini, dilatato corde percurrere cupiunt, quo mereantur in electarum ſuarum numero comprobari. Hinc eſt, quod nos attendentes, quod mulierum ſexus fragilis, lubricoſa pudicitia, & tenera fama eſt, dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſę, & Conventus Monaſterii Sancti Dominici Piſan. Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum viventium, in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, pręſenti, perpetua, & irrefragabili conſtitutione, ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod de cetero nullus maſculus, ſive laicus, ſive Eccleſiaſtica perſona ſecularis, vel regularis exiſtat, ſepta, & clauſuras dicti Monaſterii ſub excommunicationis pęna, quam incurrat ipſo facto, niſi infraſcriptis caſibus, ingredi quoquomodo pręſumat. Hujuſmodi autem caſus ſunt hi, videlicet: Magiſter dicti Ordinis Prędicatorum, aut Prior Provincialis Provincię Romanę ſecundum morem ipſius Ordinis, de qua quidem Provincia dictum Monaſterium exiſtit, cum uno Socio duntaxat, ętatis provectę, & probatę famę, ſemel tantum in anno, & cauſa viſitationis, & non alias. Et etiam quando aliqua ex Monialibus prędicti Monaſterii velari contingit, unus Frater dicti Ordinis Prędicatorum, antiquus, & probatus cum uno Socio tantum ſimilis conditionis, & etiam cum expedit communionem, & extremam unctionem Monialibus ipſius Monaſterii graviter ęgrotantibus miniſtrari, aut Moniales mortuas ſepeliri pro debitis officiis peragendis. Medici quoque tempore infirmitatis hujuſmodi Monialium, & operarii pro victualibus inferendis, aut ędificiis reparandis, cum expedierit, qui

qui tamen omnes honeſtę conditionis exiſtant, ſupradictis duntaxat caſibus, ſepta, & clauſuras prędictas introire poſſint. Pręmiſſis etiam adjicimus, quod ante cratem, ubi Moniales cum forinſecis loqui ſolent, pannus extenſus, & undequaque affixus perpetuo maneat, ſic quod colloquentes ſe mutuo videre non poſſint, & etiam quando pannus hujuſmodi, aut caſu, aut antiquitate laniatus fuerit, ante cratem ipſam pannus ſimilis, & ſimiliter apponatur, & quod ſub ſimilis ſententię excommunicationis incurſum, nulla perſona pannum hujuſmodi audeat amovere, & quod quicunque hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurrerit quovis modo, ab ea, niſi per Romanum Pontificem, pręter quam in mortis articulo, poſſit abſolvi. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Lucę VIII Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Ingrediatur*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Piſano*.

BONIFATIUS IX.

Ab anno MCCCLXXXIX die II Novembris, ad I Octobris MCCCCIV. Vide *Tom. II* hujus *Bullarii pag.* 308.

Anno 1391 Die 13 Martii.

Ulyſſipponenſis Monaſterii (1) S. Salvatoris fundandi facultas.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCXXXVIII.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Johanni (3) Epiſcopo Portugalen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD ea, quę divini cultus augmentum, & ſacrę Religionis propagationem reſpiciunt, libenter intendimus, & eis, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impartimur. Sane petitio pro parte tua Nobis nuper exhibita continebat, quod in Parochiali Eccleſia Sancti Salvatoris Ulixbonen., in qua unus Rector, & nonnulli perpetui Portionarii inſtituti eſſe noſcuntur, & cujus quidem Rectoris pręſentatio, ac jus patronatus ipſius Eccleſię, ad Regem Portugallię pro tempore exiſtentem pertinet, eſt quędam Cappella de novo fundata, & conſtructa, ac competenter dotata de bonis quondam Johannis Stephani militis patrui tui, in qua quidem Capella, tu, & nonnulli Conſanguinei tui Eccleſiaſticam Sepulturam propoſuiſtis eligere, quodque tu ex devotionis fervore, & pro divini cultus augmento, deſideras eandem Eccleſiam erigi in Monaſterium Monialium Ordinis Sancti Auguſtini, quę ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum vivere debeant, maxime cum hoc cariſſimi in Chriſto filii noſtri Johannis Portugallię, & Algarbiorum Regis illuſtris accedat aſſenſus, Tuque de bonis tibi a Deo collatis proponas, inquantum ipſius Eccleſię, & perpetuarum portionum in ea conſiſtentium facultates, ad ſuſtentationem Prioriſſę, & Monialium, ac aliarum perſonarum ejuſdem Monaſterii competenter non ſufficerent, Monaſterium ipſum ſufficienter dotare. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi eandem Eccleſiam in hujuſmodi Monaſterium auctoritate noſtra erigendi, & in ipſo Monaſterio, poſtquam erectum fuerit, unam Prioriſſam, & certum Monialium numerum, quę ſub cura dictorum Fratrum, & ſecundum ſtatuta prędicta vivere teneantur, deputandi, ac inſtituendi, necnon prędictam Eccleſiam, ac portiones perpetuas in ipſa conſiſtentes, eidem Monaſterio, poſtquam erectum fuerit, ut pręfertur, auctoritate prędicta uniendi, incorporandi, & annectendi, ita quod, cedentibus, aut decedentibus dilectis filiis Rectore, & perpetuis Portionariis ejuſdem Eccleſię qui nunc ſunt, vel Eccleſiam ipſam, & perpetuas portiones ſuas hujuſmodi, quas in eadem Eccleſia obtinent alias, quomodolibet dimittentibus, quarum omnium, & ipſius Eccleſię fructus, redditus, & proventus ſecundum ęſtimationem communem ſexcentarum librarum Turonenſium parvorum valorem annuum, ut aſſeris, non excedunt, liceat Prioriſſę, & Monialibus prędictis poſſeſſionem Eccleſię, & portionum hujuſmodi propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, Dięceſani loci, vel alicujus alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, ac in eodem Monaſterio, poſtquam, ut pręmittitur, erectum fuerit, unam perpetuam Vicariam, pro uno perpetuo Vicario ibidem inſtituendo, qui curam Parochianorum dictę Eccleſię exercere debeat, inſtituendi, ac ordinandi, & eidem Vicarię de hujuſmodi fructibus, redditibus, & proventibus congruam portionem aſſignandi, de qua idem Vicarius congrue ſuſtentari, Capitularia jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare valeat, auctoritate prędicta, licentiam concedere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur, qui divinum cultum temporibus noſtris augeri, intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuę, dummodo ad id pręfati Regis accedat aſſenſus, auctoritate noſtra prędictam Eccleſiam, abſque pręjudicio tamen Rectoris, & perpetuorum Portionariorum prędictorum qui ſunt ad pręſens, erigendi in Monaſterium, ac in eodem Monaſterio, poſtquam erectum fuerit, hujuſmodi Prioriſſam, & condecentem Monialium numerum ordinandi, & inſtituendi, quę quidem Prioriſſa, & Moniales, ſub cura, & ſecundum inſtituta prędictorum Fratrum vivere debeant, ac etiam portiones prędictas, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eidem Monaſterio, poſtquam erectum fuerit, ut pręfertur, uniendi, incorporandi, & annectendi, ita quod, cedentibus, vel decedentibus Rectore, & Portionariis prędictis, aut Eccleſiam, & portiones eaſdem, alias quomodolibet dimittentibus, liceat Prioriſſę, & Conventui ejuſdem Monaſterii, Eccleſiam, & portiones prędictas, & earum corporalem poſſeſſionem libere apprehendere, ac licite retinere, Dięceſani loci, vel cujuſ-

cujuſlibet alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, ac hujuſmodi perpetuam Vicariam inſtituendi, & ordinandi, ac de dictis fructibus, redditibus, & proventibus, eidem Vicariç congruam portionem pro hujuſmodi Vicario aſſignandi, & alia, quç circa prçmiſſa, opportuna, ſeu neceſſaria fuerint, faciendi, ſtatuendi, ac ordinandi, plenam, & liberam, tenore prçſentium, licentiam elargimur, non obſtantibus ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi Eccleſiis, aut portionibus, ſeu aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, ſpeciales, vel generales Apoſtolicç Sedis, vel Legatorum ejus, literas impetrarint, etiamſi per eas, ad inhibitionem, prçſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, ad Eccleſiam, & portiones prçdictas volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Eccleſiarum, & portionum, aut Beneficiorum aliorum prçjudicium generari, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quç prçſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, etiam de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, quod prçdictum Monaſterium, poſtquam erectum fuerit, ut prçfertur, & perſonç in eo pro tempore degentes, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, ac uti, & gaudere debeant, quibus alia Monaſteria Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, ſub cura hujuſmodi Fratrum, & ſecundum inſtituta prçdicta viventium gaudent, ſeu etiam potiuntur, & inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate fungente, ſcienter, vel ignoranter contigerit atttentari. Datum Romç apud S. Petrum III Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

1. *Monaſterii.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ*.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ulyſſipponenſi*.
3. *Johanni.*) Huc ſpectat ſequens inſtrumentum.

Johannes miſeratione divina Epiſcopus Portugalen., univerſis & ſingulis ad quem, vel ad quos, præſentes noſtræ literæ proceſſum noſtrum infraſcriptum continentes, pervenerint, quos infraſcriptum tangit negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter, vel diviſim, quocunque nomine cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, Salutem in Domino, & mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis, firmiter obedire.

Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Bonifatii divina providentia Papæ IX, vera Bulla plumbea in cordula canabis, more Romanæ Curiæ bullatas, nos gratioſe ab eodem Domino Noſtro Papa impetraſſe noveritis ſub hac forma: Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri noſtro Johanni Epiſcopo Portugalen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. *Ad ea, quæ divini cultus &c.* Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Tertio Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Secundo. Nos igitur Johannes Epiſcopus, volentes gratiam, & licentiam a præfato Domino Noſtro Papa juxta formam, & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum conceſſas exequi, ut debemus, habitis, ad contenta in prædictis literis Apoſtolicis exequenda, ab inclyto, ac Excellentiſſimo Domino noſtro Domino Johanne Dei gratia Portugalliæ, & Algarbii Regnorum Rege Illuſtri, una cum Nobiliſſimis, & Illuſtriſſimis Domina noſtra Domna Philippa eadem gratia Regina, ac dicti Domini Regis conſorte, ſuoque Filio Domino Alphonſo ipſorum Dominorum Regis, & Reginæ Primogenito, patronatus dictç Eccleſiæ S.Salvatoris jura.....,& præfati Domini noſtri Regis conſenſu, & Reverendi in Chriſto Patris Domini Domni Johannis ſupradicta miſeratione divina Ulixbonen. Epiſcopi, cum interpoſitione decreti auctoritate, prout latius, & clarius, ac diſtincte per literas præfatorum Dominorum inferius tranſcriptas colligitur, auctoritate Apoſtolica Nobis in hac parte conceſſa, Eccleſiam S. Salvatoris dictæ Civitatis Ulixbonen., contentam in prædictis literis Apoſtolicis, ab hinc in antea, abſque præjudicio tamen Rectoris, & perpetuorum Portionariorum ipſius Eccleſiæ, qui nunc ſunt, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, in Monaſterium, juxta formam dictarum literarum Apoſtolicarum, ereximus, & etiam erigimus, in quo Prioriſſam, & condecentem Monialium numerum ordinare, & inſtituere, Domino diſponente, intendimus, de quo, ac de aliis juxta formam dictarum literarum faciendis, Nobis poteſtatem omnimodam reſervamus, (quæ quidem Prioriſſa, & Moniales ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Prædicatorum, & modum Monaſterii S. Sixti de Roma vivere debent) ac portiones dictæ S. Salvatoris Eccleſiæ cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, dicto Monaſterio, ſicut præfertur, erecto, unimus, incorporamus, & annectimus; ita quod, cedentibus, vel decedentibus Rectore, & Portionariis prædictis, aut Eccleſiam, ac portiones eaſdem, alias quomodolibet dimittentibus, liceat Prioriſſæ, & Conventui ejuſdem Monaſterii, Eccleſiam, & portiones prædictas, & earum corporalem poſſeſſionem libere apprehendere, & licite retinere, Diœceſani loci, vel cujuſlibet alterius licentia, ſuper hoc minime requiſita, inſtitutione Vicarii perpetui, qui curam Parochianorum exercere debeat, ac ordinatione congruæ portionis, eidem Vicario aſſignandæ, de qua idem Vicarius congrue ſuſtentari, Capitularia jura, & Epiſcopalia ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare valeat, Nobis tantummodo, ac præſentatione hujuſmodi Vicarii in perpetuum, etiam Nobis, & Succeſſoribus noſtris, ex teſtamento, vel ab inteſtato penitus reſervatis. Noſtræ autem intentionis eſt, quod non obſtante hujuſmodi noſtro proceſſu, in prædictis, & eorum ſingulis, juxta fomam prædicti mandati Apoſtolici, quoties opus erit procedere, & aliis, prout expedierit, committere, & finem debitum, prout decet, ad laudem, & Dei ſervitium imponere valeamus. Volumus tamen, & etiam declaramus, quod adveniente caſu, quod in dicto Monaſterio non ſint poſitæ Prioriſſa, & Moniales, vel quod ſint, & poſtea diſcedant, taliter quod ex toto dictum Monaſterium careat Conventu, & in eo penitus non ſit Conventus, quod Nobis & Succeſſoribus noſtris juſpatronatus dictæ Eccleſiæ, Nobis a præfato Domino Rege conceſſum, remaneat ſemper ſalvum penitus, & illæſum ad præſentandum eidem Eccleſiæ Priorem ſecularem, in ea ad noſtram præſentationem inſtituendum, & confirmandum,

dum, vigore dictæ conceſſionis. Inhibentes, & interdicentes expreſſe Reverendo Domino Epiſcopo, & Capitulo Ulixbonen., Priori, & Portionariis, qni nunc ſunt in dicta Eccleſia, ac omnibus aliis, & ſingulis ſupradictis, etiamſi ſi fuerint executores Apoſtolici, & cujuſcunque ſtatus, gradus, Ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, ipſoſque, & eorum ſingulos auctoritate Apoſtolica ſupradicta reqnirimus, & monemus, communiter, & diviſim, Primo, Secundo, Tertio, & peremptorie, eiſque nihilominus auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus; quatenus infra ſex dies a præſentatione, ſeu notificatione præſentium eis facta immediate ſequentes (qnorum dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos vero duos, vobis univerſis, & ſingulis, pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus) mandatis noſtris ſupradictis, & aliis omnibus, nt præmittitur, per Nos, auctoritate Apoſtolica ordinatis, & diſpoſitis, ac etiam, ut præfertur, ordinandis, & diſponendis, cum de eis, & eorum aliquo notitiam babuerint, infra ſimilem terminum, Canonica monitione præmiſſa, cum effectu pareant, & de vacantibus, ſeu vacaturis Eccleſiæ portionibus, aut aliis beneficiis dictæ Eccleſiæ, nec de eorum collationibus, proviſionibus, inſtitutionibus, ſeu confirmationibus, de cetero per ſe, vel per alium, ſeu alios quomodolibet intromittant, imo potius deſiſtant. Quare ſi forte præmiſſa omnia, & ſingula non adimpleverint, vel mandatis, & monitionibus noſtris hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis, cum effectu non paruerint, vel in præmiſſis, aut quolibet præmiſſorum, aliquod impedimentum præſtiterint, vel contra formam, & tenorem mandati Apoſtolici ſupradicti, atque noſtri, aliquid facere tentaverint, vel tentari ab aliis conſenſerint, aut inferentibus aliquod impedimentum contra prædicta, conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint, niſi infra prædictum terminum, a die ſcientiæ computandum, a contradictione, rebellione, & impedimento prædictis omnino deſtiterint, & mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis, paruerint cum effectu, ex nunc prout ex tunc, in omnes, & ſingulos ſupradictos, Eccleſiæ, canonica monitione præmiſſa, excommunicationis, in Capitulum vero Ulixbonen. ſuſpenſionis, & in ipſam Eccleſiam interdicti ſententias promulgamus: præfato vero Domino Epiſcopo Ulixbonen., ob reverentiam dictæ ſuæ Pontificalis dignitatis, præfatis noſtris ſententiis nolumus ſic ligari, ſed ſi contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, faceret, per ſe, vel ſubmiſſam perſonam, publice, vel occulte, monitione præmiſſa in ſcriptis, ingreſſum Eccleſiæ interdicimus. Si vero per alios ſex dies, præfatos ſex immediate ſequentes ſuſtinuerit, ipſum, Canonica monitione præmiſſa, ſuſpendimus a divinis. Verum ſi præfatas interdicti, & ſuſpenſionis ſententias, per alios ſex dies, præfatos duodecim immediate ſequentes, ſuſtinuerit, quod abſit, animo indurato, qnia pertinacia creſcente, creſcere debet & pœna ſecundum Canonicas ſanctiones, ipſnm, in ſcriptis prædicta jam monitione præmiſſa, ex nunc, prout ex tunc, propter contemptum hujuſmodi, excommunicationis ſententia innodamus. Ceterum ad executionem ſupradicti mandati Apoſtolici, atque noſtri, ulterius procedentes, Venerabilem Religioſum Virum Fratrem Loppum de Ordine Prædicatorum, ac Monaſterii B. Dominici dicti Ordinis, in dicta Civitate Ulixbonenſi ſituati, ſeu fundati, Priorem, in poſſeſſionem realem, & corporalem dictæ Eccleſiæ S. Salvatoris, & omnium prædictorum jurium ſuornm, præſentium & futurorum, per claves, libros, altaria, & per alia ornamenta, & paramenta dictæ Eccleſiæ, præſentialiter miſimus, ac etiam induximns, reſervationibus noſtris ſuperius expreſſis, ſemper in ſuo robore duraturis. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, vel earum aliquam, incurrerint quoquomodo, Nobis, vel Superiori noſtro, tantummodo reſervantes. In quorum omnium, & ſingulorum ſupradictorum teſtimonium, eidem Fratri Loppo, nomine dicti Monaſterii, prædictam poſſeſſionem recipienti, cum tenore ſupradictarum literarum præfatorum duorum Regis, & Reginæ, ac Epiſcopi, de quibus ſupra fit mentio, per Johannem Roderici publicum regali auctoritate in dicta Civitate Ulixbonenſi tabellionem publicari, & publica inſtrumenta fieri, & dari conceſſimus, quarum literarum tenor talis eſt: *Dom Joan. per la graça de Deos Rey de Portugal &c.* Ex Arcbivo Ordinis in quo exemplar authenticum ex autographo *Ulyſſipponenſi*.

Anno 1393 Die 24 Aprilis.

CCXXXIX.

De Eccleſia (1) SS. Annunciationis in Terra Sancti Georgii, Militen. Diæceſis fundanda.

Ex Arcbivo (2) Ordinis.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio nobili viro Johanni Caracciolo Comiti Geracii, & Dilectę in Chriſto Filię Nobili Mulieri Marię ejus uxori, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SIncerę devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Eccleſiam gerere comprobamini, promeretur, ut votis veſtris, illis pręſertim, quę divini cultus augmentum reſpiciunt, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod vos cupientes terrena in cęleſtia felici commercio commutare, proponitis de bonis a Deo vobis conceſſis unam Eccleſiam ſub vocabulo Annunciationis Beatę Marię Virginis in veſtra Terra S. Georgii Militenſis Dięceſis fundari, & conſtrui facere, ac illam pro uno Rectore ſeculari, qui in ea divina officia celebrare debeat, competenter dotare: Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis faciendi pręmiſſa, licentiam impartiri, & etiam jus patronatus repręſentandi Rectorem in perpetuum reſervare de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ut Eccleſiam pręd ictam fundari, & conſtrui facere in loco prędicto, illamque pro hujuſmodi Rectore in divinis Domino ſervituro dotare, Dięceſani loci, & alterius cujuſcunque ſuper hujuſmodi licentia, ſeu conſenſu, minime requiſitis, libere, & licite poſſi-

poſſitis, jure tamen Parochialis Eccleſię ſalvo, ac reſervato vobis, & ſucceſſoribus veſtris jure patronatus repręſentandi dictum Rectorem, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium licentiam elargimur. Et nihilominus Eccleſiam, & Rectorem ejuſdem Eccleſię, qui erit pro tempore in jus, & proprietatem prędictę Romanę Eccleſię, ac Sedis Apoſtolicę, ac ſub noſtra, & ejuſdem Sedis Apoſtolicę ſpeciali, & immediata protectione, pręſentium tenore, poſtquam conſtructa, & fundata fuerit, ſuſcipimus. Decernentes Eccleſiam, & Rectorem ejuſdem immediate, ac ſoli Sedi prędictę fore ſubjectos, & quod loci Ordinarius, vel quivis alius in Eccleſiam, & Rectorem pręfatos, utpote prorſus exemptos, non poſſint auctoritate Ordinaria excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare, vel alias in eos juriſdictionem aliquam exercere, felicis recordationis Innocentii PP. IV Prędeceſſoris noſtri circa exemptos edita, quę incipit: Volentes: ac aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nos enim omnes excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, & quoſcunque proceſſus, quaſcunque pęnas, ac ſententias continentes, quos, & quas, contra tenorem, & formam exemptionis hujuſmodi promulgari, ac haberi contigerit irritos decernimus, ac inanes, ac nullius eſſe roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, ſuſceptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum VIII Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

a. *Eccleſia.*) Ubi nunc Cœnobium *SS. Annunciationis.*

a. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Cœnobio SS. Annunciationis terræ Sancti Georgii.

Indulgentia Eccleſiam SS. Annunciationis Terræ Sancti Georgii viſitantibus conceſſa.

Anno 1393 Die 24 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.* CCXL.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne, & laudabiliter, ſerviatur, de abundantia ſuę pietatis, quę merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, & quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinę gratię aptiores. Hodie ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Johannis Caraccioli Comitis Geracii, & dilectę in Chriſto filię nobilis mulieris Marię uxoris ejus, nobis expoſito, quod ipſi cupientes terrena in cęleſtia, & tranſitoria in ęterna felici commercio commutare, proponebant de bonis a Deo eis collatis unam Eccleſiam ſub vocabulo Annunciationis Beatę Marię Virginis in Terra S. Georgii Militenſis Dięceſis fundari, & conſtrui facere, ac ipſam pro uno Rectore ſeculari, qui in ea divina officia celebrare deberet, competenter dotare. Nos eiſdem faciendi pręmiſſa, licentiam duximus concedendam, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cupientes igitur, quod hujuſmodi Eccleſia, poſtquam fundata, & dotata fuerit, ut pręfertur, congruis honoribus frequentetur, & etiam conſtruatur, & ut fideles ipſi eo libentius, cauſa devotionis, confluant ad eandem, & ad conſtructionem ipſius manus promptius porrigant adjutrices, quo ibidem ex hoc dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint, ſe eſſe refertos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui in feſtivitate Annunciationis Beatę Marię Virginis prędictę, Eccleſiam prędictam devote viſitaverint annuatim, & ad conſtructionem ipſius manus porrexerint adjutrices, illam indulgentiam, & remiſſionem ſuorum peccatorum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, concedimus, quam viſitantes Eccleſiam SS. Trinitatis Mileti prima Dominica Menſis Junii quomodolibet conſequuntur. Datum Romę apud S. Petrum VIII Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Archivo Cœnobii SS. Annunciationis terræ Sancti Georgii.

Firmat, quæ pro Provincia Angliæ ſancita fuerant.

Anno 1397 Die 20 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. CCXLI.

Ex injuncto Nobis deſuper, licet immeritis, officio Paſtorali, noſtris incumbit humeris, perſonas Eccleſiaſticas, pręſertim ſub religionis obſervantia divinis obſequiis mancipatas, favoribus proſequi opportunis, & ut ea, quę, pro ſtatu pacifico, & tranquillo, ipſarum perinde facta, & ex commiſſione Apoſtolica judicio terminata ſunt, ut illibata exiſtant, libenter adjicimus Apoſtolici roboris firmitatem. Dudum ſiquidem orta inter quondam Eliam Raymundi (2), olim Magiſtrum Generalem, & Capitulum Generale Ordinis Fratrum Prędicatorum tunc ultimo Carcaſſonę celebratum, ex parte una, & quondam Thomam Ruſtchok tunc Priorem Provincialem Fratrum Provincię Anglicanę juxta morem ejuſdem Ordinis, & Johannem De Leyceſtria, tunc Vicarium Generalem partium Hibernię, & nonnullos alios Fr-

Fratres ipſius Ordinis, eiſdem Priori, & Vicario adhęrentes, de, & ſuper quibuſdam abſolutionibus, & amotionibus, & perturbationibus ab ipſorum Prioris, & Vicarii, & Fratrum, Provincialatus, & Vicariatus, Officiis, Locis, Conventibus, Studentiis, Lectoriis, Cellis, & rebus aliis, & eorum occaſione exorta materia quęſtionis, & cauſa hujuſmodi coram bonę memorię Nicolao (3) tit. S. Cyriaci Presbytero Cardinali ex commiſſione Apoſtolica diutius ventilata, tandem dictus Nicolaus Cardinalis, ſervatis ſervandis, ſuper cauſa ipſa, diffinitivam protulit ſententiam, quę nulla provocatione ſuſpenſa, in rem tranſivit judicatam, & nonnulla alia ſuper pręmiſſis, & ipſius ſententię executive fecit, ſtatuit, & ordinavit, prout in actis authenticis inde confectis, ſigillo ipſius Cardinalis munitis, quorum tenorem de verbo ad verbum pręſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Nos igitur attendentes, quod ea, quę judicio, pręſertim ex commiſſione Apoſtolica, rite terminata ſunt, inviolabiliter obſervari debent, ac volentes ſententiam ipſam, & omnia alia in dictis literis contenta, perpetuis futuris temporibus obſervari, ſententiam ipſam, & omnia alia inde ſecuta, & in dictis literis contenta, rata habentes, & grata, ex conſideratione etiam cariſſimi in Chriſto filii noſtri Richardi Regis Anglię Illuſtris, Nobis ſuper hoc ſupplicantis, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus, eaque omnia, & ſingula, in his, & ſimilibus inter Magiſtrum Generalem dicti Ordinis, & Capitulum Generale, ac Provinciale, Vicarium, & Fratres Provincię partium, ac Ordinis prędictorum pro tempore exiſtentes, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari, volumus, & mandamus, decernentes ex nunc irritum, & inane, quicquid contigerit contra hęc attentari. Tenor vero dictarum literarum talis eſt: RR.° in Chriſto Patribus, & DD. Dei gratia Cantuarien., Eboracen., Armachan., Dublinen., & Caſſellen, Archiepiſcopis, necnon Londinen., Wintonien., Norvicen., Hereforden., Roffen., Dunchinen. (4), & Carliolen. (5) Epiſcopis, ac Venerabilibus Religioſis viris Magiſtro Generali, & Fratri Thomę de Bozelaſco (6), Priori Provinciali Provincię Lombardię Superioris, ac Vicario Generali, necnon Capitulo Generali, & Diffinitoribus ejuſdem Capituli, omnibus aliis Prioribus, Lectoribus, & Fratribus Ordinis Pręd icatorum ubilibet conſtitutis, ceteriſque omnibus aliis, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu intererit, aut quos pręſens tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter, vel diviſim, quocunque nomine, ſeu titulo annotentur, Frater Nicolaus miſeratione divina, S. Cyriaci Sacroſanctę R. E. Presbyter Cardinalis, executor unicus ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & mandatis noſtris, immo verius Apoſtolicis, firmiter obedire. Noveritis, quod pridem Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Urbanus divina providentia PP. VI omnes, & ſingulas, cauſam, & cauſas, quę vertebantur, ſeu verti ſupponebantur inter Religioſos viros Eliam Raymundi, olim Magiſtrum Generalem Ordinis antedicti, & Capitulum Generale, dudum ultimo Carcaſſonę celebratum (7), ex una parte, & Thomam Rusſthok Priorem Provincialem Provincię Anglię, & Johannem de Leyceſtria Vicarium Generalem in Terra Hibernię, & nonnullos alios Fratres dicti Ordinis, eiſdem Priori Provinciali, & Vicario, ſeu eorum alteri adhęrentibus, de, & ſuper quibuſdam abſolutionibus, amotionibus, & privationibus, ab ipſorum officiis, ſcilicet Prioratus Provincialis dictę Provincię Anglię, & Vicarię Hibernię, necnon quorundam Fratrum ab ipſorum officiis, locis, Conventibus, Studentiis, Lectoriis pręd ictę Provincię, ac cellis, libris, & rebus aliis, & eorum occaſione, ex altera parte, Nobis Fratri Nicolao pręlibato commiſit oraculo vivę vocis, audiendis, decidendis, & fine debito terminandis, cum omnibus emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, & cum poteſtate procedendi ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, terminis etiam ſervari conſuetis non ſervatis, & alias, prout nobis melius pro commodo, & utilitate Ordinis pręd icti videretur expedire, cujus quidem commiſſionis vigore, Nos Fr. Nicolaus Executor pręlibatus, in cauſa hujuſmodi rite, & legitime procedentes, ad inſtantiam Religioſi Viri Fratris Roberti Rusſtchok Fratris Ordinis antedicti, Procuratoris ſubſtituti ad cauſam pręſentem per diſcretum virum Ricardum de Sneburg Procuratorem pręfati Fratris Thomę Provincialis Anglię ad cauſam hujuſmodi per eundem Fratrem Thomam Provincialem tam pro ſe, quam etiam nomine ſui officii Provincialatus, Provincięque Anglię ſupradictę, ac omnium & ſingulorum Conventuum, Locorum, Monaſteriorum, Fratrum, & Perſonarum Ordinis antedicti eidem adhęrentium, prout nobis de ipſorum pertinentiis, & ſubſtituti Procuratoris mandatis legitime extiterat facta fides, coram Nobis conſtituti, Nos pręfatum Thomam de Boſcheſſo (8) Vicarium Generalem Ordinis antedicti ad dicendum, & proponendum quęcunque dicere, ſeu proponere volebant, verbo, vel in ſcriptis contra commiſſionem pręd ictam, Nobis, ſicut pręmittitur, factam in hac cauſa per Porterium, ſeu Nuncium noſtrum juratum, ad hoc ſpecialiter deputatum, citari mandavimus peremptorie, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, in quo comparentibus in judicio coram Nobis, pręfatis Fratribus, ſcilicet vobis Magiſtro Thoma de Boſcalſſo (9) Vicario Generali, qui contra commiſſionem pręfatam nihil dicere voluiſtis, ſed in Nos, ac noſtram jurisdictionem expreſſe conſenſiſtis ex una parte, & Roberto Biſcop ſubſtituto, nomine quo ſupra, ex altera parte, Nos ſubſequenter ad pręfati Fratris Roberti Procuratoris ſubſtituti inſtantiam, ipſi Fratri Roberto ex una parte, necnon Religioſo viro Fratri Johanni de Emſay Fratri Ordinis pręd icti, pro eodem Ordine, per vos F. Thomam Vicarium Generalem pręd ictum, ad cauſam hujuſmodi Procuratori Generali legitime conſtituto, prout nobis ſimiliter de ejuſdem procurationis mandato, in actis cauſę hujuſmodi legitime conſtabat, ex altera parte, coram nobis in judicio comparentibus, conſentientibus expreſſe, & volentibus ad ponendum, & articulandum, ponique, & articulari videndum, & ad dandum, ac perducendum omnia, & ſingula jura, literas, inſtrumenta, ſcripturas, & juramenta, quibus partes ipſę in cauſa hujuſmodi, uti volebant, hinc inde terminum peremptorium decrevimus aſſignandum, in quo iidem pertinentes, coram nobis in judicio ſucceſſive comparuerunt, & nonnullis poſitionibus, & articulis, ac jura, literas, inſtrumenta hinc inde exhibuerunt, & dederunt in hac cauſa, & ſubſequenter per eundem Fratrem Robertum Procuratorem ſubſtitutum, quadam concluſione ſuarum poſitionum, & articulorum pręfatorum, ſive petitione ſummaria ſubſequuta, & oblata in hac cauſa, nos deinde eodem Fratre Roberto Procuratore ſubſtituto inſtante, pręlibatum Fratrem Johannem ex adverſo

Pro-

Procuratorem ad dicendum, & proponendum quęcunque dicere, ſeu proponere volebat, verbo, vel in ſcriptis contra pręfatos articulos, & prędicta ipſius Fratris Roberti Procuratoris ſubſtituti jura, necnon poſitiones eorundem videndum in quantum prodeſſe dicebantur, & exiſtebant, per Porterium, ſeu Nuncium noſtrum juratum pręddictum peremptorie citari mandavimus, & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem, in quo quilibet Procuratorum pręddictorum coram nobis in judicio comparens termino hujuſmodi, pro ſe, & parte ſua ſatisfaciendo, quaſdam in ſcriptis reſponſiones, ad poſitiones, & articulos partis ſibi adverſę in pręſenti cauſa exhibuit, & produxit; & deinde aliquali ulteriori continuato proceſſu, Nos ad pręddicti Fratris Roberti Procuratoris ſubſtituti coram Nobis in judicio comparentis inſtantiam, pręfatum Fratrem Johannem Procuratorem ex adverſo, ad concludendum, & concludi videndum in hujuſmodi cauſa, vel dicendum, & cauſam, ſi quam habebat, allegandam, quare concludi non debebat, per Porterium, ſeu Nuncium noſtrum juratum pręddictum peremptorie citari mandavimus, & fecimus, & ad certum peremptorium terminum competentem, in quo Nos, in tantum, pręddictis, Procuratoribus coram nobis in judicio comparentibus, & petentibus concludi, ac etiam, quantum in eis erat, concludentibus, in cauſa hujuſmodi concluſimus, & habuimus pro concluſo; ac tandem pręddicto Fratre Roberto Procuratore ſubſtituto inſtante, Nos pręddictum Magiſtrum Thomam Vicarium Generalem, & Fratrem Johannem Procuratorem ex adverſo ad audiendum diffinitivam in pręſenti cauſa ferri ſententiam per Nos, per Porterium, ſeu Nuncium noſtrum juratum pręddictum peremptorie citari mandavimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, in quo Nos F. Nicolaus executor pręfatus, partibus pręddictis pręſentibus, & audientibus, juſtis tamen primitiis (10), & diligenter inſpectis omnibus, & ſingulis actis, juribus, literis, inſtrumentis in pręſenti cauſa agitatis, coram Nobis habitis, & productis, eiſque cum diligentia recenſitis de Venerabilium virorum Dominorum Sacri Palatii cauſarum Apoſtolici Auditorum, & nonnullorum aliorum juriſperitorum pro tunc in Romana Curia degentium, conſilio, & aſſenſu, quibus de pręſentis cauſę meritis relationem plenariam fecimus, & fidelem, ac una cum eis deliberatione pręhabita diligenti, noſtram diffinitivam juxta formam, & tenorem concluſionis articulorum pręddictorum Fratrum Thomę Provincialis Anglię, & Johannis Vicarii Hibernię, & aliorum Fratrum eiſdem adhęrentium, ut pręmittitur, oblatę, in pręſenti cauſa in ſcriptis tulimus, ſententiam in hunc modum: Chriſti nomine invocato, pro tribunali ſedentes, & habentes prę oculis ſolum Deum, Nos Nicolaus Card. Judex, & Commiſſarius pręfatus, viſis, & diligenter inſpectis, & examinatis juribus, actis, & meritis pręſentis cauſę, de Venerabilium virorum Dominorum Sacri Palatii cauſarum Apoſtolici Auditorum, & nonnullorum aliorum juriſperitorum conſilio, & aſſenſu, per hanc noſtram definitivam ſententiam, qnam ferimus in his ſcriptis, pronunciamns, decernimus, & declaramus Fr. Thomam Ruſſtock fuiſſe, &, eſſe Provincialem dictę Provincię Anglicanę, ac pręddicta omnia, & ſingula per eum facta tanquam per Provincialem a tempore ſui Provincialatus citra, fuiſſe & eſſe Canonica, ac ſuum debuiſſe, & debere ſortiri effectum: denique officinm Prioratus Provincialis, ſive officium dictę Provincię Anglicanę cum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis, honoribus, & oneribus, atque emolumentis, ad ipſum Fratrem Thomam pertinuiſſe, & pertinere de jure, & ſibi fore adjudicandum, & adjudicamus, dictaſque ſpoliationes, amotiones, privationes, & abſolutiones, per pręddictum Fratrem Eliam olim Magiſtrum Generalem dicti Ordinis, vel alium ejus nomine factas, de dicto F. Thoma a pręddicto officio, F. Johanne Leyceſtrię Vicario in Provincia, ſeu Natione Hibernię ab officio Vicariatus Hiberniæ, & dictis Fratribus, & aliis Magiſtris in Theologia, ac Fratribus aliis dictę Provincię Anglicanę ab officiis, Conventibus, Locis, Lectoriis, Studentiis, cellis, libris, & rebus aliis fuiſſe, & eſſe nullas, temerarias, illicitas, iniquas, & injuſtas, ac temere, & defectuoſe pręſumptas, ac attentatas, poſt, & contra dictam appellationem, pręddictoque Fratri Elię, ſeu alii ejus nomine pręddicta facere non licuiſſe, nec licere, pręddictumque Fratrem Thomam ad dictam ſuam dignitatem, ſeu officium dicti ſui Prioratus Provincialis dictę ſuę Provincię Anglicanę reſtituendum, & reintegrandum fore, ac eundem reſtituimua, & reintegramns, & pręfatum Fratrem Johannem Leyceſtrię ad dictam Vicariam Provincię, ſeu Nationis Hibernię, ac dictos Fratres Magiſtros in Theologia, & alios Fratres dictę Provincię privatos, abſolutos, amotos ab officiis, Locis, Conventibus, Studentiis, & Lectoriis dictę Provincię, Cellis, Libris, ſeu rebus aliis ſpoliatos per eundem Fratrem Eliam, ſeu alinm ejus nomine, poſt, & contra appellationem pręddictam, & alias minus debite, & injuſte, fore, & eſſe reſtituendos ad officia, Loca, Conventus, Studentias, Lectorias, Libros, Cellas, & res alias, de quibns fuerant amoti, abſoluti, ſeu etiam ſpoliati, & eoſdem reſtituimus, & reintegramus ad pręddicta, & pręfatos Fratres Wilhelmum Sywart, Johannem Empſay, & Johannem Pariſch Vicarios per pręddictum F. Eliam tunc Magiſtrnm Ordinis in dicta Provincia poſitos, & intruſos, & Fr. Robertum Cuſack, vel alium quemcunque Vicarium loco dicti Fratris Johannis Leyceſtrię per Fratrem Eliam pręddictum, ſeu alium ejus nomine, in dicta Natione Hybernię, aut Provincię poſitum, & omnia alia facta, & attentata in dicta Provincia Anglię, poſt, & contra dictam appellationem per dictum Fratrem Eliam, revocandos, & caſſandos, revocanda, & caſſanda fore, eoſque, & ea caſſamus, & revocamns, ac etiam nulla declaramus, proptereaque nomine dicti F. Thomę, & omnium aliorum ſubditorum ſuorum dictę Provincię bene fuiſſe, & eſſe legitime appellatum, & pręddictum Fratrem Eliam, tunc Magiſtrum dicti Ordinis, male propterea nulliter, & defectuoſe poſt, & contra dictam appellationem fuiſſe, & eſſe proceſſnm, ſententiatum, inquiſitum, & diffinitum, pręddictaſque pręttenſas ſententiam, & ſententias amotionis, ſeu abſolutionis pręddicti Fratris Elię tum Magiſtri, ſeu Capituli Generalis pręfati Ordinis ultimo Carcaſſonę celebrati, cum Conſtitutione, & ordinatione Vicariorum Generalium ſucceſſive in dicta Provincia Anglię, videlicet Fratris Johannis Paryſch Magiſtri in Theologia primo loco, Fratris Johannis Empſay ſimiliter Magiſtri ſecundo, & Fratris Thomę Nortehe tertio, Fratrum ordinatorum, & conſtitntorum per Capitulum Generale pręddictum, & abſolutione Fratris Johannis Leyceſtrię a Vicaria Nationis, ſeu Provincię Hibernię, pęnarum adjectione, & approbatione geſtorum per dictum Fratrem Eliam tunc Magiſtrnm Generalem Ordinis antedicti, in Provincia Anglicana contra Fratres pręnominatos, Provincię, & Ordinis pręddictorum, abſolutorum

Vica-

Digitized by Google

Vicariorum, factorum in dicta Provincia Angliç per Priorem Provincialem prędictum, & cum factis, & geſtis per dictum Capitulum Generale, ſeu Definitores ejuſdem contra, & adverſus Venerabilem, & Religioſum Virum Fr. Willelmum Bodechiſin. (11) Sacrę Theologię Magiſtrum Ordinis, & Provincię prędictorum, & pręmiſſa, & alia, contra dictam appellationem attentata in dicta Provincia contra dictum Provincialem, Fratreſque dictę Provincię Ordinis jam dicti per pręfatum Capitulum Generale, ſeu Definitores ejuſdem Capituli cum dicto Fr. Elia tunc Magiſtro Ordinis conjunctim, vel diviſim, caſſamus, & annullamus, & etiam revocamus, dictamque Conſtitutionem olim factam in Capitulo Generali Londinen. celebrato Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quartodecimo, quę incipit: Ad Perpetuam Rei Memoriam, quam vocavit formam (12), approbandam, & confirmandam fore, ipſamque approbamus, & confirmamus, pręfatum Fr. Eliam tunc Magiſtrum, & Capitulum Generale, ac F. Johannem Empſay Procuratorem eorum, ſeu Ordinis prędicti, ipſorum nomine, in expenſis in pręſenti cauſa legitime factis, nihilominus condemnantes, quarum expenſarum taxationem Nobis impoſterum reſervamus, conſequenter vero memoratus Dominus noſter Papa Nobis Fratri Nicolao Judici, & executori, oraculo vivę vocis commiſit, quatenus prędictam ſententiam per Nos rite, & legitime, ſicut pręmittitur, latam, per Nos, vel alium, ſeu alios debitę exequutioni demandaremus, cum cenſuris, & pęnis debitis, & conſuetis, & alias, prout Nobis pro utilitate, & commodo Ordinis prędicti melius videretur expedire; cujus quidem commiſſionis vigore, Nos Fr. Nicolaus Judex, & Executor pręfatus, in negotio executionis hujuſmodi ulterius procedentes, ac attendentes, quod inutile eſſet ſententiam ferri niſi debitę executioni mandaretur, volenteſque ſuper hoc per Venerabilem, & Religioſum virum Fratrem Willelmum de Bodechyskyn Magiſtrum in Sacra Pagina Procuratorem prędictorum Fratrum, Thomę Ruſstchok Provincialis, & Johannis de Leyceſtria Vicarii Hibernię, pro eiſdem, & aliis Magiſtris, & Fratribus ipſis adhęrentibus, ſpecialiter conſtitutum, prout Nobis de ipſius procurationis mandato licite conſtabat, & conſtat, coram Nobis perſonaliter conſtitutum, cum inſtantia debita requiſita, prędictam noſtram ſententiam debite exequi, ut tenentur, vos omnes, & ſingulos ſupradictos, quibus pręſentes noſtrę literę diriguntur, auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptorie, conjunctim, vel diviſim, vobiſque nihilominus, & cuilibet veſtrum in virtute ſanctę obedientię, & ſub pęnis infraſcriptis diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt pręſentationem, ſeu notificationem pręſentium, vobis, ſeu alteri veſtrorum Fratrum, immediate ſequentium, quorum dierum, duos pro primo, & duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione remota, vobis aſſignamus, pręfatos Fratres, ſcilicet Thomam Ruſstchok Provincialem, ad ſuam dictam dignitatem, ſeu officium dicti ſui Prioratus Provincialis dictę Provincię Anglicanę, ac Johannem de Leyceſtria Vicarium, ad dictam ſuam Vicariam Provincię, ſeu Nationis Hibernię, ac dictos Fratres Magiſtros in Theologia, & alios Fratres prędictę Provincię, privatos, abſolutos, & amotos ab eorum Officiis, Locis, Conventibus, Studentiis, & Lectoriis dictę Provincię, ac Cellis, Libris, ſeu rebus aliis per pręfatum Eliam olim Magiſtrum Generalem, ſeu alium, aut Capitulum Generale, dudum Carcaſſonę celebratum, aut alium, ſeu alios, ipſorum nomine, poſt, & contra appellationem prędictam, & alias tanquam minus debite, & injuſte ſpoliatos, ad ipſorum officia, & alia pręnominata reſtituatis, & reintegretis, ac etiam recipiatis abſque difficultate aliqua, & admittatis ad eadem, ipſiſque, & eorum cuilibet de ſolitis, & conſuetis pictantiis, juxta, & ſecundum ſtatuta, & conſuetudines dicti Ordinis, ac cellis, libris, & rebus aliis, quibus ſpoliati exiſtunt, quantum in vobis, & quolibet veſtrum eſt, ſeu fuerit, integraliter reſpondeatis, & faciatis ab aliis reſpondere, amoventes ab eiſdem Provincia, & Vicaria, & aliis officiis, & locis prędictis, quoſcunque intruſos, & illicitos detentores, quos Nos etiam, tenore pręſentium, denunciamus amotos: Quod ſi forte pręmiſſa omnia non adimpleveritis, & mandatis noſtris, immo verius Apoſtolicis, non parueritis cum effectu, aut aliquid contra prędictos Fratres Thomam Ruſstcock Provincialem, Johannem Vicarium, & alios Fratres prędictos feceritis, vos omnes, & ſingulos ſupradictos, ac quoſcunque alios contradictores, & rebelles, aut impedientes ipſos ſuper pręmiſſis in aliquo, ſeu impedientes eoſdem, dantes conſilium, auxilium, vel favorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quominus ipſi ad eorum Officia, Loca, Conventus, Studentias, Lectorias, Libros, Cellas, & res alias, de quibus fuerint, & ſunt ſpoliati, reſtituantur, & reintegrentur, ſeu etiam recipiantur, & admittantur, ac ad ſtatum priſtinum reducantur, & ipſorum Officiorum, Locorum, Conventuum, Studentiarum, Lectoriarum, Cellarum, & rerum aliarum pacifica valeant poſſeſſione gaudere, aut deinceps in pręjudicium ipſorum aliqua facientes, cujuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, pręeminentię, aut ſtatus, eccleſiaſtici, vel mundani exiſtant, niſi infra prędictum terminum, a die ſententię computandum, a contradictione, rebellione, impedimento, turbatione, auxilio, conſilio, & favore hujuſmodi omnino deſtiteritis, & deſtiterint, & ſi mandatis noſtris hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis, non parueritis, ſeu non paruerint cum effectu, ex nunc, prout ex tunc, omnes, & ſingulos, canonica monitione pręmiſſa, excommunicationis, in Conventus vero, & Capitula, quę in pręmiſſis deliquerint, ſuſpenſionis, & in ipſorum Monaſteriorum Eccleſias, ac Oratoria, interdicti ſententias, in his ſcriptis ferimus, & etiam promulgamus: vobis vero Reverendis Patribus Dominis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſupradictis, quos ob reverentiam veſtrarum Pontificalium dignitatum, nolumus pręfatis noſtris ſententiis ſic ligari, ſi contra pręmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum feceritis per vos, vel ſubmiſſam perſonam, publice, vel occulte, prędicta ſex dierum canonica monitione pręmiſſa, vobis, & cuilibet veſtrum, ingreſſum Eccleſię interdicimus in his ſcriptis. Si vero interdictum hujuſmodi, per alios ſex dies, pręfatos ſex immediate ſequentes ſuſtinueritis, quod abſit, animo indurato, vos, & quemlibet veſtrum, ſimili canonica monitione pręmiſſa, ex nunc, prout ex tunc, propter contemptum hujuſmodi, excommunicationis ſententia innodamus. Ceterum, cum ad executionem hujuſmodi ulterius faciendam non poſſimus quoad pręſens, aliis prępediti negotiis, perſonaliter attendere, Venerabilibus, & diſcretis viris univerſis, & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Theſaurariis, Cancellariis, & Prioribus Uni-

Univerſitatum Oxonię, & Cantabrigię Eccleſiaſticis Cantoribus, Sacriſtis, Archipresbyteris Eccleſiarum, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu locum tenentibus eorundem, Presbyteriſque, Curatis, & non Curatis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque per Provincias Cantuarien., Eboracen., Armachan., Dublin. etiam & Caſalen., ac earum Civitates, & Diœceſes, & alias ubilibet conſtitutis, eorumque cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione prędicta, mandati Apoſtolici, atque noſtri, atque ſuper omnibus, & ſingulis Nobis in hac parte commiſſis, tenore pręſentium, committimus, & mandamus per noſtras literas, donec eas ad nos plenarie duxerimus revocandas, omnibus, & eorum cuilibet in ſolidum, in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis pęna, quam in ipſos, & eorum quemlibet, infra ſex dierum ſupra diſtinctorum ſpatium, poſt pręſentationem, ſeu notificationem pręſentium, ſeu poſtquam per prędictos Fratres Thomam de Ruſtchok Provincialem, Johannem de Leyceſtria Vicarium, & alios Magiſtros, & Fratres ſupradictos, ſeu alterum eorum, fuerint requiſiti, canonica monitione pręmiſſa, ſi ea, quę eis in hac parte committimus, & mandamus, neglexerint, & recuſaverint, ſeu contempſerint contumaciter adimplere, & mandatis noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis, non paruerint cum effectu, diſtricte pręcipiendo committimus, & mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet, quia prędictis Fratribus Thoma de Ruſtchok Provinciali, Johanne de Leyceſtria Vicario, & aliis Magiſtris, & Fratribus, ſeu eorum alterius, aut ipſorum, ſeu alterius eorum Procuratores, fuerint requiſiti, ſeu fuerit requiſitus, ita tamen quod in his exequendis alter veſtrum alterum non expectet, nec unus pro alio ſe excuſet, ad vos prędictos Dominos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, omneſque alios, & ſingulos ſupradictos, ad loca, Conventus, Monaſteria, & Eccleſias, ac Oratoria, ubi propterea fuerit accedendum, perſonaliter accedentes, prędictas literas noſtras, & omnia, & ſingula in eis contenta, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis pręſentent, denuncient, intiment, legant, & fideliter ſtudeant publicare, pręfatoſque Fratres Thomam Ruſtchok Provincialem, ad prędictam ſuam dignitatem, ſeu officium dicti Prioratus Provincialis prędictę Provincię Anglicanę, & Johannem de Leyceſtria ad Vicariam ſuam prędictam, ac alios Magiſtros, & Fratres ſupradictos ad eorum Officia, Loca, Conventus, Studentias, Lectorias, Cellas, Libros, ac res alias, de quibus, ut pręmittitur, fuerunt, ſeu ſunt ſpoliati, reſtitui, & reintegrari, ac etiam admitti, & recipi abſque difficultate aliqua faciatis, ipſiſque, & eorum cuilibet juxta, & ſecundum ſtatuta Ordinis prędicti, debitam reverentiam, & honorem exhiberi, ac de ſolitis, & conſuetis pictantiis reſponderi, ac eos, & eorum quemlibet fraternali caritate per alios eorum Confratres, tractare faciatis, amotis ab eiſdem officiis, ſcilicet Provincię Anglicanę, & Vicarię Hibernię, & aliis officiis, & locis prędictis, detentoribus illicitis quibuſcunque, & nihilominus omnia, & ſingula vobis in hac parte commiſſa, plenarie exequantur juxta traditam, ſeu datam a Sede Apoſtolica Nobis formam, ita tamen quod iidem ſubdelegati noſtri, nihil in pręjudicium prędictorum valeant attentare, nec ſupradictas ſententias per nos latas, abſolvendo, vel ſuſpendendo, aliquid immutare. Volumus autem quod id, quod per unum ipſorum inceptum fuerit, per alium, ſeu alios proſequi, mediari valeat, & finiri; in ceteris autem, quę prędictis Fratribus Thomę Ruſtchok Provinciali, & Johanni de Leyceſtria Vicario, ac aliis Magiſtris, & Fratribus ſupradictis nocere poſſent, ſuper prędictis, eiſdem ſubdelegatis noſtris, & eorum cuilibet, & eorum alteri, ac cuicunque alteri, poteſtatem omnimodam ordinamus, &, ſi contingat vos ſuper pręmiſſis in aliquo procedere, de quo poteſtatem omnimodam reſervamus, non intendimus tamen propter hoc commiſſionem noſtram hujuſmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione hujuſmodi in noſtris literis, ſive proceſſibus, plenam, & expreſſam faceremus mentionem; hujuſmodi autem noſtras literas, ſeu publicum pręſens Inſtrumentum, volumus penes prędictos Fratres Thomam Ruſtchok Provincialem, & Johannem de Leyceſtria Vicarium, & alios Magiſtros, & Fratres pręnominatos, vel eorum Procuratorem remanere, & non per vos, vel aliquem veſtrum, ſeu quemvis alium, contra eorum voluntatem quomodolibet detineri, contrarium vero facientes, prędictis noſtris ſententiis, prout in ſcriptis latę ſunt, ſubjacere volumus ipſo facto. Mandantes tamen prędictis Fratribus Thomę, & Johanni, & aliis ſupradictis, ut vobis copiam faciant, ſeu fieri faciant de pręmiſſis, ſi eam petieritis, tamen ſumptibus veſtris, & expenſis, abſolutionem vero omnium, & ſingulorum, qui pręfatas noſtras ſententias, vel earum aliquam incurrerint quoquomodo, Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium pręſentes noſtras ſententias, ſeu pręſens publicum Inſtrumentum exinde per Petrum Boſchuſen, Notarium publicum, Scribanumque noſtrum infraſcriptum fieri, ſubſcribi, publicari, mandavimus, ac noſtri ſigilli fecimus appenſione muniri. Datum, & actum Romę apud S. Mariam de Armenis prope S. Petrum in Hoſpitio habitationis noſtrę, ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo Trecenteſimo Septuageſimo, Indictione Secunda, die Vigeſimaquinta Menſis Auguſti, Pontificatus prędicti Domini Noſtri PP. Anno Secundo, pręſentibus Reverendo Patre Domino Fratre Guillelmo Epiſcopo Achaden., ac Venerabilibus, & diſcretis Viris Domino Antonio de Sulmon Auditore, Andrea de Racanito Secretario, & Johanne Rupin. de Eylptim, Eyſteten. Diœceſis, Scutifero noſtris, teſtibus ad pręmiſſa ſpecialiter vocatis, & rogatis. Et Ego Petrus de Boſcuſen., Clericus Leodien. Diœceſis, publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, ac Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Nicolai Cardinalis Judicis, & Executoris prędicti, Scriba, pręmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut pręmittitur, fierent, & exigeretur juramentum a prędictis teſtibus, interfui; eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi, & audivi; Ideoque hoc pręſens publicum inſtrumentum, per alium fideliter ſtipulatum, ac meis ſigno, & nomine conſuetis, una cum appenſione ſigilli prędicti Domini Cardinalis roboratum, de mandato ejuſdem Domini Cardinalis exinde confeci, & publicavi, rogatus, & requiſitus. In fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum pręmiſſorum conſtat mihi jamdicto Notario, & Scribę, de raſuris factis ſuperius in denominationibus videlicet dictarum appellationum, quas non vitio, ſed errore forte factas, hic approbo. Datum, ut ſupra &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum confirmationis, communitionis, voluntatis, mandati, & Conſtitutionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum X Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex *Archivo Apoſtolico Libro LXXI fol.97.*

2. *Eliam Raymundi.*) Generalis Magiſter renunciatus erat Avenione anno MCCCLXVII die VI Junii.

3. *Nicolao.*) *Caracciolo*, Ordinis Prædicatorum alumno, cujus memini *Tom.II hujuſce Bullarii pag.302.*

4. *Dunchinen.*) *Dunchelдinen.*, vulgo *Dunkelden.*, in Scotia, ſub Archiepiſcopo *Andreapolitano*.

5. *Carlıolen*) *Carleolen.*, vulgo *Carlile*, in Anglia, ſub Archiepiſcopo *Eboracen.* De ceteris Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus, quorum hic mentio, nulla eſt difficultas.

6. *Thoma de Boxelaſco.*) *Bozzolaſco*, uti legitur in *ſerie Chronologica Provincialium, & Vicariorum Generalium Provinciæ utriuſque Lombardiæ &c.* Prodiit *Bononiæ* anno MDCCXXXII auctore *R.A.P.Magiſtro F.Auguſtino Thoma Ricchini*. Hinc emendes *Echard* qui *Tomo I Scriptorum Ordinis ad annum MCCCLXVII pag.662* ipſum vocat *de Boxolaſto*.

7. *Celebratum.*) Anno MCCCLXXVIII, quo mater Eccleſia diro Schiſmate laborare cœpit. Ubi notes velim, quod *Elias Raymundi* id habuit infelicitatis, quod Pſeudopontifices Avenionenſes ſectatus ſit.

8. *Boſcheſſe.*) *Bozzolaſco*.

9. *Boſcalſſo.*) *Bozzolaſco*.

10. *Primitiis.*) Fortaſſe: *præmiſſis*.

11. *Bodechiſin.*) Qui poſtea dicitur *Bodechiskyn*.

12. *Quam vocavit formam.*) Fortaſſis: *juxta ſuam formam*.

Anno 1400 Die 21 Februarii.

CCXLII.

Quæ de Fratribus Ordinis Prædicatorum Hiberniæ ſanxit Berengarius (1) ejuſdem Ordinis Generalis Magiſter, confirmantur.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

SAcrę Religionis, ſub qua dilecti filii Priores, & Conventus, & univerſi Fratres Ordinis Prędicatorum Terrę Hibernię ſecundum morem dicti Ordinis, mundania abjectis illecebris, cum abjectione voluntarię paupertatis, virtutum Domino in humilitatis ſpiritu devotum, & ſedulum, exhibent famulatum, merita promerentur, ut Apoſtolica Sedes ipſos, eorumque Ordinem, favoribus benignis confoveat, & ſpiritualibus gratiis proſequatur, ac illis, quę pro commodo, & utilitate eorum ſtatuta, & ordinata ſunt, Apoſtolici muniminis adjiciat firmitatem. Sane petitio pro parte dictorum Priorum, & Fratrum Nobis nuper exhibita continebat, quod quondam Berengarius Magiſter Generalis dicti Ordinis olim in Generali Capitulo Ordinis pręfati in Civitate Londonien. celebrato de unanimi conſilio, & voluntate Diffinitorum dicti Capituli ſtatuit, & conceſſit, quod ipſi Priores Conventuales, & Prędicatores Generales dictorum Terrę, & Ordinis, necnon Socii dictorum Priorum, & a ſingulis Conventibus electi, nominent tres Fratres dicti Ordinis de natione Hibernica ad regendum idoneos, & Prior Provincialis Provincię Anglię ſecundum morem prędictum teneatur unum pręficere ex eiſdem in Vicarium dicti *Ordinis in* Hibernia, qui dicti Prioris Provincialis in omnibus, niſi quando idem Prior Provincialis in Hibernia perſonaliter pręſens foret, plenam ſuper ipſos Fratres haberet poteſtatem, & ubique inter ipſos Fratres in Hibernia teneret primum locum, cujus poteſtas non expiraret, etiam Priore Provinciali mortuo, vel amoto. Ipſe quoque Vicarius ſingulis annis in uno ex Conventibus Ordinis, & Terrę Hibernię prędictorum Capitulum valeret convocare, tenendum cum quatuor Fratribus, ad hoc ſecundum formam dicti Capituli aſſignatis, qui quidem Fratres plenam haberent poteſtatem ipſius Vicarii exceſſus audiendi, & corrigendi, & ipſum, ſi neceſſe foret, uſque ad Provinciale Capitulum ſuſpendendi. Idem etiam Vicarius cum ſupradictis quatuor Fratribus exceſſus dictorum Priorum Conventualium, & aliorum Fratrum ad ſuum Capitulum convenientium, & alibi in eadem Terra Hibernię exiſtentium audiret, corrigeret, & emendaret, nec alicui liceret facere proteſtationes, aut culparum reſervationes, ab eodem Vicario contra ſuas ordinationes. Et nihilominus prefatus Berengarius in eodem Generali Capitulo quamplura alia Fratrum, & Ordinis prędictorum in Hibernia ſtatum, & bonum regimen concernentia, ſtatuit, conceſſit, & etiam ordinavit, prout hęc omnia in authenticis literis Berengarii, & Diffinitorum prędictorum ſigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum pręſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dictorum Priorum Conventualium, & Fratrum Terrę Hibernię Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſtatuta, conceſſiones, & ordinationes, ac alia omnia, & ſingula in eiſdem literis contenta confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui ad pręfatum Ordinem gerimus ſingularem devotionis affectum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationes, conceſſiones, ac ſtatuta prędicta, necnon alia, & ſingula in eiſdem literis contenta, rata habentes, & grata, ea omnia auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentia ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in pręmiſſis; tenor autem dictarum literarum talis eſt. In Chriſto Jeſu ſibi Cariſſimis. Prioribus, Superioribus, ceteriſque Fratribus Ordinis Prędicatorum in Hibernia conſtitutis, Frater Berengarius Fratrum ejuſdem Ordinis Servus inutilis, augmentum continuum gratię ſalutaris. Novit veſtrę dilectionis affectus, quod ad inſtar Prędeceſſorum noſtrorum gratiam intendens facere ſpecialem, de voluntate, & ordinatione Diffinitorum Generalis Capituli Londini celebrati Anno Domini milleſimo trecenteſimo Decimo quarto vobis duxi concedendum, quod Priores Conventuales Hibernię, & Prędicatores Generales, & Socii Priorum a ſingulis Conventibus ad hoc ipſum electi, nominent tres Fratres de veſtra natione ad regendum idoneos, & Provincialis Anglię teneatur unum pręficere ex eiſdem in Vicarium Hibernię, qui Prioris Provincialis in omnibus, niſi quando idem Provincialis in Hibernia perſonaliter pręſens fuerit, plenam ſuper vos habeat poteſtatem, & ubicunque inter vos in Hibernia teneat primum locum, cujus poteſtas non expiret Priore Provinciali mortuo, vel amoto: Ipſe quoque Vicarius ſingulis annis in uno Conventu dictę Terrę Capitulum valeat convocare, tenendum cum quatuor Fratribus ad hoc ſecundum formam Capituli aſſignatis, qui plenam habeant poteſtatem ipſius exceſſus audiendi, & corrigendi, & ipſum, ſi neceſſe fuerit, uſque ad Provinciale Capitulum ſuſpendendi: Idem inſuper cum pręfatis quatuor Fratribus, exceſſus Priorum, & aliorum Fratrum ad ſuum Capitulum convenientium, &

Supplex Fratrum petitio.

Confirmat ut ſupra.

Tenor literarum Fratris Berengarii.

alibi

alibi in Terris Hiberniç exiſtentium audiat, corrigat, & emendet, nec alicui liceat facere proteſtationes, aut culparum reſervationes ab eo contra ſuas ordinationes. Ipſe inſuper cum quatuor Fratribus memoratis in Capitulo habeat poteſtatem Lectores creandi, & ipſos ad diſputandum licentiandi, & in illo Capitulo duo de Prioribus, vel Prędicatoribus Generalibus eligi debent, qui ad Capitulum Provinciale vadant pro omnibus, & ad idem Provinciale Capitulum Acta deferant Capituli ſupradicti. Ipſe tamen, qui vobis pręeſt, veniat ad Provinciale Capitulum cum Socio electo in illo Capitulo de quarto anno in quartum. Declaramus autem, quod Fratres Hiberniç poſſint interdum cedere juri ſuo, quod habent in Capitulo Provinciali Angliç, & in electione Provincialis ejuſdem Provinciç, & remanere propter pericula maris, & aliis de cauſis juſtis, exceptis illis duobus Fratribus, qui ad memoratum Provinciale Capitulum ſunt mittendi, ut ſuperius eſt expreſſum. Volumus autem, ut ſupradictus Prior Provincialis abſolvendi, eum qui vobis pręeſt, ut utilitas, & neceſſitas requiſierit, habeat poteſtatem, & quod in Capitulo Provinciali Angliç Viſitatores vobis annuatim mittat, ſicut fuit hactenus conſuetum. Ceterum cupiens diſpendiis occurrere, & periculis obviare, de memoratorum Diffinitorum Capituli Generalis conſilio, beneplacito, & aſſenſu, volo & ordino, quod ſi veſter Vicarius aliquo caſu exierit Hiberniam, de conſilio diſcretorum, unum de veſtra natione nominare, ac ſumere valeat, qui uſque ad ſuum regreſſum vices gerat Provincialis, quas ipſe geſſerat, dum in Hibernia remanebat, & ſi in Hibernia pręſens eſſet, & in infirmitate, vel alio juſto impedimento, & legitimo detineretur, ut non poſſet ad ſecundum Provinciale Capitulum in Hibernia tenendum perſonaliter ſe conferre; de conſilio diſcretorum, unum nominare, ac ſumere poſſit, qui auctoritate Provincialis in Capitulo vices gerat, quas vices, ſi pręſens fuiſſet, geſſiſſet. Quod ſi memoratum Vicarium mori, vel amoveri contigerit, ſervetur forma in conſtitutionibus tradita de Vicario Provinciali mortuo, vel amoto, quouſque vobis proviſum fuerit de Vicario ſecundum formam vobis ſuperius traditam. Ad hęc concedo de memoratorum conſilio Diffinitorum & aſſenſu, quod duos ſtudentes libere habeatis in Conventu Monaſterii Oxen. (3), & duos ęque libere in Conventu Cantabrigię (4), & tertium ſtudentem Pariſiis pro rata terrę veſtrę, ac duos ſtudentes Londen. (5), alios vero ſtudentes habeatis in aliis ſtudiis Generalibus ſecundum ratam terrę veſtrę ſupradictę. In ſtudiis vero particularibus Philoſophię Angliç aliqui veſtrum apti de Hibernia aſſignentur. Quod ſi Fratres Angliç pro ſuis Studentibus in hujuſmodi ſtudiis contribuant pro cauſa debita, & urgente, Vicarius Hiberniç pro Fratribus Terrę ſuę contribuat inibi collocatis. Si vero Fratres Angliç non contribuant in ſtudiis Philoſophię ſupradictis, vos ab hujuſmodi contributione penitus deſiſtatis. Poteſtatem autem mittendi hos Studentes ad ſtudia generalia, & eos revocandi pro prędict. Terrę rata, Vicario Hiberniç cum ſuis Diffinitoribus conjuncto de prędictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu vobis concedo. Item de prędictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu vobis concedo, quod ad contributionem pro Diffinitore Capituli Generalis, vel Socio, aut Provinciali, & Socio in anno Provincialium, aut pro confirmatione Prioris Provincialis nullo modo teneamini, ſed ſolum pro electoribus Magiſtri, & vocatis ad conſilium, aut pro cauſa Monaſterii in Terra Roman. (6) mota, ſeu impoſterum movenda, ſi contingat, & etiam Cantabrigię ſi cauſa conſimilis oriatur, ad quas contributiones una cum contributionibus, ſi qua per Magiſtrum imponi contingat Ordini in communi, teneamini juxta ratam Terrę veſtrę contingentem. Item concedo, quod Studentes in Anglia poſſint alienigenarum gaudere privilegiis, & quod poſſint Capitulis Provincialibus intereſſe, & quod quilibet Conventus Angliç, & Walliç Fratres veſtros, expectantes paſſaggium ſuper mare, ſicut ſuos, teneantur recipere. Item cum legata communia Angliç in nullo teneant Fratres Hiberniç, concedo vobis, quod ad ſuffragia Angliç non teneamini: prçter ea quę pro Rege, & Regina, & liberis eorundem fuerint gratioſe. Item concedo de memoratorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quod Vicarius, & Diffinitores ſui Capituli in Hibernia poſſint reſtituere ſuos pęnitentes (7) ſecundum formam reſtitutionis de reſtituendis pęnitentibus juxta morem conſuetum. Item volo de prędictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quod aliqui Fratres Terrę veſtrę apti, judicio diſcretorum, promoveantur ad gradus Baccalaurię, & Magiſtratus, penſatis ſufficientia, & meritis perſonarum. Porro cum in Actis Capituli Generalis Pariſiis celebrati Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Sexto fuerit ordinatum, quod ad Provincialem librorum volumina Fratris decedentis pertineant, volo, & ordino, quod libri hujuſmodi non ad Provincialem Angliç, ſed ad Vicarium Terrę veſtrę pertineant. Item concedo vobis de prędictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quod duos Fratres Terrę veſtrę mittere poſſitis ad Capitulum Generale, cum vobis videbitur expedire, pro veſtrę Terrę tuitione, & aliis veſtris libertatibus conſervandis. In quorum omnium teſtimonium, Sigillum noſtrum, una cum Sigillis Diffinitorum, qui affuerunt duxi pręſentibus apponendum. Datum Londini Anno quo ſupra in noſtro, ut dictum eſt, Capitulo Generali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, & ſupplementi infringere &c. Datum Romę apud S. Petrum Nono Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo. Sanctio pœnalis.

1. *Berengarius*.) *De Landorra*. Generalis Magiſter renunciatus eſt in *Carcaſſonenſi* Capitulo die XIII Maii MCCCXII.
2. *Archivo*.) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico *Lib. CX fol. 78.*
3. *Oxen.*) *Oxonien.*, in *Anglia*.
4. *Cantabrigia*.) In Anglia.
5. *Londen.*) *Londonien.* ibidem.
6. *Roman.*) Fortaſſis *Romania*.
7. *Reſtituere ſuos pœnitentes*.) Id eſt pœnas ipſis dimittere, ipſoſque priſtino gradu donare.

Anno 1400 Die 25 Martii.

Ut Piſani Monaſterii S. Dominici Moniales (1) ſemel eligere poſſint, quem voluerint confeſſorem.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCXLIII.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Conventui Monaſterii S. Dominici Piſan. Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRovenit ex veſtrę devotionis affectu, quo Nos, & Romanam Eccleſiam reveremini, ut petitiones veſtras, illas pręſertim, quę animarum veſtrarum ſalutem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc eſt, quod Nos, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut confeſſor, quem quęlibet veſtrarum duxerit eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contritę, & ore confeſſę fueritis, ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem in ſinceritate fidei, unitate S.R.E., ac etiam obedientia, & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium, perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedere valeat, devotioni veſtrę, tenore pręſentium indulgemus. Sic tamen, quod idem confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis, per vos, ſi ſupervixeritis, vel per alios, ſi tunc forte tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut pręfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, ut ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi, aliqua forte committeretis, quoad illa prędicta remiſſio nullatenus ſuffragetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, & voluntatis infringere. Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum VIII Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Gratis de mandato Domini Papę.

1. *Moniales*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.

INNOCENTIUS VII.

Ab anno MCCCCIV die XVII Octobris, ad VI Novembris MCCCCVI. Vide *Tom. II* hujuſce *Bullarii pag.* 471.

GREGORIUS XII.

Ab anno MCCCCVI die XXX Novembris, ad IV Julii MCCCCXV. Vide *Tom. II* hujuſce *Bullarii pag.* 482.

Anno 1408 Die 5 Novembris.

F. Ugolinus, Magiſter Sac. Palatii Apoſtolici, fit Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

VII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Ugolino Ord. Prędicatorum, ac Sacrę Theologię profeſſori, noſtrique Apoſtolici Palatii Magiſtro, ac ejuſdem Ordinis Vicario per Sedem Apoſtolicam deputato.

PIi Patris &c. Te Vicarium Generalem dicti Ordinis Prędicatorum uſque ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicę beneplacitum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, facimus, conſtituimus, ac etiam deputamus, tibi Ordinem pręfatum, ac omnes, & ſingulas ejus perſonas, Provincias, Monaſteria, ac loca tam virorum, quam fęminarum ipſius Ordinis ubicunque conſiſtentia, dicto beneplacito durante, regendi, & gubernandi . . . . ac ea, quę pro correctione, & reformatione hujuſmodi Provinciarum, Conventuum, Monaſteriorum, & Locorum, ac perſonarum expedire cognoveris, corrigendi, ac reformandi . . . . ac omnia, & ſingula quę Magiſter Ordinis pręlibati, ex quacunque auctoritate facere poteſt, tam per ſe, quam per alium, agendi, gerendi, ac exercendi, quę ad hujuſmodi Vicariatus officium, & commoditatem dicti Ordinis, cognoveris pertinere . . . . volentes, & expreſſe, tenore pręſentium, ſtatuentes, quod quę per te, vel alium, circa pręmiſſa, ſeu alia tangentia hujuſmodi Vicariatus officium, ordinaveris, ſeu feceris, ab aliquo Sedis Apoſtolicę inferiore, cujuſcunque auctoritatis, & dignitatis, ſtatus, vel poteſtatis exiſtat, impediri nequeat quomodolibet, vel infringi. Mandantes &c. Datum Arimini Nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. Authographum aſſervatur *Neapoli* in Monaſterio *SS. Petri*, & *Sebaſtiani*. Legitur in Ms. codice, auctore Fratrę *Archangelo Calvetti*, ſeu *Calbetti*, Recanatenſi, alumno Mutinenſis Cœnobii. Extat in Cœnobio *Bergomenſi*.

ALE-

ALEXANDER V.

Ab anno MCCCCIX die XXVI Junii, ad diem III Maii MCCCCX. Vide *Tom. II* hujuſce *Bullarii pag*.487.

Ulyſſipponenſe Monaſterium (1) S. Salvatoris variis redditibus donatur.

Anno 1410 Die 31 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

XXV.

MAgnę devotionis affectus, quam Venerabilis Frater noſter Johannes Archiepiſcopus Ulixbonen. ad Nos, ac Romanam gerit Eccleſiam, promeretur, ut votis ſuis, illis pręſertim, quę ad divini cultus augmentum concurrunt, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dicti Archiepiſcopi petitio continebat, quod olim ipſe, cum adhuc Eccleſię Portugalen. pręeſſet, ex devotione ſingulari, & proprię animę ſalute, de Apoſtolicę Sedis licentia ſpeciali, ſibi ad hoc conceſſa, Parochialem Eccleſiam S. Salvatoris Ulixbonen., in Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum Inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum, viventium, erexit, & de bonis, ad eum, ratione ſuę perſonę, ſpectantibus, dotavit competenter. Cum itaque poſtmodum, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prędictus Archiepiſcopus animadvertens, quod in dicto Monaſterio, in quo tunc circiter triginta Moniales Altiſſimo in divinis famulantes exiſtebant, prout exiſtunt, divini cultus, & Religionis propagatio augmentabatur, & cupiens, hujuſmodi divinum cultum, & Religionis propagationem per amplius augmentari, & ne hujuſmodi divinum cultum ipſum, propter defectum rerum temporalium, in eodem Monaſterio diminui, ſeu alias ..... contigeret, certas partes decimarum ad menſam Archiepiſcopalem Ulixbonen. pertinentes, tunc expreſſas, eidem Monaſterio, & Monialibus in eo pro tempore degentibus..... conceſſit, & nihilominus perpetuo Vicario pro tempore curam Parochianorum dictę Eccleſię, in hujuſmodi Monaſterio, ut pręfertur, erectę, gerenti, qui quidem ex redditibus perpetuę Vicarię dictę Eccleſię ſibi aſſignatis, ſuſtentari poteſt, & procurationes Archiepiſcopo Ulixbonen. pro tempore exiſtenti, ratione viſitationis debitas, ac adjectis certis clauſulis, & conditionibus remiſit, eumque relevavit ab eiſdem, dilectorum filiorum Capituli Ulixbonen. ad hęc accedente conſenſu, prout in inſtrumento publico ipſorum Archiepiſcopi, & Capituli ſigillis munito, quod in Cancellaria noſtra diligenter examinari, & pręſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dicti Archiepiſcopi, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum dictę partes decimarum, & procurationes, ad centeſimam partem reddituum dictę menſę non aſcendant, appropriationi, conceſſioni, remiſſioni, & relevationi prędictis, ac omnibus, & ſingulis aliis in dicto inſtrumento contentis, robur Apoſtolicę confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, appropriationem, conceſſionem, remiſſionem, & relevationem, & alia in eodem inſtrumento contenta hujuſmodi, rata habentes, & grata, ea auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor vero dicti inſtrumenti eſt talis. In Nomine Domini. Amen. Noverint univerſi pręſentis publici inſtrumenti ſeriem inſpecturi, quod anno a Nativitate ejuſdem Milleſimo Quadringenteſimo Quinto, Die vero Quinta Menſis Octobris, intus in Clauſtro Cathedralis Eccleſię nobiliſſimę Civitatis Ulixbonen., in quadam Capella, in qua per Beneficiatos pręſentis Eccleſię, fieri, & celebrari conſuevit Capitulum, perſonaliter conſtitutus Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Domnus Johannes, Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia, pręfatę Civitatis Archiepiſcopus, pręſentibus Dionyſio Johannis Decano, & Gunſalvo Dominici Cantore, & Gunſalvo Johannis Theſaurario, ac Dominico de Miſqueta, ac Gunſalvo Johannis, Garcia Martini, Alvaro Alfonſi Decano Colimbrienſi, & Johanne Dominici in decretis licentiato, Johanne Martini, & Petro Dominici, ac Roderico Garcię, & aliis Canonicis, & Portionariis dictę Eccleſię Ulixbonen., dixit, & eiſdem propoſuit, quod ipſe, diſponente Domino, ad Portugalenſem Eccleſiam evectus, ejuſdem Eccleſię juriſpatronatus Eccleſiam Parochialem S. Salvatoris hujus Civitatis, auctoritate Apoſtolica, in Monaſterium erexerat, & pro ſua diſpoſuerat magnificare ſepultura, ac in eodem Monaſterio ſic erecto, & aliqualiter ab eo dotato, certum numerum Monialium ſub Regula S. Auguſtini degentium, ac Fratrum Prędicatorum Ordine gubernandum, auctoritate jam dicta, ſtatuerat, quę Moniales in divinis perſeverantes laudibus, ad inſtar earum, quę in Monaſterio Sancti Sixti de Urbe exiſtunt, Nota, continue hactenus perdurarunt, ita quod Monaſterii jam dicti fama, ac vitę odor Angelicę, in multis hujuſmodi Regni partibus, fuit, & eſt mirabiliter circumfuſus; quapropter ſi ipſis ſuppeterent facultates, multę a ſeculi turbinibus, ad dictum Monaſterium, quaſi ad tutum portum Dei, relictis omnibus, confugerent, modo in victu, & veſtitu penuriam non paterentur; & quod idcirco ipſe bonę rei volens dare conſilium, & quantum in eo eſſet, Religionem plantatam in agro Dominico dilatare cupiens, dictum Monaſterium, in quo elegerat ſepeliri, de bonis Eccleſię ſuę magnificare, atque dotare, prout ei a jure permittebatur, & hac de cauſa, Pontificalem, atque Canonicam Tertiam, quam Prędeceſſores ſui de omnibus Decimis, a Parochianis dictę Eccleſię S. Salvatoris, nuncupatę Monaſterii, & ejus Capellę S. Marię de Benefica in ſolidum habuerunt, & nunc etiam ipſe habebat, & recipiebat hactenus, ac etiam quartam Canonicam Pontificalem, quam de omnibus Decimis in Eccleſia S. Pauli de Salvaterra ſuę Dięceſis, ad pręſens habere dignoſcitur, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, dicto Monaſterio, Prioriſſę, & Monialibus ejuſdem, pręſentibus, & futuris, donabat, & concedebat, ac in perpetuum aſſignabat, prout de facto conceſſit, donavit, & aſſignavit, & a ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & ab Eccleſia

ſua

ſua, dictas Tertiam, & Quartam Decimarum evellebat, & abdicabat, volens ut de cetero cederent ędificationi dicti Monaſterii, ac in fabricam ejus, quamdiu opus eſſet, expenderentur, & Monaſterio ędificato, & plene conſtructo, in uſum veſtium dictę Prioriſſę, & Monialium, atque aliarum ſuarum neceſſitatum converterentur. Adjecit inſuper prętatus Dominus Archiepiſcopus, quod cum ab initio dicti Monaſterii, Vicario dictę Eccleſię, qui curam Parochianorum gereret animarum, & dictis Monialibus Miſſarum ſolemnia celebraret, certa portio in pecunia, pane, & vino, & aliis fuerit per ipſum aſſignata, a qua portione ſic ſibi aſſignata, procurationem ſibi, & ſucceſſoribus ſuis viſitantibus Vicariam ejuſdem Monaſterii, ratione Parochię, debuiſſet eis ſolvere, quam ſi ſolviſſet, vix in dicto Monaſterio, valuiſſet, prętextu paupertatis, ad hęc onera obligatus, legitime reſidere, volens, & pręcavens, ut dicebat, ne hujuſmodi occaſione, impoſterum dictum Monaſterium in cura, & obſequiis prędictis, ac etiam ſuis redditibus fraudaretur, idcirco procurationem prędictam, omnimode, favore dicti Monaſterii remiſit perpetuo, & donavit Vicario memorato, & quod hęc ſibi, & ſucceſſoribus retinebat, ac retinuit, ut quando ipſe, aut Archiepiſcopi, qui pro tempore fuerint, ad Monaſterium prędictum, cauſa viſitandi Vicariam, & Parochiam, ut de jure tenentur, acceſſerint, & viſitaverint, recipiant ab eodem Vicario, procurationis nomine, ſi feriis, in quibus eſu carnium veſcebatur, officium peregerint viſitationis, panes albos duodecim, qui menſuram unam, quę Alquiere dicitur, non excedant, & vini albi, rubrique vini lagenas duas, ultra ſummum aliunde non exurgentes, ac duo paria altilium, ſeu caponum; ſi autem quarta feria, ſexta, ſabbatoque, aut aliis quibuſcunque diebus ipſum, aut ejus ſucceſſores viſitare contingeret, loco altilium prędictorum, duodecim piſces, qui Linguados vocantur, aut quatuor . . . . . hoc eſt quatuor peixotas, ſibi, & dictis Succeſſoribus prętatus Vicarius ſolvere teneatur. Ut autem ſupra ſcripta fuiſſent, & eſſent perpetua firmitate ſubnixa, dictus Dominus Archiepiſcopus petiit a dictis Decano, Cantore, Theſaurario, & Capitulo ſuper prędictis allandationem, & aſſenſum, & prętati Domini de Capitulo, & Capitulum, habita ſuper omnibus deliberatione, dictis omnibus, & ſingulis expreſſe dedit aſſenſum, ſalva decima dictę Tertię, quę Decano a decima tertię dicti Monaſterii, & Archidiacono Starenen. a quarta dictę Eccleſię Sancti Pauli, competit, & eis debetur, de quibus omnibus, & ſingulis prętatus Dominus Archiepiſcopus petiit, ſibi a me infraſcripto Tabellione fieri, & dari partibus etiam publica inſtrumenta, ſignata, & ſubſcripta, per eum, ac Decanum, & Cantorem prędictos, & ſigillata Sigillis ſui, & dicti Capituli. Acta fuerunt in ſupradicto loco, die, menſe, & anno quibus ſupra, pręſentibus venerabilibus viris Stephano Alphonſo Auditore prętati Archiepiſcopi, Gunſalvo Johannis, & Alphonſo Roderici mediis Canonicis, & Martino Alphonſi, Gometio Johannis, & Petro Johannis in dicta Cathedrali Eccleſia Quartanariis, & Gunſalvo Roderici Scriba prętati Capituli, & aliis quampluribus teſtibus ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Archiepiſcopus Ulixbonen. Dionyſius Decanus Ulixbonen.: Gonſalvus: Et me Lupo Dominici publico regia auctoritate in prędicta Ulixbonen. Civitate Tabellione infraſcripto, qui ex proprio originali, bis, & ſingulis omnibus, ſicut pręmittitur, dum agerentur, & fierent, una cum pręnominatis teſtibus pręſens fui, eaque omnia, & ſingula, ad inſtantiam prętati Domini Archiepiſcopi in hoc publico inſtrumento manu propria ſubſcripſi . . . . ſignoque meo ſolito, & conſueto in fidem, & teſtimonium pręmiſſorum rogatus, & requiſitus ſignavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Bononię II Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Monaſterium*.) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ*.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ulyſſipponenſi*.

JOHANNES XXII, dictus XXIII.

Ab Anno MCCCCX die XVII Maii, ad XXXI Maii MCCCCXV. Vide *Tom. II hujuſce Bullarii pag.* 504.

MARTINUS V.

Ab anno MCCCCXVII die XI Novembris, ad XX Februarii MCCCCXXXI. Vide *Tom. II* hujus *Bullarii pag.*532.

F. Johanni (1) tituli S. Sixti S.R.E. Cardinali, aliiſque duobus Cardinalibus, ut de vita, virtutibus, & Miraculis Petri de Luxemburgo inquirant.

Anno 1418 Die 8 Maii.

CCXLVII.

*Ex Bollandiſtis in Actis Sanctorum Tomo XXVII ad diem II Julii pag.*614.

Martinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Petro Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filiis, Johanni tit. B.Sixti, ac Petro tit. S.Chryſogoni, Presbyteris Cardinalibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pater miſericordiarum, conditor humani generis, & Redemptor, ad ſalutem hominum pia ſemper miſeratione proſpiciens, de ſolitę pietatis beneficiis, miniſtris ſuis, in ſtadio hujus vitę currentibus ſic largiflue nonnunquam gratię ſuę dona diffundit, ſicque ipſos in benedictionibus dulcedinis prębenit, quod ipſi, mundalibus abdicatis illecebris, piis, & virtuoſis operibus intendentes, non ſolum poſt devictum, triumphatumque mundum, immarceſſibile bravium in patria accipiunt, ſed etiam ante, & poſt felicem eorum obitum, miraculorum coruſcatione clareſcunt. Unde nimium exultans mater Eccleſia, ut debite honorentur in terris, partem ſuę ſolicitudinis, prout expedit, interponit, ex his namque fidelibus augetur devotio, & rectitudo Chriſtianę Fidei comprobatur. Nuper ſiquidem pro cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli, Regis Francorum illuſtris, coram Nobis, & vobis, Fratres Epiſcopi, & Filii, Presbyteri Cardinales, & aliis Fratribus noſtris, in conſiſtorio fuit propoſitum, quod recolendę memorię Petrus de Luxemburgo in obedientia quondam Clementis VII in ſua obedientia nuncupati, Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis, a teneris annis petram Chriſtum ſtuduit imitari, exterius candore niveo reniteſcens per carnis angelicam puritatem, & interno rubore aureo incaleſcens per divini amoris ardentiſſimam caritatem, quodque ad ejus tumulum variis detenti languoribus receperunt hactenus, & continuo recipiunt ſanitatem, ac alias ipſum divina clementia multis, & magnis miraculis clarificare non ceſſat. Quare idem Rex per ejus Ambaſciatores nobis ſupplicavit humiliter, ut ad Canonizationem dicti Petri procedere dignaremur. Verum cum non deceat illum in terris ſine veneratione relinqui, quem ſancta converſatio, & miracula ſanctum clamant; conſiderantes tamen, quod Sancta Romana Eccleſia propoſitum in tanto fidei negotio, ubi videlicet de re tam ardua quęritur, cum magna conſuevit maturitate procedere, circumſpectioni veſtrę, de qua in iis, & aliis, plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, quatenus vos, vel duo veſtrum, de vita, & converſatione dicti Petri, ac hujuſmodi miraculis, ceteriſque circumſtantiis, hujuſmodi negotium ſpectantibus, inquiratis, auctoritate noſtra veritatem, voſque diligentius informetis, & quę per inquiſitionem, & informationem hujuſmodi inveneritis, fideliter Nobis referre curetis, ut per hoc ſufficienter inſtructi, in ipſo negotio, quod Deo gratum fuerit, ejus Nobis aſſiſtente clementia, juxta noſtri officii debitum, exequi valeamus. Ceterum, ſi perſonaliter circa examinationem teſtium, quos in eodem negotio produci continget, vacare commode non poſſitis, volumus, quod examinationem hujuſmodi, in Romana Curia, & extra eandem, faciendam, locorum Diœceſanorum Ordinariis, aut eorum officialibus, ſeu in ſpiritualibus Vicariis, vel aliis perſonis idoneis committere valeatis, ſuper quo vobis concedimus poteſtatem. Datum Conſtantię, VIII Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

P. de Callio.

1. *Johanni.*) Ordinis Prædicatorum alumno, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Gregorii XII Tomo II hujuſce Bullarii pag.*485.

Confeſſarios Regulares non advertentes, vel ignorantes Excommunicationes, & Cenſuras reſervatas, ac de eis abſolventes Pœnitentes, poſſe ab Irregularitatibus, ſeu Cenſuris, ſi quas propter hujuſmodi præſtitam abſolutionem incurrerint, abſolvi, vel diſpenſari, concedit (1).

Anno.... Die.....

CCXLVIII.

*Ex Bullario Caſſinenſi T.I Conſt.LI pag.*49.

MARTINUS V.

Cum ſępe boni Religioſi, ex caritate, vel Prelatorum obedientia cogantur ad Confeſſiones audiendas, & ſint multiplices, & inexplicabiles ſententię excommunicationis in corpore Juris, quarum nonnullę etiam a peritiſſimis ignorantur, ex quo dicti Religioſi propter conſcientię timorem, quoniam dubitant ſe incurriſſe in aliquam cenſuram Eccleſiaſticam abſolvendo inadvertenter aliquos, aliqua excommunicatione innodatos, cujus excommunicationis abſolutio Superiori reſervatur, ne dicti Religioſi cogantur contra Caritatem, & Prelatorum obedientiam facere, vel prefatas metuere ſcrupuloſitates, conceditur, quod dicti Religioſi, ſi prefata, vel ſimili cauſa inadvertenter incurrerint irre-

irregularitatem, vel excommunicationem, poſſint per eorum idoneos Confeſſores auctoritate Apoſtolica abſolvi, & diſpenſari, cum oportuerit. Et quod prędicta vires habeant oraculo vivę vocis, non obſtante, quod non fiat Bulla, vel quibuſcunque aliis contrariis, niſi ex craſſa, & ſupina ignorantia cenſuram, vel irregularitatem incurrerint.

1. *Concedit.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*

EUGENIUS IV.

Ab anno MCCCCXXXI die III Martii, ad XXIII Februarii MCCCCXLVII. Vide *Tom. III* hujus *Bullarii pag.* 1.

Anno 1434
Die ....

CCCVI.

Ut Aveirenſis Cœnobii Fratres in articulo mortis confeſſorem, quem voluerint, ſeligere poſſint.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Eugenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Univerſis Fratribus Domus Beatę Marię de Miſericordia loci de Aveiro Ordinis Fratrum Prędicatorum Colimbrien. Diœceſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

PRovenit ex veſtrarum devotionum affectu, quibus Nos, & Romanam Eccleſiam reveremini, ut petitiones veſtras, illas pręſertim, quę veſtrum, & aliorum Chriſtifidelium uſum, & ſalutem reſpiciunt ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Hinc eſt quod Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut confeſſores veſtri, quos ſinguli veſtrorum tam pręſentium, quam futurorum, duxerint eligendos, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem, vobis in ſinceritate fidei, unitate Sanctę Romanę Eccleſię, ac obedientia, & devotione noſtris, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedere valeat, devotioni veſtrę, tenore prętentium, indulgemus; ſic tamen, quod ipſi Confeſſores de his, de quibus alteri fuerit ſatisfactio impendenda, eam vobis per vos, ſi ſupervixeritis, vel per alios, ſi tunc forte tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini. Ut autem vos, & quilibet veſtrum, per hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad licita, & honeſta facienda ... quod ſi ex ... remiſſionis hujuſmodi aliqua forte .... quę ad illam ... prędicta remiſſio nullatenus ſuffragetur, & inſuper volumus, quod quilibet veſtrum, qui pręſentis noſtrę conceſſionis effectum conſequi delegit, per unum annum a tempore, quo pręſens noſtra conceſſio ad ejus notitiam pervenerit, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunet. Quod ſi prędictis feriis ex pręcepto Eccleſię, regulari obſervantia, injuncto pęnitentię pręcepto, vel alias jejunare teneatur, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qui ad jejunandum, ut pręmittitur ..... jejunet; & ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſet legitime impeditus, anno ſequenti, vel alias quam primum poterit, modo ſimili, hujuſmodi ſupplere jejunium teneatur. Verum ſi forſan ipſe pręfatum jejunium in toto, vel in parte, quandocunque admittere commode nequiverit, eo caſu Confeſſor idoneus, quem ipſe ad hoc elegerit, jejunium hujuſmodi in alia pietatis opera, prout ejus conſcientia expedire viderit, commutare valeat, quę ipſe pari modo debeat adimplere, alioquin dicta conceſſio nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1439 (a) ....., Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ea autographo *Aveiren.*

2. 1439.) Legendum MCCCCXXXIV, vel MCCCCXXXIII cum enim dies non ſit adſcripta, id certo definiri nequit.

De

De quibuſdam reſtituendis Conventui Cortonenſi (1).

Anno 1438 Die 15 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis:*

CCCVII.

Eugenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Johanni Abbati Monaſterii S. Pauli extra muros Urbis in Civitate noſtra Peruſina reſidenti, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

HUmilibus ſupplicum votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum Domus Cortonen. Ordinis Prędicatorum petitio continebat, quod dilecti filii Guardianus, & Fratres Domus Sanctę Margaritę, necnon dilectę in Chriſto filię .... Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii de Targia, etiam Cortonen., Minorum, & Sanctę Clarę ...., ac eorum Procuratores, ſive Syndici, & quidam ..... clerici, & laici Civitatis, & Dięceſis Cortonen. ſuper quibuſdam pecuniarum ſummis, & rebus aliis, quę dictis Priori, & ipſius Domus Ordinis Prędicatorum Fratribus de hęreditate quondam Johannis Gori Fucci laici, & alias in eleemoſynam erogatę ſunt, injuriantur eiſdem. Quare pro parte Prioris, & Domus Ordinis Prędicatorum Fratrum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut omnes, & ſingulas cauſas, quas pręmiſſorum occaſione contra Guardianum, ac Domus Sanctę Margaritę Fratres, & Abbatiſſam, Conventus, clericos, laicoſque prędictos movere intendunt, alicui in partibus illis committere, & alias eis ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas; faciens quod decreveris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtantibus fel. rec. Bonifatii PP. VIII. Prędeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Dięceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuę Dięceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica deputati extra Civitates, & Dięceſes in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſive alii, vel aliis, vices ſuas committere pręſumant, necnon aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcunque. Aut ſi Guardiano, & ipſius Domus Sanctę Margaritę Fratribus, necnon Abbatiſſę, Conventui, clericis, & laicis prędictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Ferrarię Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo Septimo (3) XV Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Johan. de Steccatis.

1. *Cortonen.*) Juris eſt Congregationis *Sancti Marci Florentię*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Cortonenſi*.

3. *Septimo.*) Stylo Bullarum, ęrę communis MCCCCXXXVIII.

De reformando Senenſi Conventu.

Anno 1442 Die 20 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CCCVIII.

Dilectis Filiis Prioribus Geber (2) Communis, & Capitaneo Populi Civitatis Senarum.

EUGENIUS PAPA IV.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

COnſtituimus, decrevimus, atque ordinavimus ad honorem Dei, & Virginis Marię, & augmentum Sacri Ordinis Prędicatorum, atque etiam ad conſolationem, & ędificationem Populi Senarum, regularem obſervantiam poni, & obſervari in Conventu Sancti Dominici Senen., atque ea ratione a diverſis Conventibus Fratres ejuſdem Ordinis advocavimus, & iſthuc ad ſupranominatum Conventum mittimus. Nos igitur, quamvis conſuetam veſtram erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Virginem ejus matrem, pietatem cognoſcamus, tamen ut alacriores, & promptiores, ad hoc pium, & laudabile opus vos redderemus, hortamur vos in Domino, ut Fratribus prędictis, & toti ipſi negotio ita faveatis, ut effectum celerem ſortiatur, qua de re, & in hoc mundo laudes, & in Cęlo gloriam conſequamini, & ſalutem. Datum Florentię, ſub Annulo noſtro ſecreto die XX menſis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Senenſi*.

2. *Geber.*) Corrupta vox. Legerem: *Gubernii*.

Ut Fratres Minores principaliorem, & digniorem locum cedant (1) Fratribus Ordinis Prędicatorum.

Anno 1442 Die 26 Julii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CCCIX.

Venerabili Fratri Bartholomęo Epiſcopo Cortonii.

EUGENIUS PAPA IV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Fide digna relatione percepimus, quod cum in Civitate Cortonii, in proceſſionibus, ſive aliis Congregationibus, Religioſi pariter adunantur, Fratres Ordinis Minorum Fratres Prędicatores pręcedere, & locum inter eos principaliorem obtinere contendunt; ex quo ipſis Religioſis diſcordantibus, poſſet Clerus, & Populus ſcandalizari, & multorum impediri devotio. Cum autem, & in noſtra Romana Curia, & alibi in hujuſmodi actibus eidem Prędicatores, utpote in Dei Eccleſia antiquiores, inter eoſdem Minores, & ceteros Religioſos Mendicantes locum priorem, ac digniorem obtineant, ut etiam in Dięceſi tua idem Religioſorum Ordo ſervetur, ſummoveaturque omnis materia contentionis, & ſcandali, fraternitati tuę per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus prędictis Prędicatoribus, & Minoribus Fratribus convocatis, Ordini Prędicatorum, & Fratribus ejus in proceſſionibus, & congregationibus hujuſmodi, principaliorem, & digniorem locum, juxta Ritum Romanę Curię, & alibi obſervari conſuetum, deputes, & aſſignes eis, a Minoribus Fratribus in hoc deferri facias, & decernas id ipſum auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam ita ſemper in poſterum obſervari, ſuper quibus plenam tibi, tenore pręſentium, concedimus facultatem. Datum Florentię ſub Annulo noſtro ſecreto Die Vigeſima Sexta Julii, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

Nota.

Cincius.

1. *Cedant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Lit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Cortonenſi.*

3. *Bartholomęo.*) *De Rimbertinis*, ut in variis inſtrumentis hac de re datis, quę in tabulario *Cortonenſi* Conventus aſſervantur, nominatur. Et ex hoc firmantur quę dicta ſunt *Tom. III hujuſce Bullarii pag. 216*, & 226.

De reformando Senenſi Conventu.

Anno 1444 Die 15 Februarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Dilectis Filiis Prioribus Geber (2) Communis, & Capitaneo Populi, necnon Conſilio Civitatis Senarum.

CCCX.

EUGENIUS PAPA IV.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ex literis devotionis veſtrę, diſceſſum Fratrum regularis obſervantię domus Sancti Dominici Senen. Ordinis Prędicatorum ex Civitate veſtra nunciantibus, non parum moleſtię, ac doloris accepimus, cum poſt tot literas a Nobis accurate, & ex corde ſcriptas, totque requiſitiones, rem ipſam ad optatum finem deductam eſſe denunciari expectabamus. Cum enim magno ſtudio, & ſingulari quadam ad Urbem veſtram affectione, pro Dei gloria, pro ſalute animarum, pro honore etiam Civitatis, ſicut noſtri officii, noſtręque (3) paſturalis cura requirit, domum ipſam Prędicatorum, quę una eſt ex principalioribus Senen. clauſtris, ad frugem vitę melioris, & ſpiritualem quandam lucem, jam fere biennio reformare laboraſſemus, putabamus pro devotione veſtra erga Nos, & Sedem Apoſtolicam, in ea re, quę non ſtatum; non veſtra temporalia commoda reſpicit, ſed zelum domus Dei, & fructum animarum, ac meſſis noſtrę Evangelicam ubertatem, non mediocri vos reverentia decreta noſtra, & exhortationes debere ſuſcipere. Neque enim egreſſus illorum Fratrum Regularis obſervantię ullatenus contigiſſe videtur, niſi poſt varios ſtrepitus, & inſultus valore veſtrorum Civium in eos hactenus factos, viri quidem Deo devoti, aut tędio magno affecti, aut prorogata eis conſilii veſtri reſponſione, aut forte, quod vos latet ..... eis aſtute terrore injecto, per ejuſmodi egreſſum, quieti eorum, atque conſcientię, & paci conſulere compulſi fuiſſent. Quis enim diceret, parvam moram, quam ſcribitis eos aſpernatos fuiſſe, qui irriſiones, & contumelias, ac fremitus Fratrum, & Laicorum tot jam menſibus ęquo animo ſuſtinuerunt, ſed in hac expreſſa Dei Omnipotentis injuria, & Apoſtolicę Sedis, plurimorum devotorum Civium veſtrorum, & major pars conſilii mitigat mentem noſtram, quorum intelleximus pia vota, & deſideria ad hanc Religionis ſalutarem inſtaurationem adſpiraſſe, & bonam voluntatem in dies ſemper in ipſis incrementum ſuſcepiſſe, quemadmodum viva voce didicimus, cum Senis pręſentes eſſemus; inſuper vos, & ita veſtrum conſilium ſalubriter deliberaſſe, ut ſcilicet concluſio pro Religioſis obſervantię deliberata, ut Nos ſcripſeramus, executioni debitę demandata fuiſſet, & ipſi Fratres de clauſtro, ad quod miſſi fuerant, quiete potirentur, & veſter Magiſtratus in opere tam laudabili Nobis ſatisfeciſſe videretur, locuſque ille Prędicatorum inſignis eſſet, & non haberet profanatores divinę laudis, ſed veros cultores, divinorum Sacramentorum

ido-

Digitized by Google

idoneos haberet Miniſtros, neque defunctorum animę debitis fraudarentur ſuffragiis, neque ſpiritualis decor per rebelles ibi habitantes in opprobrium hominum verteretur, & Cives veſtri non eſſent participes communicationis hujuſmodi. Quibus non obſtantibus, ſi expulſi ſint, ut ſcribitis, a territorio veſtro Fratres illi, alias notati, ſi Fratres regularis obſervantię in quiete manere debeant ex noſtra deliberatione jam facta, ſeu ordinatione Apoſtolica, tanquam veri Chriſticolę aliter operari, & veſtram in hoc, quam literis profitemini integritatem, obſervare cupitis, revocate pręfatos Fratres regularis obſervantię, ac Vicario ipſorum literis efficacibus ſcribatis, ut eos, tanquam a vobis bene tractandos remittat, & taliter ſcribere, & operari velitis, ut omnem abjiciant ſuſpicionem, quem etiam ad id Nos inducemus, ut ipſi revocati, ſemotis quibuslibet obſtaculis, vitam in domo illa regularem, & celibem ducere poſſint, & valeant, fiantque a priſtinis moleſtiis, & turbationibus penitus alieni. Quod ſi hoc ipſum, quod credere non poſſumus, a vobis negligi contigerit, veremur hanc ſanctam inſtitutionem divino judicio vindicari. Nos vero, ut tenemur, hujuſmodi juſtam, & piam cauſam non deſerentes, opportunis, & rationabilibus remediis juris, tueri curabimus. Super quibus dilectus filius Thomas de Tauzzano Subdiaconus noſter de noſtra mente plene informatus, nonnulla, noſtro nomine, devotioni veſtrę referet, cui in explicandis fidem indubiam adhibere placeat. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo noſtro ſecreto, Die XV Februarii, Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Senenſi.*
2. *Geber.*(Legerem *Gubernii.*
3. *Noſtraque.*) Adderem: *Sollicitudinis.*

NICOLAUS V.

Ab Anno MCCCCXLVII, die VI Martii, ad XXIV Martii MCCCCLV. Vide *Tom. III* hujus *Bullarii pag.* 237.

Ut Prior Mantuani Conventus cum aliis novem præſit hoſpitio pauperum Mantuan.

Anno 1450 Die 14 Martii.

CXII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

AD exequendum Summi Pontificatus officium, cui diſponente Domino pręſidemus, ſolicitis ſtudiis intendentes circa quorumlibet Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum ſtatum ſalubriter, & proſpere dirigendum, noſtrę conſiderationis intuitum libenter extendimus, & dum fidei conſtantiam, ſincereque devotionis affectum, quem dilectus filius nobilis vir Ludovicus Marchio Mantuę erga Nos, & Romanam gerit Eccleſiam, diligenter attendimus, dignum, & juſtum eſſe cenſemus, ut votis ſuis, illis pręſertim, quę ipsorum Hoſpitalium commodum, & pauperum perſonarum utilitatem concernunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sane pro parte dicti Marchionis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & Glorioſiſſimę Dei Genitricis honorem, quoddam Hoſpitale, quod maximum, & principale in Civitate Mantuan.' ſit ſub vocabulo Beatę Marię della Corneta, Conſortium nuncupatum, in loco congruo, & honeſto, cum omnibus ad hoc neceſſariis pro uſu, & habitatione pauperum, & infirmorum, aliarumque miſerabilium perſonarum erigi, & ędificari facere intendit, ſi ad id Apoſtolicę Sedis accedat aſſenſus. Quare pro parte pręfati Marchionis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictum Hoſpitale fundandi, & ędificandi licentiam concedere, necnon omnia, & ſingula Hoſpitalia in dicta Civitate, & extra muros exiſtentia, Sancti Antonii Hoſpitali duntaxat excepto, unire, annectere, & incorporare Hoſpitali erigendo prędicto, ac alias ſuper hoc opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, tam pium ipſius Marchionis propoſitum in Domino commendantes, dictum Hoſpitale pro uſu, & habitatione pauperum perſonarum hujuſmodi, ſub vocabulo Beatę Marię della Corneta, Conſortium nuncupatum, ut pręfertur, in loco, prout ipſi Marchioni videbitur, congruo, fundandi, & conſtitui faciendi, auctoritate Apoſtolica, licentiam elargimur, necnon omnia, & ſingula Hoſpitalia pręfata, quorum nomina, & cognomina, necnon eorum terras, & poſſeſſiones, & quęcunque alia bona mobilia, & immobilia ad ipſa Hoſpitalia pertinentia, ſive in futurum pertinuerint, quę etiam per earum loca, vocabula, qualitates, quantitates, valores, & confines, pręſentibus haberi volumus pro expreſſis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ubicunque conſiſtant, etiamſi in eis, vel aliquo eorum quibuſcunque laicis juſpatronatus competeret, accedente tamen eorum patronorum conſenſu, & per quaſcunque perſonas tam laicas, quam eccleſiaſticas, cujuſcunque Ordinis exiſtant, regi, aut conferri conſueverunt. Ita tamen quod Hoſpitale erigendum hujuſmodi teneatur ad quęcunque onera, & gravamina, ad quę tenentur hujuſmodi Hoſpitalia unienda, Sancti Antonii Hoſpitali prędicto duntaxat excepto, eidem Hoſpitali Beatę Marię della Corneta, ut pręfertur, erigendo, auctoritate Apoſtolica pręfata, ex certa ſcientia tenore pręſentium, unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod, cedentibus, vel decedentibus dictorum Hoſpitalium Rectoribus, ſeu Commendatariis, vel ipſorum aliquibus aliquod ex ipſis Hoſpitalibus quomodolibet dimittentibus, liceat Rectori in eodem Hoſpitali Beatę Marię deputando corporalem poſſeſſionem Hoſpitalium hujuſmodi, juriumque, & pertinentiarum prędictorum, auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere, necnon fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta ipſorum Hoſpitalium in pauperum prędictorum uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, & cujuſcunque alterius ſuper hoc, licentia minime requiſita. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &

Ordinationibus Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Hoſpitalium prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Hoſpitalibus hujuſmodi in illis partibus ſpeciales, vel generales dictę Sedis, vel legatorum ejus, literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet proceſſum ſit, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & quęcunque inde ſecuta ad dicta Hoſpitalia volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Hoſpitalium aliorum prędjudicium generari, & quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, vel literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Et nihilominus Ven. Fratrem noſtrum Epiſcopum Mantuan., & dilectos filios Sancti Andreę intra, ac Sancti Benedicti de Padolirone extra muros Mantuan. Monaſteriorum Abbates Ordinis ejuſdem Sancti Benedicti, necnon Archidiaconum, Archipresbyterum, & Prępoſitum Eccleſię Mantuan., ac Priorem, & Guardianum de obſervantia domorum Sanctorum Dominici, & Franciſci, etiam Mantuan. Ordinum Fratrum Prędicatorum, & Minorum, necnon Priorem Monaſterii S. Trinitatis extra muros prędictos Ordinis Cartuſienſium cum pręſato Marchione conſtituimus, & deputamus, ut ipſi omnes decem quatuor Cives Mantuan. viros idoneos eligant, & ipſi decem, una cum dictis Civibus Rectorem dicti Hoſpitalis Beatę Marię eligere, & ſi expediens fuerit, amovere debeant, conſtituimus, & ordinamus. Inſuper Epiſcopo, Abbatibus, Archidiacono, Archipresbytero, Prępoſito, Prioribus, & Guardiano, ac Marchioni pręfatis, ut ipſi, vel duę partes ipſorum, omnia, & ſingula bona mobilia, & immobilia prędicta ad pręfata Hoſpitalia pertinentia, ſive quę ad ipſum Hoſpitale erigendum quomodolibet pertinebunt, aut pertinuerint in futurum, ex nunc vendendi, alienandi, & permutandi, ac pretium in conſtructionem, & ędificationem ipſius pręfati Hoſpitalis, & in dictum pauperum uſum, & utilitatem convertendi, ac circa prędicta, prout ipſorum conſcientię videbitur, diſponendi, ordinandi, & exequendi, plenam, & liberam, eadem auctoritate, tenore pręſentium, concedimus facultatem. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ac quorumcunque teſtatorum voluntatibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, etiamſi de ipſis, eorumque totis tenoribus, habenda foret in noſtris literis mentio ſpecialis. Et inſuper irritum, decernimus, & inane, ſi ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernentes etiam pręfatam unionem per hoc noſtrum ſpeciale indultum conceſſam per quamcunque generalem revocationem tacitam, vel expreſſam, non intelligi eſſe revocatam, etiamſi nondum ſuum ſortita eſſet effectum, niſi de ea fuerit mentio facta ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę elargitionis, voluntatis, unionis, annexionis, incorporationis, conſtitutionis, deputationis, ordinationis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo Nono (a) Pridie Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano*.

2. *Nono*.) Stylo Bullarum, aut communis *MCCCCL.*

Anno 1453 Die 5 Novembris.

Ut Soncinenſis (1) Cœnobii Fratres ſint in poſſeſſione Capellaniæ Sancti Chriſtophori.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXIII.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Cremonenſi, & Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Laurentii Cremonenſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUa Nobis dilecti filii Prior, & Fratres Domus Sancti Jacobi loci Soncini, Cremonenſis Dięceſis, Ordinis Prędicatorum petitione monſtrarunt, quod licet dum olim Eccleſia Sancti Jacobi, & Domus corundem, quę tum ſecularis, & Parochialis erat, eidem Domui, auctoritate Apoſtolica, perpetuo applicata, & appropriata, & Altare Sancti Chriſtophori ſitum in eadem Eccleſia poſt applicationem, & appropriationem hujuſmodi, primo dotatum fuiſſet .... Dos ejuſdem Altaris dictis Priori, & Fratribus in eleemoſynam perpetuam, itaut fructus dotis ejuſdem per eos in conſervationem paramentorum, & ędificiorum Domus, & Eccleſię prędictarum, & alias in licitos ipſorum Fratrum uſus converterentur, & proinde iidem Fratres Miſſas in ipſum Altare juxta ipſorum Patronorum ordinationem celebrare tenerentur, rite, & legitime aſſignata fuerit, ipſique Fratres, ex tunc per viginti quinque annos, vel circa fructus dotis hujuſmodi ad uſum prędictos pacifice, & quiete perceperint, & Miſſas celebraverint juxta ordinationem antedictam, nulla alicujus Capellę, ſeu perpetuę Cappellanię, aut perpetui Eccleſiaſtici Beneficii ſecularia inſtitutione, ſeu fundatione, aut erectione ad dictum Altare de dote, ſeu fructibus hujuſmodi canonice facta: Tamen nuper Petro de Gadaſchis Archipresbytero Eccleſię Beatę Marię dicti loci falſo Nobis ſuggerente, quod perpetua Capellania ad Altare prędictum canonice fundata, nullo poſt ejus fundationem in ea perpetuo Capellano inſtituto, proprio Capellano uſque tunc caruiſſet, & careret, tacito etiam per eundem Petrum de hoc, quod dicta Eccleſia Sancti Jacobi pręfatę domui applicata fuiſſet, ut prefertur, ac de ordinatione Patronorum, & aſſignatione dotis hujuſmodi ipſis Priori, & Fratribus facta, Nos hujuſmodi ſuggeſtione .... Prępoſito Eccleſię Sanctorum Nazarii, & Celſi Brixien. ejus proprio nomine non expreſſo, & certis tunc expreſſis ejus in parte Collegis, noſtris dedimus literis in mandatis, qua-

quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, dictam Capellaniam prefato Petro auctoritate noſtra conferrent, & aſſignarent, ac ipſum in ejuſdem Capellanię poſſeſſionem inducerent, & ſibi facerent de illius fructibus, redditibus, & proventibus integre reſponderi; quodque poſtmodum Manfrodinus de Ferraris Prepoſitus dictę Eccleſię Sanctorum Nazarii, & Celſi, ad earum literarum executionem, dicto Petro inſtante, procedens, Capellaniam, quam ipſe Petrus ad Altare predictum canonice fundatam fuiſſe, & tunc vacare pretendebat, eidem Petro dictarum literarum pretextu contulit, & de illa etiam providit, quamquam nulla ad idem Altare fuerit Capellania perpetua, ut premittitur, inſtituta, dictiſque Priori, & Fratribus ad hoc minime vocatis, prefato Petro dicti Altaris poſſeſſionem aſſignari, & ſibi de fructibus dotis hujuſmodi reſponderi mandavit, diverſis cenſuris, & penis in contradictores quoslibet promulgatis, cujus etiam mandati pretextu, idem Petrus dicti Altaris poſſeſſionem apprehendit, unde Prior, & Conventus prefati quam primum premiſſa ad eorum notitiam pervenerunt, ſentientes in iis indebite gravari, ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint vocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritatis teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLIII Nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

T. Gregorii.

1. *Soncinenſis.*) Juris eſt Provinciæ *Lombardiæ*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Soncinenſi*.

CALISTUS III.

Ab Anno MCCCCLV die VIII Aprilis, ad diem VI Auguſti MCCCCLVIII. Vide *Tom. III hujuſce Bullarii pag. 337.*

De transferendis Synagoga, & Cemeterio Judæorum ſitis juxta Cœnobium Fratrum Prædicatorum Tauromenii.

Anno 1455 Die 24 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XXXIV.

Cariſſimo in Chriſto Filio Alphonſo Regi Aragonum &c.

C A L I S T U S P A P A III.

Cariſſime in Chriſto Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INtelleximus in loco Tauromenii, Meſſanenſis Diœceſis, Regni tui Sicilię, Judęos in dicto loco habitantes, Synagogam, & Cemeterium adeo proximum Monaſterio Fratrum Prędicatorum ejuſdem loci habere, ut non modo ea res ſit dedecori maximo Chriſtianis, verum etiam eiſdem Fratribus, quando officium divinum celebrant, magno ſunt impedimento, quod a tua ſerenitate, cum cedat in Divinę Majeſtatis offenſam, & opprobrium Chriſtianorum, non eſſe ferendum arbitramur. Eandem igitur in Domino exhortamur, ut, ſicut juſtum eſt, Synagogam, & Cemeterium Judęorum, a dicto loco amoveri, & alio transferri facias. Hoc quamvis ſerenitatem tuam ſic facere deceat, facturamque arbitramur, tamen Deo Omnipotenti, rem admodum acceptam, & nobis gratam, devotioneque tua dignam facies. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Octobris MCCCCLV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Huc ſpectat ſequens inſtrumentum.

Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum Fidelibus noſtris Capitaneo, & Juratis Civitatis Tauromenii gratiam, & bonam voluntatem.

REcepimus nuper a SS. Domino Noſtro Papa Breve tenoris ſequentis: *Intelleximus in loco Tauromenii &c.* Nos itaque volentes voluntati dicti Summi Pontificis reddere nos conformes in hoc puncto, quod Divinę Majeſtatis honorem concernit: Tenore præſentium Vobis, & unicuique veſtrum committimus, & præcipiendo mandamus de certa noſtra ſcientia expreſſe, quod dictam Synagogam, & Cemeterium inde amoveri, & alio transferri, ubi impedimento prędictis Fratribus, & aliis Chriſtianis non ſint, quanto citius poteritis, faciatis. Nos enim ad prędicta exequenda cum dependentibus, emergentibus, & connexis conferimus ampliſſimam poteſtatem, ac vices, & voces noſtras. Mandantes Magnifico Vice-Regi, & ceteris Officialibus dicti Regni ad quos ſpectat, quoſque duxeritis requirendos, maxime hominibus dictę Civitatis Tauromenii de dicta noſtra certa ſcientia, ſub incurſu noſtræ indignationis, & iræ, penaque mille florenorum per unumquemque contrafacientem noſtro erario ſolvendorum, quod vobis ad premiſſa exequenda aſſiſtant, & intendant ope, opere, conſiliis, & favoribus opportunis, quouſque res ipſa ad effectum debitum perducatur. Hoc itaque non mutetis, nec differatis, quando gratiam noſtram caram habetis, & ſi penam ducentarum uncearum per quemcumque veſtrum, qui con-

Digitized by Google

contrafaceret, Fiſco noſtro abſque alia indulgentia ſolvendarum, aliamque graviorem pęnam noſtro arbitrio reſervatam, cupitis non incurrere. Datum in Caſtro Civitatis noſtræ Neapolis die ultimo Decembris 4 Ind. 1456.

Rex Alfonſus.

Ex Regia Cancellaria Anno 4. Ind. 1455. & 1456.

Anno 1457 Die 26 Aprilis.

XXXV.

De reformando Ferrarienſi Monaſterio S. Catharinæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto Filio Vicario FF. Ordinis Prędicatorum de obſervantia.

CALISTUS PAPA III.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRo parte dilectorum filiorum Magiſtri Generalis, & Fratrum Ordinis tui, nuper fuit Nobis expoſitum, quod Venerabiles Fratres noſtri Ferrarien., & Adrien. Epiſcopi, vigore certę commiſſionis a Nobis emanatę, intendentes viſitationi Monaſterii Monialium S. Catharinę de Ferraria, Ordinis antedicti, poſt nonnulla a ſe executa, ſententiam hujuſmodi pertulerunt, videlicet: Quod ſi Ordo ipſum Monaſterium infra ſpatium menſium trium debite reformaret, & ſub cura Fratrum dicti Ordinis de obſervantia poneret, illud Ordini memorato relinqueret, ſin minus, ipſi ex alterius Ordinis Monialibus reformarent; quodque licet ab hujuſmodi ſententia per dilectos filios Priorem, & Fratres Conventus Ferrarien. fuerit ad Sedem Apoſtolicam appellatum, nihilominus cupiunt idem Monaſterium ad honorem Dei, & profectum animarum, ad frugem melioris vitę reduci, dummodo ſpatium, infra quod id fieri valeat, aſſignetur. Nos itaque, qui Ordini afficimur, & reformationem hujuſmodi, effectum ſortiri optamus, devotioni tuę, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, in virtute ſanctę obedientię, per pręſentes mandamus, ut ad reformationem Monaſterii antedicti juxta regularis obſervantię normam, ſicut tibi ſecundum Deum videbitur expedire, infra terminum unius anni a die pręſentationis mandati hujuſmodi inchoandi, &, ut requiritur, finiendi cum effectu procedas, ipſumque Monaſterium ſub cura, & gubernatione tua juxta inſtituta regulę regendum ſuſcipias, donec per Nos, aut per ipſum Magiſtrum, cujus juriſdictioni per ullas commiſſiones noſtras non intendimus derogare, fuerit aliter ordinatum, tibi eidem transferendi, ſi opus erit, in effectum reformationis hujuſmodi, ex Monaſteriis ejuſdem Ordinis reformatis, Moniales ad id voluntarias, & in Monaſterio prędicto collocandas, facultatem per pręſentes concedentes, ac poteſtatem, pręfixione termini antedicti, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Aprilis MCCCCLVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ja. Lucen.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

Anno 1457 Die 13 Junii.

XXXVI.

De reformando Ferrarienſi Monaſterio S. Catharinæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto filio Vicario Provincię Lombardię Ordinis Prędicatorum de obſervantia.

CALISTUS PAPA III.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias, per noſtrum certi tenoris Breve, devotioni tuę mandavimus, ut ad reformationem Monaſterii S. Catharinę Ferrarien. Ordinis tui, juxta regularis obſervantię normam, ſicut tibi ſecundum Deum videretur, infra terminum unius anni cum effectu procederes, & alia faceres, quę in ipſo Brevi, cujus tenorem hic haberi volumus pro expreſſo, plenius continentur. Nunc itaque, magis etiam cupientes reformationem hujuſmodi, pro ſalute animarum, executioni mandari, ac ea fieri, ex quibus noſtra hęc proviſio commendari merito valeat, mandamus tibi in virtute Spiritus Sancti, & ſub pęna indignationis noſtrę, quatenus infra ſpatium unius menſis a receptione pręſentium, per te ipſum, vel alium, ſeu alios tui Ordinis Fratres, quos ſecundum Deum, & conſcientiam tuam, ad id duxeris opportunos, ad prędictam reformationem laudabiliter faciendam, ſine ulla exceptione procedas; ita te in ea gerens, ut ex diligentia tua fructus Deo placentes, proveniant, tuque propterea a Nobis digne poſſis laudari. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris XIII Junii MCCCCLVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ja. Lucen.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

De

De reformando Ferrarienſi Monaſterio S. Catharinæ.

Anno 1457 Die 7 Septembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto filio Vicario Ordinis Prędicatorum de obſervantia in partibus Lombardię.

XXXVII.

C A L I S T U S P A P A III.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

IN reformatione Monaſterii Monialium Sanctę Catharinę Ordinis tui, extra muros Ferrarię, quam tibi per noſtrum Breve nuper commiſimus, recordamur dediſſe tibi in mandatis, ut Moniales quaſcunque, in eodem Monaſterio, propter damnabilem harum vitam, per Venerabiles Fratres noſtros Ferrarien., & Adrien. Epiſcopos ſententialiter privatas, & quę vellent humiliato ſpiritu, jugum reformationis ſubire, ſub obſervantia regulari, in Monaſterio prędicto certo modo reciperes, ac alias faceres, quę in ipſo Brevi, cujus tenorem, hic haberi volumus pro expreſſo, latius continentur. Verum quia, ſicut accepimus, cum majori quiete animi, propter nonnullas rationabiles cauſas, in aliis forſan Monaſteriis poſſent Altiſſimo famulari: Nos ſcientes mutationem loci, aliquando ad emendationem valere, nec volentes, ut propterea ad bene agendum hęc eis deſit facultas, devotioni tuę, & Vicario per te ad regimen dicti Monaſterii deputando, ut eiſdem Monialibus, quatenus id ſibi proficuum duxerint, ad tui, licet alterius Dięceſis, vel ad Sancti Auguſtini Ordinum reformata Monaſteria Civitatis prędictę, in quibus receptores benevolos invenerint, libere, & licite ſe hac vice transferre, ac perpetuo, facta ibidem profeſſione, valeant remanere, licentiam auctoritate noſtra poſſitis concedere, facultatem per pręſentes concedimus. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Septembris MCCCCLVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ja. Lucen.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

P I U S II.

Ab anno MCCCCLVIII die XIX Auguſti, ad XV Auguſti MCCCCLXIV. Vide *Tom. III* hujus *Bullarii pag.* 377.

De Confraternitate D. N. Jeſu Chriſti conſtituta in Cœnobio de Luchent.

Anno 1460 Die 25 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LXX.

LIcet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus ſerviatur digne, & laudabiliter, de abundantia ſuę pietatis, quę merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen cęleſtis ſucceſſor clavigeri Romanus Pontifex, ab eo, qui Cęlum, Terramque regit, pręcelſa fungens poteſtate, ut populum Domino reddat acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, cum divini cultus augmento, & devotionis propagatione, fideles ipſos ad complacendum ſibi, quibuſdam allectivis invitat muneribus, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus, ut exinde reddantur divinę gratię aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia Domini Noſtri Jeſu Chriſti Domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Villę de Luchent, Valentinę Dięceſis, quam quondam Johannes de Proxita Miles Valentinus, Dominus dictę Villę, in humanis agens, cupiens terrena in cęleſtia commutare, ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum ad id moventibus, cum cęmeterio, campanili, clauſtris, refectorio, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, pro Fratribus dicti Ordinis, qui inibi perpetuo virtutum Domino famularentur, de bonis ſibi a Deo collatis, ad laudem, & gloriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti fundavit pariter, & dotavit, licet morte pręventus illam non perfecerit, & in qua pro augmentanda Chriſtifidelium illarum partium devotione, dilectus filius nobilis vir Nicolaus etiam de Proxita Miles Valentinus dicti Johannis filius, & hęres, ac Villę pręfatę Dominus, qui, ut accepimus, poſt ejuſdem Johannis obitum pro ejuſdem domus perfectione, & Fratrum ibidem degentium ſuſtentatione, ſummam decem millium florenorum de Aragonia erogavit, cupit quandam Confraternitatem Chriſtifidelium utriuſque ſexus, ſub vocabulo Domini Noſtri Jeſu Chriſti perpetuo erigere, & fundare, congruis, ut decet Chriſti Corporis nomen, quo Deus nos quotidie ſpiritualiter reficit, frequentetur honoribus, & in ſuis ſtructuris, & ędificiis debite compleatur, & conſervetur, dictaque Confraternitas propagetur, ac corundem Chriſtifidelium devotio inibi augeatur, ipſique fideles ad perfectionem, & complementum incepti operis hujuſmodi, ad ſuſtentationem dictorum Fratrum, Domus, Eccleſię, & Confraternitatis hujuſmodi manutentionem, eo libentius manus promptas porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli

Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus Cartaginenſis, Dertuſenſis, ac Valentinę Dięceſum incolis quibuſcunque, qui infra tres annos proxime futuros a data pręſentium computandos, in dictę Confraternitatis Confratres, vel Conſorores recepti, & aliorum numero aggregati fuerint, ac duos ſolidos monetę in illis partibus currentis, pro perfectione, & fabrica operis hujuſmodi, & ſuſtentatione Fratrum prędictorum pro tempore in dicta domo Altiſſimo famulantium, illi, vel illis, qui ſuper hoc ab ipſo Nicolao, mandatum, & commiſſionem habente, deputabuntur, die, qua recipientur, & admittentur ad dictam Confraternitatem, realiter, & cum effectu perſolverint, ut confeſſores idonei, quos eorum ſinguli, ac earum ſingulę duxerint eligendos, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, vel contritę, & ore confeſſi, ſeu confeſſę fuerint, etiamſi illorum abſolutio, ex quavis cauſa eſſet Sedi Apoſtolicę reſervata, ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam remiſſionem ipſis, in ſinceritate fidei, unitate S. R. E., ac obedientia, & devotione noſtra, & Succeſſorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, perſiſtentibus, auctoritatę Apoſtolica concedere valeat, eadem auctoritate concedimus per pręſentes, ſic tamen, quod ipſi Confeſſores de iis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam a dictis Confratribus, & conſororibus per ipſos, ſeu ipſas, ſi ſupervixerint, aut eorum hęredes, ſi forte tunc deceſſerint, faciendam, injungant, quam ipſi, & ipſę facere teneantur, ut pręfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam, reddantur procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committerent, quod ad illa prędicta eis facta conceſſio nullatenus ſuffragetur. Et inſuper tam eiſdem Confratribus, & Conſororibus, quam quibuslibet aliis Dięceſum prędictarum, ac totius Provincię Hiſpanię incolis, durante quinquennio, ab eadem data computando, & illo elapſo, eiſdem, & quibuslibet aliis, qui dictam Eccleſiam in ejuſdem Corporis Chriſti feſtivitate, annis ſingulis, devote viſitaverint, & ad fabricam, & complementum, ſuſtentationem, & manutentionem hujuſmodi, manus porrexerint adjutrices, aut alias pias eleemoſynas erogaverint, pro ſingulis diebus ipſius feſtivitatis, durante dicto quinquennio, tertiam partem omnium peccatorum, & dicto quinquennio finito, ſeptem annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer relaxamus. Pręſentibus, quoad remiſſionem tertię partis peccatorum, dictis quinque annis proxime futuris tantummodo, & non ultra, & quoad remiſſionem ſeptem annorum, & totidem quadragenarum injunctarum pęnitentiarum hujuſmodi, extunc in poſterum perpetuis futuris temporibus, valituris. Volumus autem, quod quicunque extra tempora, perſonas, & formas memoratas, hujuſmodi literis, & gratia uterentur quovis modo, ſententiam excommunicationis, ipſo facto incurrant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo (2), Octavo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucbentino*. Huc ſpectat ſequens *Diploma*.

IN Dei Nomine. Univerſis, & ſingulis pręſentium ſeriem inſpecturis appareat, quod Nos Jacobus Exarch Decretorum doctor, Canonicus, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Roderici miſeratione divina Sancti Nicolai in Carcere Tuliano Diaconi Cardinalis, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii, & Epiſcopi Valentin. Vicarius in ſpiritualibus, & temporalibus generalis, officialiſque principalis in Conſiſtorio Curiæ Officialatus ejuſdem Epiſcopatus, utpote Judex Ordinarius pro Tribunali ſedentes ad jura reddendum, vidimus, tenuimus, legimus diligenter, accurateque inſpeximus, quaſdam literas, & item breve quoddam Sanctiſſimi, Beatiſſimique in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pii divina providentia Papæ Secundi, videlicet literas ipſas pergameneas, patentes ejus, vera Bulla plumbea in cordulis canapis, more Romanæ Curiæ, impendenti munitas: Breve autem pergameneum, quoque, ſub Annulo Piſcatoris in dorſo ejus ſigillatum, non vitiata, non cancellata, nec in aliqua ſui parte ſuſpecta, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentia, ut eorum primis aſpectibus apparebat. Quarum quidem literarum Apoſtolicarum ſeries eſt ea. Pius &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo, Octavo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

2. *Sexageſimo.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCCCLXI.*

Anno 1461 Die 14 Julii.

Ut Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Moniales in articulo mortis Confeſſorem quem voluerint, eligere poſſint.

LXXI.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus . . . . Prioriſſę, & Monialibus in Monaſterio Sanctę Agnetis de Bononia ad pręſens degentibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEvotionis veſtrę ſinceritas promeretur, ut votis veſtris, in his pręſertim, quę ad animarum veſtrarum ſalutem cedere valeant, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt quod Nos veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, ut Sacerdotem idoneum ſecularem, vel regularem in veſtrum poſſitis eligere confeſſorem, qui confeſſionibus veſtris, & veſtrum cujuslibet diligenter auditis, pro commiſſis per vos, & quemlibet veſtrum criminibus, exceſſibus, & peccatis, etiam in ſingulis Sedi Apoſtolicę reſervatis caſibus, ſemel duntaxat debitam vobis abſolutionem in forma Eccleſię conſueta im-

impendere, & pęnitentiam ſalutarem injungere: necnon Confeſſor prędictus, vel alius, qnem duxeritis eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contritę, & ore confeſſę fueritis, etiam ſemel duntaxat in mortis articulo, plenam remiſſionem vobis, & cuilibet veſtrum, in ſinceritate fidei. unitate Sanctę Romanę Eccleſię, ac obedientia, & devotione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantinm, perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedere valeat, devotioni veſtrę, tenore pręſentium, indulgemus: ſic tamen, quod idem Confeſſor de bis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis per vos, ſi ſupervixeritis, vel per alios, ſi forte tunc tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut pręfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam, ſitis, aut reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi hactenus in Nos, vel Prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices, aut in ipſorum mandatorum contemptum, ſeu in Apoſtolicę Sedis, vel Eccleſiaſticę libertatis offenſam aliqua commiſeritis, aut ex confidentia remiſſionis hujuſmodi alia forte cnmmitteretis, quoad illa prędicta remiſſio vobis nullatenus ſuffragetur. Quodque per unum annum a tempore, quo pręſens noſtra conceſſio ad veſtram pervenerit notitiam, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante jejunetis, & ſi prędictis feriis, ex pręcepto Eccleſię, regulari obſervantia, injuncta pęnitentia, voto, vel alias jejunare teneamini, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut pręmittitur, non ſitis aſtrictę, jejunetis, & ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſetis legitime impeditę, anno ſequenti, vel alias quamprimum poteritis, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneamini: Porro ſi forſan alias prętibatum jejunium in toto, vel in parte quandocunque adimplere commode nequiveritis, eo caſu, Confeſſor prędictus jejunium ipſum in alia pietatis opera commutare valeat, prout animarnm veſtrarum ſaluti viderit expedire, quod vos pari modo debeatis adimplere, alioquin pręſens noſtra conceſſio, quoad plenam remiſſionem hujuſmodi duntaxat, nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtnlorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Primo, Pridie Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Noct.

Ja. Papien.

S. de Spada.

Regiſtr. apud me Ja. Papien.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Ut F. Gabriel (1) a Barchinona, Bononienſis Inquiſitor, Romam petens ibidem Theologiam profeſſurus, Vicarium conſtituere poſſit.

Anno 1461 Die 4 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Dilecto Filio Fratri Gabrieli de Barchinona Theologię Profeſſori Ordinis Prędicatorum Bononię Inquiſitori.

LXXII.

PIUS PAPA II.

Dilecte Fili, Salntem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm jamdudum in Civitate noſtra Bononien., & ejus Dięceſi, auctoritate Apoſtolica, deputatus fueris hęreticę pravitatis Inquiſitor, & hactenus officium hujuſmodi laudabiliter exercueris, ſiſque proinde nunc a Patribus, legendi gratia, ad Conventum Minervę Urbis Romę miſſus, Nos conſiderantes neceſſitatem officii tibi commiſſi, & quantum inſudaveris ad extirpandos errores, & ad mentes multorum depravatas in melius revocandas, volumus, ac tibi tenore pręſentium concedimus, ut quoad reverſus ad ipſam Civitatem Bononię fueris, poſſis tibi in eodem officio, Inquiſitionis Vicarium deputare, cum omnibus, & ſingnlis facultatibus, privilegiis, & juriſdictione tibi conceſſis, quę ſibi ex nunc concedimns, & conceſſa eſſe declaramus ab eo die, quo illum in tuum Vicarium deputandum duxeris, aut jam fortaſſis deputaſti: quibus quidem privilegiis, facultatibus, & juriſdictioni hujnſmodi per qnamcnnque ſignaturam, vel conceſſionem noſtram ſub quacunque literarum fnrma nullatenus derogatum eſſe, ant fore, intendimus, quo liberius, & commodius vacare poſſit his, quę illi per hanc tuam abſentiam committenda eſſe judicabis: Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV Decembris MCCCCLXI, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

L. de Narnia.

1. *Gabriel.*) Cognomento *Caſſafages*, patria *Barchinonenſis*, vir eruditus, cujus meminit *Echard I.I Script. Ord. Præd. ad annum MCCCLXIII pag.* 822.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*. Nota quod in autographo remanet veſtigium Sigilli Piſcatoris.

De perficiendis ſacris ædibus Cœnobii de Luchent :

Anno 1462 Die 4 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXIII.

P I U S   P A P A   II.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

UT Eccleſia, ſive Domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Villę de Luchent, Valentinę Diœceſis, jam pridem, magno, ut dicitur, ſumptu, conſtrui cœpta, commodius perficiatur, & ex aliis bonis cauſis animum noſtrum moventibus, literas Indulgentiarum, per Nos dudum eidem Eccleſię, ſive Domui, in forma Eccleſię conſueta, conceſſarum, videlicet plenariam triennalem relaxationis tertię partis omnium peccatorum, quinquennalem, & perpetuam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, de quibus in eiſdem literis, quarum tenorem hic pro ſufficienter expreſſo, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertus, haberi mandamus, plenius continetur, ſub aliis literis noſtris ſuſpenſionis omnium indulgentiarum ex cauſa Cruciatę contra Turcas introductę, ac factę, non comprehendi, ſed plenam roboris firmitatem, pro tempore in eis contento obtinere declaramus, & decernimus per pręſentes, literis hujuſmodi ſuſpenſionis, & ceteris contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die IV Aprilis, Anno MCCCCLXII, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Luchentino*.

De pretioſo Chriſti Sanguine tempore Paſſionis effuſo :

Anno 1463 Die 26 Auguſti.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXIV.

Dilecto Filio Fratri Jacobo de Brixia (2) Ordinis Prędicatorum, & Theologię Profeſſori, Inquiſitori hęreticę pravitatis in Provincia Lombardię.

P I U S   P A P A   II.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DIfferentiam, quę inter te, & dilectum filium Jacobum de Marchia (3) Ordinis Minorum Profeſſorem, ſuper pretioſo Chriſti Sanguine tempore Paſſionis effuſo, ſuborta erat, ita putavimus ſopiendam, ut nec eidem Jacobo, cui ad id literas in forma Brevis conceſſimus, nec tamen aliquid exinde ſcandali, aut infamię oriretur, nec in ea re quęcumque agentur, donec a Nobis, & Sede Apoſtolica aliter eſſet diffinitum; quia tamen informati fuimus, quoſdam Ordinis Minorum &c. formam literarum noſtrarum eidem Jacobo conceſſarum excedentes, ſuis prędicationibus tibi infamiam intuliſſe, aſſerentes, te propterea officio inquiſitionis, & gradu Magiſterii fore privandum, & aliis etiam gravioribus pęnis puniendum; Nos indemnitati tui honoris, & ſtatus proſpicientes, harum ſerie declaramus, nullam privationis, aut alterius mulctę pęnam propterea eſſe infligendam; & cum non ſine cauſa ipſum Jacobum citaveris ex debito tui officii, nihil tibi ſuccenſendum, aut ullam infamiam aſcribendam, quandoquidem nullę etiam a Nobis literę emanaverint, ex quibus aliqua in parte culpari debeas, aut infamari, & ſi forte per inadvertentiam emanaſſe conciperetur, illas tibi non intendimus in aliquo pręjudicare. Datum Tibure ſub Annulo Piſcatoris, die XXVI Auguſti MCCCCLXIII (4), Pontificatus noſtri Anno Quinto.

De Picolominis.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.
2. *Jacobo de Brixia*.) Viro præſtantiſſimo, cujus meminit *Echard T.I Script. Ord. Præd. ad annum MCCCLXIII pag.822*, ubi etiam loquitur de quæſtione celeberrima de qua hoc in Diplomate.
3. *Jacobum de Marchia*.) Quem Sanctorum albo adſcripſit *Benedictus XIII*.
4. *MCCCCLXIII*.) Numerando a die Conſecrationis.

Ne

Anno 1464 Die 3 Januarii.

Ne quis Ulyſſiponenſe Monaſterium (1) S. Salvatoris ingrediatur.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LXXV.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Egitanien., & dilectis filiis Priori Prioratus Sanctę Crucis Colimbrien., ac Johanni Gometii Daaurca Canonico Colimbrien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ROmanus Pontifex juſtitię pręcipuus conſervator, & auctor, cum naturam ſortiatur humanam, quandoque figmentis vanis fallitur, & importunitatibus petentium concedit alias deneganda, quę poſtea, veritate comperta, etiam ſuadente juſtitia, ad debitum ſtatum reducit, prout rerum, & temporum qualitate, ac perſonarum, pręſertim, quę, mortalis viri ſpreto thoro, Sponſo, cui ſe vovere, cęleſti, mente, perenni actu, habituque placere ſatagunt, ne cujuſvis adverſitatis incurſus ſalubri earum propoſito diſpendium ingerat, aut ipſius, quod abſit, robur religionis infringatur, utilitate, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Siquidem a Nobis literę emanarunt tenoris ſubſequentis: Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Ulixbonen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ut inter beatitudinis amatrices, quę, mundanis abjectis illecebris, ac mortalis viri thoro propulſo, uni viro Chriſto Jeſu, ſub voto celebri, ſe libere dedicarunt, quies mentis proficere valeat, ac divinę gratię plenitudinem, & optatę felicitatis ęterna pręmia conſequantur, facillime prębemus aſſenſum, ac opem, & operam efficaciter adhibemus. Cum itaque, ſicut accepimus, licet dilectę in Chriſto filię, Prioriſſa, & Sorores Monaſterii Sancti Salvatoris, extra muros Ulixbonen., per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis Sancti Dominici, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Prędicatorum viventium, ſub obedientia Provincialis Ordinis Fratrum Prędicatorum Provincię Portugallię, ſecundum morem dicti Ordinis, degere conſueverunt, prout etiam degunt de pręſenti, ac ipſius Provincię pro tempore exiſtens Provincialis, eis, quę ſub regulari obſervantia vivunt, Confeſſorem ex Fratribus dicti Ordinis obſervantię regularis, qui ipſarum confeſſiones audiret, & pęnitentiam eis ſalutarem injungeret, hactenus conceſſit, & pro earum voluntate deputare conſuevit; quia tamen a certo tempore citra, dicti Fratres regularis obſervantię, ab ejuſdem Provincialis obedientia exempti fuere, & ſub Provincialis Vicarii, etiam Provincię antedictę obedientia conſtituti exiſtunt, idem Provincialis Fratrum Conventualium, propterea forſan indignatus, Prioriſſę, & Sororibus pręfatis Confeſſorem ex Fratribus ejuſdem obſervantię, prout ſolitus fuerat, amplius eis concedere, & deputare recuſat, non ſine ſuarum mentium aliquali perturbatione, & earum etiam periculo animarum, pręmiſſorumque occaſione, multę rixę, & diſcordię ſunt exortę, ipſaque Prioriſſa, & Sorores non poſſunt cum animi quiete, earum ſponſo, qui Chriſtus eſt, ſua vota perſolvere, tuque etiam plurimum affectas, quieti, & tranquillitati dictarum Prioriſſę, & Monialium ſuper his conſulere, quod facere non potes, niſi tibi, ſuper hoc, Apoſtolicę Sedis auctoritas ſuffragetur. Nos itaque de pręmiſſis certam notitiam non habentes, ac votis tuis in hac parte favorabiliter annuere volentes, fraternitati tuę, de qua, in his, & aliis, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ita eſt, Prioriſſę, & Monialibus, quod de cetero ſub obedientia dicti Vicarii vivere, & ex ipſis Fratribus obſervantię regularis, Confeſſorem aſſumere debeant, auctoritate noſtra concedas, ac alias ex Prioriſſa, & Sororibus pręfatis, quę ad id renitentes fuerint, ad hoc inducere non poſtponas, &, ſi opus fuerit, tam illas, quam quoslibet alios contradictores, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, eadem auctoritate, compellas, ſuper quibus omnibus, & ſingulis, tibi plenam, & liberam, tenore pręſentium, concedimus facultatem. Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, Provinciali, ac Fratribus Conventualibus, necnon Prioriſſę, & Sororibus pręfatis hactenus forſan conceſſis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus habenda eſſet in pręſentibus mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Primo, Tertio Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Et deinde, ſicut exhibita Nobis, nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum, Prioriſſę modernę, & Sororum dicti Monaſterii S. Salvatoris, Ordinis S. Auguſtini, petitio continebat, quod licet pręfatum Monaſterium per bonę memorię Johannem Epiſcopum Portugalenſem, qui poſtea fuit in S.R.E. Cardinalem aſſumptus, auctoritate Apoſtolica ſibi in ea parte conceſſa, erectum, ac etiam de pluribus bonis, & redditibus annuis, eidem Epiſcopo pertinentibus, dotatum, ac ſub obedientia, & cura Magiſtri Generalis, & nominatim Prioris Provincialis Provincię Portugalen., more ipſius Ordinis Fratrum Prędicatorum, ſuppoſitum fuerit, & ſub ipſa obedientia iſtorum, ac clauſura, regularique obſervantia, ſtudio pię vitę, Prioriſſa pro tempore, & Sorores prędicti Monaſterii, per ſexaginta annos, & ultra vixerint, nec Confeſſores niſi probos, & eis acceptos habuiſſe reperiantur, pręfatuſque Epiſcopus fundator, ſancta, licita, utilia, & honeſta ſtatuta, & ordinationes pro felici directione Prioriſſę, & Sororum earundem, dicta auctoritate Apoſtolica, ediderit, in dicto Monaſterio perpetuo obſervanda, & etiam ſub pęna excommunicationis inhibuerit, ne quis, certis per eum tunc exceptis, clauſuram ejuſdem Monaſterii pręſumeret ingredi; tamen Venerabilis Frater noſter Alphonſus Archiepiſcopus Ulixbonen. eandem modernam Prioriſſam, ac quaſdam alias Sorores Monaſterii ejuſdem, pro eo, quod cujuſdam propinqui pręfati Archiepiſcopi, & certę Sororis dicti Monaſterii, quę quondam genitrici ipſius Archiepiſcopi ſervivit, & illis in ea parte faventium voluntatibus parcere non curarunt, odio, & rancore proſequens, ut creditur, aut alio neſcitur, quo ſpiritu ductus, poſtquam, quadam die de Menſe Maii ultimo pręteriti, quidam Frater pro Vicario Vicarii Fratrum de obedientia, ſeu de obſervantia dicti Ordi-

Ordinis Fratrum Prędicatorum ſe gerens, pluribus familiaribus, ſeu ſervitoribus ejuſdem Archiepiſcopi inter ceteros ſtipatus, dictum Monaſterium non ſine violentia, & gravi diſplicentia Prioriſſę, & Sororum earundem, ingreſſus fuerat, clauſuram violando, ipſe Archiepiſcopus circa horam Veſperarum ejuſdem diei perſonaliter ad dictum Monaſterium acceſſit, illius clauſuram, violenti potentia, cum fractione illius portę, ad quam manus proprias appoſuit, intravit, quaſdam ex iiſdem Monialibus injuriis affecit, & quibuſdam vim, & certis aliis ex eis carcerum minas intulit, & in illarum bono propoſito turbavit, claves, quas ab inde receperat, cuidam perſonę laicę conſignavit, & etiam poſt literarum prędictarum obtentum, certos inordinatos proceſſus contra Prioriſſam, & Sorores prędictas feciſſe dicitur, a quibus violentiis, & aliis per Vicarium Vicarii ſe gerentem, & Archiepiſcopum prędictos eis illatis, & inferri comminatis, gravaminibus, Prioriſſa, & Sorores prędictę ad Nos, & Sedem Apoſtolicam appellarunt. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Prioriſſa, & Sorores prędictę, violentiam clauſurę earum Monaſterii moleſte ferentes, illam reſtaurari, & ſecundum inſtitutiones, & ſtatuta Epiſcopi earum fundatoris Monaſterii, ut hactenus conſueverunt, in pacis, & quietis amenitate, & ſub regularibus inſtitutis vivere, earumque ſponſo, qui Chriſtus eſt, gratum & ſedulum exhibere famulatum concupiſcant, pro parte Prioriſſę, & Sororum prędictarum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis, earumque ſtatui, ſuper his opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Monaſterium ipſum, in quo, prout per literas Archiepiſcopo directas hujuſmodi narratur, viguerit, & viget obſervantia regularis, &, ut accepimus, quamplures Sorores, cum illarum Prioriſſa copioſo numero, divinis beneplacitis intendentes, etiam ex ejuſdem Monaſterii inſtitutione aluntur, habemus in viſceribus caritatis, & illius vices in terris gerimus, qui pacem, & concordiam nutrit in ſublimi, cupientes quieti Prioriſſę, & Sororum hujuſmodi ſalubriter providere, ac attendentes ab approbata, & obſervata ab eis obedientia ſubtrahi, & alię, quam nolunt, obedientię ſubjici, aut novam ſuperioritatem illis induci non debere, quodque mendax precator carere debet impetratis, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, ſi, & poſtquam de exorbitantiis Archiepiſcopi Nobis expoſitis, & aliis offenſis hujuſmodi, vocatis Archiepiſcopo prędicto, & aliis, qui fuerint vocandi, vobis conſtiterit, inſertas, & Archiepiſcopo directas literas prędictas, & illarum vigore, per eundem Archiepiſcopum, etiam quaſcunque cenſurarum fulminationes in ſe continentes habitos proceſſus, & inde quęcunque ſecuta, caſſare, revocare, & annullare, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtere, & pro nullis, & infectis haberi debere, decernere, & nihilominus clauſuram prędictam reſtaurantes, irrefragabili, ac perpetuo valituro prohibitionis edicto, quod nullus cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit, & quacunque eccleſiaſtica, vel mundana prefulgeat dignitate, ne, illis, quibus per dictum fundatorem facta, & per Fratrum Prędicatorum Ordinis hujuſmodi ſtatuta regularia, permittitur, duntaxat exceptis, clauſuram Sororum Monaſterii hujuſmodi, quovis quęſito colore, etiam prętextu licentię Apoſtolicę non faciente de pręſentibus literis mentionem, ſub excommunicationis latę ſententię pena ingrediatur, ſive ingredi pręſumat, necnon, quod Prioriſſa pro tempore, & Sorores ejuſdem Monaſterii, ſub eadem clauſura, & obedientia, prout ante dictarum literarum emanationem vivebant, perpetuo vivere teneantur, ſtatuere, & ordinare, auctoritate noſtra, curetis, & nihilominus, ſi declarationem, decretum, ſtatutum, & ordinationem hujuſmodi, per vos, vigore pręſentium, fieri contigerit, illa faciatis, auctoritate noſtra, perpetuo inviolabiliter obſervari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per declarationis, & denunciationis miniſterium, ac alia opportuna juris remedia, eadem auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus omnibus pręmiſſis, necnon Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, illis pręſertim, in quibus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, & Dięceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, ultra unam dietam a fine ſuę Dięceſis, ad judicium evocetur, ſeu ne judices a Sede Apoſtolica deputati, extra Civitatem, & Dięceſim, in quibus fuerint deputati, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam dietam a fine eorum Dięceſum trahere pręſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edita, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterii, & Ordinis Prędicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, contrariis quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ultra, vel extra certa loca ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam, pręſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum, & veſtrę juriſdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujuſque toto tenore, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Tertio (3), Tertio Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Monaſterium.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ea autographo *Ulyſſiponenſi.*

3. *Tertio.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCCCLXIV.*

Ut

Ut Cumani Cœnobii Fratres Domum conſtruant in Terra Rezzonici.

Anno 1464 Die 25 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXVI.

Dilecto Filio Priori Domus S. Johannis Ordinis Prędicatorum ſub obſervantia degentium extra muros Cumarum.

P I U S P A P A II.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Nos, nuper ad ſupplicationem dilectorum Nobilium della Turre, ac Univerſitatis, & hominum Terrę Reazonici ad exirpandam quandam hęreſim, & ſortilegiorum ſectam, quę adeo in illis partibus inter homines dictę terrę, & Parochię Eccleſię B. M. vicinantię ipſi terrę contiguę inolevit, quandam Domum prope muros ejuſdem terrę, & ad Eccleſiam ipſam pertinentem cum ſuis hortis, ędificiis, & pertinentiis, pro uſu, & habitatione aliquorum FF. S. Johannis extra muros Cumarum Ordinis Prędicatorum de obſervantia nuncupatorum, conceſſerimus, & deputaverimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, & Fratres hujuſmodi dictam Domum non receperint, nec, ut accepimus, recipere procurent: Nos cupientes pro fidei ſalute, hęreſim prędictam per Miniſtros Jeſu Chriſti penitus extirpari, devotioni tuę mandamus, quatenus ſub virtutę ſanctę obedientię illos ex Fratribus dictę Domus, quos aptos noveris, & ad ſimilia opportunos, moneas, & cogas, ut Domum prędictam recipiant, ibique Conventum, & alia neceſſaria juxta earundem literarum tenorem faciant, & inſtituant, dictamque hęreſim cum verbo Dei, & bonis operibus omnino exirpare procurent. Datum Senis ſub Annulo Piſcatoris die XXV Februarii MCCCCLXIV, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Ne Fratres Prædicatores Conventuum reformatorum Portugalliæ tranſeant (1) ad alios Conventus non reformatos ſine licentia Magiſtri Ordinis, ac Vicarii Generalis Congregationis Portugalliæ.

Anno 1464 Die 24 Maii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

LXXVII.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Prioribus, & Fratribus Domorum Ordinis Prędicatorum Obſervantię Regularis in Regno Portugallię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcrę Religionis, ſub qua mundanis relegatis illecebris &c. Sane pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Alphonſi Regis Portugallię Illuſtris, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod interdum nonnulli ex Fratribus Domorum veſtrarum ſub Regulari obſervantia viventium levitate, vel adulationibus, ſeu aliis animi paſſionibus moti, abſque licentia Generalis Vicarii dicti Ordinis ad Domos non reformatas Fratrum dicti Ordinis Conventualium nuncupatorum ſe transferunt, non ſine diminutione devotionis Chriſtifidelium, & perturbatione veſtra, & Fratrum Regularium obſervantię prędictorum. Quare pro parte dicti Regis aſſerentis ſe Domibus, & perſonis dicti Ordinis reformatorum, ſingularem gerere devotionis affectum, atque veſtra, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his, opportune providere, paterna diligentia curaremus. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quod Fratres dicti veſtri Ordinis ſub hujuſmodi Regulari Obſervantia viventes, ad alias Domos non reformatas Fratrum Conventualium Ordinis Prędicatorum, abſque expreſſa, & ſpeciali ejuſdem, & pro tempore exiſtentis Prioris, ac Generalis Vicarii licentia tranſire non poſſint, neque valeant quoquo modo. Nulli ergo &c. Noſtri ſtatuti, & ordinationis infringere &c. Si quis &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Quarto, Nono Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Tranſeant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico *Lib. XCVII fol. 220.*

P A U L U S II.

Ab anno MCCCCLXIV die XXXI Auguſti, ad XXVIII Julii MCCCCLXXI. Vide *Tom. III* hujuſce *Bullarii pag.*440.

Anno 1467 Die 28 Februarii.

Pro pace (1) Conventualium, & Obſervantiæ Fratrum Ord. Minorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XLVIII.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm Sacer Ordo Fratrum Minorum in agro militantis Eccleſię, tanquam rutilans in amictu ſponſę carbunculus, aut candida margarita, prępfulgeat, indignum, & ejus ſanctimonię contrarium reputamus, illum diſſenſionum ſentibus implicari; Unde ne inteſtinę diſcordię, quę per verſutum humani generis hoſtem inter dicti Ordinis profeſſores jam diſſeminari cęperunt, diutius invaleſcant, ad officium noſtrum pertinet, eas eradicare, & ut ipſi inter ſe mutua caritate conjuncti ſperatum fructum afferant, & exemplo proficiant, partes noſtrę ſolicitudinis adhibere. Sane licet olim tam felicis recordationis Nicolaus V, & Calixtus III, ac Pius II, quam nonnulli alii Romani Pontifices Prędeceſſores noſtri ad amputandas quaſdam diſſenſiones inter Fratres ipſos, qui Conventuales, & qui de Obſervantia nuncupantur, vertentes, diligenter intenderint, & varia eorum ſtatuta ordinationes, & literas addiderint, Noſque ipſorum Prędeceſſorum veſtigia imitati, eiſdem Fratribus de Obſervantia nuncupatis, ne loca Conventualium, aut Monaſteria Monialium eorum curę ſubjecta recipere, neque ut illa a cura ipſorum Conventualium auferrentur tentare, aut etiam privatis perſonis perſuadere pręſumerent, ſub excommunicatione latę ſententię prohibuerimus, prout in noſtris, ac eorundem Prędeceſſorum literis plenius continetur, tamen quia propter ipſius Ordinis longe lateque diffuſi magnitudinem, aliqua adhuc diſcordiarum ſemina ſuperfuerunt: Nos ea de dilectorum filiorum Franciſci de Saona generalis Miniſtri dicti Ordinis, & Marci de Bononia in Ciſmontanis partibus ſuper Fratres de Obſervantia generalis Vicarii, necnon Generalis Procuratoris Fratrum Conventualium, ac Commiſſariorum de Obſervantia prędictorum tam citra, quam ultramontan. in Romana Curia deputatorum, & ſufficientia, prout Nobis plene conſtat, mandata habentium, expreſſo conſenſu, per moderationem literarum prędictarum, & aliarum proviſionum adjectionem amputanda, auferendaque duximus. Cum itaque in prędictis noſtris literis in Fratres de Obſervantia pręfatos ſi quoquomodo de alicujus Domus, Conventus, ſeu Monaſterii ablatione perſuaderent, excommunicationis feratur ſententia eo ipſo, cujus abſolutio duntaxat Sedi Apoſtolicę reſervatur. Et propterea, ut prędicti Vicarius, & Commiſſarii coram Nobis expoſuerunt, facilis ad multos ſimplices eadem ſententia illaqueandos, & pro obtinenda abſolutione ad Romanam Curiam vagandi via paretur. Nos cupientes eorundem Fratrum de Obſervantia metum tollere, eoſque nihilominus, ne Domos Conventualium, & ab eorum cura Monaſteria prędicta ſubtrahant, eadem pęna viam pręcludere, & viciſſim ne Conventuales ad illorum perturbationem proſiliant, providere, necnon prędictas literas, quę incipiunt: Supernę diſpoſitionis. Non obſtantibus quibuſcunque in eis adjectis derogatoriarum prohibitoriis, aliiſque fortioribus clauſulis, quas, & ipſarum literarum tenores, etiamſi de verbo ad verbum, ut pro earum derogatione forſan requiri videretur, pręſentibus non enarrentur, haberi volumus pro expreſſis, harum ſerie, ex certa ſcientia moderantes, & ſi quid ultra ſit, vel contrarium, revocantes, auctoritate Apoſtolica, & ſcientia ſimili, tenore pręſentium, tam Conventualibus, quam de Obſervantia, & nonnullis aliis, qui Generali duntaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubſunt, & de Obſervantia nuncupantur dicti Ordinis Fratribus, tam citra, quam ultramontan. ſub excommunicationis latę ſententię pęna diſtrictius inhibemus, ne proprio motu, induſtria, & malitia, aut Fratres Conventuales Obſervantium, & e converſo illi de Obſervantia, per ſe, vel alium, ſeu alios, quovis quęſito colore, vel ingenio, de cetero Conventualium Fratrum prędictorum aliquam Domum, Conventum, ſeu Monaſterium de novo recipere, invadere, vel perturbare, aut de illa, vel illo ſe quoquomodo audeant intromittere Conventuales, aut alii Fratres etiam de Obſervantia, Generali duntaxat, ſeu Provincialibus Miniſtris ſubditi, eorumque Pręlati, ne aliquos Fratres de Obſervantia ſub Vicariis vivere ſolitos transfugas, ſeu ad eos fugientes, niſi oſtenderint literas ſuę licentię a Pręlato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen Conventus a quo receſſerint, & illius ad quem remiſſi ſint, etiam pręte xtu cujuſcumque licentię ſuper hoc ipſis Fratribus Conventualibus, & aliis de Obſervantia dictis Vicariis non ſubditis, eorumque prelatis ab Apoſtolica Sede conceſſis, quam quoad hoc penitus revocamus, acceptare quoquomodo pręſumant, ſed illos ad Pręlatos ſuos juxta literarum dicti Pii Prędeceſſoris ſuper hoc editis, quas per omnia volumus obſervari, continentiam, remittere teneantur. Et vice verſa prohibemus, ne Fratres de Obſervantia nuncupati prędicti ſcandaloſos, & criminoſos Fratres Conventuales, & diſciplinam Ordinis ſubterfugientes, recipere, ſed illos ſimiliter ad Prelatos ſuos remittere debeant, ſervata tamen pię mem. Eugenii Papę IV, & Pii prędicti Prędeceſſorum noſtrorum literarum, quoad hoc editarum, forma. Alioquin Nos ex nunc, prout ex tunc, in contrafacientes, & inhibitionum omnium noſtrarum literarum prędictarum transgreſſores tam Conventuales, quam de Obſervantia, alios Fratres prędictos, eiſque in pręmiſſis omnibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, cujuſcunque ſtatus, vel dignitatis fuerint in Ordine, excommunicationis ſententiam harum ſerie promulgamus, a qua non poſſint, niſi a Romano Pontifice, pręterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium obtinere. Si vero illi Fratres, qui de Obſervantia nuncupantur, & ſolum Generali ſubſunt

inhi-

inhibitioni prędictę contravenerint ultra pręmiſſas pęnas, etiam per Miniſtros Provinciales, eorumque Vicarios, Miniſtro Generali extra illam Provinciam exiſtente, ad omnem ipſorum Fratrum de Obſervantia requiſitionem, non obſtante quacunque ipſis per Sedem Apoſtolicam, vel alias conceſſa exemptione, arceri, & ad ſatisfaciendum in pręmiſſis compelli poſſint, & debeant, remediis opportunis. Propterea cum intellexerimus nonnullos dicti Ordinis Fratres ſub obedientia, quam voverunt, vivere ſubterfugientes, variis pętenſis coloribus, etiam mediantibus literis Apoſtolicis ſibi procuraſſe conventus, & loca, in quibus ſine Superiorum obedientia degerent: Nos attendentes id eſſe regulari dicti Ordinis diſciplinę contrarium, auctoritate, & ſcientia ſupradictis, earundem tenore pręſentium, omnes, & ſingulos, per eoſdem Fratres taliter receptos Conventus, ſeu Domus, aut Generali immediate, aut Provincialibus Miniſtris, ſeu Vicariis de obſervantia dicti Ordinis ſubeſſe debere decernimus, & mandamus; ita quod infra quindecim dierum ſpatium, habita pręſentium notitia, illi Fratres, qui ea receperunt, vel qui in eis habitant, eligere, & manifeſte ſub publico teſtimonio dicere teneantur, utrum Generali, vel Provincialibus Miniſtris, an vero Vicariis de Obſervantia ſubeſſe malint. Statuentes quod in poſterum nullus talis Frater aliquem locum, ſeu domum, etiam quarumcunque literarum Apoſtolicarum obtentu, recipere valeat, niſi de licentia Generalis, ſeu Provincialium Miniſtrorum, vel Vicarii Obſervantium illius Provincię, in qua locus, ſeu domus ipſa conſiſtit, niſi his literis fuerit ſpecialiter derogatum, quem ſi reciperet, ſi ipſe maluerit, ſubeſſe Vicariis de obſervantia nuncupatis, ipſis pręlibatis Vicariis, alioquin Generali, vel Provincialibus Miniſtris ſubeſſe debeat, ut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi forte recuſaverint ita ſubeſſe, Nos per eos taliter recepta loca ex nunc, prout ex tunc, eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto. Ceterum, ut Seraphicus iſte Ordo dilatetur, auctoritate, & ſcientia prędictis, ſtatuimus, & ordinamus, quod eiſdem Fratribus de Obſervantia, eorumque Vicariis perpetuo liceat, habita tamen ſuper hoc ab eadem Sede licentia, in quacunque Civitate, Caſtro, ſeu alio loco, etiamſi in illa, vel illo, alia, vel alię Fratrum Conventualium domus exiſtant, novas domos ędificare, vel ſi ędificatę a Principibus Dominis, Conventualibus, aut aliis fidelibus, eis largientur, dummodo non ſubjiciantur Conventualibus, aut immediate Generali Miniſtro dicti Ordinis, accipere, & inhabitare, inhibentes Miniſtris, & Fratribus Conventualibus, ac aliis eis, ſeu duntaxat Generali ſubditis ſupradictis, ſub eadem excommunicationis pęna, quam in contrafacientes ex nunc, prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, a qua non poſſint niſi per eundem Romanum Pontificem pręterquam in mortis articulo abſolvi, ne proprio motu, vel induſtria, per ſe, vel alium, ſeu alios, quovis quęſito colore, vel ingenio, ſuper receptione, & retentione talium domorum, per eos juxta hujuſmodi noſtram licentiam accipiendarum contra tenorem pręſentium impedire, aut eis moleſtiam aliquam inferre pręſumant. Et ſimiliter ſub eadem pęna prohibemus Fratribus de Obſervantia prędictis, ne eoſdem Fratres Conventuales, aut alios Generali, vel Provincialibus Miniſtris ſubditos, quo minus in eiſdem Civitatibus, atque locis etiam nova loca conſtruere, & conſtructa accipere, & retinere poſſint, impedire audeant. Et nihilominus volumus, & tenore pręſentium ordinamus, quod ſi quando, quod abſit, Conventuales, vel de Obſervantia, aut alii Fratres prędictis inhibitionibus noſtris hujuſmodi contravenerint, aut alias contra tenorem pręſentium attentaverint, ex tunc de Obſervantia ad Generalem, vel Provincialem Miniſtros, & e converſo Conventuales, & alii Fratres prędicti ad Vicarios memoratos pro obſervatione pręſentium, & rebellium correctione recurrere poſſint. Qui quidem Miniſtri, & Vicarii tranſgreſſores ipſos teneantur, & debeant auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, & opportuna remedia, uſque ad ſatisfactionem debitam coercere, aliis pęnis prędictis in ſuo robore nihilominus permanentibus. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper pręmiſſis, vel eorum aliquo, per quoſcunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Per hoc autem, privilegiia, & literis, Generali, & Conventualibus, ſive Vicariis, & Fratribus de Obſervantia prędictis per Eugenium, & Pium pręfatos, & alios Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros conceſſis, non intendimus alias in aliquo derogare, niſi in quantum ſupradictis contradicerent. Poſtremo quia difficile foret pręſentes literas ad ſingulas Provincias originaliter deſtinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut tranſumptis earum, manu Notarii publici, & Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę, aut alicujus Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munitis, ea prorſus, in judicio, & extra ubicunque fuerint, fides adhibeatur, ac ſi ipſę originales literę forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Sexto (3), Pridie Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Pace.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo tit. I.* Hanc porro Conſtitutionem tranſcribendam duxi, quia *Sixtus IV* in Conſtitutione *LXVI*, quæ legitur *Tomo III* hujuſce *Bullarii pag. 526*, quod in iſta pro Ordine Fratrum Minorum præſcribitur, a ceteris Ordinibus ſervandum decrevit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographis *Tarviſin.*, & *Utinen.*. Legitur apud *Caſtellanum pag. 61. Num. CI.*

3. *Sexto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCCCLXVII.*

Ut

Anno 1469 Die 28 Januarii.

Ut Liſa Angeli de Piſis, quæ Tertio Ordini nomen dederat, numero Sororum Monaſterii (1) Piſani poſſit aſcribi.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLIX.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Piſani, in ſpiritualibus Generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientibus vitam ducere regularem, Apoſtolicum debet eſſe pręſidium, ut eorum pium propoſitum, poſſint ad laudem divini nominis adimplere. Cum itaque dilecta in Chriſto filia Liſa Angeli de Piſis, Soror de Pęnitentia B. Dominici nuncupata, cupiat, ſicut accepimus, una cum dilectis in Chriſto filiabus S. Auguſtini in via Romea extra muros Piſarum, & S. Felicis de Vada, Monaſteriorum invicem canonice unitorum, ac per Prioriſſam gubernari ſolitorum, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura Fratrum Prędicatorum degentibus, Piſarum Dięceſis, ſub regulari habitu, virtutum Domino famulari: Nos volentes ipſam Liſam in hujuſmodi ſuo laudabili propoſito confovere, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eandem Liſam, ſi ſit idonea, & aliud canonicum non obſiſtat, auctoritate noſtra recipi facias in pręfatis Monaſteriis, in Monialem, & Sororem, ſibique, juxta ipſorum Monaſteriorum conſuetudinem, regularem habitum exhiberi, eamque ſincera caritate tractari. Non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis Monaſteriorum, & Ordinis Prędicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſe, aut (3) ſi pro aliis ſcripta forſitan Apoſtolica ſint decreta, ſeu ſi Prioriſſę pro tempore exiſtenti, & Conventui pręfatis, vel quibuſvis aliis conjunctim, vel diviſim a prędicta ſit Sede indultum, quod ad receptionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam, pręſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat, quomodulibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLXVIII (8), Quinto Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Monaſterii.*) Vide *Notam I ad Conſtitutionem datam XXVI Februarii MCCLVIII.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.
3. *Se, aut.*) Fortaſſis: *ſeu etiam.*
4. *MCCCCLXVIII.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCCCLXIX.*

Anno 1469 Die 28 Januarii.

Soror Liſa Angeli de Piſis Monaſterio (1) Piſano præficitur.

Ex Archivo (2) Ordinis.

L.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Piſani in ſpiritualibus Generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SEdis Apoſtolicę providentia circumſpecta, perſonis benemeritis, etiam ſexus fęminei, liberalitatis dexteram extendendo, ad ea libenter intendit, per quę dignitatibus, aliiſque beneficiis eccleſiaſticis, ſalubriter valet provideri. Cum itaque, ſicut accepimus, Prioratus S. Auguſtini via Romea, extra muros Piſarum, & S. Felicis de Vada Monaſteriorum, Piſarum Dięceſis, invicem canonice unitorum, ac per Prioriſſam gubernari ſolitorum, Ordinis Sancti Auguſtini, ſub cura Fratrum Prędicatorum, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium, & quem quondam Urſula Bartholomęi dicti Prioratus Prioriſſa, dum viveret, obtinebat, per obitum ejuſdem Urſulę, quę extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad pręſens, Nos, qui hodie per Nos accepto, quod dilecta in Chriſto filia Liſa Angeli de Piſis, Soror de Pęnitentia B. Dominici nuncupata cupiebat una cum dilectis in Chriſto filiabus Conventus dictorum Monaſteriorum, virtutum Domino famulari, per alias noſtras literas tibi dedimus in mandatis, ut eandem Liſam, ſi eſſet idonea, & aliud Canonicum non obſiſtat impedimentum, in pręfatis Monaſteriis in Monialem recipi, & Sororem, ſibique juxta ipſorum Monaſteriorum conſuetudinem, regularem habitum exhiberi, ac ibidem ſincera in Domino caritate tractari facias, prout in dictis literis plenius continetur, volentes, tam pręfatis Monaſteriis de perſona idonea, & utili, per quam circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, providere, quam pręfatam Liſam, aſſerentem ſe ab iiſdem Conventibus, ad Prioratum hujuſmodi, ſic vacantem, concorditer poſtulatam fore, ac alias conjugatam fuiſſe, prolemque habuiſſe, & pro qua Conventus pręfati Nobis humiliter ſupplicarunt, apud Nos de religionis zelo, ac morum honeſtate, aliiſque probitatis, ac virtutum meritis multipliciter commendatam, horum intuitu, favore proſequi gratioſo, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi per diligentem informationem ſuper hac parte recipiendam, eandem Liſam ad regimen dictorum Monaſteriorum utilem, & idoneam eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Prioratum prędictum, qui Conventualis eſt, cujuſque fructus, redditus, & proventus ſexaginta florenorum auri de Camera, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum, ut ipſa Liſa etiam aſſerit, non excedunt, ſive, ut pręmittitur, ſive alio quovis modo, aut alicujus cujuſcunque perſonę, ſeu per liberam reſignationem dictę Urſulę, aut alterius de illo extra dictam Curiam, etiam coram Notario pu-

Digitized by Google

publico, ac teſtibus ſponte factam, vacet, & tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Concilii ſtatuta, ad Sedem prędictam legitime devoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter reſervatus exiſtat, & ad illum conſueverit quę per electionem aſſumi, ſuper eo quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datę pręſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter jus quęſitum, eidem Liſę, poſtquam ibidem in Monialem, & Sororem recepta, & Ordinem ipſum expreſſe profeſſa fuerit, ut prefertur, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, auctoritate Apoſtolica, conferas, & aſſignes, ipſamque dictis Monaſteriis in Prioriſſam pręficias, curam, regimen, & adminiſtrationem dictorum Monaſteriorum ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo. Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium dictorum Monaſteriorum, ſub pęnis, in quadam per Nos ſuper hoc edita conſtitutione, contentis, ſibi penitus interdicta. Inducens per te, vel alium, ſeu alios, eandem Liſam, recepto prius ab ea noſtro, & Romanę Eccleſię nomine, fidelitatis debitę juramento, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus interclusam, vel procuratorem ſuum, ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem Prioratus, juriumque, & pertinentiarum prędictorum, & defendens inductam, amota exinde qualibet illicita detentione, & faciens eandem Liſam, vel dictum Procuratorem pro ea, ad Prioratum hujuſmodi, ut eſt moris, admitti, ſibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi. Contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus, quod dicta Liſa conjugata fuerit, ut prefertur, ac felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus &c. aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus dictorum Monaſteriorum, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, in illis partibus ſpeciales, vel generales dictę Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus eandem Liſam in aſſecutione dicti Prioratus volumus anteferri, ſed nullum per hoc, eis, quoad aſſecutionem dignitatum, aut beneficiorum aliorum prejudicium generari, ſeu ſi Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Piſarum, & Conventui prefatis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; quodque de dignitatibus hujuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, pręſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam pręſentibus non expreſſam, vel totaliter inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLXVIII (3), V Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Monaſterio*.) Vide *Notam I ad Conſtitutionem datam XXVI Februarii MCCLVIII.*
2. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Piſano*.
3. *MCCCCLXVIII.*) Stylo Bullarum, ære communis *MCCCCLXIX.*

F. Gregorio de Præſtomarco de pecuniis S. Sedi Apoſtolicæ debitis in Sicilia.

Anno 1469 Die 30 Septembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LI.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Gregorio de Pręſtomarco Ordinis Fratrum Prędicatorum Sacrę Theologię Profeſſori, in Regno Sicilię ultra Farum fructuum Camerę Apoſtolicę debitorum Collectori, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX fideli, & ſollicita, ac diligenti prudentia, probitate quoque circumſpecta, aliiſque virtutibus, quibus es pręditus, ſpem concipimus indubiam, quod ea, quę tibi commiſerimus, ſolerti ſtudio fideliter exequeris. Hinc eſt, quod Nos de hujuſmodi virtutibus plurimum in Domino confidentes, te fructuum, reddituum, & proventuum Camerę Apoſtolicę debitorum in toto Regno Sicilię vltra Farum collectorem, vſque ad noſtrum, & Apoſtolicę Sedis beneplacitum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, conſtituimus, ac etiam deputamus, omnes, & ſingulos Subcollectores hujuſmodi fructuum, proventuum, & jurium in dicto Regno per Nos, & dictam Sedem, vel ejus auctoritate, deputatos, & omnes commiſſiones ſuper hujuſmodi Collectorię, & Subcollectorię officiis, aliiſque ibi ſub quavis verborum forma factas, penitus revocando, ipſoſque Collectores, & Subcollectores ab hujuſmodi Collectorię officiis, & commiſſionibus alias eis commiſſis, ſeu factis ſpecialiter, & generaliter amovendo, tibi, per te, vel alium, ſeu alios duntaxat, fide, & facultatibus idoneos, petendi, exigendi, & recipiendi, noſtro, & dictę Camerę nomine, a quibuſcunque Prelatis, Capitulis, Collegiis, & Conventibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumlibet, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, Secularibus, & Regularibus, exemptis, & non exemptis Ordinum quorumcunque, & etiam laicalibus perſonis, necnon Univerſitatibus, Communitatibus Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, & locorum quorumlibet, Provinciarum, Civitatum, & Dięceſum in dicto Regno conſiſtentium, omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas, ac rerum, & bonorum quorumlibet quantitates, nobis, & dictę Camerę debitas, ac debendas, etiamſi bona hujuſmodi fuerint confiſcata, aut nomine Sanctę Cruciatę collecta, necnon fructus, redditus, & proventus

cenſus annuos, decimas, & omnia alia, & ſingula jura nobis, & eidem Camerę in dicto Regno quacunque ratione, vel cauſa debita, necnon annatas primi anni vacationis Beneficiorum inibi vacantium, vel vacaturorum, auctoritate Apoſtolica collatorum, & conferendorum, aliaque jura debita, vel debenda, ad Nos, vel eandem Cameras, tunc, & in poſterum pertinentia quęcunque, quotcunque, & qualiacunque fuerint, communibus, & minutis ſervitiis ratione pręmiſſorum prolatorum, per Nos, ſeu auctoritate prędicta ibidem ad quorumcunque Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina promotorum, eidem Camerę debitis duntaxat exceptis. Rationes quoque, & computa a quibuſcunque Collectoribus, & Subcollectoribus Apoſtolicis, & Inquiſitoribus hęreticę pravitatis, & prędicatoribus Sanctę Cruciatę, vel officialibus aliis, pro dicta Camera in dicto Regno, quacunque auctoritate deputatis, ſeu perſonis aliis, in quantum negotia noſtra, ac prędictę Camerę, & Sanctę Cruciatę utilitatem concernent, inquirendi, audiendi, examinandi, ipſoſque ad id, ſi neceſſe fuerit, compellendi, & coercendi, ac per ipſos recepta, dictam Romanam Eccleſiam, & Cameram, ac Sanctam Cruciatam pręfatam concernentia, quovis modo, recipiendi, ac de receptis duntaxat quietandi, liberandi, & penitus abſolvendi. Contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, vel pręeminentię, etiam ſi Pontificali, vel alia quacunque pręfulgent dignitate, auctoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam, & bonorum ipſorum ſequeſtrationem, & alia juris remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, ac etiam excommunicationis, & alias ſententias contra inobedientes, & non ſolventes tibi jura ipſius Eccleſię, & Camerę, ut pręfertur, per te, vel alium, ſeu alios, tuo, & dictę Camerę nomine, inflictas, & promulgatas, quoties opus fuerit, aggravandi, & alias contra eos ſententias, promulgandi, necnon contra quoſcunque tibi, vel tuis officialibus injuriantes, ſeu te, vel dictos officiales tuos, & negotia dictę Camerę directe, & indirecte, publice, vel occulte impedientes, auctoritate noſtra, prout juris fuerit, procedendi, &, ſi neceſſe fuerit, ipſos ad comparendum perſonaliter coram nobis, vel Camerario noſtro infra certum competentem terminum per te eis aſſignandum, & etiam, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis invocandi, ſententias quoque ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti, contra contumaces, inobedientes, & rebelles, tam per dictos prędeceſſores, vel eorum ſubſtitutos, quam per te latas, & ferendas, cum ad obedientiam debitam venerint, tollendi, & ſuſpendendi, ac ſuper irregularitate, ſi qua ſic ligati, non tamen in contemptum clavium celebrando, vel immiſcendo ſe illis, contraxerint, cum eiſdem, etiam auctoritate noſtra, diſpenſandi, non obſtantibus tam felicis record. Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, ac de una, & duabus dietis in Concilio Generali, quam aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi de illis, & totis eorum tenoribus de verbo ad verbum eſſet in pręſentibus habenda mentio ſpecialis, ſeu ſi aliquibus, & eorum Ordinibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium vocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, auctoritate Apoſtolica facultatem, & poteſtatem concedentes plenariam, & omnimodam. Ita tamen, quod in fructibus, redditibus, & proventibus, pertinentibus, ſeu ſpectantibus, dictę Camerę perſolvendis ultra annuam dilationem dare nequeas. Et quod in ſingulis Provinciis, Civitatibus, & Dięceſibus infra tuam collectionem exiſtentibus, ſi ſint amplę, & diffuſę, ultra unum duntaxat ſubcollectorem non deputes, & omnium, & ſingulorum ſubcollectorum quos te deputare contigerit nomina, & cognomina ſtatim cum illos deputaveris, nobis, ſeu pręſidentibus dictę Camerę clare, & diſtincte tranſmittere; & quod in ſingulis bienniis de receptis per te, & geſtis, & ſubſtitutis in hujuſmodi Collectorię officio, rationem, & computum reddere in dicta Camera coram gentibus ipſius tenearis, necnon quicquid per te recipi contigerit per literas cambii, vel alium tutum modum nobis, vel Camerario, aut pręſidentibus dictę Camerę quantocius poteris, mittere non poſtponas. Volumus autem, quod antequam officium hujuſmodi incipias exercere, in manibus dilecti filii Marci tit. Sancti Marci Presbyteri Cardinalis Commiſſarii noſtri fidelitatis debitę pręſtes in forma ſolita juramentum, ipſoſque Subcollectores per te ad id deputandi, in manibus tuis, antequam illud exerceant, ſimiliter illud pręſtare teneantur. Te igitur ſic in pręmiſſis prudenter, & ſollicite, ac fideliter habeas quod apud nos commendari poſſis, noſtramque, & dictę Sedis benedictionem, & gratiam ulterius conſequi merearis. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Nono, Pridie Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex archivo Apoſtolico *Libro II. Officiorum Pauli II fol. 1.*

Anno 1469 Die 30 Decembris.

Ut Generalis Magiſter curam gerat Piſani Monaſterii (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

LII.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſę, & Conventui Sancti Auguſtini Via Romea, & Sancti Felicis de Vada extra muros Piſarum invicem unitorum Monaſteriorum Monialium Sancti Auguſtini, Romanę Eccleſię immediate ſubjectorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sacrę Religionis, ſub qua, mundanis abdicatis illecebris, devotum, & ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut vota veſtra, illa pręſertim, per quę Religio ipſa fęcundius in vobis fructum afferre valeat ſalutarem, voſque laudabilibus poſſitis in Domino proficere incrementis, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus, eaque favoribus proſequamur opportunis. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos quę in Sancti Auguſtini de Via Romea, & Sancti Felicis de Vada extra muros Piſarum invicem unitis Monaſteriis Monialium Ordinis Sancti

Sancti Auguſtini Romanę Eccleſię immediate ſubjectis, ſub regulari obſervantia dicti Ordinis divinis vacatis beneplacitis, ſperetis, quod ſi Monaſteria ipſa cum illarum perſonis curę Generalis Magiſtri Ordinis Fratrum Prędicatorum pro tempore exiſtentis committerentur, qui curam bujuſmodi per aliquem Fratrem dicti Ordinis Prędicatorum exercere, vos, & pro tempore exiſtentes Monaſteriorum prędictorum Abbatiſſa, & Moniales, Prioris, & Fratris, per eum pro tempore ad curam hujuſmodi deputati, conſiliis, & auxiliis munitę, in divinis beneplacitis exequendis melius proficere poſſetis, ſtatuſque Monaſteriorum prędictorum continuo proſperarentur: Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Monaſteria prędicta, ac vos, & illorum pro tempore exiſtentes Abbatiſſam, & Moniales omnimodę curę, regimini, & directioni pręfati Generalis Magiſtri, ad inſtar aliorum Monaſteriorum Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, ſub cura dictorum Fratrum Prędicatorum degentium, pręſentium tenore, abſque tamen exemptionis, & aliorum per Sedem Apoſtolicam vobis, & Monaſteriis ipſis conceſſorum privilegiorum pręjudicio, Apoſtolica auctoritate, perpetuo ſubjicimus, eique mandamus, ut aliquem dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum profeſſorem, ſub regulari obſervantia dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum vitam ducentem, & in Civitate Piſarum pro tempore reſidentem, ętate maturum, moribus conſpicuum, ac vitę ſanctimonia plenum, & alias omni ex parte ad id idoneum, in veſtrum, & earundem pro tempore Abbatiſſę, & Monialium, Confeſſorem, & Viſitatorem, pro tempore deputet, qui curam hujuſmodi, ſecundum Deum, & regularia inſtituta dicti Ordinis, exerceat, & pro ſolo nutu ipſius Generalis Magiſtri amovibilis exiſtat, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinum prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam veſtrę ſubjectionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLXIX, Tertio Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

S. de Spada.
P. de Chiazzis.
D. de Piſſia.
Jo. Mil.
Jo. Caditii.

A. de Mucciarellis.

1. *Monaſterii.*) Vide *Notam I ad Conſtitutionem datam XXVI Februarii MCCLVIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Piſano.*

Firmat ea quæ pro Congregatione Lombardiæ decreverat.

Anno 1470 Die 29 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam. LIII.

SUſcepti regiminis ſolicitudo Nos admonet, & ordo exigit rationis, ut favorem Apoſtolicum regularis vitę Profeſſoribus, pręſertim ſub obſervantia regulari vitam ducentibus impendentes, eis a Nobis conceſſa privilegia conſervemus illęſa, & quę contra ea de facto attentata comperimus, in ſtatum priſtinum celeriter revocemus, ac alias ipſorum proſpiciamus quieti, ſicut cognoſcimus in Domino expedire. Nuper ſiquidem per Nos fide dignorum relatione accepto, quod in Generali Capitulo Ordinis Fratrum Prędicatorum in noſtra Civitate Avenionenſi proxime celebrato dilectus filius Thomas de Leveo Vicarius Generalis Congregationis Provincię utriuſque Lombardię dicti Ordinis obſervantię regularis contra tenorem literarum, ſeu privilegii a Nobis dictę Congregationi conceſſi, non ſolum a commiſſo ei Vicariatus officio, ſed etiam ad omnia alia ejuſdem ordinis officia inhabilitatus, & quidam alii Congregationis ejuſdem puniti indebite, & de facto extitiſſent, quodque ipſe Vicarius facta per eum inſtantia debita, nec de duobus graduandis in Sacra Theologia per ipſum, & pręfatam Congregationem ipſi Capitulo pro ſufficientibus nominatis licentiam, nec etiam de pręficiendo in Regentem Studii Conventus Bononienſis ſimiliter nominato, conſenſum a pręfato Capitulo obtinere potuiſſet, in non modicum dedecus, & pręjudicium Congregationis prędictę. Nos cupientes tunc rem omnem, ut geſta eſſet, plenius intelligere, vivę vocis oraculo Venerabili Fratri Beſſarion Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filiis noſtris Angelo tituli Sanctę Crucis in Jeruſalem, & Oliverio tituli Sancti Euſebii, necnon Marco tituli Sancti Marci Presbyteris Cardinalibus commiſimus, ut vocato Generali Procuratore Ordinis prędicti, de premiſſis omnibus ſe diligenter informarent, relaturi deinde Nobis quicquid reperirent veritate fulciri. Cumque ex fideli relatione Nobis per Epiſcopum, & Cardinales pręfatos poſtmodum facta, & re ipſa per Nos plenius intellecta, pro decore Religionis, ac Fratrum dictę Congregationis animarum tranquillitate viſum eſt conducere, & honeſtati convenire, ut de facto attentata in Capitulo hujuſmodi, ut pręfertur, in ſtatum priſtinum revocentur. Nos qui honorem, & decorem Religionis prędictę, ejuſque, ac perſonarum illius ſtatum proſperum, & quietem ſupremis deſideramus affectibus, volenteſque, quemadmodum noſtro incumbit officio, ſuper conſultius providere, atque decentius, rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis, pręfatum Thomam Vicarium, & alios dictę Congegationis adverſus attentata contra eos in dicto Capitulo, ut pręfertur, in priſtinum ſtatum, Apoſtolica auctoritate, pręſentium tenore, reſtituimus, reintegramus, atque reponimus. Nominatum vero ſecundum tenorem pręfati privilegii per dictum Vicarium, & hujuſmodi Congregationem Regentem Studii Conventus Bononienſis hac vice, alias tamen ſecundum tenorem prędicti privilegii pręficimus, Graduandis etiam prędictis, juxta tenorem pręfati indulti, gradus ſuos Nota.

recipiendi licentiam concedimus per prçſentes. Volentes tenorem literarum, ſeu privilegii, a Nobis, ut prçfertur, conceſſi, in omnibus ſuis clauſulis inviolabiliter obſervari, donec, vel in primo futuro generali Capitulo, aut antea, ſiquis contra Vicarium, & Congregationem prçdictam ſuper prçmiſſis de jure voluerit expediri, ſuadente juſtitia, per Nos aliter decidi forſan, ſeu determinari contigerit in futurum. Non obſtantibus prçmiſſis, ac in ipſo Capitulo declaratis, aut quomodolibet attentatis, quç medio tempore quoad dictam Congregationem ſuſpenſa eſſe volumus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, ac privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis dicto Ordini in genere, vel in ſpecie conceſſis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, necnon omnibus illis, quç in prçfatis noſtris literis volumus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrç reſtitutionis, reintegrationis, repoſitionis, prçfectionis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romç apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicç Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo, Tertio Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

A. Gondiſſalvi.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum in *Bullario Brixienſi pag.* 28.

In quendam ſuſpectum de hæreſi.

Anno 1471 Die 13 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto Filio Simoni de Novaria Ordinis Prçdicatorum Profeſſori hçreticç pravitatis Inquiſitori.

LIV.

PAULUS PAPA II.

Dilecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

INtelleximus, quç Nobis de quodam nomine Guizardo da Saſſuolo, quem propter ſuſpicionem hçreſis capi feciſti his diebus, per tuas literas ſcripſeras, & quoniam res illa non parvi momenti eſt, neque conniventibus oculis pertranſeunda, committimus tibi, ac mandamus, ut ſecundum ordinationes, ac conſtitutiones canonicas, prout res ſeſe exigit, eundem Guizardum puniri, & contra eum procedi facias, ne hçc horrenda lues ſerpat, & gregem totum inficiat. Super qua etiam re dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris Epiſcopi Bononien. in ſpiritualibus Generali ſcribimus, ut tecum in hac re conſentiat, & periculum rei inſpiciat, ac remotis affectibus, ira, rancore, odio, amore, vel favore, juſtitiam in hac re adminiſtrari faciat, & permittat. Quod etiam cum pro bonitate ſua, tum etiam interveniente hac monitione noſtra, eum libenter facturum confidimus. In his ita vos juſtos, ac promptos exhibeatis, quod laudem, ac commendationem a nobis, & hominibus mereamini. Datum Romç apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Martii MCCCCLXXI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

L. Dathul.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

SIXTUS IV.

Ab anno MCCCCLXXI die IX Auguſti, ad XII Auguſti MCCCCLXXXIV. Vide *Tom. III* hujus *Bullarii pag.* 480.

Abrantenſis Cœnobii (1) fundandi facultas.

Anno 1472 Die 21 Auguſti.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CLXXXVI.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Egitanien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRomptum, & benevolum libenter illis Apoſtolicum favorem impendimus, in quorum habetur deſideriis, quod ſub religionis habitu devote Domino famulantes, cum tranquillitate mentium, ſua vota, abſque impedimento, exſolvere, atque animas Deo lucrifacere, & demum ad gloriam perpetuç claritatis mereantur feliciter pervenire. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Lupi de Almeyda Baronis Domini Villç Abrantes, tuç Egitanien. Diçceſis, per cariſſimum in Christo filium noſtrum Alphonſum Portugallię, & Algarbiorum Regem illuſtrem, ad Nos oratoris deſtinati, petitio continebat, quod olim ejus genitor, dum in humanis ageret, cupiens terrena in cçleſtia, & tranſitoria in çterna, felici commercio commutare, de bonis a Deo ſibi collatis, quandam domum Ordinis Fratrum Prçdicatorum, cum Eccleſia, clauſtro, campanili, campana, cçmeterio, dormitorio, refectorio, hor-

hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, ſub invocatione B. Marię de Conſolatione, & ad ipſius laudem, & honorem, pro uſu, & babitatione Fratrum dicti Ordinis, in Villa prędicta, cum magnis impenſis ędificari fecit, quodque licet Fratres dicti Ordinis eandem domum ex tunc inhabitarint, prout etiam inhabitant de pręſenti, & habitatores dictę Villę, atque alii Regnicolę, de diverſis partibus ad Eccleſiam, & domum pręfatas, devotionis cauſa, concurrant, & divinus cultus inibi vigeat; quia tamen locus in quo domus, & Eccleſia prędictę ędificatę ſunt, infirmitati plurimum diſpoſitus eſt, & ſępe numero Fratres in ea degentes, infirmitates graviſſimas, etiam ex quibus ſępius moriuntur, incurrunt, eam ob cauſam, nonnunquam domum ipſam reliquerunt, & in illa amplius, cum animi quiete, reſidere non poſſunt. Et, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi domus, Eccleſia, & officinę prędictę, pro eo quod nullum aliud remedium commodius adhiberi poteſt, demolirentur, & in alio eminentiori loco aereo, per jactum baliſtę, vel circa, ab eo diſtante, & cujus hortus cum primo prędicto loco facilius claudi poteſt, ędificarentur, profecto Fratres prędicti commodius Altiſſimo famulari, & ab hujuſmodi languoribus crebris, ut veriſimiliter creditur, liberari valerent. Quare pro parte dicti Lupi Nobis fuit bumiliter ſupplicatum, ut eiſdem Fratribus in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Ordinem ipſum, & Divinum Cultum, quantum cum Deo poſſumus, propagari, noſtris pręſertim temporibus, intenſis deſideriis affectamus, de pręmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de eiſdem pręmiſſis te diligenter informes, &, ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, dicto Lupo, necnon ipſius Domus Priori, & Fratribus, Domum prędictam demoliendi, & aliam novam Domum, cum Eccleſia, Campanili, Campana, Clauſtro, Refectorio, Dormitorio, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis, officinis, in loco prędicto, dummodo ad hoc ſit idoneus, & honeſtus, fundandi, conſtruendi, & ędificandi, ac ligna, lapides, oſſaque defunctorum ipſius antiquę Domus, ad aliam novam transferendi, & poſtquam conſtructa fuerit, eiſdem Fratribus, illam pro eorum uſu, & habitatione perpetuis recipiendi, & perpetuo inhabitandi, auctoritate noſtra, licentiam largiaris, non obſtante Conſtitutione felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, prohibente, ne prędicti, & cujuſvis Ordinis Mendicantium Fratres ad habitandum nova loca recipere, ſeu jam recepta mutare pręſumant abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali, de prohibitione hujuſmodi ſpecialem, & expreſſam mentionem faciente, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, Statutis, ac Conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod dicti Fratres, qui dictam Domum pro tempore inhabitabunt, omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, & libertatibus uti, & gaudere libere, & licite poſſint, & debeant, quibus ceteri fratres dicti Ordinis gaudent, & potiuntur, jure tamen Parochialis Eccleſię, & alterius cujuſcunque, in omnibus ſemper ſalvo. Et inſuper, ut dicta Domus celerius conſtruatur, & ad optatum perveniat complementum, omnibus Chriſtifidelibus, qui pro ędificatione, & complemento dictę conſtruendę Domus, & Eccleſię, ac illius ornamentis, unum groſſum monetę in illis partibus currentis, ſeu illius verum valorem erogaverint, & juxta ordinem Venerabilis fratris Epiſcopi Ulixbonen., vel ab eo deputandi, pro hujuſmodi opere conſignaverint, ut aliquem Presbyterum idoneum ſecularem, vel cujuſvis Ordinis regularem, in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui, ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis per eos delictis, & peccatis, qui vita eis comite, in caſibus Apoſtolicę Sedi reſervatis, pręterquam offenſę Eccleſiaſticę libertatis, violationis interdicti ab eadem Sede impoſiti, criminum hęreſis, cujuſvis offenſę, inobedientię, ſeu rebellionis, aut conſpirationis in perſonam, vel Statum Romani Pontificis, ſeu Sedem Apoſtolicam, invaſionis, deprędationis, vel occupationis, aut devaſtationis terrarum Eccleſię Romanę mediate, vel immediate ſubjectarum, Parricidii, offenſę perſonalis in Epiſcopum, vel alium Pręlatum, ac etiam invaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam Curiam venientium, prohibitionis, devolutionis cauſarum ad dictam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, impoſitionis novorum onerum realium, vel perſonalium, Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis, Simonię ſuper Ordinibus, vel Beneficiis aſſequendis in eadem Curia, vel extra, contractę, & generaliter in caſibus contentis in Bulla, quę conſuevit in die Cęnę Domini per Prędeceſſores noſtros Romanos Pontifices publicari, ſemel duntaxat; in aliis vero, quoties fuerit opportunum, debitam abſolutionem impendat, & injungat pęnitentiam ſalutarem, quodque Confeſſor, quem duxerint eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, etiam ſemel duntaxat in mortis articulo, plenariam remiſſionem, eis, in ſinceritate fidei, unitate S. Romanę Eccleſię, & obedientia, ac devotione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, devotioni eorum, tenore pręſentium, indulgemus. Sic tamen, quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eis, per eos, ſi ſupervixerint, vel per alios, ſi forte tunc tranſierint, faciendam injungat, quam ipſi, vel illi facere teneantur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam, vel conceſſionem, reddantur procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi a ſinceritate fidei, unitate Romanę Eccleſię, ac obedientia, & devotione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, deſtiterint, aut ex confidentia ejuſdem conceſſionis, vel remiſſionis, aliqua forſan commiſerint, conceſſio, & remiſſio hujuſmodi, eis nullatenus ſuffragentur. Et inſuper, quod per unum annum, a tempore, quo noſtra pręſens conceſſio ad ſuam pervenerit notitiam, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunent, & ſi prędictis feriis, ex pręcepto Eccleſię, regulari obſervantia, injuncta pęnitentia, voto, vel alias jejunare teneantur, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut pręmittitur, non ſint adſtricti, jejunent, & ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſent legitime impediti, anno ſequenti, vel aliis, quam primum poterunt, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneantur. Porro ſi forſan alias pręlibatum jejunium, in toto, vel in parte quomodocumque adimplere nequirent commode, eo caſu Confeſſor prędictus jejunium ipſum in alia pietatis opera commutare valeat, prout animarum ſuarum ſaluti

vide-

videriſ expedire, quę ipſi pari modo debeant adimplere, alioquin pręſens noſtra conceſſio, quoad plenariam remiſſionem hujuſmodi duntaxat, nullius ſit roboris, vel momenti. Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo Quadrigenteſimo Septuageſimo Secundo, Duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Cœnobii.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Abrantenſi*.

Anno 1474 Die 15 Februarii.

De conſtruenda Bibliotheca Raguſini Cœnobii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Raguſin.

CLXXXVII

SIXTUS PAPA IV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NUper Nobis exponi curarunt dilecti filii Prior, & Fratres domus S. Dominici Raguſin. Ordinis Fratrum Prędicatorum, quod quamvis ipſi a felicis recordationis Paulo II noſtro immediato Prędeceſſore, ut eis de piis legatis domui ipſi faciendis pro Bibliotheca conſtruenda, domuſque ipſius fabrica abſolvenda diſponendi, prout tuę conſcientię videretur, licentiam largiri mandari obtinuerint, jamque ad executionem literarum dicti Prędeceſſoris ſuper hoc tibi directarum procedere ſis paratus, tamen, quia admodum longum, ac quodammodo infinitum eſſet expectare, dum tot legata perveniant, quot ſat erunt ad fabricam perficiendam, & Bibliothecam parandam, nec Bibliothecam parare, nec fabricam, ut neceſſitas exigit, complere poſſunt. Quare pro parte ipſorum Prioris, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut commoditatibus eorum, ornamentoque domus pręfatę, benignitate paterna conſulere, & ut de legatis jam factis eiſdem Priori, ac Fratribus licentiam diſponendi, alias tamen juxta ſeriem, ac tenorem literarum dicti Prędeceſſoris concedere poſſis, tenore pręſentium, tibi Apoſtolica indulgemus auctoritate, Conſtitutionibus Apoſtolicis, voluntate teſtatorum, & aliorum in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV Februarii MCCCCLXXIV, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Raguſin.*

Anno 1474 Die 20 Decembris.

Ogiani (1) Cœnobii fundandi facultas.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CLXXXVIII.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Acherontin. in ſpiritualibus Generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXimię devotionis affectus, quem cariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Rex Sicilię Illuſtris, ad Nos, & Romanam gerit Eccleſiam, non indigne promeretur, ut votis ſuis, illis pręſertim, quę divini cultus augmentum, & ſacrę religionis propagationem reſpiciunt, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dicti Ferdinandi Regis petitio continebat, quod Monaſterium omnium Sanctorum Caſtri Ogiani Ordinis S. Benedicti, Acherontin., & Materanen. Diœceſis, quod dilectus filius Franciſcus de Pomarico Clericus, ex conceſſione, & diſpenſatione Sedis Apoſtolicę obtinet in commendam, quodque Conventu caret, & cujus fructus, redditus, & proventus in prophanos uſus convertuntur, in ſuis ſtructuris, & ędificiis penitus eſt dirutum, ita quod in illis lapis ſupra lapidem recte non perſiſtit. Verum ſi Monaſterium ipſum, ſuppreſſis inibi dicto Ordine, & Abbatiali dignitate, in domum Fratrum Ordinis Prędicatorum de obſervantia nuncupatorum, ad quos, idem Ferdinandus Rex ſingularem gerit devotionem, erigeretur, profecto id in divini cultus cederet augmentum, ac dilecti filii, univerſi incolę, & habitatores dicti Caſtri, qui quatuor millia numero ſunt, per prędicationem verbi Dei ipſorum Fratrum non modicum proficerent, eorumque devotio augeretur. Quare pro parte dicti Ferdinandi Regis, aſſerentis, quod ipſe Dominus dicti Caſtri exiſtit, quodque fructus, redditus, & proventus Monaſterii hujuſmodi triginta florenorum auri de Camera, ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum non excedunt, Nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut Ordinem Sancti Benedicti, & Abbatialem dignitatem hujuſmodi in dicto Monaſterio ſupprimere, illudque in domum Fratrum Ordinis Prędicatorum, cum Eccleſia, clauſtro, campanili, campana, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro uſu, & habitatione dictorum Fratrum erigi, mandare, ac alias in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui divinum cultum noſtris temporibus augeri ſummopere affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis dicto Franciſco, & aliis, qui fuerint evocandi, de pręmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes, &, ſi per informationem hujuſmodi ea ita eſſe repereris, & ad hoc expreſſus ipſius Franciſci acceſſerit aſſenſus, Ordinem Sancti Benedicti, & Abbatialem dignitatem hujuſmodi ſupprimere, & extinguere; &

ſi ſup-

ſi ſuppreſſionem, & extinctionem hujuſmodi per te vigore preſentium fieri contigerit, dictum Monaſterium in domum Fratrum dicti Ordinis Prędicatorum cum Eccleſia, clauſtro, campanili, campana, hortis, hortalitiis, & officinis prędictis erigere, necnon dilecto filio Vicario Generali ipſius Ordinis Prędicatorum ſecundum illius morem, illam per Fratres ipſius Ordinis Prędicatorum inhabitari faciendi licentiam concedere, Diœceſani loci, & cujuſcunque alterius licentia minime requiſita, necnon dicto Franciſco quoad vixerit, fructus, redditus, & proventus prędictos reſervare auctoritate noſtra procures. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifatii VIII Prędeceſſoris noſtri prohibente, ne Fratres Ordinis Mendicantium loca de novo recipere, aut recepta mutare pręſumant abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujuſmodi mentionem, ac aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & auctoritate prędicta concedimus, quod ſi erectionem dictę domus per te vigore pręſentium fieri contigerit, illius Fratres qui in ea pro tempore morabuntur, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, & indultis, quibus alii Fratres dicti Ordinis in aliis eorum domibus commorantes, in genere gaudent, & quomodolibet utuntur, uti, & gaudere libere, & licite valeant, jure tamen Parochialis Eccleſię, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Quarto, Tertiodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Ogiani.*) In Regno *Neapolitano*. 2. *Archivo.*) In quo exemplar

Anno 1475
Die 18 Martii.

De penſione ſolvenda Fratribus Cœnobii (1) de Luchent.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CLXXXIX.

S I X T U S P A P A IV. (3)

Digna exauditione, vota, quę perſonarum divinis laudibus, ſacręque Religionis obſervantię deditarum, commoda concernunt, Apoſtolico Nos convenit favore proſequi, & perſonarum earundem neceſſitatibus ſuccurrere proviſionis gratia congruentis. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio Papę II Prędeceſſori noſtro, pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai de Proxida Militis, Domini loci de Luchent, Valentin. Diœceſis, expoſito, quod ipſe extra dictum locum de Luchent, in quo temporale dominium obtinet, ad laudem, & gloriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quandam domum cum Eccleſia, Oratorio, Campanili, Campana, Clauſtro, Dormitorio, Horto, Hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, pro uſu, & habitatione certorum Fratrum Ordinis Prędicatorum, ibidem Altiſſimo famulantium in quadam aſperitate, ſumptuoſo opere fundari, conſtrui, & ędificari fecerat, de bonis ſibi a Deo collatis, & nonnullos redditus pro vita, & ſuſtentatione ipſorum Fratrum, ibidem pro tempore reſidentium, & Altiſſimo in divinis perpetuo famulantium, erogaverat, atque aſſignaverat, ex quibus vivere commode non poterant, erantque eis pro ſuſtentatione vitę eorum, & aliorum onerum pręfatę domus ſupportatione, quamplurimorum Chriſtifidelium ſuffragia, & eleemoſinę neceſſaria. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ſi ex fructibus, redditibus, & proventibus Parochialis Eccleſię dicti loci, qui ultra octuaginta libras monetę Valentin. annuatim valebant, penſio quadraginta librarum ſimilium, eidem domui pro ſuſtentatione vitę, & onerum prędictorum poſt ceſſum, vel deceſſum tunc Rectoris dictę Parochialis Eccleſię eiſdem Fratribus anno quolibet per Rectores, qui pro tempore forent, dictę Parochialis Eccleſię perſolvenda in certis terminis, aſſignaretur, reſervaretur, & conſtitueretur, pręfati Fratres melius circa cultum divinum in eadem domo, & aliis circa hoc neceſſariis intendere, ac vitam eorum ſuſtentare, & incumbentia onera dictę domus ſupportare poſſent, idem Prędeceſſor pręfati Militis in ea parte ſupplicationibus inclinatus, Venerabili Fratri noſtro Roderico Epiſcopo Albanen. S. R. E. Vice-Cancellario, tunc Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, ſuis dedit literis in mandatis, ut ſe de pręmiſſis omnibus, & ſingulis eidem Prędeceſſori expoſitis, diligenter informaret, & ſi per informationem eandem reperiret, ea veritate ſubniti, ſuper quo ejus conſcientiam onerabat, ex fructibus, redditibus, & proventibus, ſi ſibi, & conſcientię ſuę videretur faciendum, eidem domui, pro ſuſtentatione, & ſupportatione onerum prędictorum, penſionem quadraginta librarum pręfatę monetę, Fratribus pręfatę domus, anno quolibet, per ipſius Parochialis Eccleſię Rectores, qui poſt illum, qui tunc erat Rector ejuſdem, pro tempore forent, in terminis, & locis, ac ſub ſententiis, cenſuris, & pęnis per ipſum Epiſcopum tunc Diaconum Cardinalem deſuper ſtatuendis, efficaciter perſolvendam reſervaret, conſtitueret, & aſſignaret, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Militis, petitio continebat, Rector dictę Eccleſię Parochialis, qui pro tempore fuit poſt illum, qui tempore dat. literarum prędictarum eandem Parochialem Eccleſiam obtinebat, penſionem ipſam annis ſingulis perſolverit dictis Fratribus, prout modernus ipſius Parochialis Eccleſię Rector ſolvit etiam de pręſenti, quamquam aliter de penſionis ejuſdem conſtitutione, reſervatione, & aſſignatione, ac prędictarum literarum executione non appareat, pro parte dicti Militis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut penſionem prędictam quadraginta librarum dictę monetę, ſuper eiſdem fructibus, redditibus, & proventibus dictę Parochialis Eccleſię, pręfatis Fratribus, annis ſingulis, perpetuis futuris temporibus, per modernum, & pro tempore exiſtentem Rectorem dictę Parochialis Eccleſię, integre perſolvendam, reſervare, conſtituere, & aſſignare, ac Fratribus prędictis, ut exactam hactenus penſionem prędictam non aliter reſervatam, conſtitutam, & aſſignatam, a dicto Rectore abſque conſcientię ſcrupulo retinere, &, ſi ſic illam exigendo, & recipiendo, necnon ipſi Militi, ſi procurando quod Rector dictę Parochialis illam ſolvat, & ad ipſius Parochialis poſſeſſionem non admittatur, niſi prius ad ſolvendam penſionem memoratam, dictis Fratribus, ſe obligaverit, cenſuras, & pęnas aliquas eccleſiaſticas incurriſſent, de abſolutionis beneficio ab eiſdem cenſuris, & pęnis, ac alias in pręmiſſis opportune pro-

providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctos regularis obſervantię profeſſores, ſpeciali dilectione proſequimur, & gerimus in viſceribus caritatis, ac votis ejuſdem Militis, ob ſincerę devotionis affectum, quem ad Nos, & eandem Romanam gerit Eccleſiam, libenter annuimus, quique dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod literę reſervationis alicujus penſionis non expedirentur, niſi in illarum expeditione conſenſus accederet illius, qui penſionem ipſam ſolvere tunc deberet, de veritate pręmiſſorum, pręfato Pio Prędeceſſori, per ipſum Militem expoſitorum, relatione pręfati Epiſcopi, & Vice-Cancellarii, qui Eccleſię Valentinę ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica preęſſe dignoſcitur, ac alias plene informati, & ejuſdem Militis ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, Militem, & Fratres prędictos, ac quemlibet eorum, a cenſuris, & pęnis, ſi quas, pręmiſſorum occaſione, incurrerint, auctoritate Apoſtolica, pręſentium tenore, abſolvimus, & etiam liberamus, omnemque infamię maculam pręmiſſorum, penitus, & omnino abolemus, & ut Fratres ipſi ibidem valeant commodius ſuſtentari, & onera prędicta perferre, penſionem annualem quadraginta librarum dictę monetę, dictę domui, pro ſuſtentatione dictorum onerum, ſuper eiſdem fructibus, redditibus, & proventibus dictę Parochialis Eccleſię, per eundem modernum, & pro tempore exiſtentem dictę Parochialis Eccleſię Rectorem, annis ſingulis, perpetuis futuris temporibus, pro una, videlicet in Sancti Johannis Baptiſtę, & alia penſionis ejuſdem medietatibus in Domini Noſtri Jeſu Chriſti Nativitatis feſtivitatibus, in prędicto loco de Lucbent dictis Fratribus, vel eorum Syndico, ad id ab eis ſpeciale mandatum habenti, integre perſolvendam, dicta auctoritate conſtituimus, reſervamus, & aſſignamus, decernentes modernum, & pro tempore exiſtentem dictę Parochialis Eccleſię Rectorem, ad integram ſolutionem penſionis prędictę faciendam dictis Fratribus, juxta reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis prędictarum tenorem, fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod ille ex moderno Rectore, & Succeſſoribus pręfatis, qui in aliqua dictarum feſtivitatum, aut ſaltem infra triginta dies ex tunc immediate ſequentes, penſionem tunc debitam hujuſmodi non perſolverit cum effectu, lapſis diebus eiſdem, ſententiam excommunicationis incurrat, a qua, donec de penſione prędicta tunc debita Fratribus, vel Syndico prędictis integre ſatisfactum, aut alias cum eiſdem Fratribus, vel dicto Syndico ſuper amicabiliter concordatum fuerit, pręterquam in mortis articulo conſtitutus, nequeat abſolutionis beneficium obtinere. Si vero per ſex menſes, dictos triginta dies immediate ſequentes, ſententiam ipſam, animo, quod abſit, ſuſtinuerit indurato, ex tunc, menſibus effluxis eiſdem, dicta Parochiali Eccleſia perpetuo privatus exiſtat, illaque vacare cenſeatur eo ipſo. Et nihilominus Venerabili Fratri Epiſcopo Barcbinonen., ac dilectis filiis Archidiacono, & Berengario Clanell Canonico ipſius Eccleſię Valentinę, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręmiſſa, ubi expediens fuerit, ſolemniter publicantes, faciant auctoritate noſtra penſionem dictis Fratribus juxta conſtitutionis, conceſſionis, & aſſignationis prędictarum continentiam atque formam integre perſolvi, & etiam aſſignari. Et nihilominus illum ex moderno Rectore dictę Parochialis Eccleſię, & ejus Succeſſoribus pręfatis, quem eis, hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurriſſe conſtiterit, quoties pro parte dictorum Fratrum deſuper fuerint legitime requiſiti, in Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo convenerit ad Divina, excommunicatum publice nuncient, & faciant ab aliis nunciari, & ab omnibus cautius evitari, donec eiſdem Fratribus de penſione hujuſmodi tunc debita integre ſatisfactum fuerit, ipſeque excommunicatus, ab hujuſmodi excommunicationis ſententia meruerit abſolutionis beneficium obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus priori voluntate, & ordinatione noſtris prędictis, & aliis pręmiſſis, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus, Statutis quoque, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, contrariis quibuſcunque. Aut ſi moderno Rectori dictę Parrochialis Eccleſię, & Succeſſoribus pręfatis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod ad pręſtationem, vel ſolutionem alicujus penſionis minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſiot, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam, pręſentibus non expreſſam, vel totaliter noo inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore, habenda ſit io noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, liberationis, abolitionis, conſtitutionis, reſervationis, aſſignationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadrigenteſimo Septuageſimo Quarto (4), Quinto Decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anoo Quarto.

L. Grifus.

1. *Cœnobii.*) Juris eſt Aragoniæ Provinciæ.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucbentino*.
3. *Sixtus Papa IV.*) Deeſt ibi. *Ad Perpetuam Rei Memoriam.*
4. *Septuageſimo Quarto.*) Stylo Bullarum, ætæ communis *MCCCLXXV.*

In-

Indulgentiæ, ac privilegia conceſſa Confraternitati D. N. Jeſu Chriſti in Cœnobio de Luchent conſtitutæ.

Anno 1479. Die 18 Martii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXC.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

INter cetera deſiderabilia cordis noſtri, illud intenſis deſideriis affectamus, ut ubique majeſtas Domini Noſtri Jeſu Chriſti collaudetur in benedictionibus gratiarum, & in omni loco glorioſi Corporis, & Sanguinis ejus jugis permaneat memoria, & reverentia amplietur, ad quorum promotionem, ac caritatis opera adimplenda, ut Chriſtifideles ferventer inducantur, & ęternę vitę pręmia conſequi mereantur, illos indulgentiis, & remiſſionibus invitamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pius Papa II Prędeceſſor noſter, cupiens ut Eccleſia Domini Noſtri Jeſu Chriſti Domus Fratrum Ordinis Predicatorum Villę de Luchent Valentinę Dięceſis, quam quondam Johannes Proxita miles Valentinus, Dominus dictę Villę, in humanis agens, cupiens terrena in cęleſtia commutare, cum cęmeterio, campanili, clauſtro, refectorio, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro Fratribus dicti Ordinis, qui inibi perpetuo virtutum Domino famularentur de bonis ſibi a Deo collatis, ad laudem, & gloriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti fundaverat pariter, & dotaverat, licet morte pręventus illam non perfecerit, & in qua pro augmentanda Chriſtifidelium illarum partium devotione, dilectus filius nobilis Vir Nicolaus etiam de Proxita Miles Valentinus, dicti Johannis filius, & hęres, ac Villę prefatę Dominus, qui, ut per eundem Prędeceſſorem accepto, poſt ejuſdem Johannis obitum, pro ejuſdem Domus perfectione, & Fratrum ibidem degentium ſuſtentatione, ſummam decem millium florenorum de Aragonia erogaverat, cupiebat quandam Confraternitatem Chriſtifidelium utriuſque ſexus, ſub vocabulo Domini Noſtri Jeſu Chriſti, perpetuo erigere, & fundare, congruis, ut decebat, in Chriſti Corporis nomine, quo Chriſtus nos quotidie ſpiritualiter reficit, frequentaretur honoribus, & in ſuis ſtructuris, & ędificiis debite compleretur, & conſervaretur, dictaque Confraternitas propagaretur, ac eorum Chriſtifidelium devotio inibi augeretur, Chriſtique fideles ad perfectionem, & complementum incepti operis hujuſmodi, & ſuſtentationem dictorum Fratrum, Domus, Eccleſię, & Confraternitatis hujuſmodi manutentionem, eo libentius manus promptas porrigerent adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię uberius conſpexiſſent ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, Cartaginenſis, Dertuſenſis, ac Valentinę Dięceſum incolis, qui intra tres annos tunc proxime futuros a dat. iſtarum literarum computandos, in dictę Confraternitatis Fratres, vel Sorores recepti, & aliorum numero aggregati forent, ac duos ſolidos monetę in illis partibus currentis, pro perfectione, & fabrica operis hujuſmodi, & pręſentatione Fratrum prędictorum pro tempore in dicta Domo Altiſſimo famulantium, illi, vel illis, qui ſuper hoc, ab ipſo Nicolao, mandatum, & commiſſionem habente, deputarentur, die, qua reciperentur, & admitterentur ad dictam Confraternitatem, realiter, & cum effectu perſolverint, ut Confeſſores idonei, quos eorum ſinguli, ac earum ſingulę ducerent eligendos, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, vel contritę, & ore confeſſi, ſeu confeſſę forent, etiamſi illarum abſolutio ex quavis cauſa eſſet Sedi Apoſtolicę reſervata, ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam remiſſionem, ipſis in ſinceritate fidei, unitate S. R. E., ac obedientia, & devotione ejuſdem Pii Prędeceſſoris, & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeret, eadem auctoritate per eaſdem literas conceſſit; & inſuper tam eiſdem Fratribus, & Sororibus, quam quibuslibet aliis Dięceſum prędictarum, ac totius Provincię Hiſpanię incolis, durante quinquennio, ab earum dat. etiam computando, & illo elapſo, eiſdem, & quibuslibet aliis, qui dictam Eccleſiam in eiſdem Corporis Chriſti feſtivitate annis ſingulis devote viſitarent, & ad fabricam, & complementum, ſuſtentationem, & manutentionem hujuſmodi, manus porrigerent adjutrices, aut alias pias eleemoſynas erogarent, pro ſingulis diebus ipſius feſtivitatis, durante dicto quinquennio, tertiam partem omnium peccatorum, & dicto quinquennio finito, ſeptem annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer relaxavit, prędictis literis, quoad remiſſionem tertię partis peccatorum, dictis quinque annis proxime futuris tantummodo, & non ultra, & quoad remiſſionem ſeptem annorum, & totidem quadragenarum injunctarum pęnitentiarum hujuſmodi, ex tunc in poſterum perpetuis futuris temporibus valituris: voluit autem idem Pius Prędeceſſor, quod quicunque, extra tempora, perſonas, & formas memoratas, hujuſmodi literis, & gratia uterentur quovis modo, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrerent; pręterea, ut Eccleſia, ſive Domus hujuſmodi commodius perficeretur, literas indulgentiarum prędictas, videlicet plenariam triennalem relaxationis tertię partis omnium peccatorum, quinquennalem, & perpetuam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, ſub aliis literis ipſius Pii Prędeceſſoris, ſuſpenſionis omnium indulgentiarum, ex cauſa Cruciatę contra Turcas introductę, ac factę, non comprehendere, ſed plenam roboris firmitatem, pro tempore in eis contento, obtinere declaravit, & decrevit, prout in literis prędictis plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, propter guerrarum turbines, quibus partes illę dudum afflictę fuerunt, Domus, & Confraternitas hujuſmodi, ex literis prędictis, illarum effectum, quem veriſimiliter ſperabant, non fuerint conſecutę, immo ad fabricam, complementum, ſuſtentationem, & manutentionem, prędicta Chriſtifidelium ſuffragia ſint plurimum opportuna: Nos cupientes, ut Eccleſia ipſa congruis frequentetur honoribus, & in ſuis ſtructuris, & ędificiis debite compleatur, & conſervetur, dictaque Confraternitas propagetur, ac eorundem Chriſtifidelium devotio inibi augeatur, ipſique fideles ad perfectionem, & complementum, dicti operis, & ſuſten-

ſuſtentationem Fratrum Domus, Eccleſię, & Confraternitatis hujuſmodi manutentionem, eo libentius manus promptas porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratię uberius conſpexerint (2) de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus quibuſcunque, qui intra tres annos, poſt menſem Decembris proxime futurum, computandos, in dictę Confraternitatis Confratres, vel Sorores recepti, aut aliorum numero aggregati fuerint, ac duos ſolidos monetę Valentinę, pro confectione, & fabrica operis hujuſmodi, & Fratrum Prędicatorum ſuſtentatione, pro tempore in dicta Domo Altiſſimo famulantium, illi, vel illis, qui ſuper hoc ab ipſo Nicolao, mandatum, & commiſſionem habente, deputabuntur, die, qua recipientur, & admittentur ad dictam Confraternitatem, realiter, & cum effectu perſolverint, ut Confeſſores idonei, quos eorum ſinguli, & earum ſingulę duxerint eligendos, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, vel contritę, & ore confeſſi, vel confeſſę fuerint, etiamſi illorum abſolutio, ex quavis cauſa eſſet Sedi Apoſtolicę reſervata, ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam remiſſionem, ipſis, in ſinceritate fidei, unitate S. R. E., ac obedientia, & devotione noſtra, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, eadem auctoritate concedimus per pręſentes, ſic tamen, quod ipſi Confeſſores de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam a dictis Fratribus, & Sororibus, per ipſos, ſeu ipſas, ſi ſupervixerint, vel eorum hęredes, ſi forte tunc deceſſerint, faciendam injungant, quam ipſi, & ipſę facere teneantur, ut pręfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam, reddantur procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi, aliqua forte committerent, quoad illa prędicta, eis facta conceſſio nullatenus ſuffragetur, & inſuper, tam eiſdem Confratribus, & Conſororibus, quam quibuslibet aliis Regnorum dominii, & partium hujuſmodi incolis, durante quinquennio, ab eodem menſe computando, & illo elapſo, eiſdem, & quibuslibet aliis, qui dictam Eccleſiam in ejuſdem Corporis Chriſti feſtivitate, annis ſingulis devote viſitaverint, & ad fabricam, & complementum, ſuſtentationem hujuſmodi, manus porrexerint adjutrices, aut alias pias eleemoſynas erogaverint, pro ſingulis diebus ipſius feſtivitatis, durante dicto quinquennio, tertiam partem omnium peccatorum, & dicto quinquennio finito, ſeptem annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer relaxamus. Pręſentibus, quoad remiſſionem tertię partis peccatorum, dictis quinque annis proxime futuris tantummodo, & non ultra, & quoad remiſſionem ſeptem annorum, & totidem quadragenarum injunctarum pęnitentiarum hujuſmodi, ex tunc in poſterum perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod quicunque extra tempora, perſonas, & formas memoratas, hujuſmodi literis, & gratia uterentur quovis modo, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Quarto (3). Quinto decimo Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucbentino*.

2. *Conſpexerint.*) Adderem: *ſe eſſe refectos*.

3. *Quarto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MCCCCLXXV*.

Anno 1475 Die 30 Septembris.

De reficiendis Sacris ædibus Cœnobii Mantuani.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXCI.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Prępoſito Eccleſię Mantuan. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Etſi ex debito Paſtoralis Officii, ut pia decedentium vota ſuum debitum conſequantur effectum, providere teneamur aſſidue, digne ad ea, per quę vota ipſa taliter commutentur in melius, quod exinde decedentium eorundem conſulatur animarum ſaluti, noſtrę providentię curam adhibere debemus. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Prioris, & Fratrum Domus Sancti Lucę Mantuan. Ordinis Fratrum Prędicatorum petitio continebat, quod quondam Creſinus de Caſaliis Civis Mantuan. condens de bonis ſibi a Deo collatis in ejus ultima voluntate teſtamentum, in illo inter alia dictis Priori, & Fratribus duas Domos poſt uxoris ſuę, & certorum ſuorum nunc defunctorum hęredum obitus, ea conditione adjecta legavit, quod Fratres dictę Domus duo Anniverſaria ſingulis annis perpetuo, unum videlicet in die obitus ipſius Teſtatoris, & aliud uſque ad ſex Menſes proximè ſequentes cum quinque Sacerdotibus pro ipſius Teſtatoris, & ſuorum defunctorum animarum ſalute facerent celebrari, quodque ſi ipſi Prior, & Fratres dictas legatas Domos ullo modo vendere, alienare, ſeu permutare pręſumerent, ex tunc ipſi Prior, & Fratres commodo legati hujuſmodi carerent, & ipſę legatę Domus ad Conſortium Sanctę Marię della Corneta Mantuan. devenirent, ſeu devolverentur, prout in quodam Inſtrumento publico inde confecto dicitur plenius contineri. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Eccleſia dictę Domus Sancti Lucę magnam minetur ruinam, ad illamque reparandam non modica requiratur expenſa, pro parte dilecti filii Nobilis Domini Ludovici Marchionis Mantuan., & eorundem Prioris, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis Priori, & Fratribus eaſdem Domos legatas vendendi, & illarum pretium in reparationem dictę Eccleſię convertendi licentiam concedere, & alias eis in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui de pręmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vocatis Conſortio hujuſmodi, & aliis qui fuerint evocandi, tibi de pręmiſſis legitime conſtiterit, eiſdem Priori, ac Fratribus dictas legatas Domos vendendi, & illarum pretium in re-

reparationem dictę Eccleſię convertendi licentiam anctoritate noſtra concedas, dicta nltima volnntate, nec non Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Volumns autem, quod Prior, & Fratres prędicti Anniverſaria hujuſmodi, ut prędertur, faciant celebrari juxta dicti Teſtamenti formam, & tenorem. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Quinto, Pridie Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

(1. Archivo.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano* à

De penſione ſolvenda Fratribus Cœnobii de Luchent (1).

Anno 1477 Die 26 Novembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Johanni de Riudaura Rectori Parochialis Eccleſię de Luchent. Valentin. Dięceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CXCII.

Vitę, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtrę reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque, poſtmodum Parochialis Eccleſia de Luchent Valentin. Dięceſis, per liberam reſignationem Dilecti filii Magiſtri Hieronymi de Calatavibro, ſcriptoris, & familiaris noſtri, nuper ipſius Eccleſię Rectoris, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud eandem Sedem vacaverit, & vacet ad pręſens, nullusque de illa pręter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Nos, volentes tibi, qui Presbyter, & ut aſſeris, Venerabilis Fratris noſtri Roderici Epiſcopi Portuen. S.R.E. Vicecancellarii familiaris continuus commenſalis exiſtis, pręmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere ſpecialem, teque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quę etiam ex quibuſvis Apoſtolicis diſpenſationibus obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quę jus tibi quomodolibet competit, quęcunque, quodcunque, & qualiacunque ſint, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros valores annuos, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores, pręſentibus pro expreſſis habentes, Parochialem Eccleſiam prędictam, cujus fructus, redditus, & proventus nonaginta librarum Turonen. parvorum, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum, ut etiam aſſeris, non excedunt, ſuper quibus penſio annua quadraginta librarum ſimilium, dilectis filiis Priori, & Fratribus Domus de Luchent Ordinis Fratrum Prędicatorum dictę Dięceſis, auctoritate Apoſtolica, reſervata extitit, ſive pręmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſonę, ſeu per ſimilem dicti Hieronymi, vel alterius alicujus de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Teſtibus ſponte factam reſignationem, aut conſtitutionem fel. rec. Johannis PP. XXII. Prędeceſſoris noſtri, quę incipit: Execrabilis, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici; quacunque auctoritate collati, vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad Sedem prędictam legitime devoluta, ipſaque Parochialis Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter, vel alias, etiam ex eo quod dictus Hieronymus, ut prędertur, literarum Apoſtolicarum ſcriptor, & familiaris noſter, ac prędicti Roderici Epiſcopi continuus commenſalis exiſtit, generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi auctoritate, conferimus, & de illa etiam providemus, decernentes, prout eſt, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt, vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus pię me. Bonifatii Papę VIII etiam Prędeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictę Sedis, vel Legatorum ejus, literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus Te in aſſecutione dictę Parochialis Eccleſię, volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prędjudicium generari, ſeu, ſi Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Valentin., vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, pręſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam, pręſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratię impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore, habenda ſit in literis noſtris mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, collationis, proviſionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-

attentare prǽſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum, ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Septimo, Sexto Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

L. de Marcellinis.

1. *Lucbent.*) Juris eſt Provinciæ Aragoniæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucbentino.*

Anno 1478 Die 17 Junii.

Quod Eccleſia per Mendicantes Fratres, & præſertim Prædicatores, ac Minores exaltata fuerit, teſtatur, ac cavet ne quis eos moleſtiis afficiat (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXCIII.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

VIces illius, qui ſupra petram ędificavit Eccleſiam ſuam, meritis licet inſufficientibus, gerentes in terris, & per ejus immaculata veſtigia, quantum Nobis ex alto conceditur, incedere ſatagentes, inter Chriſtifideles quoslibet, & pręſertim ſub uno, atque eodem Sacerdotii vexillo, nobiſcum Deo militantes, pacem, & caritatem inducere, & inductam confovere, vigilanti ſolicitudine meditamur aſſidue, & quę iis contraria ſunt, falce vigilantię paſtoralis ad radicem poſita, ſubmovere, prout rerum, & temporum circumſtantię id non immerito expoſcere dignoſcuntur. Nuper ſiquidem, pro parte tam Venerabilium Fratrum noſtrorum Moguntinen., & Treveren. Archiepiſcoporum, ac Herbipolen., & Wormacien., & Spiren. Epiſcoporum, quam dilecti filii nobilis viri Philippi Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bavarię, qui unus ex Electoribus Romani Imperii exiſtit, ad noſtrum pervenit auditum, quod inter filios dilectos Pręđicatorum, Minorum, & Carmelitarum Ordinum Profeſſores, & nonnullos Parochiarum Rectores, & alios etiam Eccleſiarum Pręlatos, inſtigante illo, qui tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem devoret, in partibus Germanię, & pręſertim in Oppido Eſlingenſi, Conſtantienſis Diœceſis, ſuſcitata ſunt nonnulla diſſenſionum, & ſcandalorum fomenta, ex certis cauſis tunc Nobis expreſſis, quę niſi per vigilantiam Paſtoralis officii celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcandalum non modicum Chriſtifidelium illarum partium faciliter pervenire. Nos igitur, attendentes, quod Sacroſancta Romana Eccleſia, ab ejus fundatione primęva, in ordine Sacerdotali, quem Petrus Apoſtolus, & ejus Succeſſores obſervarunt inſtituta, & per viros providos, & Sacerdotes virtuoſos adaucta, & longiſſimis temporibus feliciter conſervata exitit, rurſuſque animadvertentes, quod hodiernis temporibus, hominum creſcente malitia, niſi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus Spiritus Sancti, & pręconibus verbi Dei, qui pręter ceteros in Ordinibus Fratrum Mendicantium, gratia aſſiſtente divina, in copioſo numero reperiuntur, aſſidue coleretur, vepribus malorum, & ſentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur, non potuimus nonniſi ab intimis cordis noſtri dolere, quod inter tales viros, qui ſe mutua caritate diligere, & alter alterius, juxta Apoſtolum, onera portare deberent, diſcordię ſeminarium excitaretur. Unde cum vellemus ſuper his, ea qua decet, maturitate conſulere, Venerabilibus Fratribus noſtris, Guillelmo Oſtienſi, & Angelo Pręneſtinenſi Epiſcopis, & dilectis filiis noſtris Juliano tituli Sancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli Sancti Sixti Presbyteris Cardinalibus, vivę vocis oraculo commiſimus, & mandavimus, ut a ſingulis partibus pręđictis, vel eorum Procuratoribus legitimis, auditis hinc inde propoſitis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem Epiſcopi, & Cardinales ſtatutis loco, & tempore convocatis, auditis, & intellectis partibus pręđictis, ut pręfertur, & in pręmiſſis graviter, & conſulte procedentes, partes ipſas de communi eorundem conſenſu, ad concordiam infra ſcriptam perduxerunt, videlicet, quod ipſi Parochiani Sacerdotes de cetero non dicant a Mendicantibus hęreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & pręſertim per Ordines Pręđicatorum, & Minorum, ut jura teſtantur. Quodque Fratres Mendicantes non pręđicent, populos Parochianos non teneri audire Miſſam in eorum Parochiis diebus feſtivis, & Dominicis, cum jure ſit cautum, illis diebus Parochianos teneri audire Miſſam in eorum Parochiali Eccleſia, niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa Eccleſia ſe abſentarent; quodque etiam nec Fratres, nec Curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caveant propter pęnas, quas imponunt canones, cum ſit libera. Quod etiam ipſi Mendicantes deſiſtant pręđicare, quod Parochiani non ſint obligati, ſaltem in Paſchate, proprio confiteri Sacerdoti, quia de jure tenetur Parochianus, ſaltem in Paſchate, proprio confiteri Sacerdoti, per hoc tamen ipſi Fratres Mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundum juris communis, & privilegiorum eiſdem conceſſorum diſpoſitionem, confeſſiones audire, & pęnitentias injungere valeant. Quod etiam de cetero inter ipſos Fratres Mendicantes, & Curatos quoad effectum pręđicandi, horas cantandi, & campanas pulſandi ſervetur conſuetudo antiqua, quę temporibus antiquis ſervata fuit in ipſo Oppido Eſlingenſi, & caſu, quo veniat aliqua occaſio, ſive neceſſitas, non fiat commutatio temporis, vel horę, in ipſis pręđicationibus fiendis, niſi de conſenſu partium. Quodque etiam ipſi Fratres in ſermonibus eorum non detrahant Pręlatis, & Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, nec etiam populos a ſuarum Eccleſiarum Parochialium frequentia, & acceſſu abſtrahant, ſive retrahant quoquomodo. Et vice verſa, ipſi Rectores, & Pręlati aliquomodo non detrahant Mendicantibus, ſed illum favorem, quem poſſunt, eis impendant, & in omnibus, & per omnia pręſtent, ita ut vera unitas, & perfecta caritas inter eos oſtendatur. Nos itaque, illius vices gerentes in terris, qui Apoſtolis ſuis dixit, pacem do vobis, pacem meam relinquo vobis, cupientes ſuper his opportune provideri, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra certa ſcientia, & mera voluntate, concordiam pręđictam, ac omnia, & ſingula per pręfatos Epiſcopos, & Cardinales ordinata, ad

Nota.

hoc,

hoc, ut perpetuo inconcuſſa perſiſtant, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuo ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos defectus tam juris, quam facti, qui forſan intervenerunt in eiſdem. Injungentes nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Plebanis, Rectoribus, Curatis, necnon Prioribus, Guardianis, & ſingulis Fratribus Ordinum Mendicantium ſub pęna excommunicationis latę ſententię, quam contra facientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eo ipſo, a quo abſolvi nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis leſę, & debita ſatiafactione pręvia, inviolabiliter obſervent, & quantum in eis eſt, ab illis obſervari faciant; & inſuper quaſcunque litea, & cauſas, coram quibuſcunque cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ſeu alibi, occaſione pręmiſſorum, inter dilectos filios Decanum, & Capitum Eccleſię Spirenſis, & Curatum dicti Oppidi, ac Fratres prędictos indeciſas pendentes, illarum ſtatus, tenores, & formas, & in eis geſta, & actitata, pręſentibus pro expreſſis habentes, ad Nos, harum ſerie, motu, ſcientia, & auctoritate prędictis advocamus, & litem, ſeu lites ipſas penitus extinguimus, & ambabus partibus prędictis litis bujuſmodi conſortibus, ſeu illis adhęrentibus perpetnum ſilentium imponimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis eiſdem Fratribus in genere, vel in ſpecie conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLXXVIII, XV Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Afficiat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur *Lib.I Extravagan. Communium De Treuga, & Pace Cap. unico.*

Pro Fratribus, ac Sororibus Barchinonen. a quibuſcunque delictis, ac cenſuris abſolvendis facultas (1) Priori Barchinonen. conceſſa.

Anno 1481
Die . . . . .

Ex Archivo (2) *Ord. Lib.B. fol.709.*

CXCIV.

B E A T I S S I M E   P A T E R.

UT animarum ſaluti devotarum Oratricum veſtrarum Monialium Monaſterii Montis Sion Ordinis Prędicatorum ſub clauſura viventium ſalubrius conſulatur, ſupplicat Sanctitati Veſtrę F. Franciſcus Vitalis Provincialis Provincię Aragonię, ac dicti Monaſterii Prior, quatenus Monialibus dicti Monaſterii pręſentibus, & futuris, ſpecialem gratiam facientes, ut earum Confeſſores, pręſentes, & futuri ipſas, & earum quamlibet ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, in eas, & earum quamlibet ſpecialiter, vel generaliter, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, & promulgatis, votorum, & juramentorum tranſgreſſionibus, perjuriorum reatibus, jejuniorum, & pęnitentiarum injunctarum, & horarum canonicarum omiſſionibus, aliiſque quibuſvis earum perpetratis exceſſibus, & delictis, de quibus corde contritę, & ore confeſſę fuerint, etiamſi talia ſint, propter quę Sedes Apoſtolica merito foret conſulenda, in hebdomada ſancta abſolvere, & plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem in perpetuum eis concedere. Quę Moniales contentantur, & volunt qualibet hebdomada unam proceſſionem pro Statu Sanctę Eccleſię Romanę facere, necnon Fratribus Conventus Prędicatorum Civitatis Barcbinonę eaſdem, & ſingulas gratias in perpetuum ſimiliter concedere dignemini de gratia ſpeciali, qui Fratres parati ſunt ſimilem proceſſionem, ut pręfertur, facere, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis ſtatutis, ceteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Cum clauſulis neceſſariis, & opportunis. Et ſequitur de propria manu dicti Domini noſtri Papę

Fiat ut petitur F.

Et poſtmodum in pede ſupplicationis continetur de manu primi Scriptoris, & quod pręſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat: & iterum ſequitur de manu Domini noſtri Papę.

Fiat F.

1. *Facultas.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Barchinonenſi*. Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum.

In Dei filio ſibi cariſſimis Venerabilibus Priori, Magiſtris, Patribus, & Fratribus Conventus Sanctæ Catharinæ Ordinis Prædicatorum, & Prioriſſæ, atque Monialibus, Sororibuſque Monaſterii Montis Sion ejuſdem Ordinis, univerſis præſentibus, & futuris.

FRater Franciſcus Vitalis Sacræ Theologiæ Profeſſor, hæreticæ pravitatis in Principatu Cathaloniæ Generalis Inquiſitor, & in tota præfata Provincia dicti Ordinis Prior Provincialis, Salutem, & vitalis ligni fructum ſalubriter adipiſci.

Quoniam ſalubres medicinas ſpirituales in Alabaſtro noſtræ memoriæ ſolertius decet recondere, ut facilius occurrentibus morbis per eas valeat ſubveniri. Hinc eſt, quod Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Sixtus divina providentia Papa IV Sacri Ordinis Minorum, ad mei ſupplicationem, quaſdam vobis ex ſui copioſa clementia contulit gratias per ſignaturam ſupplicationis, ſubſequentis tenoris. *Beatiſſime Pater &c.* (literas mox tranſcriptaa refert.)

Et originale dictæ ſupplicationis repoſitum eſt in depoſito dicti Conventus Fratrum Prædicatorum Barchinonæ intus tecarſolum ſtagneum. Et ideo ut tantam gratiam vobis collatam ſalubriter nanciſci valeatis, vos omnes, & ſingulos hortor in Domino, ut dictam proceſſionem in qualibet hebdomada devote faciatis, & pro Statu Sanctæ Matris Eccleſiæ piiſſimum Jeſum ſedulius exoretis. In Præſidentium veſtrorum optione ponentes, ut Letaniam, ſive hymnos, ſive reſponſoria in dicta

pro-

Digitized by Google

proceſſione, ſive cum cantu, ſive ſine nota legatis. Tenore præſentium declarantes Fratres aliorum Conventuum Conventui Barchinonæ aſſignatos, dictis gratiis omnino gaudere, Fratres autem dicti Conventus Barchinonæ alibi aſſignatos, nullatenus pro illo aſſignationis tempore dictis gratiis gaudere poſſe. Etiam, ne ab omnium veſtrum memoria deleatur, ootifico vobis omnibus Fratribus, & Sororibus præſentibus, & futuris, quod præfatus Dominus noſter Papa per Bullam plumbeam, quam vidi, & manibus attrectavi, conceſſit omnibus Fratribus, & Sororibus, & etiam de Pęnitentia Sancti Dominici pręſentibus, & futuris, quod poſſint plenarie abſolvi ſemel in vita, & in mortis articulo. Et ſi contingat, Novicios, vel Novicias ante profeſſionem ab hac luce diſcedere, eiſdem gratiis gaudere, ex ſui ſtatuit innata clementia. In quorum omnium robur, & teſtimonium, ſigillum noſtri Provincialatus officii duxi præſentibus apponendum. Valete, & Deum pro me exorate. Datum in Conventu Barchinonæ, die quarta Menſis Septembris Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Primo.

INNOCENTIUS VIII.

Ab Anno MCCCCLXXXIV, die XXIX Auguſti, ad XXV Julii MCCCCXCII. Vide *Tom. IV* hujuſce *Bullarii pag.* 1.

ALEXANDER VI.

Ab anno MCCCCXCII die XI Auguſti, ad diem XVIII Auguſti MDIII. Vide *T. IV* hujuſce *Bullarii pag.* 88.

Anno 1495 Die 25 Februarii.

Ut Piſan. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Congregationis Lombardiæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXIX.

Dilecto filio Vicario Generali Congregationis Lombardię Ordinis Fratrum Prędicatorum.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DUdum felicis recordationis Innocentius Papa VIII Prędeceſſor noſter Domum Sanctę Catharinę Piſarum Ordinis Fratrum Prędicatorum, tunc Vicario, & Fratribus tuę Congregationis juxta illius ritus, mores, & laudabilia inſtituta reformandam, & perpetuo regendam, & gubernandam per quaſdam ſuas literas in forma Brevis conceſſit, & eidem Congregationi confirmavit. Et poſtquam reformatio hujuſmodi effectum ſortita, & ipſa Domus per Fratres dictę tuę Congregationis aliquandiu ſalubriter recta, & gubernata fuerit, cum confluentium ad illius Eccleſiam pro Miſſarum, & aliorum divinorum officiorum audientia, plurima ſpirituali conſolatione, Nos certis cauſis Domum ipſam a Congregatione prędicta, & illius Vicarii Superioritate ſeparavimus, & illam Priori, & Conventui domus Sancti Marci Florentin. dicti Ordinis per eos regendam, & gubernandam juxta eorum ritus, & mores, ex tunc de cetero per alias in ſimili forma Brevis literas ſubeſſe voluimus, prout in ſingulis literis prędictis plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, Incolę Civitatis Piſan. ad Fratres Congregationis tuę prędictę ſpecialem gerant devotionis affectum, & cupiant, ſicut aſſerunt, quod Domus ipſa Sanctę Catharinę de cetero, juxta pręfati Prędeceſſoris ordinationem, perpetuis futuris temporibus regatur, & gubernetur, ſperantes indubie, Prioris, & Fratrum Prędicatorum tuę Congregationis, qui Domum ipſam pro tempore inhabitabunt, exemplari vita, aſſidua, & devota Miſſarum, & aliorum divinorum officiorum celebratione, prędicatione verbi Dei, & audientia confeſſionum, & exhortationibus, ad bene, & honeſte vivendum per amplius poſſe ſuarum animarum ſalutem conſequi, quam ſi Domus ipſa per quoſvis alios Fratres inhabitaretur: Nos, qui totis affectibus ſalutem animarum quęrimus ſingulorum, eorundem Incolarum ſupplicationibus inclinati, habita ſuper his cum Venerabili Fratre noſtro Oliverio Epiſcopo Sabinen. dicti Ordinis in Romana Curia Protectore, deliberatione matura, Domum ipſam, & te, qui ad illius ſuperioritatem, ac Fratres tuę Congregationis, quod ad illam inhabitandam in priſtinum, & eum ſtatum, in quo erant antequam Breve noſtrum prędictum a nobis emanaret, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ſub excommunicationis latę ſententię pęna tibi mandantes, ut, alia juſſione noſtra non expectata, ad Domum iſtam te conferas, aut alium idoneum loco tui deputes, & illam de Fratribus tuę Congregationis reformatę, & per illos inhabitari perpetuis futuris temporibus juxta literas Innocentii pręfati facias, & procures, dictis Priori, & Fratribus domus Sancti Marci pro dicta domo Sanctę Catharinę, & illius Prioris, & Fratrum regimine, & ſuperioritate, perpetuum ſilentium imponas. Non obſtantibus noſtris prędictis, & quibuſvis aliis literis Apoſtolicis, maxime, per quas tibi mandaretur, quod ſi contingeret Vicario tuę Congregationis pro tempore exiſtenti mandari, ut aliquam domum dicti Ordinis reformaret juxta ritus, & mores prędictos, tali mandato parere non deberet, ſed expectare teneretur ſecundam juſſionem dictę Sedis. Quibus omnibus, & contentis in eis clauſulis, etiam dero-

derogatoriarum derogatoriis, quas bis pro expreſſis habemus, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXV Februarii MCCCCXCV, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar in *Bullario Bononienſi pag.53.*

De Miſſis ab Udinenſis Cœnobii (1) Fratribus celebrandis.

Anno 1497 Die 16 Martii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

ALEXANDER PAPA VI.

CXXX.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſtis, quod alias pręteritis temporibus ſucceſſive a Chriſtifidelibus, qui pro tempore deceſſerunt, vobis, ac domui veſtrę, necnon Priori, & Fratribus in illa pro tempore degentibus nonnulla legata facta, & alias pie diſpoſita fuerunt cum onere celebrandi Anniverſaria pro animabus legantium, & diſponentium eorundem, & aliorum tunc expreſſorum. Quorum quidem legatorum nonnulla propter eorum tenuitatem, & aliqua, cauſantibus ſiniſtris temporum eventibus, deteriorata, & deperdita, nonulla vero in fabricam ędificiorum dictę domus, & in alias Fratrum dictę domus neceſſitates converſa, & diſtracta fuiſſe aſſeritis. Cum autem, ſicut in eadem expoſitione ſubjungebatur, obligationes celebrationis Anniverſariorum hujuſmodi ita multiplicatę ſint, quod vos, ac Prior, & Fratres pro tempore in eadem domo degentes, ea omnia commode adimplere, ac illa, & alia divina officia, ad quę tenemini pro tempore, celebrare nequeatis, dubitetis ergo propterea, ne ex hoc conſcientia veſtra, & animę illorum, pro quibus hujuſmodi Anniverſaria celebrare obligamini, fraudatę maneant: ſupplicari Nobis humiliter feciſtis, ut conſcientię veſtrę, & eorundem pro tempore degentium in eadem domo Priorum, & Fratrum puritati opportune conſulere dignaremur. Nos attentis pręmiſſis, & hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ac Priori, & Fratribus in dicta domo pro tempore exiſtentibus, ut pro omnibus, & ſingulis Anniverſariis prędictis, ad quę pretextu legatorum, & diſpoſitionum hujuſmodi, ſeu alias adſtricti eſtis, & ad quę vos adſtringi, & obligari continget in futurum, quomodocunque, duntaxat ſex Anniverſaria cum Miſſis, vigiliis, ſolemniis, proceſſionibus in dicta Eccleſia quolibet anno ſolęmniter pro animabus prędictis, ad quę hactenus obligati eſtis, & in poſterum obligabimini, celebrare teneamini, & non ultra, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium concedimus, & indulgemus. Et ex nunc vos a celebratione aliorum quorumcunque Anniverſariorum, ad quę hactenus obligati eſtis, vel in poſterum obligaremini, ac omiſſione hucuſque non factę celebrationis eorum, vel aliquorum ex eis, dummodo dicta ſex Anniverſaria quolibet anno celebretis, tam in foro conſcientię, quam in foro fori penitus liberamus, & abſolvimus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac legatorum hujuſmodi acceptatione cum obligatione etiam expreſſe celebrandi Anniverſaria prędicta, etiam juramento vallata, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVI Martii MCCCCLXXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

B. Otberius.

1. *Cœnobii.*) Juris eſt Provinciæ *Venetiarum.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Udinenſi*; cujus Cœnobii Fratribus ſcriptum fuit hocce Diploma, deeſt tamen inſcriptio.

De Miſſis celebrandis a Fratribus Toletani Cœnobii S. Petri Martyris.

Anno 1498 Die 13 Januarii

Ex Archivo (1) Ordinis.

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Domus Sancti Petri Martyris Toletanę Ordinis Fratrum Prędicatorum.

CXXXI.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PRo parte veſtra fuit Nobis expoſitum, quod vos propter multiplicia pia legata a Chriſtifidelibus Defunctis, iſti Domui veſtrę facta, tot Miſſas in celebritate omnium Sanctorum, & die commemorationis Defunctorum omnium, ac etiam intra annum, pro ſalute animarum ipſorum Defunctorum, celebrare tenemini, ut vobis impoſſibile ſit, illis ſupplere, & ipſis animabus ſatisfacere poſſe, niſi vobis de aliquo opportuno remedio ſuccurratur, & proinde Nobis humiliter ſupplicari curaſtis, ut ipſis animabus in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos, animarum ipſarum ſaluti conſulentes, & ne ſuffragiis, propter quę ipſa legata facta ſunt, defraudentur, proſpicere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis in Sacerdotio conſtitutis, pręſentibus, & futuris Fratribus iſtius Domus veſtrę, ut in quolibet dictorum duorum dierum, videlicet, omnium Sanctorum, & commemorationis Defunctorum prędictorum, ac aliorum duorum immediate ſequentium, pro animabus ipſorum Defunctorum unam Miſſam celebrando, & intra annum, quoties in Miſſa per vos, ſeu aliquos veſtrum celebranda, orationem pro Defunctis dixeritis, ſeu commemorationem feceritis, dictę Miſſę dictis

dictis animabus ſuffragentur in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi Miſſę pro ipſis Defunctis, per teſtatores ordinatę, celebratę fuiſſent, nec ad alias Miſſas pro ipſis Defunctis celebrandum, a quoque, quavis auctoritate, inviti coarctari valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, indulgémus. Et inſuper, volentes, vos uberiori gratia proſequi, vobis, & veſtrum cuilibet, ut quemvis idoneum Presbyterum de veſtri licentia Superioris, in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui confeſſione veſtra diligenter audita, vos, in mortis duntaxat articulo, ab omnibus, & ſingulis peccatis, exceſſibus, & delictis quantumcunque enormibus, etiam Apoſtolicę Sedi reſervatis, abſolvat, & pro modo culpę pęnitentiam ſalutarem injungat, eadem auctoritate concedimus per pręſentes, non obſtantibus conſuetudinibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Domus, ac Ordinis pręǳictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon voluntatibus ipſorum Defunctorum, quibus quoad pręmiſſa duntaxat, derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Januarii MCCCCXCVIII, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Toletano*.

Anno 1502
Die 4 Maii

CXXXII.

Facultates conceſſæ F. Guillelmo de Venronibus.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Julianus Miſeratione Divina Epiſcopus Oſtien. Dilecto in Chriſto Filio Guilielmo de Venronibus Theologię Magiſtro, Ordinis Pręǳicatorum Profeſſori, Salutem in Domino.

FErvens, ſinceraque devotio tua, quam ad Romanam Eccleſiam gerere comprobaris, merito Nos inducit, ut illa tibi favorabiliter concedamus, per quę conſcientię pacem, & animę tuę ſalutem, Deo propitio, conſequi valeas. Hinc eſt, quod Nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, ut aliquem idoneum Presbyterum ſecularem, vel Religioſum, in tuum poſſis eligere Confeſſorem, qui vita tibi comite, in caſibus Sedi Apoſtolicę reſervatis, pręterquam offenſę Eccleſię libertatis, criminum hęreſis, rebellionis, aut conſpirationis in perſonam, vel ſtatum Romani Pontificis, ſeu Sedem Apoſtolicam, falſitatis literarum; ſupplicationum, & commiſſionum Apoſtolicarum, invaſionis, depręǳationis, vel occupationis, aut devaſtationis terrarum, & maris, Romanę Eccleſię mediate, vel immediate, ſubjectarum, offenſę perſonalis in Epiſcopum, vel alium Prelatum, prohibitionis devolutionis cauſarum ad dictam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum, ſemel duntaxat in vita, in aliis vero, quoties fuerit opportunum, confeſſione tua diligenter audita, pro commiſſis, tibi debitam abſolutionem impendat, & injungat pęnitentiam ſalutarem, necnon vota quęcunque ultramontana, liminum Apoſtolorum, Sancti Jacobi in Compoſtella, ac caſtitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeat, quodque Confeſſor, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus, & ore confeſſus fueris, ſemel duntaxat in vita, & mortis articulo, plenam remiſſionem, tibi, in ſinceritate fidei, unitate Sanctę Romanę Eccleſię, & obedientia, ac devotione Domini Papę, & Succeſſorum ejus canonice intrantium perſiſtenti, concedere valeat; ſic tamen, quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam tibi per te, ſi ſupervixeris, vel per alios, ſi tunc forte tranſieris, faciendam injungat, quam tu, vel illi facere teneamini, ut pręfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam, vel conceſſionem reddaris proclivior ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi a ſinceritate fidei, unitate Romanę Eccleſię, ac obedientia, & devotione Domini Papę, & Succeſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, deſiſteres, aut ex confidentia ejuſdem conceſſionis, vel remiſſionis, aliqua forſan committeres, conceſſio, remiſſio, ac literę pręſentes tibi nullatenus ſuffragentur, necnon tibi, qui, ſicut, ex nonnullorum fide dignorum relatione accepimus, probatiſſimę vitę, ac multum in officio audiendi confeſſiones exercitatus exiſtis, tibi ſpecialem gratiam facere volentes, ac ſaluti animarum Chriſtifidelium conſulentes, ut quoſcúnque Chriſtifideles utriuſque ſexus, ad te pro eorum peccatis, criminibus, & exceſſibus in confeſſione aperiendis, pro tempore accedentes, eoſdem Chriſtifideles a quibuſvis eorum peccatis, criminibus, & exceſſibus pręǳictis, quę tamen talia non ſint, propter quę eſſet merito Sedis Apoſtolicę conſilium requirendum, quoad vixeris, in foro conſcientię tantum abſolvere, ipſiſque ſuper iis pro modo culpę pęnitentiam ſalutarem injungere, Ordinarii tui licentia minime requiſita, poſſis, & valeas, auctoritate Domini Papę, cujus Pęnitentiarię curam gerimus, & de ejus ſpeciali, & expreſſo mandato, ſuper hoc vivę vocis oraculo Nobis facto, devotioni tuę, tenore preſentium, indulgemus, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Provincialibus, & Synodalibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub ſigillo officii Pęnitentiarię, IV. Nonas Maii, Pontificatus Domini Alexandri Papę VI Anno Decimo,

M. de Vulteris.

Loco ✝ Sigilli.

S. ex Comitibus Pulcenici.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino*.

De

De Crucesignandis (1) contra hæreticos.

Anno . . .
Die . . . .

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXXXIII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fr. Johanni de Tabia (3) Ordinis Prędicatorum Inquiſitori hęreticę pravitatis in Civitate Bononien., & in ejus Dięceſi, a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputato, & aliis in poſterum deputandis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm felicis recordationis Innocentius Quartus, Prędeceſſor noſter, Inquiſitoribus hereticę pravitatis Ordinis Prędicatorum ab ipſa Sede Apoſtolica in Provincia Lombardię, & Marchia Januen. deputatis, & in poſterum deputandis, per literas ſuas prędicationem Crucis, & Officium Cruceſignationis in favorem, & auxilium Officii Inquiſitionis contra hęreticos duxerit committendum, ut, videlicet in locis, in quibus prędictum Officium Inquiſitionis eadem auctoritate valent exercere, poſſint Crucis Caractere conſignare eos, qui tacti zelo Fidei ad extirpandam hęreticam pravitatem votum in manibus Inquiſitoris aſſumpſerint: Et ex longa jam conſuetudine tam Bononię, quam alibi ſemper fuerit obſervatum, ut omnes, qui prędicto modo emiſſo voto in manibus Inquiſitoris exponendi perſonam, & ſubſtantiam ad exterminium hęreticorum, Signum Crucis ab eo ſuſceperint, de Cruce, ſeu de Societate Inquiſitionis appellentur, & eſſe dicantur, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in prędicto Officio procedas, juxta earundem Prędeceſſoris noſtri Literarum continentiam, decernentes ipſos Cruceſignatos ab Inquiſitoribus ad exterminium hęreticorum, vel in poſterum Cruceſignandos, non debere ſub titulo Societatis Crucis ab alio Rectore quam ab Inquiſitore gubernari, nec congregari, nec aliquid ſtatuere poſſe ſine auctoritate ipſius Inquiſitoris, in cujus auxilium favorem, & ſuccurſum prędicta Societas noſcitur eſſe inſtituta; cum ratione voti in manibus Inquiſitoris emiſſi, & ratione Crucis ab eo ſuſceptę, cenſeantur eſſe de familia ejus, & ipſius imperio, & juriſdictionis, & non alterius ſub hujuſmodi Crucis titulo ſubjecti. Prohibentes ſtrictiſſime omnibus, & ſingulis Cruceſignatis, ne quis, vel aliqua bona ſpectantia, vel pertinentia ad dictum Officium Inquiſitionis, vel quę in poſterum pertinebunt, pręſumat ſub quovis titulo, vel colore per ſe, vel per alios, accipere, uſurpare, exigere, detinere, aut quovis modo acceptare ſine expreſſa licentia, & auctoritate ipſius Inquiſitoris. Caſſantes, & annullantes omnia, & ſingula ſtatuta, ſi quę fuerint per aliquos de dicta Societate edita, per quę poſſit aliquid prędictorum impediri, vel pręjudicium aliquod Officio Inquiſitionis, & Cruceſignationis, Inquiſitori commiſſo quovis modo generari; quę Statuta, & quęcunque alia nullius volumus eſſe roboris, vel firmitatis, niſi forte contingeret ea per Inquiſitorem de novo approbari, vel confirmari, & quod ipſe Inquiſitor, qui pro tempore fuerit, poſſit perturbatores Officii ſui, vel eos, qui contra ſupraſcripta aliquid moliuntur, de dicta Societate amovere, & hęc volumus tam Bononię, quam in aliis locis, ad quę prędictę literę Prędeceſſoris noſtri ſe extendunt, perpetuis temporibus immobiliter obſervari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo; non obſtantibus quibuſcunque.

1. *Cruceſignandis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*
2. *Archivo*.) In quo exemplar typis impreſſum, mutilum tamen, cum dies, annus, & locus ubi datum fuit hocce Diploma deſiderentur.
3. *Johanni de Tabia*.) Viro præſtantiſſimo qui munus Inquiſitoris præclare geſſit ab anno MCCCCXCV, ad MDXIII, Adeas *Echard Tomo II Scriptorum Ordinis ad an. MDXXI, pag. 47.*

PIUS III.

Ab anno MDIII die XXII Septembris, ad XVIII Octobris ejuſdem anni. Vide *Tom. IV* hujus *Bullarii pag.* 215.

JULIUS II.

Ab Anno MDIII die I Novembris, ad XXI Februarii MDXIII. Vide *Tom. IV* hujus *Bullarii pag.* 216.

Confirmat omnes Indulgentias Confratribus Sanctiſſimi Roſarii a ſuis prædeceſſoribus conceſſas.

Anno 1504 Die 4 Maii.

LXXXIV.

Ex Bullario Confraternitatum Ord. Præd. pag. 57.

Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis in Domino (1) Filiis, Prioribus, Patribus, & Fratribus cujuſcunque Gradus Prędicatorum Ordinis, & Voti, Salutem, & ęternorum affluentiam gaudiorum.

INeffabilia glorioſę Virginis Marię meritorum inſignia, devotione, conſideratione, indagine perſcrutantes, & intra mentis noſtrę arcana revolventes, quod ipſa caſtiſſimo ejus utero, prout noſter ſtatus exigebat neceſſitatis, humanę ſalutis Auctorem protulit, & apud eum, quem maternis lactavit uberibus, ſedulas pro noſtrę fragilitatis expiatione preces effundit, dignum. quin etiam potius debitum, reputamus, ut in honorem ſui nominis ordinationem Confraternitatum de Roſario vulgariter nuncupatarum, quę ſola bonorum ſpiritualium communicatione a Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus noſtris approbationes, confirmationes, gratias, remiſſiones, proſequamur impendiis, indulgentiis, & muneribus decoremus, ut exinde divinę gratię reddantur aptiores. Cum igitur a Nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor ęquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri perducatur ad effectum. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, immunitates, & indulgentias a Prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive privilegia, aut alia indulta Conventui veſtro Colonienſi, & Ordini de Confraternitate B. Virginis Marię de Roſario nuncupata, quę perſtitit primitus in prędicto Conventu Colonienſi, ac etiam alibi in toto Ordine conceſſa, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & prę ſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Si quis &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Tertio, Pridie Idus Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Dilectis in Domino.*) Ut verum fatear, multum offenſionis habet hocce Diploma. Nec enim inſcriptio ſtilum, ſeu formulam, exhibet, qua Summi Pontifices utuntur in hujuſmodi Conſtitutionibus: nec ipſiuſmet Conſtitutionis verba genuina videntur: nec annus adſcriptus, Milleſimus ſcilicet quingenteſimus tertius Julio Secundo congruere poteſt. Enim vero, licet eodem anno Summus Pontifex renunciatus fuerit Julius II, id tamen Kalendis Novembribus contigiſſe, narrat hiſtoria. Qui igitur fieri potuit, ut eodem anno die IV Maii hocce Diploma dederit Julius II. Hinc illud vel mutilum, vel corruptum, vel ſuppoſititium merito dixeris.

Anno 1505 Die 14 Novembris.

Concedit Fratribus, & Sororibus noſtris viſitantibus quinque, Altaria omnes illas Indulgentias (1) quas conſequuntur viſitantes Stationes Urbis Romæ.

LXXXV.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Oliverius Miſeratione Divina Epiſcopus Oſtienſis S. R. E. Cardinalis Neapolitanus ac Sacri Ordinis Prędicatorum Protector.

Reverendo in Chriſto Patri Fratri Vincentio Bandello Sacrę Theologię Profeſſori, ac dicti Ordinis Magiſtro Generali, Salutem in Domino ſempiternam.

HOdie veſtro nomine ſupplicavimus Sanctiſſimo Domino Noſtro Julio Divina providentia Papę Secundo, & Sua Sanctitas oraculo vivę vocis gratioſe conceſſit, ut Fratres, & Sorores Ordinis veſtri viſitando quinque Altaria Eccleſię, apud quam moram trahunt, vel quinquies unum Altare, ac dicendo quinque Pſalmos pro pace Eccleſię, Indulgentiam Stationum Urbis Romę conſequantur. Quam rem nos in prę ſentiarum his literis Paternitati veſtrę ſignificamus, & intimamus. Datum Romę in Domibus ſolitę noſtrę reſidentię die XIV Menſis Novembris MDV.

1. *Indulgentias.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo lit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Florentino*.

Facultates conceſſæ F. Sancto de Patavio.

Anno 1505 Die 14 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXXVI.

Ludovicus Miſeratione Divina Tit. Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis, Dilecto in Chriſto Fratri Sancto de Patavio Domus Paduan. Ordinis Prędicatorum, Salutem in Domino.

EX parte tua Nobis oblata petitio continebat, quod tu, propter certas cauſas amplius non potes in dicta Domo permanere, quare ſupplicari feciſti humiliter, tibi ſuper his per Sedis Apoſtolicę clementiam, de opportuno remedio miſericoditer provideri. Nos igitur, auctoritate Domini Papę, cujus Pęnitentiarię curam gerimus, & de ejus ſpeciali, & expreſſo mandato, ſuper hoc vivę vocis oraculo nobis facto, ut de tui Superioris licentia, & ea durante, etiamſi illam jam ad infraſcripta obtineas, Domum prędictam exire, & extra clauſtra illius, & Ordinis prędicti, alias tamen juxta ipſius regularia inſtituta, & habitu tuo regulari ſemper retento, vivendo, degere, & alicui Eccleſię curatę, de conſenſu tamen illius Rectoris, in divinis deſervire, confeſſiones audire, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, Verbum Dei prędicare, eleemoſynas, & emolumenta recipere, libere, & licite poſſis, & valeas, tibi concedimus, & indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac bon. mem Nicolai Franchi Epiſcopi Tarviſini, olim in partibus illis Apoſtolicę Sedis Nuntii, etiamſi in illis caveretur expreſſe, quod Fratres Ordinum Mendicantium, extra clauſtra ſuorum Conventuum permanere non poſſent, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Conventus, & Ordinis prędictorum, & aliis in contrarium facientibus quibuſcunque; proviſo, quod extra dicta clauſtra non permaneas, donec Eccleſiam curatam hujuſmodi ad deſerviendum illi in divinis inveneris, alioquin pręſentes literę tibi nullatenus ſuffragentur. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Sigillo Officii Pęnitentiarię decimo octavo Kal. Decembris, Pontificatus Domini Julii Papę Secundi, Anno Secundo.

M. de Vultaris.

Loco ✻ Sigilli.

T. de Larina.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino.*

De reficiendo Venetiarum Cœnobio S. Dominici.

Anno 1506 Die 14 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

J U L I U S P A P A II.

LXXXVII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ECcleſiarum fabricis manus porrigere adjutrices pium, & Deo gratum eſſe putantes, fideles quoslibet, quos in cęleſti patria cupimus collocari, ad impendendum illis opportuna ſuffragia ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & remiſſionibus libenter inducimus, ut per ſpiritualia, quę illis tribuuntur bona, pręmia conſequi mereantur fęlicitatis ęternę. Sane accepimus, quod domus Fratrum S. Dominici Venetiarum ſuis ſtructuris, & ędificiis, quę jam vetuſtate labaſcunt, inſtauratione magna indiget, pro cujus inſtauratione, reparationeque facienda pręfatę domus nullatenus ſuppetunt facultates, ſed Chriſtifidelium ſuffragia plurimum neceſſaria fore noſcuntur: Nos igitur, cupientes, ut domus ipſa in ſuis ſtructuris, & ędificiis opportune reparetur, ac inſtauretur, fideleſque ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant ad eandem, & ad reparationem, inſtaurationemque hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus fidelibus antedictis vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam Fratrum S. Dominici antedictam in die Sabbati a primis veſperis uſque, & per totam diem Dominicam tertię hebdomadę Quadrageſimę proximę futurę, devote viſitaverint, & pro reparatione, inſtaurationeque hujuſmodi manus porrexerint adjutrices, omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam elargimur per pręſentes. Et nihilominus, ut Chriſtifideles ipſi hujuſmodi gratię capaciores reddantur, dilecto filio Guardiano pręfatę domus idoneos Confeſſores tot, quot expedierit, in Eccleſia ipſius domus, qui fidelium eorundem confeſſiones audire, illoſque ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumque gravibus, & enormibus, etiamſi talia forent, propter quę Sedes Apoſtolica merito conſulenda foret, pręterquam in Bulla, quę legitur in die Cęnę Domini contentis caſibus, plenarie abſolvere: Vota vero quęcunque per eos emiſſa, ultramarina, viſitationis liminum Petri, & Pauli de Urbe, atque S. Jacobi in Compoſtella, Apoſtolorum, continentię, & religionis votis duntaxat exceptis, in inſtaurationem, reparationemque, ut pręfertur, commutare valeant, & poſſint, deputandi, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium licentiam concedimus, & facultatem. Volumus tamen, quod oblationes, eleemoſynę, & quęcunque Chriſtifidelium ſuffragia hujuſmodi in inſtaurationem, & reparationem domus pręfatę, & non alios uſus convertantur. Pręſentibus ad biennium duntaxat vali-

Digitized by Google

valituris . Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoria die XIV Februarii MDVI , Pontificatus noſtri Anno Tertio .

Sigiſmundus .

1. *Archivo* ,) In quo exemplar ex autographo *Veneto* .

Anno 1506 Die 21 Decembris.

LXXXVIII.

Ut Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ curam gerat Bononienſis Monaſterii S. Petri Martyris .

Ex Archivo (1) *Ordinis* .

Dilectis in Chriſto filiabus Monialibus Monaſterii S. Petri Martyris Bononien. ſub Regula Fratrum Prędicatorum degentibus .

JULIUS PAPA II.

Dilectę in Chriſto filię , Salutem , & Apoſtolicam Benedictionem .

EXponi Nobis feciſtis , quod vos ſub habitu , & regula Fratrum Prędicatorum ab initio veſtrę reformationis longo jam tempore factę , devotum Altiſſimo famulatum reddidiſtis , ac veſtrum Confeſſorem ex Fratribus domus S. Dominici Bononien. dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum provectę ętatis , maturum , atque diſcretum habuiſtis , a quo ſpiritualia documenta , & Sacramenta Eccleſiaſtica recepiſtis , nonnullis privilegiis ad conſervationem regularis obſervantię , & augmentum veſtri Monaſterii a Sede Apoſtolica impetratis . Noviſſime vero felicis recordationis Alexander Papa VI Prędeceſſor noſter vos curę , & regimini Vicarii Generalis Congregacionis Lombardię dicti Ordinis , & Priori dictę domus Sancti Dominici Bononien. duntaxat ſubjecit , ita ut illi , nullius alterius requiſita licentia , poſſent vobis per ſe , vel alios idoneos Fratres Ordinis , & Congregationis prędictorum , Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare , ac vos viſitare , dirigere , gubernare , & corrigere , prout in literis ipſius Alexandri Prędeceſſoris deſuper confectis , plenius aſſeritis contineri . Cum autem , ſicut eadem expoſitio ſubjungebat , vos deſideretis tantummodo curę , & regimini ejuſdem Vicarii Generalis ejuſdem Congregationis Lombardię , ſub quo bene , & ſalubriter gubernatę fuiſtis , & felicia , auctore Domino , incrementa ſuſcepiſtis , tantummodo ſubjici , ac privilegiis eidem Ordini conceſſis gaudere , pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum , ut vos eidem Vicario Generali duntaxat ſubjicere , aliaſque in prędictis opportune providere , de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur qui quarumcunque perſonarum votis , prę ſertim ſub ſuavis religionis jugo Altiſſimo famulantium , quantum cum Deo poſſumus , libenter annuimus , hujuſmodi ſupplicationibus inclinati , vos pleno jure curę , & regimini Vicarii Generalis dictę Congregationis Lombardię Ordinis Prędicatorum , qui vos tam in ſpiritualibus , quam in temporalibus , prout alia Monaſteria ſibi ſubjecta dirigat , corrigat , viſitet , & gubernet , nullius alterius requiſita licentia , harum ſerie ſubjicimus . Itaque nullus alius eo excepto , vel illis quibus ipſe commiſerit , poſſit ſe de vobis , & veſtro Monaſterio quoquomodo intromittere . Et nihilominus quod omnibus , & ſingulis gratiis , privilegiis , indulgentiis , & exemptionibus aliis Monaſteriis , domibus , locis , & Monialibus Ordinis , & Congregationis prędictorum in genere , vel in ſpecie , & vobis conceſſis , dummodo ſint in uſu , uti , potiri , & gaudere libere , & licite valeatis , tenore pręſentium , concedimus pariter , & indulgemus . Mandantes eidem Vicario Generali ſub excommunicationis pęna , ut onus hujuſmodi ſine aliqua dilatione recipiat , & proſequatur . Non obſtantibus Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , cęteriſque contrariis quibuſcunque . Datum Bononię ſub Annulo Piſcatoris die XXI Decembris MDVI , Pontificatus noſtri Anno Quarto .

Phi. de Senia .

L. Zepphirus .

1. *Archivo* .) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi* .

Anno 1508 Die 9 Novembris.

LXXXIX.

De reſtituendis Bononienſi Monaſterio S. Margaritæ unito Monaſterio S. Petri Martyris .

Ex Archivo (1) *Ordinis* .

Julius Epiſcopus , Servus Servorum Dei , dilectis filiis Baptiſtę de Auro majoris , & Ludovico de Calcina Sancti Petronii Bononien. Eccleſiarum Canonicis , ac Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Bononien. in ſpiritualibus Generali , Salutem , & Apoſtolicam Benedictionem .

SIgnificarunt Nobis dilectę in Chriſto filię Prioriſſa , & Sorores domus Sancti Petri Martyris Bononien. , Ordinis Sancti Auguſtini , ſub cura Fratrum Ordinis Prędicatorum degentes , quod nonnulli iniquitatis filii , quos prorſus ignorant , tempore reformationis Monaſterii Monialium Sanctę Margaritę , etiam Bononien. nuper Sancti Benedicti , nunc vero pręfati Ordinis Fratrum Prędicatorum . . . . & unionis illius pręfatę domui factę , ex eodem Monaſterio Sanctę Margaritę Championen. , & Vacchettę nuncupatos , ac alios diverſi generis , & nominis libros , necnon teſtamenta , codicillos , donationes , docu-

documenta, obligationes, recognitiones, cedulas, cartas, & alias diverſas ſcripturas publicas, & privatas, ac vini, grani, frumenti, farinę, cerę, olei, lini, lanę, piſorum, fabarum, & aliorum leguminum quantitates, ſciphos, taſſeas, coclearia, diſcos, ſcutellas, plattos, vaſa aurea, argentea, ſtannea, ferrea, plumbea, lignea, candelabra, & alia diverſa domorum utenſilia, veſtes, tunicas, mantellos, cappas, mappas, pannos laneos, lineos, ſericos, telas, linteamina, velos, capſas, ſcrinia, monilia, coclearia, & alia jocalia, pecuniarum ſummas, & nonnulla alia mobilia bona, ad ipſas, quę bona hujuſmodi, ex privilegio Apoſtolico eis conceſſo, obtinere poſſunt, ratione dictę unionis legitime ſpectantia, & ipſis in eleemoſynam pro reparatione, & conſervatione dictę domus, illiuſque Eccleſię ornamento, eccleſiaſticis luminaribus, aliiſque pro domo, & Eccleſia hujuſmodi neceſſariis pie erogata, nequiter ſubtraxerunt, illaque temere, & malitioſe occultare, & occulte detinere pręſumpſerunt, & pręſumunt, non curantes ea pręfatis Priorisſę, & Sororibus exhibere, in animarum ſuarum periculum, & ipſarum Priorisſę, & Sororum, ac domus non modicum detrimentum, ſuper quo eędem Priorisſa, & Sorores, Apoſtolicę Sedis remedium implorarunt. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes hujuſmodi librorum, inſtrumentorum, ſcripturarum, & aliarum rerum ſubtractores, ac frumenti, farinę, vini, & aliorum bonorum prędictorum detentores occultos, ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram populo, per vos, vel alium, ſeu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis pręfixeritis, ea pręfatis Priorisſę, & Sororibus, a ſe debita reſtituant, & revelent, ac de ipſis plenam, & debitam ſatisfactionem impendant, & ſi id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis pręfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, & eam faciatis ubi, & quando expedire videritis, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter publicari, quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo, aut unus veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Octavo, Quinto Id. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

L. de Theramo.

P. Delius.

Jo: de P.

M. Vitalis.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononien.*

Ratam habet ac firmat reformationem Bononienſis Monaſterii S. Margaritæ uniti Monaſterio S. Petri Martyris.

Anno 1512 Die 13 Martii.

***Ex Archivo* (1) *Ordinis*.**

XC.

Dilectis in Chriſto filiabus Priorisſę, & Monialibus Monaſterii Monialium per Priorisſam gubernari ſoliti Sancti Petri Martyris Bononien. Ordinis S. Dominici.

JULIUS PAPA II.

Dilectę in Chriſto filię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias nobis per bo. me. Johannem Stephanum tituli SS. Sergii, & Bachi Presbyterum Cardinalem tunc in humanis agentem, expoſito, quod tunc Moniales Monaſterii S. Margaritę Bononien. Ordinis S. Benedicti diu laxatis habenis honeſtatis, Religionis, & pudicitię, incontinenter vixerant, & tunc vivebant, & amplius ſine ſcandalo tolerari non poterant, pręfatuſque Johannes Stephanus Cardinalis, qui Eccleſię Bononien. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica tunc pręerat, ad Monaſterii, & Monialium prędictorum reformationem omnino procedere decreverat; Nos tunc cum Curia noſtra in Civitate Bononien. commorantes, ac de moribus, & vita dictarum Monialium plene informati, Monaſterium prędictum tunc ex eo quod quondam Dionea olim ejuſdem Monaſterii Abbatisſa tunc in humanis agens, regimini, & adminiſtrationi illius, cui tunc pręerat, in manibus noſtris ſponte, & libere cedere propoſuerat, & Nos propoſitum, ſeu ceſſionem hujuſmodi duxeramus admittendam, reſervata dictę Dionea dignitate Abbatisſali, & fructibus certarum poſſeſſionum, ad dictum Monaſterium legitime pertinentium pro ſua, & duarum Monialium per eam nominandarum ſuſtentatione, alias in illo dignitatem prędictam ſuppreſſimus, illudque cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, Monaſterio veſtro S. Petri Martyris, etiam Bononien., Ordinis S. Dominici, regularis obſervantię, perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus, ita quod liceret vobis dictum Monaſterium S. Margaritę intrare, & illius realem, & corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, mandantes nihilominus eidem Johanni Stephano Cardinali, quatenus per ſe, vel per alium, ſeu alios, vos in dictum Monaſterium Sanctę Margaritę introduceret, ut in eo obſervantiam regularem dicti Ordinis S. Dominici plantaretis, & inſtitueretis, ac illis ex Monialibus dicti Monaſterii Sanctę Margaritę, quę ſub reformatione, & regulari obſervantia Ordinis Sancti Dominici hujuſmodi remanere vellent, inibi retentis, reliquas ex eiſdem, quę ſub reformatione, & obſervantia hujuſmodi vivere recuſarent, ab eodem Monaſterio rejiceret, & ad alia Monaſteria, vel loca honeſta, aſſignatis eis de redditibus dicti Monaſterii Sanctę Margaritę pro earum victu neceſſariis, prout eidem Johanni Stephano Cardinali videretur, transferret, contradictores, & rebelles etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcendo, invocato etiam ad id, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur; & deinde, ſicut accepimus, tunc ejuſdem Johannis Stephani Cardinalis in dicta Civitate Vicarius in ſpiritualibus gene-

Digitized by Google

generalis, ipſius Johannis Stephani Cardinalis, ſeu potius noſtro mandato, cum omni ea, qua decuit honeſtate, ad dictum Monaſterium S. Margaritę acceſſit, & convocatis ad id Dionea, & tunc Monialibus prędictis, ipſas Muniales ad bene, religioſeque vivendum, ſeque vobiſcum in moribus, & obſervantia regulari reformaudum, juxta dictarum literarum tenorem monuerat, & deinde accitis, & in id ſibi aſſiſtentibus, quinque ex tunc quadragiuta viris regimini dictę Civitatis pręſideutibus, vos in dictum Monaſterium S. Margaritę introduxit, voſque in illud per pręfatam Dioneam tunc in eodem Monaſterio Sanctę Marię exiſtentem, januis apertis, ad oſculum receptę, & admiſſę fuiſtis, traditis, & aſſignatis vobis clavibus ejuſdem Monaſterii Sanctę Margaritę, illiuſque regiminis, & adminiſtrationis corporali poſſeſſione, Dionea, & aliis Monialibus prędictis non contradicentibus, ſed quibuſdam ex illis in reformatione, & ſub regula prędictis remanentibus, aliis vero regularem vitam recuſando, inde exeuntibus, ſeu forſan ejectis, quarum cuilibet poſt aliquot dies aſſignatę fuerunt, juxta concordiam inter vos, & illas initam, pro earum vitę ſuſteutatione, de dictis fructibus congruę portiones, quibus ipſę Moniales egreſſę, ſeu forſan ejectę, ſponte acquieverunt, & quę de illis erant conteutę, quandam earum manibus ſubſcriptam deſuper ſcripturam confecerunt, & per aunum cum dimidio, vel circa, portiones bujuſmodi ſibi aſſignatas pacifice, & quiete receperunt, donec pravorum hominum ſeductę conſiliis, vos coram tunc Locumtenente, tunc noſtri, & Apoſtolicę Sedis in dicta Civitate legati, primo ſuper dicto Monaſterio S. Margaritę, ſeu illius ſpolio dicti Monaſterii S. Margaritę, a quo, per vos, ſe ejectas eſſe aſſerebaut, fecerunt ad judicium evocari, & deinde Nos cauſam hujuſmodi, ex certis cauſis ad Nos advocantes, illam certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori reaſſumeudam, ac ulterius audiendam commiſiaus, & fine debito terminandam, qui iu cauſa bujuſmodi procedens, diffinitivam pro dictis Monialibus egreſſis, contra vos ſententiam ſuper ſpolio promulgavit, a qua pro parte veſtra ad Sedem prędictam appellato, Nos cauſam appellationis bujuſmodi Venerabili Fratri Antonio Arcbiepiſcopo Sipontino, & unius ex dictis Palatii cauſarum Auditoribus, tunc Locumtenente, nunc Cardinali S. Vitalis, audiendam commiſſimus, & fine debito terminandam, quę coram dilecto filio Magiſtro Mercurio de Vipera Cappellano noſtro, & dicti Palatii cauſarum Auditore, tanquam in locum dicti Archiepiſcopi Locumtenente, & nunc Cardinalis, ſubrogato, adhuc pendet indeciſa. Demum Nos attendentes laudabiles fructus, quos introductio obſervautię regularis iu dicto Monaſterio Sanctę Margaritę hactenus produxit, quod & ex ultimo pro parte veſtra coram dicto Mercurio Auditore deductis liquide ſatis conſtat, & quod impium, atque indecens eſt, ut vos, quę circa LX eſtis, & in dicto Monaſterio S. Margaritę, quod ſolum ad habitaudum vobis ſupereſſet, veſtro antiquo Monaſterio S. Petri per geutes armorum adverſus Romanam Eccleſiam damnabiliter ſeſe habentes, occupato, & pene everſo, reſidetis, ad inſtantiam quatuor, vel ſex ſuperſtitum non reformatarum Monialium hujuſmodi ſuper tam ſalubri reformatione auctoritate Apoſtolica facta moleſtemini, & iuquietemini, ac a ſolitis veſtris orationibus, & contemplationibus, ac divinis obſequiis diſtrahamini, ac de validitate ipſius ſaluberrimę reformationis, de uoſtra certa ſcientia fieri ordinatę, in judicio inter foreuſes ſtrepitus diſpntetur, ac volentes propterea ſtatui veſtro iu pręmiſſis opportune conſulere; motu proprio, non ad veſtram, vel alterius pro vobis oblatę Nobis ſuper hoc petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, ſtatum dictę cauſę pręſentibus pro expreſſis habentes, illamque ad Nos harum ſerie advocantes, ac litem prędictam penitus extinguentes, dictis Monialibus adverſariis veſtris Apoſtolica auctoritate pręfata, tenore pręſentium, ſilentium deſuper imponimus perpetuum, potiorique pro cautela reformationem prędictam, & inde ſecuta quęcunque, approbamus, & confirmamus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan interveuerint in eiſdem. Non obſtautibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii S. Margaritę, & Ordinis S. Benedicti prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, uecnon omnibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque; Volumus autem, quod liceat dictis Monialibus Sanctę Margaritę adverſariis veſtris, & earum cuilibet, vel ad dictum Monaſterinm S. Margaritę redire, & intra illius clauſtra, & ſub babitu Ordinis Sancti Benedicti hujuſmodi, alias tameu ſub veſtra regulari obſervantia, ibi Domiuo famulari, vel extra illud aſſignatas, dudum eis pro earum vitę ſuſtentatione portiones prędictas, quoad vixerint, ſicut prius percipere. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Martii MDXII, Pontificatus noſtri Anno Nouo.

Bal. Tuerdus.

1) *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

Ut

Ut Bononienſis Monaſterii S. Petri Martyris Moniales veniant in poſſeſſionem reddituum Monaſterii S. Margaritæ.

Anno 1512 Die 2 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XCI.

Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Monialibus Monaſterii per Prioriſſam gubernari ſoliti Sancti Petri Martyris Bononien. Ordinis S. Dominici

JULIUS PAPA II.

Dilectę in Chriſto filię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias Nos cauſam, quę inter vos, & dilectas in Chriſto filias olim Abbatiſſam, & Moniales Monaſterii S. Margaritę Bononien Ordinis S. Benedicti ſuper eodem Monaſterio, ſeu illius poſſeſſorio, aut ſpolio coram certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore in ſecunda, vel ulteriori, inſtantia pendebat indeciſa, Motu proprio, per alias noſtras in forma Brevis literas, ad Nos advocavimus, & litem ipſam penitus extinximus, ac dictis Abbatiſſę, & Monialibus, ita quod liceret eis, & earum cuilibet ad dictum Monaſterium redire, & intra illius clauſtra, etiam cum habitu dicti ſui Ordinis, alias tamen ſub regulari obſervantia Altiſſimo famulari, vel extra illud aſſignatas dudum eis pro earum vitę ſuſtentatione de fructibus dicti Monaſterii portiones quoad viverent, ſicut prius percipere conſueverant, ſuper pręmiſſis perpetuum ſilentium impoſuimus, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem, ſicut exponi Nobis nuper feciſtis, tempore dat. literarum earundem, fructus dicti Monaſterii ſequeſtrati exiſterent, & de ſequeſtro hujuſmodi, & illius relaxatione cum dictis literis mentio aliqua facta non fuerit, ac propterea fructus hujuſmodi percipere, & ex eis vos ſuſtentari, ac portiones prędictas aſſignare, ſeu largiri non valeatis, pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in pręmiſſis vobis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſuppplicationibus inclinati ſequeſtrum prędictum harum ſerie relaxantes vobis, ut ſequeſtratos, nec non alios omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii, etiam propria auctoritate exigere, colligere, & levare libere, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, licentiam concedimus, & facultatem, & nihilominus dilectis filiis Cornelio de la Volta Primicerio S. Petronii, & Baptiſtę de Auro canonico majoris Bononien. Eccleſiarum, per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus, ſi, & poſtquam pro parte veſtra fuerint requiſiti, fructus, redditus, & proventus ſequeſtratos hujuſmodi vobis, vel Procuratori veſtro legitimo realiter, & cum effectu reſtituant, & aſſignent, faciantque ab aliis reſtitui, & aſſignari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II Julii MDXII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

P. Blondus.

(1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

LEO X.

Ab anno MDXIII die XI Martii, ad II Decembris MDXXI. Vide *Tom. IV* hujus *Bullarii pag.* 296.

De feſto B. Oſannæ (1) celebrando.

Anno 1515 Die 8 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Dilectis filiis Alexandro Gablonetę Archidiacono, & Alexandro Spagnolo Canonico Eccleſię Mantuanę, & eorum cuilibet.

CXVIII.

LEO PAPA X.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX relatione dilectę in Chriſto filię, nobilis Mulieris Iſabellę Eſtenſis de Gonzaga, Mantuę Marchioniſſę, ac etiam alias, ad aures noſtras pervenit, quod quondam Oſanna Virgo de Andreaſiis, Civis Mantuana, dum in humanis ageret, a pueritia uſque ad annos quinquaginta ſex ętatis ſuę innocentiſſimam, religioſamque, & devotam in omni probitate, & ſanctitate vitam ita duxit, ut non ſolum Civibus, & Incolis Mantuanis, verum etiam quamplurimis forenſibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, illuc ſe conferentibus, quibus dabatur, illius, vel colloquio, vel pręſentia frui, admirabilis videretur. Quotiens enim ſacram ſumebat Euchariſtiam, illico in extaſim rapta, per tres, vel quatuor horas, aliquando etiam per diem integrum, omni exteriori ſenſu deſtituta, & immobilis effecta, quaſi ab hac luce migraſſe putabatur. Summę pręterea humilitatis, mirabilis patientię in adverſis, frequentiſſimiſque orationibus, & contemplationibus intenta erat, Poſtquam autem Altiſſimo placuit, illam, humanę

pere-

Digitized by Google

peregrinationis perfunctam munere, ad cęleſtem Patriam, ut creditur, vocare, ejus cadaver in quodam depoſito (3), in Eccleſia Fratrum Prędicatorum dictę Civitatis, quorum habitum, qui de Pęnitentia B. Dominici nuncupatur, dicta Oſanna multos annos detulerat, fuit (4) tumulatum. Ex quo depoſito, poſt tres annos ab illius tranſitu, integrum abſque ulla putredine, vel (5) fętore extractum, ut in marmoreo ſepulcro, opera, & impenſa dictę Iſabellę Marchioniſſę, ob reverentiam, ac devotionem, quam ad pręfatam Oſannam gerebat, conſtructo, collocaretur, tantę venerationis, ac devotionis ſemper fuit, ac etiam in pręſentiarum eſt, ut non ſolum Cives, & Incolas Mantuanos, verum etiam diverſos Chriſtifideles bona fama ſanctitatis hujuſmodi ductos, ad dictum ſepulcrum confluentes, quamplurimis gratiis, & miraculis ex Dei benignitate affecerit, afficiatque in dies. Cum itaque Iſabella Marchioniſſa, non dubitans animam dictę Oſannę Virginis, ob ejus vitam, caſtiſſime, & integerrime actam, in cęleſti choro ęterna gloria perfrui, miro teneatur (6) deſiderio, ut ipſa Oſanna per nos canonizetur, & in Catalogum Sanctarum Virginum referatur; quare Nobis ſuper hoc humiliter ſupplicari curavit: Nos igitur tum prędictę (7) Marchioniſſę deſiderio ſatisfacere, tum etiam, ſi res ita eſſe comperiatur, ut eidem Oſannę, pro meritis ſuis, etiam a mortalibus in hoc ſeculo debitus honor, & cultus impendatur, efficere cupientes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtrę per pręſentes committimus, & mandamus, ut de religioſa, & integerrima vita, ac de piis, & ſanctis oporibus dictę Oſannę, ac de miraculis ex ejus meritis, & interceſſionibus a Deo factis, vos diligenter informetis, & Nobis referatis, ut ſcilicet poſtmodum, Nos de pręmiſſis certam notitiam per hujuſmodi relationem habentes, eandem Oſannam, cum Dei, & Sanctę Sedis Apoſtolicę benedictione, canonizemus, & in catalogum Sanctarum Virginum referamus. Et interim, ut de ipſa Oſanna in die ejus natali, quo ſcilicet ab hac mortali vita ad cęleſtem patriam migravit, prout etiam in Miſſis aliorum dierum (8) in primis, & ſecundis Veſperis, ac in Matutinis, & aliis divinis officiis ejuſdem diei, in Civitate, & diſtrictu Mantuano, ſicuti in natali aliarum Sanctarum Virginum ſolet fieri, & celebrari commemoratio, libere, & licite fieri poſſit, concedimus, & a quibuſcunque Sacerdotibus, Religioſis, & aliis Chriſtifidelibus fieri mandamus; in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die VIII (9) Januarii MDXV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

P. Blondus.

1. *B. Oſanna.*) Cujus vitam ſcripſerunt *Franciſcus Silveſter*, *Raphael Badius*, *Seraphinus Thomas Miguel &c.* Dies ipſius feſtus XVIII Junii celebratur tum in *Mantuana* ditione, tum in univerſo Prædicatorum Ordine.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Typis R. Cameræ editum fuit *Romæ* MDCXCIV. Legitur apud *Bollandiſtas Tomo III Junii pag.671.*

3. *Depoſito.*) Bollandiſtæ legunt: *repoſito.*

4. *Fuit.*) Deeſt apud eoſdem.

5. *Vel.*) Iidem *Et.*

6. *Teneatur.*) Ex iiſdem: *Obtineatur.*

7. *Tum prædictæ.*) Iidem: *cum pio.*

8. *Prout etiam in Miſſis aliorum dierum.*) *Bollandiſtæ* trajecerunt hæc verba poſt iſtud *Celebrari.*

9. *VIII.*) Ex iiſdem *XX.*

Anno 1515 Die 5 Octobris.

Ulyſſipponenſis Monaſterii (1) Annunciationis fundandi facultas.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXIX.

Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

DEbitum paſtoralis officii Nobis ex alto commiſſi requirit, ac Nos ad id promptos excitat, ut pia Catholicorum Regum vota, quibus prudentes Virgines, Religionis habitu aſſumpto, uni Sponſo Jeſu Chriſto, voto celibi Virginitatem ſuam pręſtent, & accenſis lampadibus, eidem Sponſo, qui ſpecioſus eſt prę filiis hominum, obviam ire poſſint, ac inde flores honoris, & honeſtatis fructus, ac regularis diſciplinę propagatio proveniant, ad exauditionis gratiam admittamus, ac plenis favoribus proſequamur. Sane pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Emanuelis Portugallię, & Algarbiorum Regis Illuſtris, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe, qui poſt ejectionem Mahumetanorum a Civitate Ulixbonen., in loco templi illorum, Moſquitam nuncupati, in dicta Civitate conſiſtentis, ędificia pro uno Monaſterio Monialium, ſub invocatione Annunciationis B. Marię Virginis, conſtrui, & ędificari fecit, ſeu facere incępit, & etiam, ne illa vacua remanerent, quod inibi nonnullę Sorores Tertii Ordinis S. Franciſci, profeſſionem aliquam non emittentes, nec alicui obedientiam pręſtantes, introducerentur, & inhabitarent, prout inhabitant de pręſenti, procuravit, fervore devotionis accenſus, & ob ſingularem, quam ad Ordinem S. Auguſtini gerit devotionem, ac pro religionis propagatione, & divini cultus augmento, ſummopere cupit hujuſmodi ędificia, pro uno erigendo Monaſterio Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, S. Dominici nuncupatorum, ſub dicta invocatione, & in honorem ejuſdem B. Marię Virginis, cum Eccleſia, campanili humili, campana, cęmeterio, clauſtro, dormitorio, refectorio, & aliis officinis neceſſariis, pro perpetuis uſu, & habitatione Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, perfici facere, ſi ſibi ad id Apoſtolicę Sedis licentia ſuffragetur. Quare pro parte dicti Emanuelis Regis, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ei dicta ędificia, pro uno erigendo Monaſterio Monialium ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, cum Eccleſia, campanili humili, campana, clauſtro, dormitorio, refectorio, cemeterio, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis, ſi adhuc perfecta non ſint, perfici facere, licentiam concedere, ac poſtquam ędificia hujuſmodi perfecta fuerint, inibi unum Monaſterium, pro dictarum Sororum, & aliarum Monialium Ordinis Sancti Auguſtini hujuſmodi uſu, & habitatione perpetuis conſtruere, ſeu erigere, & inſtituere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, & Religionis propagationem ubique vigere, & augeri, noſtris potiſſimum temporibus, ſinceris deſideramus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Emanueli Regi, ędificia prędicta, pro uno Monaſterio Monialium dicti Ordinis Sancti Auguſtini, cum Eccleſia, campanili humili, campana, clauſtro,

dor-

dormitorio, refectorio, cęmeterio, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis, ſi adhuc perfecta non ſint, perfici faciendi, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium licentiam concedimus, ac poſtquam ędificia ipſa perfecta fuerint, inibi unum Monaſterium, ſub eadem invocatione Annunciationis ipſius Beatę Marię Virginis, pro dictarum Sororum, & aliarum Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini uſu, & habitatione perpetuis, ſine alicujus prejudicio, auctoritate, & tenore prędictis erigimus, & inſtituimus, ipſumque Monaſterium, & illius Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, & Moniales pro tempore exiſtentes, & directioni Fratrum Ordinis Prędicatorum, de Obſervantia nuncupatorum, & Provinciali Provincię Portugallię ſecundum morem dicti Ordinis Prędicatorum ſubjicimus, ac quod Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa ejuſdem Monaſterii hac prima vice per dictum Emanuelem Regem nominari, & nulla Monialis in eodem Monaſterio, abſque expreſſo ipſius Emanuelis, & pro tempore exiſtentis Portugallię Regis conſenſu, recipi, ac Sorores inibi tunc exiſtentes profeſſionem per Moniales dicti Ordinis S. Auguſtini emitti ſolitam, emittere debeant, eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus, necnon prefato Emanueli Regi, pro felici ſtatu, & ſalubri regimine, & directione dicti Monaſterii, quęcunque ſtatuta, & ordinationes rationabilia, & honeſta, ac a ſacris Canonibus non deviantia, faciendi, & edendi, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore ſupradictis facultatem concedimus. Et nihilominus eidem Monaſterio, & illius Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, ac Monialibus pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, conceſſionibus, & indultis, Monaſteriis Monialium Ordinis S. Auguſtini, & domibus Ordinis Fratrum Prędicatorum hujuſmodi, illorumque Monialibus, & Fratribus, ac perſonis in genere conceſſis, & in poſterum concedendis, & quibus illa, & illi utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere valeant, auctoritate, & tenore ſupradictis indulgemus, jure Parochialis Eccleſię, & cujuslibet alterius, in omnibus ſemper ſalvo, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis S. Auguſtini, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis, erectionis, inſtitutionis, ſubjectionis, ſtatuti, ordinationis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quintodecimo, Tertio Nonas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Monaſterii.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ulyſſipponenſi*.

Ut Monaſterium S. Monicæ Ferrarien. juris ſit Congregationis Lombardiæ.

Anno 1518 Die 11 Junii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Monialibus Monaſterii Monialium per Prioriſſam gubernari ſoliti S. Monicę Ferrarien.

CXX.

L E O P A P A X.

Dilectę in Chriſto filio, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, vitę, ac morum integritas, & odor bonorum operum, quę magna rerum experientia per dilectos filios Fratres Ordinis Prędicatorum iſtius Congregationis Provincię Lombardię circa curam, & gubernationem Monaſteriorum Monialium eia in dicta Provincia, & pręſertim in dicta Civitate Ferrarien. ſubjectorum aſſidue perpetrantur, vos, quę Ordinarii dictę Ferrarienſis Civitatis curę a paucis diebus, ſeu modico tempore citra ſubjectę fuiſtis, ita excitaverint, ut dictorum Fratrum curę, & regimini ſubeſſe omni ſtudio deſideretis, & exinde certam animarum veſtrarum ſalutem ſperare poſſe creditis, Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut honeſtia deſideriis veſtris annuere, & veſtro ſtatui in pręmiſſis opportune conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, qui petitiones illas ad exauditionis gratiam libenter admittimus, per quas Religioſarum perſonarum piis votis conſulitur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum ab omnimoda juriſdictione dicti Ordinarii, dummodo ejus, vel Vicarii, ſui ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, eximimus, & totaliter exemptas eſſe decernimus, & dilecti filii Vicarii dictę Congregationis pro tempore exiſtentis per ſe, vel alium, ſeu alios ipſius Congregationis idoneos Fratres, ad id per eundem Vicarium pro tempore eligendos, curę, regimini, & gubernationi ſubmittimus, ac eidem Vicario, ut hujuſmodi curam, & regimen veſtrum, & Monaſterii pręfati ſuſcipiat, in virtute ſanctę obedientię diſtricte pręcipiendo mandamus. Dantes eidem plenam auctoritatem, & facultatem illas, & illud per ſe, vel alium, ſeu alios eligendos, ut pręfertur, dirigendi, viſitandi, corrigendi, confeſſiones Monialium illius pro tempore exiſtentium audiendi, ab eorum peccatis abſolvendi, & pro modo culpę pœnitentiam ſalutarem injungendi, & illis Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrandi, & in omnibus, & per omnia regendi, & gubernandi, ut & quemadmodum alię dictę Civitatis Moniales, & Monaſteria curę Fratrum Prędicatorum ſubjectę, & ſubjecta per illos regi, & gubernari conſueverunt, non obſtantibus pręmiſſis, & quod ſub alio habitu exiſtitis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis cujuſcunque tenoris, & formę exiſtant, & in quibuſvis ſynodalibus, aut generalibus Conciliis editis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordini veſtro, & illius forſitan Pręlatis, ac Ordinario prędictis ſub quacunque verborum forma conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus, & ſi illis non-

nonnu ſi ſub certis modo, & forma expreſſis, ſeu etiam nullatenus derogari poſſe caveretur ad effectum præſentium, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI Junii MDXVIII, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ferrarien.*

Anno 1520 Die 2 Novembris.

CXXI.

Ratam habet, ac firmat compoſitionem factam inter Moniales Bononien. Monaſteriorum S. Petri Martyris, & S. Margaritæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LEO PAPA X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EX ſolita Sedis Apoſtolicę providentia, ad ea, per quę religioſarum perſonarum concordię, & quieti conſulitur, libenter conſulimus, ac his quę propterea proceſſerunt, Apoſtolici muniminis pręſidium libenter impartimur. Sane dilectę in Chriſto filię Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii Sanctę Margaritę Ordinis Sancti Benedicti, ac Prioriſſa, & Sorores Domus S. Petri Martyris Bononien. ſub cura Fratrum Prędicatorum degentes, Nobis nuper exponi fecerunt, quod cum alias inter Abbatiſſam, & Conventum ex una, ac Prioriſſam, & Sorores pręfatas ex alia partibus, ſuper eo quod Abbatiſſa, & Conventus ſe Monaſterio, & bonis earum per dictas Prioriſſam, & Sorores de facto ſpoliatas fuiſſe, & ad Monaſterium & bona hujuſmodi, eorumque poſſeſſionem reſtitui debere, ac dictas Prioriſſam, & Sorores ad illorum relaxationem cum fructibus inde perceptis teneri, Prioriſſa, vero, & Sorores pręfatę, Monaſterium, & illius bona ex conceſſione Apoſtolica eis, ſeu earum Domui facta, poſſediſſe, & poſſidere, nec a poſſeſſione hujuſmodi amoveri, aut ad illorum relaxationem, ſeu fructuum eorundem ſatisfactionem teneri, inter alia aſſerebant, tam extra Romanam Curiam, quam in ea differentię, quęſtionum materię, & lites judicialiter exortę, & demum cauſę hujuſmodi per nos advocatę, & dilecto filio noſtro Achilli tituli S. Marię in Tranſtyberim Presbytero Cardinali Bononien. commiſſę fuiſſent, tandem Abbatiſſa, & Moniales Monaſterii ad illud per dictum Achillem Cardinalem, & Commiſſarium reſtitutę, ſeu in eo introductę, earum, & aliarum dicti Monaſterii Monialium pro quibus de rato, & ratihabitatione promiſerunt, necnon Prioriſſa, & Sorores Domus hujuſmodi in dicto Monaſterio exiſtentes, & ad id ab aliis Sororibus ejuſdem Domus poteſtatem habentes capitulariter ſuper hoc reſpective congregatę, finem litibus, & differentiis hujuſmodi imponere, & judiciorum ſtrepitus evitare volentes, pręcedentibus legitimis tractatibus in pręſentia pręfati Achillis Cardinalis, & Commiſſarii, ejus auctoritatem, & decretum interponentis, ac etiam in hoc conſentientium nonnullorum ipſarum Monialium, & Sororum conſanguineorum, & affinium ad compoſitionem, tranſactionem, & concordiam devenerunt, per quam inter alia Prioriſſa, & Sorores Domus Sancti Petri in dicto Monaſterio Sanctę Margaritę reſidentes, ſuis, & aliarum Sororum Domus prędictę nominibus, liti, & cauſę, ac unioni de Monaſterio S. Margaritę earum Domui S. Petri factę hujuſmodi, necnon omni juri eis in ipſo Monaſterio Sanctę Margaritę quomodolibet competenti, ac quibuſcunque appellationibus, & proteſtationibus per eas, & earum parte eatenus quomodocunque interpoſitis, & interponendis ſponte ceſſerunt, & renunciarunt, ac dictum Monaſterium S. Margaritę, & illius bona mobilia, & immobilia, ſalvis infraſcriptis, eorumque poſſeſſionem liberam, & expeditam Abbatiſſę, & Monialibus introductis prefatis relaxarunt, & dimiſerunt, necnon in ipſo Monaſterio pro uſu, victu, & aliis neceſſariis rebus, Abbatiſſę, & Monialium introductarum prędictarum tot bona in grano, vino, lignis, & ſeminibus illius anni tantum, & aliis, ut pręfertur, neceſſariis, quot ſufficerent ad arbitrium ipſius Achillis Cardinalis. & dilecti filii Bonifatii de Fanctutiis utriuſque juris doctoris, ac etiam omnia, & ſingula, res & bona dicti Monaſterii in Inventario, tempore earum ingreſſus confecto, tam ad uſus Domus, quam etiam Eccleſię, & Sacriſtię ipſius Monaſterii S. Margaritę dimittere, & relaxare deberent, & tenerentur, promiſerunt. Et ne dicta Prioriſſa, & Sorores ex conceſſione hujuſmodi nimium diſpendium patiantur, Abbatiſſa, & Moniales pręfatę firmis ſemper remanentibus pręmiſſis, ac ſine illorum pręjudicio, & non aliter, liti, & cauſę prędictis, ac quibuſcunque appellationibus per eas interpoſitis, & interponendis renunciarunt, & ceſſerunt, ac conſenſerunt, quod eiſdem Prioriſſę, & Sororibus Sancti Petri, loco penſionis annuę reſervarentur, & aſſignarentur una, vel plures poſſeſſiones, dicti Monaſterii Sanctę Margaritę, ex qua, ſeu quibus, annis ſingulis perciperentur, & percipi poſſent tot fructus qui aſcenderent ad rationem, ſeu valorem CCCL librarum Bononien. monetę currentis ad judicium pręfatorum Achillis Cardinalis, & Bonifatii, ita quod, poſtquam ſemel per eos ęſtimatę, & aſſignatę eſſent pręſentes, ipſę amplius reclamare, aut quod aliquid pro ſupplemento augeretur, vel e converſo aliquid defalcaretur, petere non poſſent; ſic tamen, quod de ſumma dictarum CCCL librarum per pręfatos Achillem Cardinalem, & Commiſſarium, & Bonifatium defalcari poſſet, & deberet tanta ſumma, quanta eis videretur occaſione bonorum, ſeu poſſeſſionum dicti Monaſterii S. Margaritę, quę per ipſas Prioriſſam, & Sorores S. Petri reperirentur, fuiſſe alienata, ſeu alienatę, ac quod ſi tam per Nos, quam per alium quemcunque Superiorem ejuſdem Prioriſſę, & Sororibus Sancti Petri, ſeu earum Monaſterio poſſeſſiones, vel immobilia, ſeu alia quęcunque bona aſſignarentur, ſeu beneficia unirentur pro recompenſa dictorum bonorum loco annuę penſionis hujuſmodi, ut pręfertur, aſſignandorum, tunc, & eo caſu pręfatę Prioriſſa, & Sorores, bona eis loco penſionis aſſignata hujuſmodi eiſdem Abbatiſſę, & Monialibus Sanctę Margaritę, & proportionabiliter cum omnibus melioramentis in eis factis libe-

libere reſtituere tenerentur, & deberent. Et eo caſu adveniente, ac etiamſi ipſę Prioriſſa, & Sorores Sancti Petri ab hujuſmodi tranſactione, ſeu concordia reſilirent, liceret dictę Abbatiſſę, & Monialibus Sanctę Margaritę ad dicta bona, ut prefertur, aſſignata, propria auctoritate ingredi, & earum poſſeſſionem apprehendere, & illis frui. Et deinde Abbatiſſa, & Moniales Monaſterii, ac Prioriſſa, & Sorores Domus hujuſmodi in dicto Monaſterio exiſtentes, & capitulariter, ut moris eſt, congregatę, ſuis, & aliarum Monialium, & Sororum nominibus prędictis ſimiliter coram eodem Achille Cardinale, & Commiſſario conſtitutę, pro pręmiſſorum adimplemento, ſeu declaratione inter alia omnibus hinc inde datis, & habitis, ac receptis ratione expenſarum, ac alimentorum, & aliorum quorumcunque renunciarunt, & ab ipſis omnibus ſe invicem, & viciſſim abſolverunt, & liberarunt. Et ſucceſſive loco dictę penſionis annuę, ſingulis annis, per dictas Abbatiſſam, & Moniales pręfatis Prioriſſę, & Sororibus ſolvendę, ipſę Abbatiſſa, & Moniales Sanctę Margaritę unam poſſeſſionem terrę arativę vitatę cum domo, area, puteo, furno, & aliis ſuperſtantibus in Guardia quadam, ſive via Dagole Bononien. Diœceſis, conſiſtentem, ex qua annuatim L librę Bononien monetę currentis percipiuntur, ſeu veriſimiliter percipi conſueverunt, & poſſint, uno anno cum alio computato, deductis expenſis, & parte Coloni pro redditu annuo L librarum ſimilium eiſdem Prioriſſę, & Sororibus aſſignarunt. Et ultra prędicta, pro parte dictę penſionis annuę pręfatis Prioriſſę, & Sororibus ſingulis annis in perpetuum CCXL libras Bononien. dictę monetę in pecunia numerata in tribus terminis tunc expreſſis, & alias libras octuaginta in feſto Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſubſequenti, & ſic ſucceſſive continuando de anno in annum, donec ipſis Prioriſſę, & Sororibus recompenſa pro rata, juxta tenorem concordię hujuſmodi, data fuerit pro dictis libris CCXL, & non ultra. Et quia per dictas Prioriſſam, & Sorores Sancti Petri, plura bona dicti Monaſterii S. Margaritę diverſis perſonis alienata fuerant, ex quibus ſingulis annis ſexaginta librę ſimiles perciperentur, dictę Prioriſſa, & Sorores voluerunt redditus hujuſmodi bonorum alienatorum ad ſummam ſexaginta librarum, ut pręfertur, aſcendentes, defalcari in locum totius reſidui dictę penſionis annuę librarum CCCL, ipſęque Prioriſſa, & Sorores certa tunc expreſſa dictis Abbatiſſę, & Monialibus pro reſiduo alimentorum prędictorum dare, & alias partes ipſę hinc inde facere promiſerunt, & convenerunt, prout in inſtrumentis publicis deſuper confectis, dicitur plenius contineri. Quare Abbatiſſa, & Moniales, ac Prioriſſa, & Sorores pręfatę Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut compoſitioni, & concordię, ac conventionibus hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicę confirmationis adjicere, ac alias in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quorum eſt ea quę concordia fiunt, benovolo favore proſequi, dictorum inſtrumentorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tranſactionem, & concordiam, ac conventiones, promiſſiones, & alia pręmiſſa, necnon omnia, & ſingula alia in dictis inſtrumentis contenta, & quęcunque inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium approbamus, & confirmamus, ac illis plenum firmitatis robur adjicimus, & firmiter obſervari, ac partes prędictas ad illorum obſervationem teneri, & ad id cogi poſſe decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem, ac mandantes dilectis filiis Gubernatori pro tempore dictę Civitatis noſtrę Bononien., & Bernardo de Pimu Canonico Eccleſię Bononien., ac Decano Eccleſię Sancti Petronii, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra tranſactionem, concordiam, conventiones, & promiſſiones hujuſmodi firmiter obſervari, non permittentes, unam partium prędictarum per alteram, vel econtra, aut partes ipſas per quoſcunque deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, Domus, & Ordinum prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II Novembris MDXX, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Evangeliſta.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

De Forolivienſi Monaſterio reformando.

Anno 1521 Die 17 Auguſti.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto filio Vicario Generali Ordinis Fratrum Prędicatorum Congregationis Lombardię.

CXXII.

L E O P A P A X.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Dudum pro parte dilectorum filiorum Communitatis Civitatis noſtrę Forolivien. Nobis expoſito, quod Prioriſſa, & Moniales Monaſterii Sancti Dominici Forolivien. Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtituta Fratrum Ordinis Prędicatorum degentes, ſeu earum aliquę adventitia poſſidebant, & vitam a Religione, & ipſius Ordinis regularibus inſtitutis alienam ducebant, ac illarum mores apud cives, & incolas ipſius ſcandalum generabant, & alias dictum Monaſterium in ſpiritualibus, & temporalibus multipliciter deformatum exiſtebat in Divinę Majeſtatis offenſam, religionis opprobrium, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum: Nos tunc eorundem Communitatis in ea parte ſupplicationibus inclinati, tibi in virtute ſanctę obedientię, ac ſub excommunicationis latę ſententię

pęna, aliiſque, noſtris in forma brevis literis dedimus in mandatis, quatenus per te, vel aliquos dicti Ordinis Religioſos Deum timentes, & religionis honeſtatem zelantes, quos ad id duceres eligendos, ſeu convocandos, convocatis tecum, vel eum dictis deputatis aliquibus Religioſis ejuſdem Ordinis Deum timentibus, ad Monaſterium prędictum perſonaliter accedens, & ſolum Deum prę oculis habens, Monaſterium ipſum, & illius perſonas, tam in capite, quam in membris, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus viſitare, & in eo quę reformatione indigere noſceres, juxta canonicas ſanctiones, & dicti Ordinis regularia inſtituta reformare, corrigere, & emendare, & ad honeſtam vitam, & regularem obſervantiam reducere, ac perſonas, quę regulari obſervantię conformari nollent, ad alia Monaſteria, & loca religioſa transferre, necnon alias Moniales, quę inibi ſunt, ſi ſub hujuſmodi reformatione vivere vellent, introducere, earumque ex tunc deinceps dicti Monaſterii, ſicut aliorum Monaſteriorum tibi ſubditorum in omnibus, & per omnia habere, ac omnia, & ſingula alia, quę pro directione dicti Monaſterii juxta canonicas ſanctiones, & regularia inſtituta hujuſmodi noſceres expedire, ad Dei honorem, religionis augmentum, & animarum ſalutem neceſſaria noſceres, ſeu opportuna, faceres, & exequereris, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem, ſicut non ſine animi noſtri gravi diſplicentia accepimus, licet literę prędictę pro parte Communitatis tibi pręſentatę fuerint, tuque, ut ad illarum executionem procederes, debite requiſitus fueris, nihilominus tu ſub ficto prętextu, ſeu levi, & frivola excuſatione, quod in dictis literis tempus pręfixum non eſſet, & Nos de contentis in illis antea conſulere velles, ad executionem earundem literarum hactenus procedere diſtuleris, Nos, quibus Venerabilis Frater Nicolaus Epiſcopus Sabinen. veſtri Ordinis Protector, ſuper hoc humiliter ſupplicavit, & propterea quod intentionis noſtrę extitit, quod literę, & in eis contenta tibi ſub ſuſpenſionis pęna ad hujuſmodi debitum effectum demandarentur, ex certa ſcientia tibi ſub ſuſpenſionis a Divinis, ac privationis officii tui, necnon irregularitatis, & inhabilitatis, pęnis ipſo facto abſque alia declaratione, niſi parueris, incurrendis, diſtricte pręcipimus, & mandamus, quatenus receptis pręſentibus abſque ulteriori mora, omni tergiverſatione, excuſatione, & contradictione ceſſante, ad executionem dictarum literarum, & contentarum in eis, juxta illarum formam, & tenorem realiter, & cum effectu procedas, & procedi mandes, & facias, ſciturus, quod ſi non parueris, Nos contra te ad acriores pęnas procedemus, prout contumacia exegerit, & Nobis videbitur expedire. Non obſtantibus quibuſvis privilegiis, & indultis tibi, etiam, quod ſuper his antea primo, vel ſecundo. Sedem Apoſtolicam conſulere, & ſecundam, vel aliam juſſionem expectare valeas, & alias quomodolibet forſan ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſis, quę adverſus pręmiſſa tibi nullatenus ſuffragari poſſe volumus, necnon omnibus illis, quę in dictis literis volumus non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVII Auguſti MDXXI, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar in *Bullario Bononienſi pag.76.*

ADRIANUS VI.

Ab anno MDXXII die IX Januarii, ad XIV Septembris MDXXIII. Vide *Tom. IV* hujus *Bullarii pag.*407.

Anno 1522 Die 31 Auguſti.

Eccleſia Parochialis S. Jacobi de Villardortelle unita Monaſterio S. Mariæ Novæ Lucenſis (1).

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XII.

Adrianus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Gregorio Lupi Clerico Lucenſis Dięceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

RAtioni congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quę de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, literę Apoſtolicę ſuper illis confectę non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem eum tu, inter quem, & dilectas in Chriſto filias tunc Prioriſſam, & Conventum Monaſterii Monialium per Prioriſſam gubernari ſoliti Sanctę Marię Novę Lucenſis, Ordinis Sancti Auguſtini, ſub cura Fratrum Prędicatorum degentium, ſuper Parochiali Eccleſia Sancti Jacobi de Villadortelle Lucenſis Dięceſis, quam dudum, tunc certo modo vacantem, Prioriſſa, & Conventus, prętatę dicto Monaſterio auctoritate ordinaria perpetuo unitam, annexam, & incorporatam, & de qua alias tunc per obitum quondam Antonii de Rivera, olim illius Rectoris extra Romanam Curiam defuncti, vacante, Apoſtolica auctoritate tibi proviſum fuiſſe aſſerebas, in prima inſtantia pendebat indeciſa, ad evitandum litium anfractus, parcendumque laboribus, & expenſis, ad effectum certę honeſtę concordię inter vos deſuper, ſalvo felicis recor. Leonis PP. X Prędeceſſoris noſtri, & Apoſtolicę Sedis beneplacito, veniſtis, ac ut unio, annexio, & incorporatio prędictę ſuum plenarium ſortirentur effectum, liti, & cauſę hujuſmodi a communi jure tibi in ipſam Eccleſiam, vel ad illam quomodolibet competenti, in manibus ipſius Prędeceſſoris ſponte, & libere ceſſiſſes, eaſdem Prioriſſam, & Conventum in poſſeſſionem, ſeu quaſi, unionum Eccleſię hujuſmodi, in qua exiſtebant, quantum in te fuerat, pacifice dimittendo, ipſeque Prędeceſſor, ceſſionem ipſam duxiſſet admittendam, idem Prędeceſſor tibi, qui dilecti filii noſtri, tunc Sancti Petri, & S. Euſebii Presbyteri Cardinalis obſequiis inſiſtendo, familiaris continuus commenſalis ſuus exiſtebas, ob grata familiaritatis obſequia, quę ſibi eatenus impenderas, & tunc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtebas, necnon vitę, ac

mo-

morum honeſtatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari perceperat, ne ex ceſſione hujuſmodi, aliquod diſpendium patereris, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volens, teque, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebas, ad effectum infra ſcriptorum duntaxat conſequendum, abſolvens, & abſolutum fore cenſens, necnon omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, quę etiam ex quibuſvis diſpenſationibus Apoſtolicis obtinebas, & expectabas, ac in quibus, & ad quęvis tibi jus quomodolibet competebat, quęcunque, quodcunque, & qualiacunque eſſent, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujuſmodi diſpenſationum tenores pro expreſſis habens, ſub dat. videlicet Pridie Id. Februarii, Pontificatus ſui Anno Sexto, Tibi penſionem annualem ſex ducatorum auri de Camera, liberam, & exemptam ab omni decima, ſubſidio etiam Papali, & alio quocunque onere quantunque incogitato forſan impoſito, & imponendo ſuper dictę Eccleſię fructibus, redditibus, & proventibus, quorum tertiam partem, ipſa penſio, ut aſſerebas, non excedebat, tibi quoad viveres, vel procuratori tuo ad id, a te ſpeciale mandatum habenti, per tunc, & pro tempore exiſtentem Prioriſſam dicti Monaſterii, & Conventus pręfatas in Feſto Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti annis ſingulis in Civitate Lucenſi, integre perſolvendam, ipſarum tunc Prioriſſę, & Conventus ad hoc per dilectum filium Alphonſum Coſtado Canonicum Lucenſem procuratorem earum, ad id ab eis ſpecialiter conſtitutum, expreſſo accedente conſenſu, dicta auctoritate Apoſtolica reſervavit, conſtituit, & aſſignavit, decernens penſionem prędictam ullo unquam tempore ad minorem ſummam reduci non poſſe, necnon tunc, & pro tempore exiſtentem Prioriſſam, & Conventum pręfatas ad integram ſolutionem penſionis hujuſmodi tibi faciendam, juxta reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis prędictarum tenorem, fore efficaciter obligatas, ac volens, & eadem auctoritate ſtatuens, quod ſi tunc, & pro tempore exiſtens Prioriſſa, & Conventus pręfatę in dicto feſto, vel ſaltem infra triginta dies illud immediate ſequentes, penſionem pręfatam non perſolviſſent cum effectu, lapſis diebus eiſdem, tunc, & pro tempore exiſtens Prioriſſa, ac ſingulares perſonę Conventus hujuſmodi ſententiam excommunicationis incurrerent, a qua, donec tibi, vel procuratori tuo prędicto, de penſione prędicta tunc debita integre ſatisfactum, aut alias tecum, vel cum dicto procuratore tuo ſuper hoc amicabiliter concordatum foret, abſolvi non poſſent, pręterquam in mortis articulo conſtitutę; ſi vero poſt ſex menſes, dictos triginta dies immediate ſequentes, ſententiam ipſam animo ſuſtinuiſſent indurato, ex tunc effluxis Menſibus eiſdem, unio hujuſmodi diſſoluta foret, & eſſet, ac eadem unione diſſoluta, Eccleſia prędicta vacare cenſeretur eo ipſo, ac tibi quod tunc, & pro tempore exiſtente Prioriſſa, & Conventu pręfatis in ſolutione dictę penſionis deficientibus, & propterea pęnam diſſolutionis unionis hujuſmodi incurrentibus, aut reſervatione ipſius penſionis ex aliqua cauſa invalida exiſtente, liceret tibi ad dictam Parochialem Eccleſiam, cujus fructus, redditus, & proventus tredecim ducatorum auri ſimilium, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum, ut etiam aſſerebas, non excedebant, liberum habere regreſſum, illiuſque corporalem poſſeſſionem, per te, vel alium, ſeu alios, propria tua auctoritate libere apprehendere, & pręſentium vigore, abſque alia tibi deſuper facienda nova proviſione, retinere & ut quicunque Judex ordinarius, aut aliqua perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta, ſeu Canonicus Metropolitanus, vel alterius Cathedralis Eccleſię per te eligendus, ſeu eligenda, penſionem prędictam, in toto, vel in parte de tuo expreſſo conſenſu caſſare penitus, & extinguere, & poſtquam caſſata, & extincta foret, aliam penſionem ſimilem annuam cuicunque alteri, ſeu quibuſcunque aliis perſonis eccleſiaſticis, per te ad id nominandis, etiam quęcunque, quodcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, ſimiliter eis, quoad viverent, vel procuratoribus ſuis legitimis per tunc, & pro tempore exiſtentem Prioriſſam, & Conventum pręfatas in termino, & loco, ac ſub ſententiis, cenſuris, & pęnis prędictis integre perſolvendam, abſque novo tunc, & pro tempore exiſtentis Prioriſſę, & Conventus prędictarum conſenſu, dicta auctoritate Apoſtolica reſervare, conſtituere, & aſſignare poſſit, tam tibi, quam loci Ordinario, & perſonę in dignitate conſtitutę, & Canonico pręfatis, eadem auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia indulſit, ac irritum decrevit, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi tunc, & pro tempore exiſtenti Prioriſſę, & Conventui pręfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem eſſet Sede indultum, quod ad pręſtationem, vel ſolutionem penſionis alicujus minime tenerentur, & ad id compelli non poſſent per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, ac qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſteret, per quam ipſius Prędeceſſoris literis aliis, ſi deſuper confectę fuiſſent, non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratię impediri valeret quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda eſſet in eiſdem literis mentio ſpecialis. Ne autem de abſolutione, reſervatione, conſtitutione, aſſignatione, decreto, voluntate, ſtatuto, & indulto prędictis pro eo, quod ſuper illud, ipſius Prędeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literę confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hęſitari, tuque illorum fruſtreris effectu, volumus, & Apoſtolica auctoritate pręfata decernimus, quod abſolutio, reſervatio, conſtitutio, aſſignatio, decretum, voluntas, ſtatutum, & indultum Prędeceſſoris hujuſmodi, perinde a data diei Pridie Kalendas Februarii hujuſmodi, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Prędeceſſoris literę ſub ejuſdem diei data confectę fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque pręſentes literę ad probandum plene abſolutionem, reſervationem, conſtitutionem, aſſignationem, decretum, voluntatem, ſtatutum, & indultum Prędeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incur-

Digitized by Google

incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Vigeſimoſecundo, Pridie Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Lucen.*) In *Hiſpania*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucenſi*.

CLEMENS VII.

Ab anno MDXXIII die XIX Novembris, ad XXVI Septembris MDXXXIV. Vide *Tom. IV* hujus *Bullarii pag.* 417.

Anno 1525 Die 4 Maii.

Ut Ferrarienſis Monaſterii S. Monicæ Moniales deferant habitum, quem geſtant Sorores ſubjectæ regimini Fratrum Prædicatorum de Obſervantia.

CXV.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Monialibus Monaſterii Monialium per Prioriſſam gubernari ſoliti S. Monicę Ferrarien.

CLEMENS PAPA VII.

Dilectę in Chriſto filię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Religionis, ſub qua mundanis abjectis illecebris, in humilitatis ſpiritu devotum, & ſedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honeſtas, ut in his, quę ſtatus veſtri ſolidationem concernunt, Nos vobis favorabiles, & gratioſos exhibeamus. Cum itaque, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, vos, ut peramplius, & acceptius ei, qui ſpecioſus eſt forma pręfiliis hominum, in ejus beneplacitis ſervire, & animarum veſtrarum ſalutem, Deo propitio, conſequi poſſetis, ſub cura, & regimine Fratrum Ordinis Prędicatorum Regularis Obſervantię Congregationis Lombardię, vigore quarundam literarum in forma Brevis felicis recordationis Leonis Papę X Prędeceſſoris noſtri ſubmiſſę fueritis, & ſecundum regularem obſervantiam, ac ſub cura, viſitatione, & correctione Fratrum Ordinis, & Obſervantię, ac Congregationis hujuſmodi vacare ſtudeatis, ac propterea, ut firmius, ſub hujuſmodi obſervantia, & regimine poſſitis perſeverare, cupiatis vos habitui Sororum ejuſdem Ordinis Prędicatorum conformare: Nos, attendentes conveniens eſſe, ut habitum per alias Sorores curę, & regimini dictorum Fratrum Prędicatorum de Obſervantia ſubjectas, geſtari ſolitum, deferatis, & illarum habitui vos conformetis, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut inſtitutionibus regularibus ipſius Ordinis Prędicatorum, in habitu Sororum illorum curę ſubjectarum hujuſmodi, vos conformare, & habitum Sororum Ordinis Prędicatorum hujuſmodi geſtare, & deferre abſque alicujus apoſtaſię, ſeu cenſurę, vel pęnę incurſu, necnon circa divinum officium recitandum, illum morem, quem dictę Sorores Ordinis Prędicatorum obſervant, dum Vicarius Generalis dictę Congregationis qui pro tempore fuerit id vobis pro ejus arbitrio duxerit indicendum, obſervare, & ad alium habitum deferendum, aut morem in divini officii recitatione obſervandum minime teneamini, nec ad id a quoquam, quavis auctoritate fungente, compelli poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus, & pariter indulgemus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, & Ordinis Prędicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis, illis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innovatis, quę adverſus pręmiſſa nemini ſuffragari poſſe volumus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV Maii MDXXV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ferrarienſi*.

Vi-

Vitam S. Antonini a F. Vincentio (1) de S. Geminiano ſcriptam commendat, probat officium ejuſdem Sancti, ab eodem compoſitum, ac illud recitantibus indulgentias elargitur.

Anno 1525 Die 7 Maii.

CXVI.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Dilecto Filio Fratri Vincentio de Sancto Geminiano Procuratori Ordinis Prędicatorum.

C L E M E N S   P A P A   VII.

Dilecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm in minoribus conſtituti pro virili ſtuduerimus, ut Beatus Antoninus olim Archiepiſcopus Florentinus, in qua Eccleſia poſtmodum, volente Deo, illi ſucceſſimus, condigno canonizationis honore non fraudaretur, quod & ſub felicis memorię Leone X magna ex parte factum, tandem ſub Adriano VI Prędeceſſoribus noſtris eſt conſummatum, rationi conſentaneum eſt, ut ea, quę ad decorandum illum ſupereſſe videbantur, paterna cura, & peculiari affectu, quem ad eum gerimus, proſequamur. Cum itaque vitam, & geſta ejus, quę ſparſa erant, cuperemus, aliquo adhibito ordine, in unum corpus redigi, quo poſſet ad fidelium notitiam tanti viri ſanctitas pervenire, tibi, de cujus diligentia fiduciam pleniorem gerebamus, mandari curavimus, ut ejus vitam, & geſta, necnon officium novem lectionum cum Miſſa, pro gratia tibi cęlitus data ſcriberes, componeres, & ordinares, quę tu omnia cum diligenter perfeceris, noſtrę, & Apoſtolicę Sedis munimine duximus comprobanda. Quapropter vitam, & geſta prędicti Sancti Antonini per te conſcripta, plurimum in Domino commendantes, Officium cum Miſſa a te etiam compoſitum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium confirmamus, volumuſque illa ab omnibus, tam Secularibus, quam Regularibus utriuſque ſexus in ejus feſtivitate recitari, ſecundum morem ſuarum Eccleſiarum: quod ut libentius, & devotius ab illis fiat, & a Chriſtiano populo ad Eccleſiam in ejus feſtivitate concurratur, ob ſingularem affectum, quem ad eum gerimus, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui prędictum officium in dicta feſtivitate pro more, ut pręfertur, ſuarum Eccleſiarum, per ſe, vel cum aliis, ſive in Choro recitaverint, vel cantaverint, viginti, qui vero Miſſę Majori, qui in ejus honorem prędicto feſtivitatis die celebrabitur, pręſentes fuerint, ſingulis vicibus vigintiquinque annos, & totidem quadragenas, perpetuis futuris temporibus, de injunctis eis pęnitentiis, de ſpeciali gratia, auctoritate Apoſtolica miſericorditer in Domino relaxamus. Et quoniam cupimus, ut dies Natalis illius ſolemniter celebretur, poſſet autem ob feſtum Sanctę Catharinę de Senis, quod prima Dominica Menſis Maii, felicis recordationis Pius II, etiam Prędeceſſor noſter celebrandum inſtituit, impediri, quod in die ſecunda prędicti Menſis poteſt contingere, qua die Natalis eſt ejuſdem Beati Antonini, cum prędictum feſtum Sanctę Catharinę diem certum non habeat, eadem auctoritate ſtatuimus, & declaramus, quod prima Dominica Maii, quoad feſtum prędictum Sanctę Catharinę de Senis, illa eſſe cenſeatur, quę immediate venerit poſt feſtum Inventionis Sanctę Crucis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis prędicti, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Maii MDXXV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Nota. (beside "Cum in minoribus…")

Nota. (beside "ſolemniter celebretur…")

Ja: Sadoletus.

1. *F. Vincentio.*) Cognomento *Mainardus*, à patria *de Sancto Geminiano* dictus eſt *F. Vincentius*, vir pietate, eruditione, facundia, & rerum agendarum peritia clariſſimus. Adeas *Echard Tom. II Scriptorum Ordinis Prædicatorum ad annum MDXXVII pag. 75.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Vita S. Antonini pag. 432.* Anno MDCCVIII prodit *Florentia* auctore *F. Dominico Maccarani.*

Confirmatio exemptionis Fràtrum Minorum a ſolutione quartæ funeralis (1).

Anno 1525 Die 13 Junii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXVII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

DUm uberes fructus, quos Ordo ſacer dilectorum filiorum Fratrum Minorum regularis Obſervantię in agro Militantis Eccleſię cum propagatione Religionis, ac defenſione, & augmento Fidei Catholicę, ac ſalute Chriſtifidelium, produxit hactenus, & in dies producit, attendimus, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut ejus ſtatum proſperum, & tranquillum, omni diligentia procuremus, illiuſque religioſas perſonas ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur. Hinc eſt, quod Nos, motu proprio, & ex certa ſcientia, tenore pręſentium, omnia, & ſingula privilegia, immunitates, exemptiones, pręſertim non ſolvendi Clericis ſecularibus Quartam Funeralium, quoad Fratres in poſſeſſionem ſolvendi Quartam hujuſmodi exiſtentes, omnia, & ſingula indulta, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & gratias dicto Minorum, & S. Clarę, ac Tertio de Pęnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque Fratribus, Monialibus, Sororibus, & utriuſque ſexus perſonis, ac Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque, etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & alias quomodolibet per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prędictam, conceſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium

prȩſentium approbamus, & innovamus, ac perpetuȩ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere, ipſoſque Fratres, Moniales, Sorores, Perſonas, Monaſteria, Domos, Eccleſias, & alia loca hujuſmodi, omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, & gratiis, quibuſvis Congregationibus dictnrum Ordinum, alinrumque Ordinum Mendicantinm, quomodnlibet conceſſis, & concedendis, necnon etiam quibuſvis facultatibus, & gratiis, ſuȩ profeſſioni regularis Obſervantiȩ non contrariis, aliis Ordinibus quibuſcunque non Mendicantibus, quomodolibet conceſſis, & concedendis, uti, frui, & gaudere poſſe, atque debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi eis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, & Conſtitutiones in ultimn Generali Capitulo dicti Ordinis Minorum regularis Obſervantiȩ in Provincia Burgen. Regni Caſtellȩ factas, plenam roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, quandiu per aliud Capitulum Generale dicti Ordinis mutatȩ non fuerint, inviolabiliter obſervari debere, necnon Regulam ipſam per S. Franciſcum pro Fratribus Ordinis Minorum inſtitutam, obſervabilem, meritoriam, fundatam ſuper ſacrum Evangelium exiſtere, & quoſcunque, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis, ſcribentes, aut aſſerentes,

Nota.

Regulam ipſam non meritoriam, inobſervabilem, ſeu ſacro Evangelio repugnantem, & in boc eorum aſſertinnem bujuſmodi, non eſſe tenendam, nec admittendam, auctnritate, & tenore prȩmiſſis decernimus, ac volumus, & mandamus, ipſoſque Fratres ab Inquiſitoribus hȩreticȩ pravitatis eximimus, & ſub noſtra, & Apoſtolicȩ Sedis protectione ſuſcipimus, ipſiſque Inquiſitoribus, ſub excommunicationis ſententia, & officiorum ſuorum privatione inhibemus, ne de dictis Fratribus, etiam ratione criminis hȩreſis, quomodolibet intromittere ſe prȩſumant; ſicque per quoſcunque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes, judices, & perſonas, ubique judicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, cognoſcendi, & decidendi facultate, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis, a quoquam, qnavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Hiſpalen., & Epiſcopo Abulen., ac Fortunio Sanctio de Fracta Canonico Maleacen., committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, faciant prȩſentes literas, & in eis contenta quȩcunque plenum effectum ſortiri, illiſque Monaſteria, Domos, Fratres, Moniales, & Sorores, ac Perſonas Minorum, & S. Clarȩ, ac Tertii Ordinis prȩdictorum, & alios qnoſcunque, quos quomodolibet concernunt, pacifice frui, & gaudere, nec permittant quemquam, contra tenorem prȩſentium modo aliquo impediri, moleſtari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per privationem quorumcunque beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad illa, ac alia in poſterum obtinenda, ac quaſcunque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pȩnas, ac alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifatii PP. VIII Prȩdeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio Generali de duabus dietis edita, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſlolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatinne Apoſtolica, & quavis firmitate alia roboratis, necnon privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis per quoſcunque Romanos Pontifices Prȩdeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prȩdictam, etiam motn proprio, & de certa ſcientia, ac de Apoſtolicȩ poteſtatis plenitndine, & cum quibuſvis irritativis, annullativis, caſſativis, revocativis, modificativis, prȩſervativis, exceptivis, reſtrictivis, declarativis, atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quȩvis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſervanda foret, & in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium, necnon quarumcunqne, etiam in forma Brevis, literarum Apoſtolicarum, occaſione prȩmiſſorum, quomodolibet confectarum, & quorumcunque in eis contentorum, tenores prȩſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id ſervandos, pro individuo ſervatis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus illis, quibus in dictis conceſſum eſt, non obſtantibus quibuſcunque contrariis, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod prȩſentinm tranſumptis manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicnjus perſonȩ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutȩ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quȩ prȩſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitȩ, vel oſtenſȩ. Datum Romȩ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Junii MDXXV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Funeralis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

De

De Comitiis in Provincia Poloniæ celebrandis (1), & indulgentia ea de re conceſſa.

Anno 1530 Die 23 Julii

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXVIII.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm dudum felicis recordationis Bonifatius Papa Octavus Prędeceſſor noſter, omnibus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui quotieſcunque, & ubicunque Capitulum Provinciale, per Priores, & Fratres veſtri Ordinis Prędicatorum celebraretur, Eccleſiam apud quam Capitulum pro tempore celebrari contingeret, tempore celebrationis illius, a primis Veſperis diei, quo illud celebrari inchoaretur, uſque ad octo dies incluſive immediate ſequentes, devote viſitarent, & ad Eccleſię conſervationem, ac Fratrum, & Priorum Prędicatorum ſuſtentationem manus adjutrices porrigerent, necnon Prioribus, & Fratribus, qui hujuſmodi Capitulo intereſſent, illam indulgentiam, & remiſſionem peccatorum, quam viſitantes Eccleſiam Beatę Marię de Portiuncula, alias de Angelis, extra muros Aſſiſinates, primo, & ſecundo diebus Auguſti, quomodolibet conſequebantur, per ſuas literas conceſſerit; ac Pręſidenti hujuſmodi Capituli, qui pro tempore foret, ut quatuor Fratres idoneos Presbyteros dicti Ordinis Profeſſores, qui confeſſiones quarumcunque perſonarum ad Eccleſiam prędictam, cauſa hujuſmodi indulgentię conſequendę, accedentium, per ipſos octo dies duntaxat audire, & confeſſionibus ipſis diligenter auditis, eiſdem perſonis pro commiſſis, niſi forſan talia forent, propter quę Sedes Apoſtolica eſſet merito conſulenda, abſolutionem impendere, & pęnitentiam ſalutarem injungere valerent, eligere, & deputare poſſint, Diœceſani loci, & cujuſvis licentia alterius ſuper eo minime requiſita, indulſerit, prout in eiſdem literis plenius continetur. Et ſicut, Nobis exponi feciſtis, quatuor Confeſſores ad confeſſiones Chriſtifidelium pro dicta indulgentia conſequenda confluentium, audiendas, non ſufficiant, ac vos tempore celebrationis veſtri Capituli Provincialis Provincię veſtrę Polonię juxta morem dicti Ordinis, unam ſolemnem, & devotam proceſſionem cum delatione Sacroſanctę Euchariſtię Sacramenti, uſque ad majorem, ſeu aliam principalem Eccleſiam Civitatis, ſeu loci, in quo illud celebratur, facere conſueveritis, & dilecti filii Prior, & Fratres Domus Cracovienſis dicti Ordinis, quibus, ut feſtum quondam Hyacinthi, qui miraculis claruit, & cujus corpus in eorum Eccleſia requieſcit, annis ſingulis certa die celebrare poſſint, Apoſtolica auctoritate indultum exiſtit, in feſto hujuſmodi ſimiliter proceſſionem cum delatione ejuſdem corporis celebrare conſueverint, & de conceſſione Apoſtolica, cujus vigore proceſſionem prędictam, tempore celebrationis Capituli Provincialis hujuſmodi celebratis, docere non poſſitis, ac propterea cupiatis id, ac etiam, ut apud omnes Domos, & Eccleſias Ordinis, & Provincię prędictorum ſimilem, quę apud dictam Domum Cracovienſem celebratur, in eodem feſto Hyacinthi celebrare poſſitis, indulgeri: Nos, qui pia vota, pii patris affectione libenter proſequimur, fidelium prędictorum devotionem ferventius invaleſcere, & illorum animarum ſaluti fructuoſius conſulere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Prędſidenti pro tempore exiſtenti veſtri Provincialis Capituli, tempore celebrationis illius, non ſolum quatuor, ſed etiam alios octo, ſicque duodecim Fratres Presbyteros ejuſdem Ordinis profeſſores, in Confeſſores, qui Chriſtifidelium prędictorum, dictis octo diebus durantibus, confeſſiones audire, & eis pro commiſſis abſolutionem impendere, ac pęnitentiam ſalutarem injungere poſſint, eligere, & deputare: Necnon de cetero, tempore celebrationis Capituli Provincialis hujuſmodi proceſſionem cum delatione dicti Sacramenti, prout conſueviſtis celebrare, necnon tam in ejuſdem Beati Hyacinthi, quam etiam in S. Antonini nuper canonizati feſtis diebus, in omnibus Domibus, & Eccleſiis veſtris Provincię prędictę proceſſionem cum delatione Sacramenti hujuſmodi, ſicut in aliis omnibus feſtis Sanctorum veſtri Ordinis facere conſueviſtis, ſolemniter facere, & celebrare, liceat valeatis. Quibuſvis Apoſtolicis, ac etiam Provincialibus Synodalibus Conciliis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium concedimus, & pariter indulgemus. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIII Julii MDXXX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Nota.

Nota.

Evangeliſta.

1. *Celebrandis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.* I.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *Legitur apud Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XVI pag.* 103.

Anno 1531 Dei 22 Junii

CXIX.

Romano Cœnobio Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, ad Regularis obſervantiæ frugem redacto, quaſdam pecuniarum ſummas attribuit.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Dilecto filio Superiori Domus Eccleſię Beatę Marię, ſuper Minervam de Urbe Ordinis Prędicatorum.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm nuper non ſine animi noſtri diſplicentia acceperimus, nonnullas pecuniarum quantitates, quę a Chriſtifidelibus pro conſequendis Indulgentiis, quas pro ſubventione Capituli Generalis Romę in Conventu Sanctę Marię ſuper Minervam Ordinis Prędicatorum MDXXX tunc celebrandi, Vicario tui Ordinis in toto Orbe publicandi facultatem conceſſeramus in Bancheriorum, Mercatorum, Priorum Provincialium, ac Vicariorum, & aliarum perſonarum dicti Ordinis manibus reperiri, ac ad alios quam prędicti Capituli Generalis uſus converti: Nos, ne pecunię prędictę ad privatos, ſed ad eos uſus pro quibus elargitę ſunt, convertantur, ac neceſſitati dicti Conventus, quem menſibus pręteritis, a regulari obſervantia delapſum, per Fratres Provincię Romanę reformatę, ad regularis obſervantię frugem redactum accepimus, conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, quaſcunque pecuniarum ſummas ex Chriſtifidelium eleemoſynis, & indulgentiis prędictis collectas in Bancheriorum, Mercatorum, Priorum Provincialium, Vicariorum, & quarumcunque perſonarum, & pręſertim centum nonaginta duos ducatos, qui ex Provincia Bethica per literas cambii Romam delati ſunt, exceptis illis, quę in manibus Magiſtri Generalis Ordinis Prędicatorum in hunc uſque diem reperiuntur, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, prędicto Conventui, & Fratribus concedimus, & applicamus. Mandantes propterea univerſis, & ſingulis perſonis cujuſcunque conditionis, Ordinis, ac Pręlaturę exiſtentibus, ſub excommunicationis latę ſententię, ac pecuniariis, & aliis arbitrio noſtro moderandis, & applicandis pęnis, ut quicquid de pecuniis Indulgentiarum prędictarum in manibus eorundem Bancheriorum, Mercatorum, Priorum Provincialium, & ceterorum ſupra memoratorum reperitur, ſive ad eorum manus per literas cambii, vel alias quomodolibet pervenerit, aut in futurum perveniri, ſeu reperiri contigerit, tibi, aut a te deputan. conſignent, & effectualiter conſignari faciant, & nihilominus tibi, & a te deputato a perſonis prędictis illas exigen., ac recuperan per cenſuras, & pęnas prędictas etiam tuo arbitrio imponendas, facultatem concedimus, & impartimur Et inſuper indemnitati Conventus Minervę, & Fratrum prędictorum, qui in agro Domini pro ſalute animarum quotidie laborant, quantum cum Deo licet, conſulere cupientes, accepto, quod nonnulli Fratres irregulariter viventes, qui longo tempore bonorum temporalium pręfati Conventus adminiſtrationem gerentes, ipſum Conventum non mediocriter defraudarunt, ideo tibi, & pro tempore Conventus, & Fratrum prędictorum Pręſidenti, Fratres hujuſmodi ad rationem, & computa pręfatę adminiſtrationis reddenda per cenſuras, & pęnas prędictas cogendi, prout merita eorum expoſcunt, juxta veſtri Ordinis conſtitutiones atque inſtituta corrigendi plenam, ac liberam facultatem concedimus per pręſentes, ipſos, & contradictores quoslibet per eaſdem cenſuras, & pęnas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis, & Conventus prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, necnon exemptionibus, licentiis, quitantiis, liberationibus, ſubſcriptionibus, ac patentibus literis cujuſcunque Pręlati, pręterquam per Nos factis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXII Junii MDXXXI, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Evangeliſta.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Minervitano*. Huc ſpectat ſequens Diploma.

Johannes Dei gratia S. R. E. Tituli SS. Coſmi, & Damiani Diaconus Cardinalis de Salviatis, Ord. Prędicatorum Protector, univerſis, & ſingulis has noſtras literas inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam.

NOtum facimus per pręſentes pariter, & atteſtamur, quatenus die XXI Junii MDXLII Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Paulus Papa Tertius, Nobis expoſuit, & declaravit, omnes eleemoſynas datas pro Capitulo Generali, & per indulgentiam a Sua Sanctitate conceſſam acquiſitas, deſervire debuiſſe principaliter ad dictum Capitulum decenter celebrandum, reliquum vero, quod ſupereſſet de pręfatis eleemoſynis, totum converteretur in utilitatem, & commodum Domus, & Fratrum S. Marię ſupra Minervam, cujus (ut aſſeruit) tenuiſſimi ſunt redditus. Quapropter Sua Sanctitas vivę vocis oraculo nobis facto, voluit, & ordinavit, quod omnes eleemoſynę, & in ſpecie ex indulgentia provenientes in Regno Sicilię ultra farum, quę remanſerunt peracto Generali Capitulo, ſpectarent, & pertinerent ad dictam Domum, & Fratres S. Marię ſuper Minervam, quas libere eiſdem conceſſit, & donavit, & conſignari mandavit, aut pro eis legitimę perſonę, nullo alio Suę Sanctitatis expectato mandato, prout etiam alias per felicis memorię Clementem VII motu proprio per literas, quas in forma Brevis vidimus, declaratum, & mandatum fuit. Non obſtantibus quibuſcunque, etiamſi de eis ſpecifica mentio habenda eſſet. In quorum fidem pręſentes manu noſtra ſubſcriptas, per Secretarium noſ-

noſtrum ſuſcribi, Sigillique noſtri juſſimus appenſione muniri. Dat. Romę in Ædibus noſtris die XXII Junii MDXLII, Pontificatus ejuſdem Domini Noſtri Anno Octavo.

Jo. Cardinalis de Salviatis manu propria.

Al. Recorda.

De Toletano Cœnobio S. Mariæ de Nivibus, Anno 1531 Die 27 Octobris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Antonius miſeratione divina tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis:
Dilectis in Chriſto, moderno, & pro tempore exiſtentibus Priori, & Fratribus CXX.
Domus S. Petri Martyris Toletan., Ordinis Prędicatorum,
Salutem in Domino.

EX parte veſtra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias quondam Petrus de Ribadeneyra Clericus Portionarius Eccleſię Toletanę, cupiens ſeminare in terris, quod multiplicato fructu metere valeret in Cęlis, hęreditatem, ſive poſſeſſionem ſuam de Albuera nuncupatam, ſitam in territorio Toletano, veſtrę domui Sancti Petri, & tunc Priori, & Fratribus illius, ſub onere, quod inibi, unam domum ſub invocatione B. Marię de Nivibus, a veſtra domo S. Petri dependentem, ędificare, & in ea octo Fratres cum uno Vicario manuali, qui Miſſas, & alia divina officia, necnon quolibet anno, ſingulis quatuor Menſibus, unum, ac die obitus ſui aliud, anniverſaria, pro anima ipſius Petri, & ejus parentum, ac defunctorum celebrarent, & diebus Anniverſariorum hujuſmodi, ac quoties Miſſa in Altari Majori celebraretur, Fratres unum reſponſorium ſuper ſepultura ſua, quam in eadem Eccleſia, per eum inibi ſuis expenſis ędificatam eſſe voluit, dicerent, ſub obedientia, viſitatione, & correctione ipſorum tenere, deberent, & forſan ſub nonnullis aliis oneribus, irrevocabiliter inter vivos donavit, hoc adjecto, quod ſi Priores, & Fratres domus S. Petri hujuſmodi, dictam domum B. Marię de Nivibus relinquerent, & vellent uti dicta hęreditate ad aliam rem, quam illis ſit donata, & requiſiti per Decanum, & Capitulum Eccleſię Toletanę infra triginta dies, pręmiſſa adimplere, & obſervare omitterent, ex tunc hęreditas ipſa donata, cum omnibus illius melioramentis, etiam per Priores, & Fratres S. Petri Martyris hujuſmodi factis, eſſet pro dictis Decano, & Capitulo, qui hęreditatem eandem in aliud opus pium, eorum arbitrio converterent; quam quidem donationem, tunc Prior, & Fratres domus Sancti Petri Martyris hujuſmodi, ſub dictis oneribus, & adjectione acceptarunt, & onera ipſa adimplere promiſerunt, & forſan jurarunt, & juramenti hujuſmodi relaxationem non petere, & ea impetrata, ſeu etiam motu proprio conceſſa, non uti, prout in publico inſtrumento deſuper confecto, dicitur plenius contineri. Cum autem, ſicut eadem ſubjungebat petitio, vos, qui dicta hęreditate expoliati, alias ſuper illius recuperatione, contra Fratres domus Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, tam in partibus, quam in Romana Curia in Sacrę Rotę auditorio diutius litigaſtis, & plures expenſas ſubiiſtis, tam ob expenſas hujuſmodi, quam pro eo quod dicta bona, plura interim damna, & deteriorationes paſſa fuerunt, non ſperetis ex illorum fructibus, onera, illorum ratione vobis incumbentia, commode perferre poſſe, timeatiſque ne hęreditas ipſa, ac domus de Nivibus, vobis onera prędicta non adimplentibus, propterea ad Decanum, & Capitulum Eccleſię Toletanę devolvantur, & per eos in alios pios uſus forſan inferiores convertantur, & ſi loco domus B. Marię de Nivibus in domo S. Petri Martyris hujuſmodi unum Collegium, etiam Beatę Marię de Nivibus nuncupandum, pro Fratribus dicti Ordinis ſtudentibus in Artibus, & Theologia, in quo unus Regens in Theologia Magiſter, aut ſaltem Baccalaureus formatus, & duodecim ad minus Collegiales, inibi actu ſtudentes, dictum Ordinem expreſſe profeſſi, & Lectores in numero competenti, bonę famę, & converſationis honeſtę, ac tales, quod ex eorum converſatione Ordo clareſcat, & profectus veniat animarum, videlicet Regens, & Lectores per Provincialem, aut Pręſidentem Provincię Hiſpanię, ſeu illius Capitulum Provinciale, Collegiales vero de profeſſis in dicta domo S. Petri Martyris, & eis non ſufficientibus, de illic aſſignatis, quibus etiam non ſufficientibus, de aliis domibus Provincię, & Ordinis prędictorum, per Priorem, & Sacerdotes ipſius domus S. Petri Martyris, qui viginti annos completos a ſua profeſſione in dicto Ordine habuerint, vel majorem partem eorum, ac dictum Regentem, juxta eorum conſcientiam aſſumendi, & deputandi, qui Regens, Lectores, & Collegiales S. Petri Martyris hujuſmodi Priori in omnibus, & per omnia, ſicut Fratres alii ejuſdem domus, & illic aſſignati, ſubſint, eſſe debeant, ac una Capella ſub invocatione B. Marię de Nivibus etiam nuncupanda, in Eccleſia prędictę domus S. Petri Martyris, ad quam cadaver, ſive oſſa dicti Petri de Ribadeneyra transferri, & in uno ſepulchro convenienti ſepeliri, & in Capella, & ſepulchro hujuſmodi Miſſę, & reſponſoria, quę in dicta domo, & Eccleſia de Nivibus celebrari debeant, celebrari, & in domo S. Petri Martyris omnia, quę in domo de Nivibus hujuſmodi adimpleri debebant, adimpleri deberent, erigerentur, & conſtruerentur, & eidem Collegio pro illius dote dicta hęreditas, ita quod reſiduum pro ſupportandis oneribus dicti Collegii, per Priorem, & Fratres domus S. Petri Martyris hujuſmodi, ſuppleri debeat, applicaretur, & quod in Collegio Beatę Marię de Nivibus, & domo S. Petri Martyris hujuſmodi, nullus Frater, qui de genere Judęorum, aut Saracenorum originem ducat, aut de eo ſuſpectus exiſtat, deputari, aſſignari, recipi, admitti, ſtare, aut morari poſſit, ſub excommunicationis latę ſententię pęna, quam originem hujuſmodi ducentes, vel de eo ſuſpecti, contra hoc facientes, eo ipſo incurrant, inhiberetur, & quod Collegium, ac domus S. Petri Martyris hujuſmodi, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, favoribus, preeminentiis, poteſtatibus, prerogativis, gratiis, conceſſionibus, & indultis, quibus Collegia, & domus Sancti Gregorii, Oppidi Vallisoleti, Palen-

Palentinę Dięceſis, & S. Thomę Hiſpalenſis, dicti Ordinis, & Sanctę Catharinę Toletanę; reſpective, tam in genere, quam in ſpecie utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, utantur, potiantur, & gaudeant, necnon quod modernus Vicarius Ordinis Prędicatorum cum duobus Magiſtris in Theologia dicti Ordinis, & poſt primam editionem, Prior Provincialis, ſeu Pręſidens Provincię, ac Prior domus S. Petri Martyris, & Regens Collegii prędictorum ſimiliter, una cum duobus in Theologia Magiſtris dicti Ordinis, quęcunque ſtatuta, & ordinationes, ac conſtitutiones, licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria, circa bonum regimen, ac directionem Collegii, & Studentium, ac Lectorum in eo concernentia, edere, tollere, mutare, addere, & alterare in toto, vel in parte, pro tempore poſſint, quę quoties edita, ſublata, mutata, addita, & alterata fuerint, editio, ſublatio, mutatio, additio, & alteratio hujuſmodi, eo ipſo auctoritate Apoſtolica confirmata, cum ſuppletione defectuum tam juris, quam facti, ſint, & cenſeri debeant, ac quod feſtum B. Marię de Nivibus, tam in horis, quam in Miſſa ſub toto duplici in dicta domo S. Petri Martyris quarta die poſt feſtum S. Dominici, ſingulis annis ſolemniter celebretur, & onera, quę in Eccleſia, & domo Beatę Marię de Nivibus, ſupportari debebant, de cetero in dicto Monaſterio, & Capella ſupportentur, ac ligna, cęmenta, & alia quęcunque bona dictę domus, & Eccleſię, ac Sacriſtię B. Marię de Nivibus, ad domum S. Petri Martyris, & illius Sacriſtiam pro dicto Collegio ędificando, & aliis ipſius domus uſibus, ac cadaver, ſive oſſa ad dictam Capellam transferendi, vobis, & aliis prędictis indulgeretur, ac licentia concederetur, profecto ex hoc dicta hęreditas in majores longe uſus pios converteretur, & onera per dictum Petrum dictę hęreditatis adjecta, fieri non omitterentur, ac nomen, & memoria dicti donatoris perpetuo conſervaretur. Quare ſupplicari feciſtis humiliter, vobis ſuper his per Sedem Apoſtolicam, de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur, attendentes, quod Eccleſia Dei ad ſui regimen viris literatis permaxime noſcitur indigere, & quod ex erectione Collegii hujuſmodi uberiores fructus, & longe majores, quam ex dicta domo de Nivibus provenirent, ſperantur vero ſimiliter proventuri, veſtriſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate D. Papę cujus Pęnitentiarię curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato, ſuper hoc vivę vocis oraculo Nobis facto, veris exiſtentibus pręmiſſis, in locum domus Beatę Marię de Nivibus, in hęreditate de Albuera hujuſmodi, juxta voluntatem dicti donatoris conſtruendę, ſeu perficiendę, in domo S. Petri Martyris hujuſmodi, unum Collegium B. Marię de Nivibus nuncupandum, pro Fratribus dicti Ordinis Studentibus in Artibus, & Theologia, in qua unus Regens in Theologia Magiſter, aut ſaltem Baccalaureus formatus, & duodecim ad minus Fratres Collegiales, inibi actu Studentes, dictum Ordinem expreſſe profeſſi, bonę famę, & converſationis honeſtę, ex quorum converſatione Ordo clareſcat, & profectus proveniat animarum, & Lectores in Artibus, & Theologia, idonei, & numero competenti, videlicet Regens, & Lectores per Provincialem, aut Pręſidentem Provincię Hiſpanię, ſeu illius Capitulum Provinciale, Collegiales vero de profeſſis in dicta domo S. Petri Martyris, & eis non ſufficientibus, de illic aſſignatis, quibus etiam non ſufficientibus, de aliis domibus Provincię, & Ordinis prędictorum, per Priorem, & Presbyteros ipſius domus S. Petri Martyris, qui viginti annos completos a ſua profeſſione in dicto Ordine habuerint, vel majorem partem eorum, ac dictum Regentem, juxta eorum conſcientiam aſſumendi, & deputandi, qui Regens, ac Lectores, & Collegiales, Priori domus S. Petri Martyris hujuſmodi, in omnibus, & per omnia, ſicut alii Fratres ejuſdem domus, & illic aſſignati ſubſint, eſſe debeant, ac unam Capellam ſub invocatione B. Marię de Nivibus etiam nuncupandam, in Eccleſia dictę domus S. Petri Martyris per vos conſtruendam, ſeu de jam inibi conſtructis aſſignandam, & exornandam, ad quam cadaver, ſive oſſa donatoris transferri, & in uno ſepulchro convenienti ſepeliri, ac in Capella, & ſuper ſepulchro hujuſmodi Miſſę, & Reſponſoria, quę in dicta domo B. Marię de Nivibus celebrari debebant, celebrari, & in domo Sancti Petri Martyris, & illius Eccleſia, omnia, quę in domo B. Marię de Nivibus hujuſmodi adimpleri debebant, adimpleri debeant, itaquod divinum officium ordinarium, quod in Eccleſia domus B. Marię de Nivibus, per dictos octo Fratres, & Vicarium celebrari debebat, communi officio Fratrum domus S. Petri Martyris hujuſmodi adimpleri intelligatur, ipſaque domus, & Eccleſia de Nivibus prędicta pro uno ſimplici Oratorio, aut humiliatorio (a), pro commoditatibus Fratrum domus S. Petri hujuſmodi remaneant, tenore pręſentium, ſine pręjudicio erigimus, & eiſdem Collegio pro illius dote prędictam hęreditatem, ſingulaque alia, itaquod reſiduum pro ſupportandis oneribus dicti Collegii per vos ſuppleri debeat, applicamus: Necnon, quod in Collegio B. Marię de Nivibus, & domo S. Petri Martyris hujuſmodi, nullus Frater, qui de Saracenorum, vel Judęorum genere originem ducat, aut de eo ſuſpectus exiſtat, deputari, aſſignari, recipi, & admitti, ſtare, aut morari poſſit, ſub excommunicationis latę ſententię pena, eo ipſo per hujuſmodi originem ducentes, ſeu de eo ſuſpectos, ſi contra fecerint, incurrenda, inhibemus, ac Collegium, & Capellam hujuſmodi ędificandi, ſeu aſſignandi, ut pręfertur, & quod Collegium, & domus S. Petri Martyris hujuſmodi, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, pręeminentiis, poteſtatibus, ac pręrogativis, gratiis, conceſſionibus, & indultis, quibus S. Gregorii, & S. Thomę, ac S. Catharinę Collegia, & Domus prędicta reſpective, tam in genere, quam in ſpecie utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, utantur, potiantur, & gaudeant: Necnon, quod modernus Vicarius dicti Ordinis, cum duobus Religioſis ejuſdem Ordinis, in Theologia Magiſtris, prima vice, & deinde poſt primam editionem, Prior Provincialis, ſeu Pręſidens Provincię, ac Prior domus S. Petri Martyris, & Regens Collegii prędictorum, ſimiliter una cum duobus in Theologia Magiſtris dicti Ordinis, quęcunque ſtatuta, & ordinationes licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria, circa Lectores, Regentem, & Collegiales, & eorum electionem, & tempus, ac alia pręmiſſa, ac cetera, bonum regimen, & directionem Collegii, & Studentium, ac Lectorum concernentia, & circa ea edere, & editis addere, & tollere, & mutare, & alterare in toto, vel in parte poſſint, quę quoties edita, addita, ſublata, mutata, & alterata fuerint, ea ſic edita, addita, ſublata, mutata, & alterata, Apoſtolica auctoritate, cum defectuum tam juris, quam facti ſuppletione, confirmata ſint, &

eſſe

eſſe cenſeantur. Inſuper, quod feſtum B. Marię de Nivibus, tam in boris, quam in Miſſa, ſub toto duplici, quarta die poſt feſtum Sancti Dominici in dicta domo Sancti Petri Martyris annis ſingulis ſolemniter, ſingulisque quintis feriis juxta rubricam de tertiis feriis, quomodo de Beato Dominico fit officium in dicto Ordine, etiam de feſto Sacratiſſimi Corporis Chriſti, etiam in boris, in domo Sancti Petri Martyris hujuſmodi, officium celebretur, & onera, quę in Eccleſia, & domo B. Marię de Nivibus ſupportari debebant, de cetero in dicta domo S. Petri Martyris, ac illius Eccleſia, & Capella B. Marię de Nivibus ſupportentur. Prçterea, quod ligna, cęmenta, & alia quęcunqne bona cujuſcunque generis, dictę domus Beatę Marię de Nivibus, ac illius Eccleſię, & Sacriſtię, quęcunque, & qualiacunque ſint, ad domum S. Petri Martyris, & illins Sacriſtiam, pro dicto Collegio B. Marię de Nivibus ędificando, & aliis ipſius domus uſibus; Cadaver quoque, & oſſa donatoris hujuſmodi ad dictam Capellam B. Marię de Nivibus, poſtquam in toto, vel in parte ędificata, ſeu de conſtructis ad id aſſignata fuerit, libere, & ſolicite transferre poſſitis, vobis, & aliis prędictis earundem tenore pręſentium indulgemus, ac licentiam, & liberam concedimus facultatem. Decernentes vos de cetero, ad ędificationem, ſeu perfectionem domus B. Marię de Nivibus, quę in bęreditate prędicta ędificanda, ſeu complenda erat, & ad onera, quę in ea ſupportanda erant, ad illa ſupportanda, aut per vos dicto donatori in dicta donatione, pręmiſſorum obſervationem, minime teneri, & ob non ędificationem, ſen perfectionem dictę domus, & onerum in ea non ſupportationem, aut per vos pręmiſſorum hujuſmodi non obſervationem, dictam hęreditatem, & domum de Nivibus, ejuſque bona ad Decanum, & Capitulum Eccleſię Toletanę minime devolvi, nec illos vos deſuper ad obſervationem, ſeu complementum pręmiſſorum reqnirere poſſe, ac pręſentes literas, & in eis contenta, ex qnavis cauſa, de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, aut intentionis defectu notari non poſſe, ſicque per quoſcunque Judices, judicari, interpretari, & definiri debere, ſublata eis aliter judicandi, interpretandi, & definiendi facultate, irritum quoque, & inane quicquid contra pręmiſſa per quoſcunque contigerit attentari, volnntatem dicti donatoris, in hoc pium opus commutantes, ac vobis juramentum in eadem donatione, ſive illius acceptatione appoſitum, quoad pręmiſſa relaxantes. Quocirca Venerabilibus in Chriſto Patribus Dei gratia Segovienſi, & Chonchenſi Epiſcopis, ac diſcreto viro moderno, & pro tempore exiſtenti Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generali Auditori, ſive ejus Locumtenenti, & eorum cuilibet committimus, & mandamns, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, vobis in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant pręmiſſa omnia, & ſingula obſervari, ac vos erectione, translatione, applicatione, inhibitione, indulto, & conceſſione, ac aliis pręmiſſis, vel eornm aliquo per loci Ordinarium, vel pręfatos Decanum, & Capitulum, aut quoſcunque alios, tam eccleſiaſticos, quam ſeculares Judices, & perſonas cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacunque, etiam Pontificali, pręfulgeant dignitate, vel auctoritate, etiam Apoſtolica fungantur, quomodolibet moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nos enim, eiſdem Judicibus, quoſcunque deſuper citandi, eiſque, & quibuſvis Judicibus, & perſonis, ſub eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis inbibendi, ac legitimis deſuper ſervatis proceſſibus, eos, quos cenſuras, & pęnas incnrriſſe eis conſtiterit, cenſuras, & pęnas eaſdem incurriſſe declarandi, eoſque aggravandi, & reaggravandi, interdictnm ponendi, & anxilium brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi, ceteraque in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & exercendi, facultatem, per pręſentes elargimur. Non obſtantibus voluntate donatoris hujuſmodi, ac felicis recordationis Bonifatii Papę VIII, de una, & duabus dietis Concilii Generalis, dummodo quis ultra tres dietas auctoritate pręſentium non trahatur, ac pię memorię Domini Innocentii Papę VIII de perſonis ultra certnm numerum ad judicinm non evocandis, & aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibns, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Ordini, & illius Snperioribus, ac qnibuſvis aliis, etiam forſan ſimilibus Collegiis, & Domibns, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbnm inſererentur, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Proviſo, quod infra duos annos a data pręſentium computandos, Collegium, & Capellam B. Marię de Nivibus hujuſmodi ędificaſſe, & ſeu aſſignaſſe, ac ornaſſe, & ordinaſſe debeatis, taliter qnod ſtudium in Collegio hujuſmodi teneri, & onera pręcicta in dicta Capella, & Eccleſia, ac Domo S. Petri Martyris hujuſmodi cum effectn ſnpportari incipiant, alioquin, legitimo ceſſante impedimento, pręſentes literę vobis nullatenus ſuffragentur, ac volnmus, quod ſi forſan in dicta domo S. Petri Martyris, aliqni a genere Saracenorum, vel Judęorum originem ducentes, aut de eo ſuſpecti, hactenus profeſſionem emiſerint, illi in eadem, non obſtantibus pręſentibus, permanere valeant, non tamen ad dictum Collegium admitti. Datum Romę apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Pęnitentiarię, Sexto Kalendas Novembris, Pontificatus Domini Clementis Papę VII, Anno Octavo.

F. Baracluerins.
G. Alcberigius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Toletano*.

2. *Humiliatorio*.) Id eſt Vicariatu, ut vocant. *Du Cange* in Gloſſario Lit. H pag. 810 legit *Humiliatorum*, ac ſuſpicatur, ſic dicta fuiſſe *Heremitoria*, nec placet opinio illa eruditi viri.

Nota.

Ne

Anno 1531 Die 23 Decembris.

Ne oriundi ex Hebræis, & Saracenis aſcribantur numero Fratrum Toletani Cœnobii S. Mariæ de Nivibus, & ut ſingulis quintis feriis ab eodem Conventu celebrari poſſit Officium Corporis Chriſti.

CXXI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Domus Sancti Petri Martyris Toletani, Ordinis Fratrum Prędicatorum.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſtis, quod poſtquam, alias quondam Petrus de Ribadeneyra Portionarius, dum viveret, Eccleſię Toletanę, cupiens terrena in cęleſtia, & tranſitoria in ęterna felici commercio commutare, diem peregrinationis ſuę extremum pręveniendo, de animę ſuę ſalute recogitans, quandam ipſius Petri poſſeſſionem de el Albuera nuncupatam, in Territorio Toletano conſiſtentem, ad effectum, quod inibi in honorem B. Marię Virginis certa domus pro uſu, & habitatione unius Vicarii manualis, & octo Fratrum Ord. Fratrum Prędicatorum conſtruenda, ſub invocatione ejuſdem B. Marię de Nivibus, quę a domo veſtra dependeret, ac illius viſitationi, correctioni, & obedientię omnino ſubeſſet, perpetuo erigeretur, & inſtitueretur, ac nonnulla alia tunc expreſſa ipſius Petri bona, dictę domui pro dote applicanda, & approprianda, ita tamen, quod vos annis ſingulis, certis tunc expreſſis diebus, pro ipſius Donatoris, ac defunctorum ſuorum animarum ſalute, per Vicarium, & octo Fratres prędictos, Miſſas, & alia Divina Officia inibi celebrari, ac Anniverſaria cum reſponſoriis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis decantari, & recitari, & forſan alia etiam tunc expreſſa onera, efficaciter adimplere omnino teneremini, vobis inter vivos pure, & irrevocabiliter donaverat, volueratque, & ordinaverat, quod vos, poſtquam pro parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Eccleſię Toletanę requiſiti, per triginta dies ex tunc immediate ſequentes, pręmiſſa exequi omitteretis, & poſſeſſione, ac bonis hujuſmodi, ad alium uſum quam ſupradictum uteremini, poſſeſſio, & bona prędicta cum omnibus melioramentis poſtmodum forſan factis, ad Decanum, & Capitulum pręfatos, in aliud opus pium, eorum arbitrio, convertenda, eo ipſo devolverentur. Vos ſperantes tunc pręmiſſa, juxta voluntatem, & ordinationem prędictas implere poſſe, donationem prędictam, cum oneribus illi annexis, acceptaſtis, & ad onera hujuſmodi efficaciter adimplenda, medio juramento, vos obligaſtis, prout in inſtrumento publico deſuper confecto dicitur plenius contineri. Cumque poſtmodum, ad veſtram notitiam deveniſſet, quod fructus, redditus, & proventus dictorum bonorum, juxta voluntatem, & ordinationem dicti Donatoris, pro ſupportandis illis incumbentibus oneribus hujuſmodi, non ſufficiebant, & propterea bona ſic vobis donata hujuſmodi, in aliud pium opus, alias juxta voluntatem, & ordinationem prędictas ſupportatis oneribus, convertere deſideraretis, ne ex hoc poſſeſſio, ac bona prędicta ad eoſdem Decanum, & Capitulum, juxta voluntatem, & ordinationem dicti Donatoris devolvi, voſque donatione prędicta fruſtrari contingeret, Sedem Apoſtolicam deſuper duxiſtis conſulendam, a qua voluntatem dicti Donatoris, quoad hoc commutandi, ſpecialem licentiam obtinuiſtis, ut in domo veſtra S. Petri Martyris, unum Collegium pro uſu, & habitatione Fratrum duodecim dicti Ordinis, ſtudentium in Artibus, & Theologia, cum Regente, & dictis duodecim Fratribus, ac Lectoribus dictum Ordinem profeſſis, ab omni macula, & ſuſpicione deſcenſus ex genere Judęorum, ac Maurorum immunibus, ac aliis certis modo, & forma tunc expreſſis qualificatis, recipiendis, necnon Cappellam ſub invocatione ejuſdem B. Marię perpetuo erigi, & inſtitui, illique, ac domui S. Petri Martyris prędictę, omnia, & ſingula cujuſcunque generis bona donata hujuſmodi, perpetuo applicari, & appropriari facere teneremini, ac feſtum B. Marię de Nivibus, ſingulis annis, poſt feſtum B. Dominici quarta feria immediate ſequenti, necnon ſingulis quintis feriis de feſto Sacratiſſimi Corporis Chriſti, eo modo, quo de Beato Dominico tertiis feriis in Domibus dicti Ordinis ſervari conſueverat, etiam in horarum recitatione, celebrare poſſetis, inter alia obtinuiſtis, certis ad id executoribus ſpecialiter deputatis, prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tempore literarum prędictarum vobis conceſſarum, vos ſuper reſtitutione Domus de Nivibus, & bonis prędictis contra Decanum, & Capitulum pręfatos, certum reſcriptum obtinuiſſetis, ipſumque reſcriptum certis judicibus pręſentatum fuiſſet, & pro eo quod de hoc nulla in dictis literis mentio facta fuit, ab aliquibus dubitetur, literas prędictas de ſubreptionis vitio notari, vobiſque minus utiles reddi poſſe tempore ſuccedente, pro parte veſtra, aſſerentes, in vim dicti reſcripti, aut alias contra Decanum, & Capitulum prędictos ad aliquem actum proceſſum non fuiſſe, voſque cauſas prędictas per vos, vel alium, ſeu alios de cetero proſequi nolle, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis ſuper hoc opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quieti veſtrę conſulere volentes, ac defectus, ſi qui forſan in literis predictis alias intervenerint, ſupplentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica auctoritate vobis concedimus, quod literę prędictę, ſi ſuper pręmiſſis aliqua lis inter vos, & Decanum, ac Capitulum pręfatos introducta non ſit, a data pręſentium valeant, & vobis ſuffragentur, & executores pręfati, tam illarum, quam pręſentium literarum vigore, ſub pęnis, & cenſuris in illis contentis, ad omnimodam illarum executionem procedere poſſint, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in illis de pręmiſſis expreſſa, & individua mentio facta fuiſſet. Non obſtantibus pręmiſſis, & conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & ſingularum domorum prędictarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmi-

Nota.

firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, indultis quoque, & privilegiis, ac literis Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima tertia Decembris MDXXXI, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Evangeliſta.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Toletano*.

De ſumma XXV ducatorum auri quotannis ſolvenda Conventui Florentino Sancti Marci.

Anno 1532 Die 4 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXXII.

CLEMENS PAPA VII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

PAſtoralis Officii, meritis imparibus, Nobis ex alto commiſſi, cura, mentem noſtram excitat, & inducit, ut ad ea, per quę hoſpitalium, aliorumque piorum locorum, ac in illis degentium pauperum, aliarumve miſerabilium perſonarum neceſſitatibus congrue valeat ſubveniri, efficaciter intendamus, & in his ejuſdem officii partes impartiamur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque Monaſterium Sancti Salvatoris de Colle Ordinis Vallis Umbroſę nullius Dięceſis, quod Ven. Frater noſter Nicolaus Archiepiſcopus Capuanus ex conceſſione Apoſtolica in commendam nuper obtinebat, commenda bujuſmodi ex eo, quod dictus Nicolaus Archiepiſcopus illi per dilectum filium Baldaſſarrem Taccinum de Piſcia, Clericum nullius Dięceſis, Procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris hodie ſponte, ac libere ceſſit, Noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, acceden-te adhuc eo, quod ante commendam ipſam vacabat, modo vacare noſcatur ad pręſens, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Lucę de Alemanis Rectoris, & Prioris, alias Hoſpitalarii nuncupati, & Conſulum Artis, & Univerſitatis Mercatorum Portę Beatę Marię Florentinę, Patronorum, Protectorum, & Gubernatorum Hoſpitalis ejuſdem Beatę Marię Innocentium Florentię petitio continebat, cum in dicto Hoſpitali pro pauperibus parentibus deſtitutis, & inibi pro tempore poſitis, & diverſis aliis pietatis, & caritatis operibus, quę in illo exercentur, continuandis multę impenſę ſint neceſſarię, & ad hoc ipſius Hoſpitalis facultates non ſuppetant, ſi dictum Monaſterium eidem Hoſpitali perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto neceſſarię pauperum eorundem ſubventioni opportune conſuleretur, & alia pietatis, & caritatis opera inibi facilius exercerentur, & manutenerentur. Quare pro parte Lucę, & Conſulum eorundem, aſſerentium, fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii ducentorum ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictum Monaſterium eidem Hoſpitali perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliaque in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica, aliiſque uniri, tenerentur exprimere verum valorem annuum, ſecundum ęſtimationem partium, & beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, Lucam, & Conſules prędictos, & eorum quemlibet a quibuſvis .... Necnon dicti Hoſpitalis fructuum, redditum, & proventuum verum annuum valorem, verumque, & ultimum dicti Monaſterii vacationis modum, etiam ſi ex illo quęvis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, reſultet, pręſentibus pro expreſſis habentes, Monaſterium ipſum, de quo conſiſtorialiter diſponi non conſuevit, quovis modo, & ex cujuſcunque perſonę ceſſione vacet, etiamſi ex quavis cauſa illius proviſio ad Sedem Apoſtolicam ſpecialiter, vel generaliter pertineat, dummodo .... pretium eidem Monaſterio de Abbate canonice proviſum non ſit, cum juribus, & pertinentiis ſuis eidem Hoſpitali auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat prędicto Lucę, & pro tempore exiſtenti Rectori prędicti Hoſpitalis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum dicti Monaſterii propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus, ex quibus poſt dicti Nicolai Archiepiſcopi obitum, ſummam viginti quinque ducatorum auri ſimilium pro eleemoſyna pro tempore exiſtentibus Priori, & Fratribus Domus Sancti Marci Florentię Ordinis Fratrum Prędicatorum, & ſuper quo eorum conſcientia onerata ſit, qui pro ſalute animę dicti Archiepiſcopi Altiſſimum exorent, in menſe Januarii, annis ſingulis, in Civitate Florentię perſolvere teneantur, in Hoſpitalis, vel Monaſterii prędictorum uſus, & utilitatem .... Conſtitutione fel. rec. Clem. Papę V. Prędeceſſoris noſtri deſuper in Concilio Vienen. edita, convertere, cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita. Non obſtan. voluntate noſtra prędicta, ac ultimo celebrati Lateranenſis Concilii, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno MDXXXII, IV Nonas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Florentino*.

De

Anno 1534 Die 27 Februarii.

CXXIII.

De Statutis Collegii Salmanticenſis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Antonius (2) Miſeratione Divina tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis : Dilecto in Chriſto Dominico de Baltanno Priori domus Sancti Dominici de Baeza Ordinis Fratrum Prędicatorum, Hiſpalenſis Diœceſis, Salutem in Domino.

EX parte tua nobis oblata petitio continebat, quod cum tu nuper, ope, & favore Ducis de Bexar Collegium Sancti Dominici de Cruce in Univerſitate Salamantina pro Fratribus dicti Ordinis inibi ſtudentibus fundaveris, ſeu fundare inceperis, ut illud felicius, & laudabilius gubernetur, cupis, ſtatuta cum conſilio Provincialis Provincię Hiſpanię, & Provincię Bethicę ejuſdem Ordinis, quę commorantes in dicto Collegio in foro conſcientię obligent, condere, & illis, poſtquam condita fuerint, quandiu vixeris, addere, eaque immutare, quod tibi licere dubitas abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali : Quare ſupplicari feciſti humiliter, tibi per Sedem eandem de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur tuum hoc laudabile propoſitum in Domino commendantes, tuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papę, cujus Pęnitentiarię curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivę vocis oraculo nobis facto, tibi, ut pro felici, & laudabili dicti Collegii gubernio ſtatuta cum conſilio dicti Provincialis condere, illiſque poſtmodum quandiu vixeris addere, ac prout juxta locorum, & temporum varietatem ſalubrius viſum fuerit, illa immutare, a jure canonico non diſcrepantia, libere, & licite poſſis, & valeas, quodque ſtatuta hujuſmodi in eodem Collegio commorantes in foro conſcientię obligent, ipſumque Collegium, & in eo pro tempore habitantes, omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, facultatibus, exemptionibus, conceſſionibus, & indultis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus alii Conventus dicti Ordinis, & in illis habitantes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, utantur, potiantur, & gaudeant, veris exiſtentibus pręmiſſis, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus, atque decernimus Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac tam Provincialibus, quam Synodalibus, dictique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub ſigno officii Pęnitentiarię tertio Kalendas Martii, Pontificatus Domini Clementis Papę VII Anno Undecimo.

A. de Villanova.

Jul. Cardellus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar *Lib. B. pag.* 45.

2. *Antonius.*) *Puccius*, de quo *Oldoinus* in *Additionibus ad Ciaconium T. III Vit. Pontif.*, *&* *Cardinal. pag.* 522.

PAULUS III.

Ab anno MDXXXIV die XII Octobris, ad X Novembris MDXLIX. Vide *T. IV* hujus *Bullarii pag.* 533.

Anno 1536 Die 5 Septembris.

CXXVI.

De feſto S. Vincentii Ferrerii (1) celebrando.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Syndicis, Juratis, & Communitati Civitatis Meſſanenſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX parte veſtra propoſitum fuit nuper coram Nobis, quod alias cum filii, Cives, & Incolę Civitatis Meſſanenſis erga Sanctum Vincentium Ferrerium Confeſſorem Ordinis Prędicatorum, ſingularem gererent devotionis affectum, Venerabilis Frater Noſter Innocentius Archiepiſcopus Meſſanenſis feſtum ejuſdem Sancti Vincentii in Civitate prędicta, & Diœceſi Meſſanenſi ab omnibus, & ſingulis Civibus, & Incolis ejuſdem Civitatis, & Diœceſis ex tunc de cetero, die quo occurreret, prout feſta duplicia ſolemnia, quę pręcepto Eccleſię coluntur, ſub excommunicationis pęna coli, & obſervari pręcepit, ac colendum, & obſervandum eſſe, per Civitatem, & Diœceſim prędictas publice nunciari mandavit, prout in literis patentibus pręfati Archiepiſcopi deſuper confectis plenius dicitur contineri, quę omnia a Nobis Apoſtolicę poteſtatis munimine roborari petiiſtis. Nos veſtris piis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, pręceptum, & mandatum hujuſmodi, quoad futura approbantes, & confirmantes, illiſque perpetuę firmitatis robur adjicientes, Feſtum prędictum, ut Feſta duplicia, & ſolemnia a Romana Eccleſia coli, & ſervari ſolita, in futurum coli, & ſolemniter obſervari, Auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium mandamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, confirmationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omni-

Digitized by Google

Omni poteutis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Mareum Anno Inearnationis Dominicę Milleſimo, Quingenteſimo, Trigeſimo Sexto, Nonis Septembris, Pontifieatus noſtri Anuo Seeundo.

Jo: Cordellus.

1. *S. Vincentii Ferrerii.*) Vide notas ad Conſtitutionem *IV Pii II*. Legitur *Tom. III* hujuſce *Bullarii pag.* 379.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Meſſanenſi*.

De Indis ad Fidem converſis (1)

Anno 1537 Die 1 Junii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXVII.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus univerſis Epiſeopis Occidentalis, & Meridionalis Indię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALtitudo Divini Conſilii &c. Et ut hujuſmodi novellę plantationes, quantę dignitatis ſit lavaerum regenerationis, quantumcumque ab illis lavacris, quibus antea in ſua infidelitate utebantur, differat, non ignorent, ſtatuimus, ut qui inpoſterum extra urgentem neceſſitatem Saerum Baptiſma miniſtrabunt, ea obſervent, quę a dicta Eccleſia obſervantur, oneratis ſuper hae tali neceſſitate eonſeientiis eorum, extra quam quidem neceſſitatem, in Sacro Baptiſmo hęc quatuor obſerventur. Primum, Aqua ſaeris actionibus ſanctifieetur. Seeundum, Catechismus, & exorciſmus fiat ſingulis. Tertium, Sal, Saliva, Cappella, & Candela ponatur duobus, vel tribus pro omnibus utriuſque ſexus tune baptizandis. Quartum, Chriſma ponatur ſingulis in vertice Capitis, & oleum Cathecumenorum ponatur ſuper Cor Viri Adulti, Puerorum, & Puellarum, Adultis vero Mulieribus ponatur in illa parte quam ratio pudicitię demonſtrabit. Super eorum vero Matrimonium hoc obſervandum deeernimus, ut qui ante converſionem plures, juxta eorum morem, habebant Uxores, & non reeordantur, quam primo aceeperint, converſi ad Fidem unam ex illis aecipiant, quam voluerint, & eum ea Matrimonium contrahant, per verba de pręſenti, ut moris eſt: qui vero recordantur quam primo acceperint, aliis dimiſſis, eam retineant. Ac eis eoncedimus, ut eonjuncti etiam in tertio gradu tam eonſanguinitatis, quam affinitatis non excludantur a Matrimoniis contrahendis, donee huie Sanctę Sedi ſuper hoc aliud viſum fuerit ſtatuendum. Et circa abſtinentiam ab illis ſuſcipiendam etiam ſtatuimus, quod in vigilia Nativitatis, & Reſurrectionis Domini Noſtri, & omnibus ſextis feriis quadrageſimę jejunare teneantur, eeteros vero jejuniorum dies eorum beneplacito, propter eorum novam ad Fidem eonverſionem, & ipſius gentis infirmitatem, permittimus, ita quod jejunium repugnans, vel non bene quadrans officio, vel exereitio alicujus, non ceuſeatur illi ab Eccleſia preceptum. Eiſque etiam eoneedimus, quod quadrageſimalibus, & aliis temporibus Anni prohibitis, lacticiniis, ovis, & earnibus, tunc temporis duntaxat veſci poſſint, cum ceteris Chriſtianis ob aliquod Sanctum opus obeundum, ſimilibus eibis veſci poſſe a Sede Apoſtolica pro tempore fuerit conceſſum. Dies autem in quibus eos volumus a ſervilibus operibus eeſſare, deelaramus, eſſe omnes dies Dominicos, ae Nativitatis, Circumeiſionis, & Epiphanię, Reſurrectionis, & Aſeenſionis, ae Corporis ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes, necnon Nativitatis, Annuneiationis, Purifieationis, & Aſſumptionis glorioſę Dei Genitricis Virginis Marię, ae BB. Petri, & Pauli ejus Coapoſtoli; eeteros vero dies feſtos ex cauſis ſupradictis illis indulgemus. Et inſuper conſiderantes maximam ipſius Indię Oecidentalis, & Meridionalis a Sede Apoſtolica diſtantiam, tam vobis, qui in partem Apoſtolicę ſollicitudinis aſſumpti eſtis, quam iis, quibus ſuper hoc vices veſtras auctoritate per Nos ſuper hoc conceſſa ſpeeialiter duxeritis committendas, omnes noviter Converſos prędictos, in quibuſcunque Sedi Apoſtolicę reſervatis caſibus, etiam in literis in die Cenę Domini legi conſuetis, nihil Nobis de illorum abſolutionibus reſervantes, auctoritate Apoſtoliea, injuncta eis pęnitentia ſalutari, in forma Eeeleſię conſueta, prout prudentię veſtrę videbitur expedire, abſolvendi plenam, & liberam ad dictę Sedis beneplaeitum, facultatem concedimus. Et poſtremo, ne iſti in Chriſto parvuli malis exemplis corrumpantur, quod aliquis Apoſtata in illas partes ſe eonſerre non pręſumat, ſub exeommunicationis latę ſententię pęna, a qua niſi poſt ſuum iſtinc deceſſum, abſolvi nequeat, deeernimus &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Inearnationis Dominieę Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo Septimo, Kalendis Junii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Nota.

1. *Converſis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex alio Typis edito in *Rituali* quem anno MDCLXXXIX *Franciſcus Sanches* vulgavit in Urbe *Mexicana*.

Anno 1538 Die 15 Februarii.

CXXVIII.

Firmat, & auget privilegia ab Adriano VI conceſſa (1) Fidei præconibus in India conſtitutis.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Dilecto Filio Vincentio Junelo Ordinis Minorum de Obſervantia ultra montes, in Curia Romana Generali Commiſſario.

PAULUS PAPA III.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Alias felicis recordationis Adrianus Papa VI, Prędeceſſor noſter inter alia voluit, ut Fratres Ordinis Minorum regularis Obſervantię, qui pro tempore aſſumentur ad regimen aliorum Fratrum in Terris Indiarum degentium, in utroque foro ſuper Fratres ſibi commiſſos omnem auctoritatem, & facultatem haberent, quam Generalis Miniſter, ſub cujus obedientia manere debent, ipſam auctoritatem, prout ſibi videbitur, limitare, & arctare poſſet, & ut ad hujuſmodi regimen aſſumpti, & alii Fratres in dictis Terris commorantes per ipſos aſſumptos deputandi in partibus, in quibus non eſſent Epiſcopatus creati, vel ſi eſſent, infra duarum dietarum ſpatium, ubi Epiſcopi, vel eorum Officiales inveniri non poſſent, tam ſuper Fratres prędictos, quam cujuſcunque Ordinis, qui ibidem forent, ac ſuper Indos ad Fidem Chriſti Converſos, necnon & alios Chriſticolas in dictis Terris exiſtentes, omnimodam auctoritatem ipſius Adriani Prędeceſſoris noſtri in utroque foro haberent, etiam quoad omnes actus Epiſcopales, qui Ordinem Epiſcopalem non requirunt, exercendos, donec per Sedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum, prout in literis ipſius Prędeceſſoris noſtri plenius continetur, in quibus omnia Indulta, quę per Romanos Pontifices Prędeceſſores ſuos Fratribus pręfatis ſunt hactenus conceſſa confirmavit. Voluit etiam, quod pręfati Fratres aſſumpti, & alii Fratres, quibus ipſi ducerent committendum, dictis Indultis in genere, vel in ſpecie hactenus conceſſis, & inpoſterum concedendis, quę pro ſufficienter expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum inſerta eſſent, habuit, uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſent. Cum autem, ſicut nobis nuper exponi feciſti, in dictis Indiarum partibus plurimę domus dicti Ordinis fundatę, & una Provincia, & una Cuſtodia ſecundum dicti Ordinis Minorum de Obſervantia inſtituta exiſtant, & expediat quam plurimum pro felici regimine Fratrum in dictis Terris, ac directione, & inſtitutione ad Fidem converſorum, ut literę prędictę ad loca, in quibus ſunt Epiſcopatus creati, & erecti extendantur, & propterea nobis ſupplicari feceris, ut in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos his, quę ad Fidei augmentum, & propagationem tendere poſſunt, favorabiliter annuentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas Adriani Prędeceſſoris noſtri hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis ad dicta loca in quibus ſunt Epiſcopatus creati, vel erigentur in futurum, ita quod ipſorum Epiſcoporum ad pręmiſſa accedat aſſenſus, extendimus, & ampliamus. Ac quod Fratres ejuſdem Ordinis ad partes Indiarum a Generali Miniſtro dicti Ordinis, vel ejus Commiſſario Generali deſtinati, in eadem Provincia, vel Cuſtodia, in qua dictus Miniſter, vel Commiſſarius ordinaverit, ſtare teneantur. Illos vero, qui abſque eorum licentia reperti fuerint, expellere poſſit, ſtatuimus, & ordinamus per pręſentes, & nihilominus Venerabilibus Fratribus &c. Non obſtantibus &c. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV Februarii MDXXXV (3), Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Conceſſa*.) Vide *Conſtitutionem I Adriani VI.* legitur *T. IV* hujus *Bullarii pag.* 407.
2. *Archivo*.) In quo exemplar ex alio Typis impreſſo in *Rituali* quem anno MDCLXXXIX *Franciſcus Sanches* Ord. Prædicatorum vulgavit in Urbe *Mexicana*.
3. *MDXXXV*.) Ibi error. Legendum *MDXXXVIII*.

Anno 1538 Die 11 Auguſti.

CXXIX.

Imolenſe Monaſterium Sancti Dominici omni tributo, & id genus ceteris ſolvendis immune (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſę, & Monialibus Monaſterii Sancti Dominici Imolen., Ordinis ejuſdem Sancti.

PAULUS PAPA III.

Dilectę in Chriſto Filię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Alias ad ſupplicationem dilectorum filiorum Communitatis Civitatis noſtrę Imolen., omnia Monaſteria Monialium dictę Civitatis, quorum fructus, redditus, & proventus ſeptem ducatorum auri de Camera pro qualibet ipſorum Monaſteriorum Moniali annuatim non excederent, a ſolutione quarumcunque decimarum, quartarum, & aliarum impoſitionum, & onerum pro tempore impoſitorum exemimus, & liberavimus, prout in aliis noſtris in forma brevis literis plenius continetur. Cum autem, ſicut exponi Nobis nuper feciſtis, deſideretis, ſi forte aliquando contra tenorem dictarum literarum moleſtaremini, aliquod teſtimonium gratię per Nos vobis, ut pręfertur, conceſſę habere, & propterea Nobis humiliter ſupplicari fece-

feceritis, ut votis veſtris annuere dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas prędictas juxta tenorem prefatum conceſſiſſe per pręſentes fidem facimus, & atteſtamur. Diſtrictius inhibentes in virtutę ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis pęna, quibuſvis decimarum, quartarum, impoſitionum, & onerum prędictorum exactoribus, ne vos contra tenorem dictarum literarum moleſtare audeant, vel pręſumant: mandantes etiam dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris Epiſcopi Imolen. quatenus vobis in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtens, non permittat vos contra tenorem dictarum literarum ab aliquo moleſtari, impediri, vel perturbari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XI Auguſti MDXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Immune.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum T. ultimo Tit. X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Imolenſi*.

Anno 1539 Die 7 Martii.

CXXX.

Indulgentiæ pro Toletano Conventu S. Petri Martyris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Alexander miſeratione Divina S. Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis de Farneſio S. R. E. Vice-Cancellarius.

UNiverſis, & ſingulis pręſentes literas inſpecturis, per pręſentes atteſtamur, & fidem facimus, quod poſtquam alias Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus N. D. Paulus Divina providentia PP. III, ad ſupplicationem Nobilis, & Illuſtris Domini Ferdinandi de Silva, Comitis de Cifuentes, alias in Romana Curia Cęſareę Majeſtatis apud Sedem Apoſtolicam Oratoris, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui Eccleſiam Domus Sancti Petri Martyris Toletan. Ordinis Fratrum Prędicatorum, in feſto ejuſdem Sancti, annis ſingulis viſitarent, & inibi pro animabus fidelium Defunctorum, in Capella majori dictę Eccleſię ſepultorum, certis tunc expreſſis vicibus Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam devote recitarent, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem conceſſerat; per eundem SS. D. Noſtrum, intellecto quod etiam in choro dictę Eccleſię corpora nonnullorum Chriſtifidelium defunctorum, ejuſdem Ferdinandi Comitis, dum viverent, conſanguineorum, ſepulta jacebant, idem Sanctiſſimus D. N., ut ex recitatione hujuſmodi etiam animarum fidelium defunctorum in dicto choro ſepultorum, ſaluti, & quieti conſuleretur, vivę vocis oraculo, orationes, & ſalutationes per Chriſtifideles in dicta Eccleſia recitandas, hujuſmodi animabus defunctorum, tam in Capella, quam in choro hujuſmodi ſepultorum per modum ſuffragii prodeſſe, & ſuffragari debere in pręſentia noſtra declaravit. In quorum fidem pręſentes manu propria ſubſcriptas, per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, Sigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum Romę in Cancellaria Apoſtolica ſub anno a Nativitate Domini MDXXXIX, Indictione duodecima, die vero ſeptima menſis Martii. Pontificatus prelibati SS. D. N. Papę Anno V.

Alexander Card. Farneſius Vice-Cancellarius.

Bernardinus Maffeus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Toletano*.

Anno 1539 Die 23 Auguſti.

CXXXI.

Ne aliquis Fratrum Mendicantium tranſeat ad Ordinem Capucinorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilecto Filio Vicario Generali Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Capucinorum nuncupati.

PAULUS PAPA III.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACcepimus, quod nonnulli Fratres profeſſi, ex Ordinibus reformatis Mendicantium de Obſervantia, non probantes ſpiritus, an ex Deo ſint, vel ſuggerente antiquo adverſario, qui non raro in Angelum lucis ſe transfigurans, tranquillas mentes inquietare, ac recto itinere gradientibus offendiculum in via Dei ponere molitur, vel quandoque levitate, & vana melioris vitę ſpe moti, aut quia exceſſus in eorum Ordinibus admiſerunt, diſciplinam ſuorum Ordinum, & correctionem fugere cupientes, ad Ordinem Sancti Franciſci de Obſervantia Capucinorum nuncupatum, cujus, ut accepimus, ad pręſens Tu Vicarius Generalis exiſtis, etiam nonnunquam ſine Prelatorum ſuorum licentia, tranſire procurant, & de facto tranſeunt, unde nonnunquam contingit, ut pręfati tranſeuntes, in Ordine prędicto, ad quem ſe transferre ſimulabant, non perſeverantes, tandem ad ſeculum revertantur, in animarum ſuarum periculum, Ordinum opprobrium, & Religioſorum hujuſmodi turbationem, & ſcandalum plurimorum. Cum itaque, ſicut etiam accepimus, niſi aditus talibus ſub hoc pretextu ſuum Ordinem deſerendi pręcludatur, verendum ſit, ne ex hoc magna Religionis diſſolutio, & confuſio oriatur; Nos, qui Ordinum omnium, pręſertim eorum in quibus regularis obſervantia, vitę frugalitas, & ſanctimonia, Domino pre-

pręſtante, vigent, tranquillum ſtatum, & proſperum ſucceſſum, necnon Religioſorum eorundem qui fructum in Agro Domini proferre non deſiſtunt, pacem, & quietem ſinceris affectibus deſideramus, in premiſſis opportune providere volentes, Tibi, & ſucceſſoribus tuis Vicariis Generalibus, ac Commiſſariis, Cuſtodibus, Guardianis, Pręſidentibus, ceteriſque Fratribus Ordinis Sancti Franciſci Capucinorum bujuſmodi nuncupatorum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctę obedientię pręcipimus, & mandamus, quatenus deinceps nullum Fratrem profeſſum ex Ordinibus Mendicantium Reformatorum de Obſervantia venientem, cujuſcunque conditionis extiterit, niſi de ſui Generalis, aut noſtra, & Sedis Apoſtolicę ſpeciali, & expreſſa licentia, recipias, aut recipiant, nec ei habitum per Fratres Capucinos nuncupatos prędictos geſtari ſolitum induas, vel induant. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſteriorum, Domorum, & Ordinum prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prędictam, etiam Imperiali, Regia, Pontificali, aut alia quavis inſtantia, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, cum quibuſvis irritativis, caſſativis, annullativis, revocativis, pręſervativis, exceptivis, reſtitutivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, Irritantibuſque decretis, etiam pluries conceſſis, & innovatis, illis pręſertim, quibus caveri dicitur expreſſe, quod ipſi regulares, quibus conceſſa ſunt, quoſcunque, & cujuſcumque ordinis, & conditionis Religioſos, etiam ſine licentia ſuorum Prelatorum ad ſe undecunque venientes, recipere libere, & licite valeant, quibus omnibus, etiamſi majori expreſſione digna eſſent, & pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quęvis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſervanda foret, & in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium tenores, cauſas, & effectus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas, ad id ſervandos, pro individuo ſervatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ad effectum pręſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXIII Auguſti MDXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Fabius Vigil.

s. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1541 Die 11 Novembris.

De Bononienſi Monaſterio S. Petri Martyris ampliando.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXXII. Venerabili Fratri Fabio Epiſcopo Lucerin. Civitatis noſtrę Bononien. Vice-Legato.

PAULUS PAPA III.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilectę in Chriſto filię Abbatiſſa, & Moniales Monaſterii Monialium S. Petri Martyris Bononien. Ordinis Prędicatorum, ſive S. Auguſtini, quod cum ipſę a certo tempore citra in tanto numero creverint, quod Monaſterium ipſum pro earum habitatione vix ſufficere poteſt, quodque propter aeris intemperiem plurimę earum annis ſingulis infirmantur, & ut ab earum Medicis aſſeritur, ex eo, quod Monaſterium ipſum ſubtus mœnia Civitatis Bononien. ſituatum exiſtit, ob reflexionem aeris, hujuſmodi ęgritudines proveniunt. Et, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſi pro ampliatione dicti Monaſterii eiſdem Monialibus quoddam cęmeterium, in quo cadavera Hebręorum ſepeliuntur in diſtrictu Capellę S. Juliani Bononien. ſitum, ac eidem Monaſterio, via publica mediante, contiguum, & ad quod de dicto Monaſterio per viam ſubterraneam aditus fieret, & in eo aliquod ędificium conſtrueretur, ea adjecta conditione, quod Moniales ipſę tantundem ex quodam earum prędio, ſeu petia terrę prope dictum cęmeterium, quadam alia via publica etiam mediante, conſiſtente, Hebręis prędictis dicti cęmeterii loco traderent, & aſſignarent, concederetur, ex hoc profecto decori, & venuſtati Civitatis, & Monaſterii, necnon commoditatibus Abbatiſſę, & Monialium hujuſmodi plurimum conſuleretur. Quare pro parte Abbatiſſę, & Monialium prędictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de pręmiſſis certam notitiam non habemus, cęmeterii, & prędii, ſeu terrę hujuſmodi veriores ſitus, vocabula, confinia, & latera pręſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuę per pręſentes committimus, ac mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Tu, vocatis Hebręis dictę Civitatis, ſeu eorum Syndico, vel Procuratore, & illis per eaſdem Abbatiſſam, & Moniales prius facta conſignatione tanti terreni ex prędio, ſeu petia terrę hujuſmodi, in quo eorum cadavera ſepelire, illudque juxta eorum ritus, & mores, necnon prout, & quemadmodum cęmeterium prędictum habent, tenent, & poſſident, habere, tenere, & poſſidere, illoque uti, frui, & gaudere poſſint, cemeterium hujuſmodi cum ſuis parietibus circum circa, prout jacet, eiſdem Monialibus pro earum Monaſterio ampliando, ac alias ad effectum pręmiſſum concedere, & aſſignare auctoritate noſtra procures. Et poſtquam conceſſio, & aſſignatio prędictę vigore pręſentium factę fuerint, Abbatiſſę, & Monialibus ędificia cemeterii hujuſmodi, ſi quę ſint, deſtruendi, & demoliendi, ac in eo ad earum uſum neceſſaria ędificia conſtruendi, & fabricandi, illaque conſecrandi, & benedicendi, necnon Hebręis pręfatis petiam terre, ſeu prędii hujuſmodi pro altero cęmeterio con-

conficiendo ad eorum cadavera ſepeliendum, ac illud alias juxta ritus, & mores hujuſmodi retinendum, & habendum, acceptandi, aliaque in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, licentiam, & facultatem tribuas, & elargiaris. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, & Ordinis prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis Monaſterio, & Ordini, necnon Hebręis prędictis per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda foret, illorum omnium tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI Novembris MDXXXXI, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

L. de Torres.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi*.

De conſtituendo Amarantenſi (1) Cœnobio.

Anno 1542 Die 7 Maii.

CXXXIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Sereniſſimo Principi Domino Johanni Portugallię, & Algarbiorum Regi. Antonius miſeratione divina Epiſcopus Albanen., ſanctam, & ſinceram in Domino caritatem.

Conſtans, & ſincera devotio, quam celſitudo veſtra, & veſtri Prędeceſſores Portugallię, & Algarbiorum Reges erga Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam gerit, & geſſerunt, promeretur, ut Sedes ipſa, votis veſtris, illis pręſertim per quę divinus cultus augetur, & Chriſtifidelium devotio in Deum, & ejus Sanctos conſervatur, & propagatur, grato concurrat aſſenſu. Sane pro parte veſtra Nobis oblata petitio continebat, ſcilicet, quod cum in Parochiali Eccleſia Oppidi de Amarante Bracaren. Diœceſis, in qua ex illius redditibus, una Pręceptoria, pro uno Milite Militię Chriſti Ciſtercien. Ordinis, vigore facultatis per felicis recordationis Leonem PP. X clarę memorię Emanueli Portugallię, & Algarbiorum Regi genitori veſtro conceſſa, erecta extitit, quinquaginta aureis ex dictis fructibus, pro uno Rectore, qui curam animarum illius Eccleſię gereret, aſſignatis, corpus Sancti Gundiſalvi, qui in ſeculo dum viveret, Ordinis Fratrum Prędicatorum profeſſor fuit, honorifice reconditum exiſtat, & Altiſſimus interceſſione dicti Sancti, erga eos, qui ad illum, per interceſſionem ipſius recurſum habent, plura in dies miracula facere dignetur, ac propterea univerſi Chriſtifideles, devotionis cauſa, ad prędictam Eccleſiam, ad viſitandum dictum corpus, peregrinentur, qui plerumque peccata ſua confiteri, & verbum Dei audire deſiderantes, pro eo, quod copia Presbyterorum idoneorum in dicta Eccleſia non eſt, deſiderio ſuo frandati remanent, unde ſi dicta Pręceptoria, quę vacat, in domum Fratrum Prędicatorum reformatorum, in dicta Eccleſia, & juxta eam conſtruendam erigeretur, ita quod per erectionem hujuſmodi pręfata Pręceptoria, poſtquam iſta domus conſtructa fuerit, Pręceptoria eſſe deſinat, & illius bona, & jura in eandem domum tranſlata, & transfuſa ſint, & eſſe cenſeantur, & Serenitati veſtrę dictam domum, cum clauſtro, refectorio, dormitorio, capitulo, & aliis officinis opportunis, pro habitatione Fratrum Prędicatorum reformatorum hujuſmodi, in eadem Eccleſia, quę dictis Fratribus, pro divinis officiis celebrandis, ac aliis eorum piis uſibus, ſine pręjudicio exercitii curę animarum illius, & jurium Parochialium, deſervire debeat, & juxta eam conſtruendi, & ędificandi, ita quod loci Ordinarius Rectorem dictę Eccleſię tanquam ejus juriſdictioni ſubjectum corrigere, & pręfatam Eccleſiam, quoad ea, quę ad curam animarum pertinent, viſitare valeat, ac Miſſa tertia, & principalis ad dictum Conventum ſpectet, oblationes vero, quę in eadem Eccleſia, etiam Fratribus dictę domus Miſſam celebrantibus, in celebratione Miſſę, ad manus oſculum fient, ipſi Rectori cedant, decerneretur, profecto in dicta domo multi Religioſi, qui in dicta Eccleſia Miſſas celebrarent, & verbum Dei, Chriſtifidelibus tam peregrinis, quam indigenis prędicarent, ac eorum Confeſſiones audirent, in ſatis copioſo numero ſuſtentarentur, & per conſequens in dicta Eccleſia divinus cultus plurimum augeretur, & Chriſtifidelium devotio in dictum Sanctum, ac Deum conſervaretur, ſeu in dies creſceret, & propagaretur, in non modicum peregrinorum, ac aliorum Chriſtifidelium animarum ſalutem, & ſpiritualem conſolationem. Quare pro parte veſtrę Serenitatis, aſſerentis ſe dictę Militię membrum exiſtere, & dictę Pręceptorię diſpoſitionem, quoties pro tempore vacat, ad eum, tanquam membrum Militię hujuſmodi ſpectare, ac loci Ordinarium in pręmiſſis conſentire, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Sedes Apoſtolica, ſuper his vobis, de opportuno remedio providere dignaretur. Nos igitur, qui divinum cultum ubique augeri, & Chriſtifidelium devotionem erga Deum, & ejus Sanctos conſervari, & propagari intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papę, cujus...

... (3) curam gerimus, ac de ejus ſpeciali, & expreſſo mandato, ſuper hoc, vivę vocis oraculo Nobis facto, veris exiſtentibus pręmiſſis, tenore pręſentium Pręceptoriam prędictam, ut pręfertur, pręceptore carentem, in domum Ordinis Fratrum Prędicatorum reformatorum, in dicta Eccleſia, & juxta eam conſtruendam, ſine alicujus pręjudicio erigimus, ita quod per erectionem hujuſmodi pręfata Pręceptoria, poſtquam iſta domus conſtructa fuerit, Pręceptoria eſſe deſinat, & illius bona, & jura, in eandem domum

transla-

tranſlata, & transfuſa ſint, & eſſe cenſeantur, ac Serenitati veſtrę, domum eandem, cum clauſtro, refectorio, dormitorio, Capitulo, & aliis officinis opportunis, pro habitatione Fratrum Ordinis Prędicatorum hujuſmodi, in eadem Eccleſia, & juxta eam, quę Eccleſia dictis Religioſis, & Fratribus pro divinis officiis celebrandis, ac aliis eorum piis uſibus, ſine tamen prędjudicio, & impedimento exercitii curę animarum, ac jurium Parochialium, deſervire debeat, conſtruendi, & ędificandi, necnon quod loci Ordinarius dictę Eccleſię Rectorem pro tempore, tanquam juriſdictioni ſuę ſubjectum corrigere, ac prefatam Eccleſiam Parochialem, quoad ea, quę ad curam animarum pertinent, viſitare valeat, ac tertia, & principalis Miſſa ad dictum Conventum ſpectet, oblationes vero, quę ad oſculum manus in eadem Eccleſia, etiam Fratribus dicti Ordinis Miſſam pro tempore celebrantibus, in Miſſę celebratione fient, ac alia omnia jura Parochialia ipſi Rectori cedant, facultatem concedimus. Quocirca Venerabilibus in Chriſto Patribus, Dei gratia Eborenſi, & Ulyſſipponenſi Archiepiſcopis, ac eorum Vicariis in ſpiritualibus, ſeu Officialibus, & eorum cuilibet committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, Celſitudini veſtrę, & aliis quorum intereſt, & intererit, in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant vos, & eos erectione, conceſſione, decreto, & aliis pręmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos, & eos, ſuper iiſdem pręmiſſis, vel eorum aliquo, per loci Ordinarium, aut quoſcunque alios tam eccleſiaſticos, quam ſeculares judices, & perſonas cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ſuerint, & quacunque, etiam Pontificali, pręfulgeant dignitate, vel auctoritate, etiam Apoſtolica, fungantur, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifatii Papę VIII de novis domibus, aut locis ad habitandum per Fratres Prędicatores non recipiendis, & aliis Apoſtolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Militię, & Ordinum prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam per bonę memorię Leonem Papam Tertium, ſub quibuſvis verborum formis, & mandatis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aut aliis fortioribus, efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſque clauſulis, & decretis, tam conjunctim, quam diviſim conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiam in Mare Magno, Bulla aurea, vel aliter nuncupatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quęvis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro plene, ac ſufficienter expreſſis habeutes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quantuncunque in pręmiſſis conſenſus dictę *Militię* Capituli non interveniat, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Pęnitentiarię (4), Nonis Maii, Pontificatus Domini Pauli Papę III Anno Octavo.

1. *Amaranteuſi.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ*.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Amarantenſi*.
3. *Cuius....*) Addatem : *Pœnitentiaria*.
4. *Officii Pœnitentiariæ.*)Hæc in exemplari vix legi poſſunt.

Anno 1542 Die 13 Auguſti.

Ratas habet, ac firmat Conſtitutiones editas pro Florentino Monaſterio S. Catharinæ de Senis.

CXXXIV.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

PAULUS PAPA III.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

PAſtoralis officii cura, Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſa, Nos excitat, & inducit, ut circa ſtatum regularium perſonarum quarumlibet, preſertim fęminei ſexus ſub regulari obſervantia ſtudio pię vitę vacantium ſalubriter dirigendum, operoſis ſtudiis intendentes his, quę propterea proceſſiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, cum a Nobis petitur, Apoſtolici muniminis pręſidium propenſius impartiamur. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſę, & Conventus Monaſterii B. Catharinę de Senis Florentin. Tertii Ordinis S. Dominici de Pęnitentia nuncupati Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet alias fel. rec. Innocentius Papa VII (a) Prędeceſſor noſter regulam, & modum vivendi multarum utrinſque ſexus perſonarum ſub habitu Tertii Ordinis hujuſmodi degentium Apoſtolica auctoritate approbaverit, & confirmaverit, ac ex tunc diverſę Perſonę regulam, & modum vivendi hujuſmodi ſuſcipientes, ad illarum obſervantiam uſque ad eorum mortem, etiam profeſſionis voto ſe aſtrinxerint, & deinde creſcente fidelium devotione, non modo id in eorum domibus privatis obſervaverint, verum etiam plurimę Virgines ſub regula, & modo vivendi, ac habitu prędictis per Monaſteria, & Collegia congregari, & collegialiter vivere cęperint, & inter alia Monaſteria hujuſmodi Monaſterium B. Catharinę predictum exiſtat, in quo ſub regula, & modo vivendi, ac habitu prędictis quamplurimę Virgines a multis annis citra, gratum Altiſſimo exhibuerunt famulatum, ac modernę illius Prioriſſa, & Sorores non modo Regulam, & vivendi modum predictos obſervant, verum etiam ad meliora continue aſpirantes ex inſtituto boſme: Thomę (3) tituli S. Xiſti Presbyteri Cardinalis Cajetani nuncupati tunc in minoribus conſtituti, & Ordinis Prędicatorum Generalis Magiſtri, ac indulto pię me: Julii PP. II. etiam Prędeceſſoris noſtri perpetuę obedientię, paupertatis, & caſtitatis votum juxta Regulam Sancti Auguſtini ſolemniter emittunt, & ſub quibuſdam ſpecialibus Magiſtri Ordinis Prędicatorum, & Monaſterii

ſui

ſui prędictorum inſtitutis ſe verę Religionis Regulę, re, & nomine per omnia aſtringunt: nihilominus eum Regula S. Auguſtini hujuſmodi pręcepta, & monita admodum generalia contineat, Prioriſſa, & Conventus Monaſterii B. Catharinę hujuſmodi nonnullas alias Conſtitutiones ab eis pro majori parte jam pluribus annis pręteritis obſervatas, & de cetero perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervandas in unum volumen redegerunt, & per dilectos filios noſtrum Johannem (4) Sanctorum Coſmi, & Damiani Diaconum Cardinalem de Salviatis nuncupatum ipſius Ordinis in Romana Curia Protectorem, & Albertum de Caſaus ejuſdem Ordinis Profeſſorem, & Magiſtrum Generalem revideri, & approbari, ac ſubſcribi, necnon pręfati Johannis Cardinalis, & Protectoris ſigilli appenſione communiri obtinuerunt, prout in volumine Conſtitutionum hujuſmodi dicitur plenius contineri. Quare pro parte Prioriſſę, & Conventus Monaſterii Beatę Catharinę hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro earum conſcientiarum majori ſerenitate, & ipſarum Conſtitutionum firmiori ſubſiſtentia, eiſdem Conſtitutionibus Apoſtolicę confirmationis robur adjicere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingularum perſonarum, pręſertim Religionis jugo obſtrictarum tranquillitatem, & animarum ſerenitatem ſinceris deſideramus affectibus, de pręmiſſis omnibus ab eodem Johanne Cardinali, & Protectore ad plenum informati, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Conſtitutiones prędictas, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur pręſentibus pro expreſſis haberi volumus, & prout illas concernunt, omnia, & ſingula in eodem volumine contenta, & inde ſequuta quęcunque, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac pręſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, necnon per modernas, & pro tempore exiſtentes Prioriſſam, & Sorores Monaſterii prędicti perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere decernimus, ac Conſtitutiones hujuſmodi ad quorumcunque aliorum ſimilium Monaſteriorum Prioriſſas, & Moniales, illas recipere, & ſecundum eas profiteri volentes, extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac regula prędicta, necnon eorundem Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod pręſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Auguſti MDXXXXII, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Blo. El. Fulg.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Florentino.*
2. *Innocentius PP. VII.*) Conſt. III. Legitur *T. II hujuſce Bullarii pag.* 473.
3. *Thoma.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Leonis X Tom. IV hujuſce Bullarii pag.* 597.
4. *Johannem.*) Huc ſpectat ſequens inſtrumentum.

JOhannes Miſeratione Divina Sanctorum Coſmi, & Damiani, S.R.E. Diaconus Cardinalis de Salviatis nuncupatus. Univerſis, & ſingulis præſentes literas, ſive præſens publicum tranſumpti Inſtrumentum viſuris, lecturis pariter, & audituris, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, & intereſſe, quoſque infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcunque nominibus cenſeantur, aut quacunque pręfulgeant dignitate, Salutem in Domino, & pręſentibus fidem indubiam, adhibere. Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Pauli Divina Providentia Papæ III in forma Brevis ſub Annulo Piscatoris more Romanæ Curiæ expeditas, & ſigillatas, ſanas ſiquidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ut in eis prima facie apparebat, Nobis pro parte Reverendi P. F. Alberti de Caſaus Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum coram Notario publico, & teſtibus infraſciptis præſentatas, Nos cum ea, qua decuit reverentia, noveritis recepiſſe hujuſmodi ſub tenore, videlicet. Paulus Papa III. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Paſtoralis officii &c. *ut ſupra*. Poſt quam quidem literarum Apoſtolicarum in forma Brevis præſentationem, & receptionem nobis, per nos, ut præmittitur, factam, fuimus pro parte Reverendi Magiſtri Generalis pręfati debita cum inſtantia requiſiti, quatenus juxta literarum hujuſmodi vim, & formam, continentiam, & tenorem, illas tranſumptari, ac in publicam, & authenticam tranſumpti formam redigi mandaremus, illiſque noſtram auctoritatem, & decretum interponeremus. Nos igitur Johannes Cardinalis pręfatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, volenteſque Magiſtri Generalis præfati æquis petitionibus, ut par eſt, complacere; poſtquam literas originales prędictas vidimus, legimus, & inſpeximus, ſanaſque, integras, ac omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ut præmittitur, reperimus, illas tranſumptari, & in hanc publicam tranſumpti formam redigi mandavimus, necnon tranſumptui noſtro hujuſmodi auctoritatem noſtram interpoſuimus, decernentes, prout ipſe Dominus noſter Papa per præinſertas decrevit, eandem fidem præſentibus in judicio, & extra adhiberi debere, quæ eiſdem originalibus literis originaliter exhibitis, vel oſtenſis adhiberetur. In quorum fidem præſentes literas fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari, ſigillique noſtri mediocris rotundi juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ Reſidentiæ, ſub anno a nativitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo ſecundo, Indictione decima quinta, die vero vigeſima ſeptima menſis Auguſti, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Anno octavo. Præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis Sebaſtiano de Orlandis Clerico Ferrarienſi, & Ven. F. Jacobo de Sancto Geminiano Ordinis Prædicatorum Profeſſore teſtibus ad ſupraſcripta omnia habitis, vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Alexander Recorda Not., & Sec. dicti Reverendiſſimi D. de mandato manu propria.

De

Anno 1542 Die 9 Octobris.

De quibuſdam Cœnobio Raguſino reſtituendis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXXV.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Ven. Fratri moderno Epiſcopo Stagnenſi, in Civitate Raguſina commoranti, & dilecto filio Marco Palmotta Canonico Eccleſię Raguſin., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUa Nobis dilecti filii Prior, & Fratres Domus Sancti Dominici Ragnſin. Ordinis Prędicatorum petitione monſtrarunt, quod poſtquam quondam Petrus Laurentius de Lucharis, dum viveret laicus Raguſin., cupiens terrena in cęleſtia, & tranſitoria in ęterna felici commercio commutare, condens de bonis ſuis in ejns ultima voluntate teſtamentum, quod in quadam ſua poſſeſſione, ſive prędio tunc expreſſo una Eccleſia ſnb invocatione B. Petri Apoſtoli, ac una Domus pro Fratribus dicti Ordinis ſub certis modis, & forma ſimiliter tunc expreſſis, de ejuſdem ſuis bonis conſtruerentur, quodque certus numerus Fratrum cum uno Converſo pro celebratione Miſſarum, & aliorum divinorum officiorum pro ſuę, & ſuorum progenitorum animarum ſalute ibidem reſidere deberent, inter alia diſpoſuerat, & quandam aliam magnam ſuam poſſeſſionem, ſimiliter tunc expreſſam, pro alimentis Fratrum, & Converſi hujuſmodi deputaverat, ac deinde eoſdem Priorem, & Fratres ſuos, hęredes univerſales inſtituerat, dictiſque Fratribus Sancti Dominici hęreditatem, & alia pręmiſſa non acceptantibus, dicta bona hęreditaria cum eiſdem qualitatibus, modis, & formis Guardiano, & Fratribus Domus Sancti Franciſci Raguſin. Ordinis Minorum legaverat, Laurentius Michaelis, etiam de Lucharis Laicus Raguſin. expoſito per eum Venerabili Fratri Antonio Epiſcopo Albanenſi majori Pęnitentiario noſtro, quod dictus Petrus Lanrentius teſtator, poſtquam, ut pręfertur, diſpoſuerat, quodque Eccleſia, & Domus prędictę alibi, quam in poſſeſſione per eum ad id deputata prędicta conſtrui non poſſent, inhibuerat, ac per duodecim annos, vel circa poſtmodum ſupervixerat, poſſeſſionemque pro fabrica Domus, & Eccleſię prędictarum per eum, ut pręmittitur, deputatam, minime conſtrui procuraverat, quinimo poſſeſſionem prędictam poſt ſex, aut ſeptem annos alienaverat, & deinde poſt quatuor annos nullo alio per eum condito teſtamento ab humanis exceſſerat, proptereaque pro parte ipſius Lanrentii Michaelis eidem Epiſcopo Pęnitentiario humiliter ſupplicato, ut ſibi aſſerenti ſe nobilem, & panperem, ac ejuſdem teſtatoris proximum exiſtere, bona hęreditaria hujuſmodi pro ſua ſuſtentatione ſibi concedere dignaretnr, idemque Antonius Epiſcopus Pęnitentiarius hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus Ven. Fratri noſtro Archiepiſcopo Raguſin., vel ejus Vicario in ſpiritualibus Generali ſuis literis inter alia dederat in mandatis, qnatenus, vocatis eiſdem Fratribus Sancti Dominici Raguſin., & aliis, qui forent evocandi, ſi ita eſſet, pręfato Laurentio Michaelis hereditatem pręfati teſtatoris pro ſuſtentatione ſua, ac ſublevandis ejus neceſſitatibus, attentis pręmiſſis applicarent, & concederent, voluntatem dicti Teſtatoris, qnatenus opns foret, ad pręmiſſa, commutando, prout eiſdem literis dicitur plenius contineri, pręfatus Laurentius Michaelis literarum prędictarum vigore fecit eoſdem Priorem, & Fratres Sancti Dominici coram pręfato Archiepiſcopo, ſive illius Vicario in ſpiritualibus Generali, ad judicium evocari, idemque Archiepiſcopus, ſive pręfatus ejus Vicarius dictis literis pro parte ipſius Laurentii Michaelis coram eis exhibitis aliter non verificatis, neque illarum forma ſervata in canſa, ſive negotio hujuſmodi perperam procedens, eoſdemque Priorem, & Fratres Sancti Dominici ſuper ſpolio de bonis hęreditariis prędictis per dictum Laurentium Michaelis Laicali potentia ſuffultum, contra eos bonorum prędictorum jure hęreditario prędicto pacificos poſſeſſores facto, & in actis cauſę hujuſmodi deducto, audire recuſans, definitivam, ut dicebat, per quam bona hęreditaria dicti Petri Lanrentii Teſtatoris eidem Lanrentio Michaelis, nt dicitur, adjudicavit, voluntatemque dicti Teſtatoris in ea parte commutavit, ſententiam promulgavit nnllam, & iniquam, a qua pro parte dictorum Prioris, & Fratrum Sancti Dominici ad Sedem fuit Apoſtolicam appellatum, & de nullitate proteſtatum, dictuſque Archiepiſcopus, ſive pręfatus ejus Vicarius pro reſponſione Apoſtolornm terminum jnris eis aſſignavit, & deinde fructus dictorum bonorum uſque ad deciſionem cauſę hujuſmodi ſub ſequeſtro retineri debere ordinavit, temere attentando. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtnm fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum illa nihilominus exequatur. Datum Romę apud S.Marcum Anno Incarnationis Dominicę MDXLII, Septimo Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

D. de Soana.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Raguſin.*

Ra-

Ratam habet, ac firmat concordiam factam a DD. de Suardis, & Fratribus Prædicatoribus Mantuan.

Anno 1543 Die 30 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXXXVI.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

HIs, quę pro litibus ſubmovendis, & pacis fęderibus inter quaſcunque pręſertim religioſas, & ſeculares perſonas conſervandis facta dicuntur, ut illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum domus Sancti Dominici Mantuan. Ordinis Fratrum Prędicatorum, & Balthaſſaris Clerici, ac Camilli, necnon Hanibalis Fratrum de Suardis laicorum Mantuan., Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod poſtquam alias quondam Bonifatius etiam de Suardis tunc in humanis agens, & condens de bonis ſuis in ejus ultima voluntate teſtamentum, quondam Cęciliam de Cornibus de Vincentia ejus relictam, etiam tunc viventem, dominam, & uſufructuariam omnium, & ſingulorum ipſius Bonifatii teſtatoris bonorum, tam mobilium, quam immobilium in eventum, in quem idem Bonifatius abſque filiis legitimis, & naturalibus decederet, reliquerat, & deinde poſt ipſius Cęcilię obitum domum Sancti Dominici hujuſmodi, ac illius Conventum cum onere tamen ſingulis menſibus anniverſarium ſolemne, ſive officium pro defunctis pro ejuſdem teſtatoris, ac aliorum defunctorum animarum ſalute per Priorem, & Fratres pręfatos perpetuo celebrandi, heredes univerſales instituerat, volueratque, & ordinaverat, quod Prior, & Fratres prędicti bona ipſius teſtatoris, ſeu eorum partem aliquomodo, ac quovis titulo alienare, permutare, obligare, aut alias locare ullo unquam tempore minime poſſent, & ſi in aliquo pręmiſſorum contrafacerent, ac voluntati, & ordinationi teſtatoris hujuſmodi quovis modo contravenirent, tunc bonis, & hęreditate prędictis ipſo jure privati forent, & eſſe cenſerentur eo ipſo, & in eventum alienationis, permutationis, obligationis, vel locationis prędictarum, Montem Pietatis Mantuan. eiſdem domui, & Conventui ſubſtituerat, ac poſtmodum, teſtatore, & Cecilia pręfatis vita functis, inter Priorem, & Fratres ex una, & Balthaſſarem, Camillum, necnon Hanibalem ipſius teſtatoris Nepotes pręfatos ſuper bonis, & hęreditate hujuſmodi, ac invaliditate dicti teſtamenti ſub eo pretextu, quod teſtamentum prędictum fuerat per ipſum teſtatorem paulo ante ejus obitum coram nonnullis teſtibus, ut aſſerebatur, revocatum, ipſique Balthaſar, Camillus, & Hanibal ab eodem teſtatore hęredes inſtituti, rebuſque aliis expreſſis, & illorum occaſione, partibus ex altera, coram certis Judicibus partium illarum competentibus in prima, ſeu ulteriori inſtantia exorta fuerat materia quęſtionis, & per ipſos Judices ad nonnullos actus, ac examinationem dictorum teſtium proceſſum extiterat, Prior, & Fratres, ac Balthaſar, Camillus, necnon Hanibal pręfati ad evitandum litium anfractus, ac parcendum laboribus, & expenſis, necnon pro bono pacis, & concordię, noſtro, & Sedis Apoſtolicę beneplacito in omnibus ſemper ſalvo, interveniente dilecto filio noſtro Hercule Sanctę Marię novę Diacono Cardinali de Mantua nuncupato ad infraſcriptas devenerunt concordiam, conventionem, ſeu tractatum: videlicet, quod Prior, & Fratres unam, & Balthaſar, Camillus, necnon Hanibal pręfati alteram dimidias bonorum, & hęreditatis, prędictorum portiones haberent, & retinerent, prout in Actis cauſę, & cauſarum, ac ſuper teſtamento, necnon concordia, conventione, ſeu tractatu prędictis forſan confectis cum publicis inſtrumentis dicitur plenius contineri. Dum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tam Prior, & Fratres, quam Balthaſar, Camillus, & Hanibal pręfati, ne propter prohibitionem alienationis, permutationis, obligationis, vel locationis, aut ſubſtitutionis prędictarum inter ipſos, ac Montem Pietatis, ut prefertur, ſubſtitutum hujuſmodi, ſeu quoſvis alios lis, ſeu controverſia, ac materia quęſtionis oriri poſſint quomodolibet in futurum, cupiant concordiam, conventionem, ſeu tractatum prędictos per Nos approbari, & confirmari, pro parte Prioris, & Fratrum, necnon Balthaſaris, Camilli, & Hanibalis prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut concordię, conventioni, & tractatui prędictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicę firmitatis adjicere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quorum eſt, quę concordię ſunt, favore benevolo proſequi, Priorem, & Fratres, ac Balthaſarem, Camillum, necnon Hanibalem pręfatos, & eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, dictorumque inſtrumentorum veriores tenores pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam, conventionem, ſeu tractatum prędictos, ac prout illas, vel illum concernunt, omnia, & ſingula in illius inſtrumento pręfato contenta, licita tamen, & honeſta, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, ac ſuos effectus ſortiri, & per dictos Priores, & Fratres, ac Balthaſarem, Camillum, necnon Hanibalem, & eorum quemlibet inviolabiliter obſervari debere, ac illos ad concordię, conventionis, ſeu tractatus prędictorum, ac omnium, & ſingulorum in eodem inſtrumento contentorum obſervationem teneri, & efficaciter obligatos exiſtere, ac ad id etiam per cenſuras eccleſiaſticas cogi, & compelli poſſe, necnon ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Non obſtantibus voluntate, & ordinatione teſtatoris hujuſmodi, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & domus prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, approbationis, confirmationis, decreti, & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis

autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum extra muros Bononien. Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo Tertio, Pridie Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano*.

Anno 1543 Die 4 Maii.

CXXXVII.

Ferrarien. Monaſterium Sanctæ Catharinæ Decimis, & id genus ceteris ſolvendis immune (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

PAULUS PAPA III.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

PRovida Romani Pontificis circumſpectio nonnunquam ea, quę certis ſuadentibus cauſis emanarunt, ex aliis non minus attentis rationibus limitat, & moderatur, prout rerum qualitate digeſta, ſalubriter conſpicit expedire. Cum itaque alias, ſeu nuper Nos, urgentibus temporum conditionibus, diverſas fructuum eccleſiaſticorum decimas a quibuſcunque utriuſque ſexus perſonis, etiam Mendicantium Ordinum profeſſoribus, bona ſtabilia ex privilegio Apoſtolico, aut alias poſſidentibus, exigendas in diverſis Orbis partibus, & pręſertim in tota Italia impoſuerimus; & ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę modernę, & Monialium, ſeu Sororum Monaſterii Sanctę Catharinę Ferrarien. Ordinis Sancti Auguſtini ſub cura, & ſecundum regularia inſtituta Fratrum Prędicatorum degentium petitio continebat, pręfatę Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, ac Moniales, ſeu Sorores, quę, comprehenſa dicta Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, numero centum, & quadraginta exiſtunt, & ex fructibus, redditibus, & proventibus dicti Monaſterii, computatis omnibus, ſexcenta ſcuta auri duntaxat annuatim percipiunt, decimas ipſas abſque gravi eorum incommodo, & diminutione portionum earum victui neceſſariarum perſolvere minime poſſint, pro parte dictarum modernę Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, & Monialium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, ut Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, ac Moniales, ſeu Sorores prędictę a moleſtiis ſublevatę, divinis obſequiis liberius, & quietius vacare, ac Altiſſimo famulatum acceptius reddere poſſint, quantum in Nobis eſt, providere volentes, ipſaſque Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, ac Moniales, ſeu Sorores, & earum ſingulas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, pręfatis, & pro tempore exiſtentibus Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, & Monialibus, ſeu Sororibus dicti Monaſterii, ut detractis prius & deductis pro qualibet earundem Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, & Monialium, ſeu Sororum, ſeptem ſcutis in earum uſum, ſuſtentationem, & manutentionem convertendis, & applicandis, ad ſolutionem quarumcunque decimarum nunc, & pro tempore ex quavis cauſa impoſitarum, & imponendarum, juxta quantitatem exceſſus fructuum, reddituum, & proventuum hujuſmodi duntaxat teneantur, nec ad ulteriorem illarum ſolutionem, niſi pro exceſſu hujuſmodi, per quoſcunque illarum Collectores, & Subcollectores, aut quoſcunque alios quavis auctoritate fungentes, cogi, ſeu compelli, aut propterea aliquibus cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis innodari poſſint, ſed ipſi Collectores, & Subcollectores dicti exceſſus contenti, decimas ipſas pro rata dictorum ſeptem ſcutorum pro qualibet defalcare debeant, perpetuo concedimus, & indulgemus, ac decernimus, & declaramus. Necnon quibuſvis decimarum hujuſmodi nunc, & pro tempore deputatis Collectoribus, & Subcollectoribus, etiam quavis facultate munitis, ne ſub excommunicationis latę ſententię, & indignationis noſtrę pęna, eo ipſo incurrenda, Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam modernam, & pro tempore exiſtentem, ac Moniales, ſeu Sorores pręfatas, aut earum aliquas ſuper pręmiſſis, quovis prętextu, ſeu quęſito colore, vel ingenio directe, vel indirecte moleſtare, vel perturbare quoquomodo pręſumant, diſtrictius inhibemus. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, necnon quibuſvis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, ſeu facultatibus, etiam ſuper impoſitionibus decimarum hujuſmodi nunc, & pro tempore emanatis, & tam eiſdem Collectoribus, & Subcollectoribus, quam aliis quibuſcunque perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę ſub Annulo Piſcatoris die IV Maii MDXLIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

L. de Torres.

D. de Melgoſa.

1. *Immune.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarien.*

Ut

Ut Mantuani Cœnobii Fratres, quas ſibi gens Suarda legavit, in alias poſſeſſiones commutare poſſint.

Anno 1545 Die 8 Novembris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXXVIII.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Johanni Cathaneo Canonico Eccleſię Mantuan., & Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Mantuan. in ſpiritualibus generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DUdum Nobis pro parte dilectorum filiorum Fratrum domus Conventus, alias Monaſterii nuncupatę Sancti Dominici Mantuan. Ordinis Fratrum Prędicatorum expoſito, quod alias poſtquam Bonifatius Suardus laicus Mantuan., tunc in humanis agens, & condens de bonis ſuis in ejus ultima voluntate teſtamentum quondam Cęciliam ejus uxorem, ſimiliter tunc in humanis agentem, dominam dictorum bonorum, ipſo Bonifatio ſine filiis decedente, & quamdiu dicta Cęcilia vidualiter viveret, reliquerat, ac eadem Cęcilia decedente, vel ad ſecunda vota tranſeunte, in bonis prędictis ipſam domum, cum onere celebrationis unius anniverſarii, ſeu officii divini, pro Bonifatii prędicti, & omnium ſuorum defunctorum animarum ſalute per dictos ejuſdem domus Fratres quolibet menſe faciendam hęredem univerſalem inſtituerat, dicta bona, ac eorum ſingula obligari, locari, permutari, & alias quovis titulo alienari expreſſe prohibendo, ac pręfatam domum, ſi dicti Fratres prohibitioni hujuſmodi contrairent, ipſa hęreditate privando, eique Montem Pietatis, & illi Hoſpitale majus Mantuan. cum onere, & prohibitione, ac ſub privatione ſimilibus ſubſtituendo, & Domo, ac Monte, & Hoſpitali prędictis hujuſmodi privationem incurrentibus, omnes fructus, redditus, & proventus dictę hęreditatis, vel eorum majorem partem in celebrationem dicti officii quolibet, ut pręfertur, menſe faciendam, reſiduum vero illorum in pauperum, ac honeſtę vitę, & bonę conditionis, atque famę domicellarum dotes, per certos tunc expreſſos ipſius teſtamenti executores per eum deputatos, annis ſingulis converti mandaverat, prout in dicto teſtamento plenius dicebatur contineri. Cumque dilecti filii Balthaſar Clericus, Hanibal, ac Camillus de Suardis laici Mantuan. pro nepotibus, atque hęredibus ipſius Bonifatii ſe gerentes, Bonifatio abſque filiis, & Cęcilia pręfatis vita functis, eoſdem Fratres, quominus corporalem ipſorum bonorum poſſeſſionem aſſequi poſſent, impediviſſent, illaque occupata detinerent, ac ea occaſione Fratres ex una, & Balthaſar, necnon Hanibal, & Camillus prędicti ex altera partibus, aliquandiu litigaſſent, dictę partes, tractantibus nonnullis probis viris eorum communibus amicis, inter alia, quod quęlibet partium prędictarum dimidiam dictorum bonorum partem conſequeretur, cum conſenſu, & auctoritate, ac approbatione Sedis Apoſtolicę, concordarunt, ipſique poſtmodum Fratres, concordię hujuſmodi vigore, medietatem bonorum eorundem in Civitate, & Ducatu Mantuan. conſiſtentem, aſſecuti fuerant. Et deinde dictos Fratres ad litis hujuſmodi proſecutionem ingentes expenſas ſubire, & ad illas perferendum, ac cauſantibus ſiniſtris retro actorum temporum eventibus, ut ſibi ad victum neceſſaria ſubminiſtrarent, quamplurima debita cum pleriſque eorum creditoribus contrahere oportuerat, ac pro illis niſi ad aliquorum bonorum ſtabilium dictę domus alienationem procederetur, ſatisfacere nequibant, magiſque pręfatę domui expediret, partem bonorum, ipſam domum ex concordia hujuſmodi contingentem, pręſertim cum ut plurimum in ędificiis, continuam, aut crebram reparationem exigentibus, conſiſterent, quam aliqui ex bonis eidem domui prius acquiſitis, pro neceſſaria hujuſmodi ſatisfactione alienari, ſed ad hoc prohibitioni contravenire prędictę, ac eandem privationem incurrere formidantes, devenire non audebant abſque dictę Sedis licentia ſpeciali, pro parte Fratrum hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis partem bonorum pręfatę domui ex dicta concordia, ut pręfertur, acquiſitam, ſimul, vel ſucceſſive, in toto, vel in parte vendendi, ſeu in emphyteuſim, aut livellum, vel alias in cenſum, ſive cautionem, vel penſionem annuam locandi, & concedendi, ac pretium inde proveniens in ſolutionem dictorum debitorum, & ſi quę eſſent hęreditariorum, & quod ſupereſſet in alicujus proprietatis mobilis eidem domui faciendam acquiſitionem convertendi, licentiam concedere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, de pręmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, bonę memorię Philippo Archiepiſcopo Mononaſien. in Civitate Mantuan. reſidenti, tunc in humanis agenti, & tibi, fili Vicarie, dedimus in mandatis, quatenus, ſi, & poſtquam vocatis dilectis filiis Priore dictę domus, & aliis, qui forent evocandi, dictaque parte bonorum ipſam domum ex eadem concordia contingente prius coram eis ſpecificata, de pręmiſſis omnibus, & ſingulis nobis expoſitis, ac venditionem, ſeu locationem, & conceſſionem, necnon pretii conventionem hujuſmodi, ſi fierent, in evidentem utilitatem dictę domus cedere, eis commutari (2) procedentibus legitime conſtaret eiſdem Fratribus, partem bonorum pręfate domui ex dicta concordia, ut pręfertur, acquiſitam, ſimul, vel ſucceſſive in toto, vel in parte, cuicunque illam emere, vel accipere volenti, etiam laico, ac uni, vel pluribus, cum quo, vel quibus ipſius domus conditionem efficere potuiſſent meliorem, pure vendendi, ſeu in emphyteuſim, aut livellum, vel alias in cenſum, ſeu cautionem, vel penſione annua perpetuo, vel ad tempus, etiam quoties eis videretur renovandum, ſeu prorogandum, locandi, ſeu concedendi, ac pretium inde proveniens in ſolutionem dictorum debitorum, etiam, ſi quę eſſent, hęreditariorum, ac quod ſupereſſet in alicujus proprietatis mobilis eidem domui faciendam acquiſitionem convertendi, plenam, & liberam facultatem, & licentiam concedere, ac propter venditionem, ſeu locationem, & conceſſionem hujuſmodi dictos Fratres pręfatę prohibitioni contravenire, aut ipſam domum dictam privationem incurrere, vel alicui ſubſtitutionum prędictarum locum eſſe dici, vel cenſeri minime poſſe, & ſic per quoſcunque Judices, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret atten-

attentari. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dictorum Fratrum petitio continebat, poſtquam literę prędictę dicto Philippo Archiepiſcopo, ac tibi, fili Vicarie, pręſentatę fuerant, & ipſe Philippus Archiepiſcopus, ac tu ad illarum executionem procedere forſan inceperatis, idem Philippus Archiepiſcopus, ſicut Domino placuit, debitum naturę perſolvit, pro parte ipſorum Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ne propterea ipſi literarum prędictarum fruſtrentur effectu, eis ſuper hoc opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi, & poſtquam dictę literę vobis pręſentatę fuerint, ad ipſarum literarum executionem, alias juxta earum continentiam, & tenorem, conjunctim procedatis in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi illę vobis a principio directę fuiſſent. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo Quinto, Sexto Idus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano.*

2. *Commutari.*) Turbatus locus.

Anno 1547 Die 21 Aprilis.

De legato Fratribus Raguſinis reſtituendo.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXXIX.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri moderno Epiſcopo Stagnenſi in Civitate Raguſina reſidenti, & dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Benedicti de Locruma ejuſdem Raguſin. Civitatis, vel Diœceſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUa Nobis dilecti filii Prior, & Fratres Domus S. Dominici Raguſin. Fratrum Prędicatorum, vel alterius Ordinis, petitione monſtrarunt, quod tunc noſtro, & Sedis Apoſtolicę majori Pęnitentiario pro parte Margaritę filię Lucę Nicolai de Bona mulieris Raguſin. expoſito, quod alias poſtquam Matthęus Blaſii de Ragnina, dum in humanis ageret, cupiens terrena in cęleſtia, & tranſitoria in ęterna felici commercio commutare, in ſuo, quod de bonis ſuis condiderat, teſtamento, centum octoginta ducatos auri ipſis Priori, & Fratribus pro ſuffragiorum per eos recitandorum eleemoſyna, & ut domus pro eis emeretur, legaverat: Iidemque Prior, & Fratres per annos circiter ſexaginta legatum hujuſmodi petere ſcienter neglexerunt, ac quod ipſa Margarita, quę dicti Matthęi proneptis, & innupta erat, ac unde ſe juxta ſuę qualitatis exigentiam dotari poſſet, non habebat, cupiebat legatum hujuſmodi ſibi in ſuarum dotium augmentum applicari, ipſe major Pęnitentiarius ſupplicationibus ejuſdem Margaritę inclinatus certis Canonicis Eccleſię Raguſin., & eorum cuilibet dedit in mandatis, ut ſi ita eſſet, legatum prędictum dictę Margaritę in ſuę dotis augmentum applicaretur, dicti Teſtatoris voluntate in, & quoad hoc commutando, ut in dicti Majoris Pęnitentiarii literis deſuper confectis, plenius dicitur contineri. Et, licet ipſi Canonici ad executionem ipſarum literarum, niſi eis clare, & per dictam Margaritam narratis, & expoſitis conſtaret, providere non debuiſſent, vel eorum alter debuiſſet, nihilominus ad earundem literarum executionem procedentes, vel eorum alter procedens, ipſis Priori, & Fratribus aliter non vocatis, neque citatis, ipſum legatum pręfatę Margaritę applicaverunt, ſeu eorum alter applicavit in non modicum, ſed maximum eorundem Prioris, & Fratrum pręjudicium. Quare pro parte Prioris, & Fratrum prędictorum, aſſerentium ſe dictum legatum petere per dictum tempus minime neglexiſſe, ſed contra hęredes dicti Teſtatoris ſuper ipſo legato, illud eis aſſignari, & tradi petendo, coram certis Judicibus ſecularibus litigaſſe, & unam ſententiam in eorum favorem, & contra ipſos hęredes obtinuiſſe, ac eoſdem hęredes nihilominus legatum hujuſmodi tradere, & aſſignare hactenus diſtuliſſe, & denegaſſe, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut literas prędictas, tanquam tacita veritate, & falſa expreſſa obtentas, ſurreptitias, & obreptitias fore, ipſique Margaritę minime ſuffragari debere decerni, illiuſque, ac earum vigore ſecuta quęcunque per aliquem probum virum revocari mandare, aliaſque ſibi in premiſſis juſtitię miniſterio ſubvenire, paterna diligentia curaremus. Quocirca diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus exequatur. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo Septimo, Undecimo Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

M. de Luciſo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Raguſino.*

JULIUS III.

Ab Anno MDL die VIII Februarii, ad XXIII Martii MDLV. Vide *Tom.V* hujus *Bullarii pag.* 1.

De conſtituendo Amarantenſi Cœnobio (1) S. Gundiſalvi.

Anno 1552 Die 19 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

XXXII.

Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Ex debito paſtoralis officii, Nobis, meritis licet imparibus, ſuperna diſpoſitione commiſſi, ad ea noſtrę ſolicitudinis ſtudium libenter convertimus, per quę fidelibus quibuslibet, prętertim Religioſis, ſub regularis obſervantię diſciplina, ſtudio pię vitę vacantibus, commoditatibus, cum Divini cultus augmento, valeat ſalubriter provideri, & ut pia Catholicorum Principum vota ad id tendentia, optatum ſortiantur effectum, opem, & operam, quantum Nobis ex alto permittitur, efficaces impendimus, prout ad Divini Nominis exaltationem, & devotionis Chriſtifidelium propagationem, eorumque animarum ſalutem, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem proviſiones Monaſteriorum omnium apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturorum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtrę reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque Monaſterium Sancti Salvatoris de Freixo Ordinis S. Auguſtini, aut Canonicorum regularium, Bracaren. Diœceſis, militię Jeſu Chriſti, Ciſtercien. Ordinis, ad vitam dilecti filii Bartholomęi Baſtodengo Fratris dictę militię duntaxat unitum, annexum, & incorporatum, ſeu quod ipſe Bartholomęus in commendam ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica nuper obtinebat, ex eo quod Nos unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, ipſius Bartholomęi, ad hoc, per dilectum filium Jacobum Cabreram Laicum Gadicenſem Procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expreſſo accedente conſenſu, harum ſerie diſſolvimus, per diſſolutionem hujuſmodi apud Sedem eandem vacet, ſeu Commenda hujuſmodi, ex eo quod prętatus Bartholomęus illi hodie per eundem Jacobum etiam Procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, noſque ceſſionem iſtam duximus admittendam, ceſſante . . . . . . eo quod, dum eidem Bartholomęo commendatum fuit, vacabat, modo vacaverit, & etiam vacet ad pręſens, nulluſque de illius proviſione, quatenus per diſſolutionem hujuſmodi vacet, pręter Nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis: Et, ſicut cariſſimus in Chriſto filius noſter Johannes Portugallię, & Algarbiorum Rex Illuſtris, qui etiam ejuſdem militię perpetuus adminiſtrator per dictam Sedem ſpecialiter deputatus exiſtit, Nobis nuper exponi fecit, alias ipſe provide conſiderans, quod quamplures Chriſtifideles devotione ducti, ad Parochialem Eccleſiam Oppidi, ſeu Loci de Amarante dictę Diœceſis, Parochiali Eccleſię . . . . ejuſdem Diœceſis perpetuo unitam, annexam, & incorporatam, in qua Corpus S. Gundiſalvi Ordinis Fratrum Prędicatorum, dum viveret, profeſſoris, honorifice reconditum etiam tunc exiſtebat, confluebant, ac occaſione miraculorum, quę inibi Altiſſimus, meritis, & interceſſionn, ut pie credebatur, ejuſdem S. Gundiſalvi facere dignabatur, in dies devotio ipſa augmentum ſuſcipiebat, & quod licet ad eorundem Chriſtifidelium peccata ſua inibi confiteri volentium confeſſiones audiendum, ac illis opportunas conciones faciendum, eorumque devotionem caritate conſervandam, egregii Sacerdotes, ac bonarum vitę, & doctrinę Prędicatores requiſiti eſſent; quia tamen Oppidum, ſeu Locus hujuſmodi a Civitatibus, & aliis populoſis locis, ex quibus ſimilium perſonarum copia haberi poterat, nimium diſtabat, ac primo dicta Eccleſia adeo tenues fructus, redditus, & proventus habebat, quod ex illis Sacerdotes; & Prędicatores idonei ſuſtentari non valebant, pręfati Chriſtifideles in ſuis conſcientiis non modica incommoda patiebantur, & pręmiſſis remedium adhibere volens, ex prędictis, ſeu aliis rationibus omiſſis, ac etiam ob ſingularem, quem ad dictum S. Gundiſalvum gerebat, & gerit devotionis affectum, in Eccleſia Oppidi, ſeu Loci hujuſmodi, & juxta illum, unam domum dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum cum Clauſtro, Refectorio, & Dormitorio, ac aliis officinis neceſſariis pro uſu, & habitatione Fratrum Ordinis Prędicatorum hujuſmodi, ita quod Eccleſia ipſa ejuſdem domus dictis Fratribus, pro Divinis Officiis celebrandis, ac aliis eorum piis uſibus exercendis ſervire deberet, Apoſtolica, ſeu ordinaria auctoritate, vel alias canonice a fundamentis erexerit, & inſtituerit, ſeu erigere, & inſtituere inceperit, ac pręceptoriam dicti Oppidi, antea ex redditibus Parochialium Eccleſiarum prędictarum pro uno ejuſdem militię, remanente tamen certa annua portione pro illarum Rectore, dicta auctoritate erectam ſupprimi, & extingui, ac illius, necnon Parochialium Eccleſiarum prędictarum reliquos omnes, & ſingulos annuos redditus, & proventus, ac ipſius pręceptorię bona, & jura, dictaſque Parochiales Eccleſias ejuſdem Dominii, pro ejus Dote, ac illius Fratrum ſuſtentatione, ita quod ex tunc de cetero pro tempore exiſtens Prior, & Fratres Domus hujuſmodi Parochialium prędictarum Parochianorum animarum curam, per unum probum, ad eorum liberum nutum, & arbitrium ponendum, & amovendum, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, exercere facere, perpetuo donari, concedi, & aſſignari obtinuerit, ac, Deo duce, prętatam Domum, in qua jam plures bonarum vitę, & doctrinę profeſſores, ad Chriſtifidelium animarum ędificationem, introducti exiſtunt, & quorum opera, verbum Dei populo prędicando, ac hujuſmodi Confeſſiones audiendo, ac alia meritoria, ac caritativa opera exercendo, in agro Domini non mediocres fructus proveniunt, ampliare, ac ad debitum finem ducere intendat, & Domus, ac illius Fratres prędicti, propter eorum exiles redditus, manuteneri, & ſuſtentari, ac in hujuſmodi operibus (Nota.) confo-

conſuveri commode non poſſint, ſi titulus, regularitas, & dependentia ipſius Monaſterii ſupprimerentur,
& extinguerentur, ac Monaſterium ipſum, quod a dicto Oppido, ſeu Loco, tribus milliaribus diſtat, &
in quo a pluribus annis citra, duo, vel tres Canonici duntaxat, minus religioſe, & indecenter viventes
reperiuntur, eidem Domui perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto eorun-
dem Fratrum commoditatibus, ac Miniſtrorum Eccleſię iſtius propagationi, non abſque dictorum Chriſti
fidelium ſpirituali conſolatione, conſuleretur. Quare dictus Johannes Rex Nobis ſupplicari fecit, ut ti-
tulum, regularitatem, & dependentiam ſupprimere, & extinguere, ac Monaſterium hujuſmodi, eidem
Domui, ut prefertur, unire, annectere, & incorporare, ac alias in pręmiſſis opportune providere, de beni-
gnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccle-
ſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundum communem ęſtimationem,
etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio
fieret ad partes, vocatis quorum intereſt; atque etiam manibus pręfatis, Venerabilis Frater noſter Marcus
Epiſcopus Senogalienſis, aſſerens ſibi alias (3) quod eodem Bartholomęo cedente, etiam ex cauſa per-
mutationis, vel decedente, & forſan in alios tunc expreſſos eventus, liceret ibi ad Monaſterium prędi-
ctum, liberum habere regreſſum, ſeu acceſſum, & ingreſſum, dicta Apoſtolica auctoritate indultum,
ſeu indulgeri conſuetum fuiſſet, juri, & facultati regrediendi, ſeu accedendi, & ingrediendi, in literis
Apoſtolicis deſuper non confectis, illius conceſſioni hujuſmodi, ſimiliter hodie ſponte, & libere ceſſit,
quique ceſſionem ipſam duximus admittendam, dictę domus fructuum, reddituum, & proventuum, verum
annuum valorem pro expreſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, titulum, regularitatem,
& dependentiam Monaſterii hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ex certa noſtra ſcien-
tia, perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ac Monaſterium pręcdictum, cui cura, per eoſdem Cano-
nicos exerceri ſolita, imminet animarum, ac cujus fructus, redditus, & proventus, ad centum flore-
nos auri, in libris Camerę Apoſtolicę taxati reperiuntur, ſive pręmiſſo, ſive alio quovis modo, quem,
etiamſi ex illo quęvis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa reſultet, pręſentibus haberi vo-
lumus pro expreſſo, aut ex alterius cujuſcunque perſonę, ſeu per liberam ceſſionem cujuſvis alterius, re-
gimine, & adminiſtratione, in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus
ſponte factam, vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio, juxta Lateranenſis ſtatuta
Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad Sedem Apoſtolicam pręcdictam devoluta exiſtat, & alia qua-
vis cauſa, ad Sedem eandem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, ac de illo conſiſtorialiter diſponi con-
ſueverit, ſeu debeat, ac ſuper illius regimine, & adminiſtratione pręfatis, inter aliquos lis, cujus ſta-
tus, ac nomina, & cognomina judicum, & Conlitigantium, ac jus, & titulos eorum, etiam nullos, &
infectivos, eorum cauſas annullativas pręſentibus haberi volumus pro expreſſis, pendeat indeciſa, dum-
modo tempore datę pręſentium, dicto Monaſterio de Abbate proviſum, aut illud alteri commendatum
canonice non exiſtat, cum S. Michaelis etiam de Freixo, & S. Andreę Padornello locorum dictę Diœceſis
Parochialibus Eccleſiis, & forſan aliis annexis, eidem domui etiam perpetuo ex auctoritate Apoſtolica,
& tenore, ac ſcientia pręmiſſis, unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod ex fructibus, ac pro-
ventibus Monaſterii hujuſmodi, eiſdem Canonicis de portione annua pro eorum ſuſtentatione, arbitrio
Ordinarii Bracharenſis, annis ſingulis perſolvenda, provideatur, & interim omni facultate, & poteſtate
adminiſtrandi, ſi qua eis in ipſo Monaſterio competit, privati exiſtant, ac decedentibus, ſeu diſcedenti-
bus Canonicis iſtis, in dicto Monaſterio alii Canonici permanere, ſeu loco illorum, vel alicujus eorum,
alius, vel alii recipi, vel admitti non poſſint, necnon poſt eorundem Canonicorum obitum .... ſeu
ab eodem Monaſterio receſſum, ſeu diſceſſum, aliqua alia quam ipſius Ordinis Fratrum Pręcdicatorum
regularitas in dicto Monaſterio cenſeatur, ſed Monaſterium ipſum, illiuſque res, bona, & jura tam in ſpi-
ritualibus, quam temporalibus, etiam ex nunc, ab omni ſuperioritate, juriſdictione, viſitatione, & correctione
dicti Ordinis S. Auguſtini, & quorumcunque aliorum Superiorum, libera, & exempta ſint, & eſſe cen-
ſeantur, & juriſdictioni, viſitationi, ſuperioritati, gubernio, & correctioni Superiorum dicti Ordinis
Fratrum Pręcdicatorum duntaxat ſubjiciantur, & ſubmittantur; liceatque pro tempore exiſtenti Priori,
ſeu Vicario, ac Fratribus dictę Domus, per ſe, vel per alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem hujus
regiminis, & adminiſtrationis Monaſterii, & annexorum hujuſmodi, eorumque bonorum, jurium,
actionum, & juriſdictionum quorumcunque propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo reti-
nere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, reſponſiones, & emolumenta quo-
cunque nomine nuncupentur, in ſuos, & Monaſterii, ac domus hujuſmodi uſus, & utilitatem converte-
re, necnon Monaſterii pręcdicti, per Fratres dictę Domus, qui, ut pręfatus Johannes Rex aſſerit, etiam
pręfatę Domui, adeo propinqui exiſtunt, ut ipſius Domus Fratres, ad illas, pro confeſſionibus au-
diendis, & verbum Dei populo predicando, & pluribus aliis ſpiritualibus donis conferendis,
accedere poſſunt, Parochialium Eccleſiarum illi annexarum hujuſmodi animarum curam per pro-
Nota. bum, ſeu probos ſeculares, vel pręcdictorum, aut quorumvis aliorum etiam mendicantium Or-
dinum regulares, ad eorum liberum nutum, & arbitrium per ſe, vel alios, prout eis videbitur, ponendos,
& amovendos, exerceri, ac quęcunque alia onera, illis quomodolibet incumbentia, & ad quę pręfati
Canonici, jure, vel conſuetudine, aut alias obligati exiſtunt, abſque eo quod in illis, ſeu illorum ali-
quo, Diœceſani, vel alii etiam ſeculares Viſitatores ſe intromittere poſſint, aut debeant, in dicta Domo
ſupportari facere, ac circa Canonicos pręfatos, & alias perſonas, ac res quaſcunque Monaſterii, & Pa-
rochiarum, ac aliorum illi annexorum hujuſmodi in ſpiritualibus, cum plena, libera, & omnimoda
Prioris, ſeu Abbatis poteſtate, auctoritate, & facultate, perinde ac ſi ipſius Monaſterii verus Prior,
ſeu Abbas eſſent, attendere, diſponere, facere, & ordinare, ac Monaſterium, Canonicos, perſonas,
& res hujuſmodi, in eiſdem ſpiritualibus regere, gubernare, ac adminiſtrare, & corrigere, ac omnia,
& ſingula pręmiſſa facere, Ordinarii Loci, vel cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita;
necnon omne, & quodcunque jus patronatus, & pręſentandi perſonas idoneas ad pręcdictas, & alias Ec-
cleſias, ſeu earum Parochianorum animarum curę exercitium, ac Cappellas, & forſan alia etiam ſimplicia
bene-

Digitized by Google

beneficia Eccleſiaſtica pro tempore exiſtenti Priori, ſeu Abbati, vel Commendatario, ac Conventui ejuſdem Monaſterii quomodolibet, etiam ex privilegio, vel conſuetudine, aut alias forſan competens, ac omnem, & quamcunque juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem ad eos, & eorum quemlibet, tam conjunctim, quam diviſim, ratione Monaſterii, & Parochialium Eccleſiarum, ac aliorum illi annexorum hujuſmodi quomodolibet ſpectantem, & pertinentem, in Priorem, ſeu Vicarium, & Fratres Domus hujuſmodi, ita quod ipſi loco Prioris, ſeu Abbatis, vel Commendatarii, ac Conventus Monaſterii hujuſmodi, perſonas idoneas ad Eccleſias, Cappellas, & Beneficia prędicta, quoties opus fuerit, communiter, vel diviſim, pręſentare, ſeu deputare poſſint, ac pręſentationes, & deputationes ſic per eos factę valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac ſi ab ipſo Priore, ſeu Abbate, vel Commendatario, ac Conventu Monaſterii hujuſmodi factę fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, & tenore, ac ſcientia prędictis transferimus, & tranſportamus, illiſque perpetuo concedimus, ac quaſcunque ambiguitates, diſſenſiones, dubia, & differentias ſuper pręmiſſis, vel connexis, eiſdem auctoritate, & tenore, ac ſcientia committimus, & mandamus, ac iiſdem, & eorum cuilibet ad hoc plenam, & liberam licentiam concedimus, & facultatem. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Senogalien., & dilectis filiis Ulyſſipponen., & Lamen. Officialibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręfatas literas, ac in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Fratrum prędictorum, ſeu alicujus eorum, deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac Priorem, & Fratres, ac Presbyteros pręfatos, omneſque alios, & ſingulos, quos literę ipſę quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu eorum aliquem, deſuper per Viſitatores, ſeu Ordinarium pręfatos, vel quoſcunque alios quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, Cenſuras, & pęnas prędictas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prędicta, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus jure permiſſis, fieri prohibentis, ac fel. recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, etiam qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuę Diœceſis, ad judicium evocetur, ſeu ne judices ab eadem Sede deputati extra Civitatem vel Diœceſim in qua deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere pręſumant; ac de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate pręſentium ad judicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, vel Ordinationibus, necnon Monaſterii, & Ordinis S. Auguſtini prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinario, & Viſitatoribus, necnon Monaſterio, & Ordini S. Auguſtini, ac Conventui pręfatis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, Clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, conceſſis, approbatis, innovatis, etiamſi in illis, ſeu ſtatutis, privilegiis, & indultis prędictis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma, tunc expreſſis, derogari poſſet, quodque cauſę propter quas hujuſmodi uniones fiunt, coram Loci Ordinario, vocatis quorum intereſt, vel alias verificari debeant, alioquin per ſubreptionem obtentę pręſumantur, viribuſque omnino careant, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, pręſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe decernimus, non obſtantibus contrariis quibuſcunque, aut ſi Conventui, & Viſitatoribus pręfatis, ac dilectis filiis, Vaſſallis, & aliis, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectum earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem noſtras hujuſmodi, Monaſterium prędictum alias in ſpiritualibus non lędatur, & in temporalibus detrimenta non ſuſtineat, ſed ejus, & ipſorum Conventus congrue ſupportentur onera conſueta. Et inſuper, prout eſt, ſi Monaſterium ipſum per diſſolutionem hujuſmodi vacet, & attentatum, forſan eſt hactenus, vel in poſterum attentetur, aut ſi alias vacaverit, ex nunc, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę ſuppreſſionis, extinctionis, unionis, annexionis, incorporationis, translationis, commiſſionis, mandati, conceſſionis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę MDLI (4) XIX Februarii (5) Pontificatus noſtri Anno II.

1. *Cœnobio.*) Juris eſt Provinciæ *Portugalliæ.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Amarantenſi.*

3. *Sibi alias.*) Aliquid deeſt.

4. *Quin-*

4. *Quinquageſimo Primo.*) Stylu Bullarum, æræ communis MDLII.

5. *XIX Februarii.*) Legitur *XIX Kalendas Februarii*, id eſt: die XIV Januarii.

Anno 1555 Die 4 Maii.

XXXIII.

Priori Conventus Mantuan., ceteriſque Præſidentibus Montis Pietatis quædam præſcribit.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

J U L I U S P A P A III.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta ad ea libenter intendit, per quę pia loca quęcunque, preſertim ad ſubventionem pauperum inſtituta, in ſuo ſolido ſtatu permaneant, ac deſuper diſponit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane dilectus filius ..... Hercules Sanctę Marię Nuvę Diaconus Cardinalis, Mantuan. nuncupatus, qui Eccleſię Mantuan. perpetuus Adminiſtrator in ſpiritualibus per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, ſuo ac dilecti filii nobilis viri Gulielmi Ducis Mantuę nomine Nobis nuper expoſuit, quod cum alias in Civitate Mantuan. Mons Pietatis pro pauperum, & egenorum ſubventione, tunc Marchionis Mantuę conſenſu, auctoritate, & confirmatione Sedis Apoſtolicę deſuper intervenientibus, erectus, inſtitutus, & pro manutentione, & conſervatione dicti Montis, quod quatuor Religioſi, primus videlicet per dilectos filios Capitulum Mantuan., & ſecundus per Abbatem Monaſterii Sancti Benedicti dicti de Padolirono, ſeu Confeſſorem Monaſterii Monialium ſub cura Fratrum ipſius Sancti Benedicti, ſeu alias degentium Sancti Johannis a Carrettis, ac tertius per Priorem Sancti Dominici, & quartus per Guardianum Sancti Franciſci Domorum, etiam Mantuan. Prędicatorum, & Minorum reſpective Ordinum eligendi, necnon octo ſeculares, duo videlicet milites, ſeu nobiles, duo legum Doctores, vel in Medicina Magiſtri, duo Mercatores, & duo alii cives Mantuan. qui ex buſſula in qua nomina eorum immiſſa forent, extraherentur, & qui per ipſum Marchionem, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Mantuan., ſi intereſſe vellet, & ipſo Epiſcopo abſente, vel infirmo exiſtente, aut intereſſe recuſante, illius in ſpiritualibus Vicarium Generalem, & dictos Abbatem, Confeſſorem, Priorem, Guardianum, & nonnullos alios in libris deſuper tunc confectis nominatos, in unum convenientes pro idoneis approbati forent, ipſi Monti pręſiderent, & ipſorum octo ſecularium officium biennio duntaxat duraret, & quolibet anno quatuor ex eis amotis, eorum loco alii quatuor, quorum nomina de dicta buſſula extraherentur, ſurrogarentur, & nonnulla alia Capitula, Conſtitutiones, & Ordinationes deſuper edita, & poſtmodum illa, ac erectio, & inſtitutio hujuſmodi per fel. rec. Innocentium Papam Octavum Prędeceſſorem noſtrum ſua Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata, & res ejuſdem Montis, adjuvante Domino, auctę fuerint, ſi in ordinandis, & ſtatuendis his, quę circa manutentionem illius, ac ejus bonorum, & pecuniarum diſpenſationem pro tempore exiſtens Epiſcopus Mantuanus, aut ejus ſuffraganeus, vel Vicarius, necnon Dux Mantuę, ſive ejus ad id deputatus, & nominatus, ſive deputandus, & nominandus, una cum duobus aliis Pręſidentibus in convocationibus, quę certis anni temporibus more ipſius Montis fieri conſueverunt, intervenirent, procul dubio in dies magis utque magis res ipſę augerentur, & in melius procederent. Quare idem Hercules Adminiſtrator, & Cardinalis nominibus prędictis Nobis humiliter ſupplicavit, ut ei, & Epiſcopo Mantuan., ac Duci Mantuę pro tempore exiſtentibus pręfatis, & eorum cuilibet in convocationibus, & ordinationibus faciendis prędictis intereſſendi, eorumque vota prębendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quibus piorum locorum, & ſanctorum operum manutentio, & augmentum ſemper cordi fuerunt, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Herculi Adminiſtratori, & Cardinali, ac Gulielmo Duci, & Epiſcopo Mantuan., ac Duci Mantuę pro tempore exiſtentibus, ſi ibidem perſonaliter intereſſe voluerint, alioquin eorundem Herculis Adminiſtratoris, & Cardinalis, ac Epiſcopi Mantuan. ſuffraganeo, vel Vicario Generali, necnon Ducis Mantuę pro tempore exiſtentium prędictorum deputato, ſeu deputando deinceps perpetuis futuris temporibus in quibuſcunque convocationibus, & ordinationibus, quę pro negotiis ipſius Montis fieri contigerit, intereſſendi, eorumque vota, & ſuffragia in ordinandis, & committendis his quę pro gubernio, & manutentione, ac proſpero regimine dicti Montis neceſſaria, & opportuna fuerint prębendi, aliaſque, & alia faciendi, & exequendi, prout inibi pro tempore Pręſidentes faciunt, & exequuntur, ac facere, & exequi poſſunt, plenam, & liberam, auctoritate prędicta, tenore pręſentium, concedimus licentiam, & facultatem. Mandantes, & diſtricte pręcipientes dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Montis Pręſidentibus, & Officialibus quibuſcunque, & aliis ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis pęna, ut ſi ipſi Epiſcopus, & Dux pro tempore exiſtentes ibidem perſonaliter intereſſe voluerint, aut illorum loco ſuffraganeum Epiſcopi, vel ejus Vicarium, ac Ducis pro tempore exiſtentium prędictorum pro tempore deputatos pręfatos, abſque morę diſpendio, ad pręmiſſa omnia reſpective admittant, & admittere debeant. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dicti Montis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV Martii MDLV, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Mantuano*.

MAR-

MARCELLUS II.

Ab anno MDLV die IX Aprilis, ad I Maii ejuſdem anni. Vide *Tom.V* hujuſce *Bullarii pag.*39.

PAULUS IV.

Ab anno MDLV die XXIII Maii, ad XV Auguſti MDLIX. Vide *Tom. V* hujus *Bullarii pag.*40.

Contra Religioſos vagantes extra Clauſtra (1).

Anno 1558 Die 20 Julii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XIV.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

POſtquam divina bonitas Nos, licet immeritos, ad ſummi Apoſtolatus faſtigium aſſumere dignata eſt, nunquam ceſſavimus, abuſus, qui in Eccleſia Dei, ſeu nimia Sedis Apoſtolicę Indulgentia, ſeu hominum malitia irrepſiſſe cernuntur, pro viribus tollere, & Eccleſiam ipſam in priſtinum candorem reſtituere, diverſas ad hoc ſaluberrimas Conſtitutiones edendo, & inviolabiliter obſervari mandando: verum cum non omnia uno, & eodem tempore excogitari, nedum perfici potuerint, quinimo circa ea ſit Nobis ſingulis ferme diebus aliquid enitendum, abuſui Apoſtaſię, quę per regulares perſonas ſub diverſis ſalſis prętextibus quotidie incurritur, ulterius parcendum non eſſe cenſuimus; nam licet diverſi Romani Pontifices Prędeceſſores noſtri, per eorum Conſtitutiones, complura contra Apoſtaſiam hujuſmodi ediderint ſtatuta, & ordinationes, nondum tamen eſt plenum contra eam adinventum remedium: quinimo diverſi diverſorum, etiam Mendicantium, Ordinum Religioſi, proprię ſalutis immemores, Deique timore poſtpoſito, ſub prętextu; alii videlicet, quod Religioni, & Ordini in genere ob varias confictas cauſas adſtricti non ſint, & ſuperinde ſententiam declaratoriam obtinuerint; alii, quod beneficium eccleſiaſticum curatum aſſecuti ſint; alii, quod extra regularia ſui Ordinis loca ſtandi, & alicui beneficio eccleſiaſtico deſerviendi a ſuis Superioribus licentiam habeant, & alii diverſis aliis confictis coloribus: alii vero nullo ſuffulti prętextu, ſed temeritate propria contra proprium juramentum per eos in eorum profeſſione pręſtitum, & regularia ſui Ordinis inſtituta, extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, & in ſeculo, aliqui habitu ſui Ordinis retento, aliqui illo abjecto, in habitu Presbyterorum ſecularium, & complures in habitu laicali temere vagantur: & poſtquam Deo fidem fallere non ſunt veriti, cetera omnia quantumvis graviſſima, & deteſtanda, levia, & licita reputantes; alii Parochianos eorum curę commiſſos, falſam doctrinam docere, & pravis opinionibus, ac hęreſibus replere; alii uxores ducere; alii, ſive paupertate eos cogente, ſive diabolico inſtinctu ſecularibus, & mechanicis negotiis ſe dare; alii ſeditionibus popularibus, conjurationibus contra Principes, & aliis, ac quibuſvis aliis ſęvis actibus ſe implicare, & cetera omnia nequiſſima facere pręſumunt, in graviſſimam Divinę Majeſtatis offenſam, & religionis opprobrium, ac animarum ſuarum perniciem, & aliorum Chriſtifidelium ſcandalum. Quamobrem conſiderantes, apoſtatas hujuſmodi infinitis erroribus in eadem Dei Eccleſia cauſam pręſtare, & propterea volentes contra apoſtaſiam ipſam plenius providere, & eam, quantum Nobis ex alto conceditur, de medio tollere, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos, qui poſt profeſſionem per eos in ętate legitima conſtitutos, in aliquo approbato, etiam Militari, Ordine pure, & libere emiſſam, vel ſi ante ętatem legitimam profeſſi fuerint, poſt illam per eos in ipſa ętate legitima conſtitutos, pure, & libere ratam, & gratam habitam, temeritate propria, aut quovis prętextu, vel cauſa, etiam ſi ſe Religioni, & Ordini non adſtrictos eſſe ſine cauſę cognitione, & quę a jure requiruntur ſervari omiſſis, vel non legitime probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium eccleſiaſticum, etiam Curatum, non pręcedente legitima diſpenſatione, poſſideant, vel alicui beneficio eccleſiaſtico, etiam Curato, alterius nomine deſerviant, extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, aut in poſterum degent, omnibus, & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, aut ſui, vel cujuſvis Ordinis Regularibus, per eos quomodolibet obtentis, & de cetero obtinendis, cujuſcunque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus, & proventibus eccleſiaſticis, eis quomodolibet reſervatis, ſeu aſſignatis, necnon Baccalaureatus, Licentiaturę, Doctoratus, & Magiſterii, ac quibuſvis aliis in jure canonico, vel civili, aut Theologia, ſeu Medecina, vel Artibus, aut quavis alia facultate gradibus, per eos, etiam antequam Religionem ingrederentur, obtentis, ſeu aſſecutis, necnon quocunque miniſterio eccleſiaſtico, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, penitus, & omnino privamus, ac ad illa, & alia quęcunque, & qualiacunque in poſterum obtinenda, ſeu fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos percipiendos, aut gradus aſſequendos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quorumcunque eccleſiaſticorum, etiam ſacrorum, & pręſertim Presbyteratus Ordinum, necnon omni miniſterio eccleſiaſtico prędicto perpetuo ſuſpendimus, privatoſque, & inhabiles, ac ſuſpenſos eſſe: necnon beneficia ipſa de jure, & de facto, etiam ad hoc, ut eorum Ordinarii collatores, ea aliis libere conferre poſſint, & niſi ea infra tempus a Lateranen. Concilio ſtatutum contulerint, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum Superiorem, & demum ad Nos, ac pro tempore exiſ-

exiſtentem Romanum Pontificem devolvatur: Patroni quoque eorundem beneficiorum perſonas idoneas infra tempus a jure ſtatutum ad ipſa beneficia pręſentare poſſint, & niſi pręſentaverint, eorum libera collatio ad Ordinarium ſpectet, & pertineat, vacare, ac reſervationes fructuum, redditnum, & proventuum hujuſmodi expirare decernimus, itaut de cetero ipſi Apoſtatę, quamdiu vixerint, aliqua beneficia Eccleſiaſtica obtinere, vel aliquod officium eccleſiaſticum exercere, aut fructus, redditus, & proventus eccleſiaſticos, ſeu ſuper illis penſiones annuas percipere, vel exigere, ſeu curam animarum, vel aliquod miniſterium eccleſiaſticum exercere, aut Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, ſeu Miſſam celebrare, aut pretextu Ordinum, in quibus conſtituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, & penſiones, ſeu commendę, ac reſervationes fructuum, reddituum, & proventuum eccleſiaſticorum, necnon aſſignationes penſionum annuarum eis, etiam dicta auctoritate, etiam cum pręſentium toto earum tenore inſerto plenaria derogatione, pro tempore factę, nullę ſint, & irritę, ac viribus omnino careant, nec aliquod eis jus, aut titulum beneficia poſſidendi, aut fructus, redditus, & proventus, ſeu penſiones hujuſmodi exigendi, vel percipiendi tribuant, ipſique ſic privati inhabiles, & ſuſpenſi fructus ſuos non faciant, ſed ad illorum reſtitutionem teneantur. Et nihilominus ſi curam animarum exercere, vel Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, ſeu Miſſam celebrare, aut pretextu Ordinum ſuorum pręedictorum aliquid facere, aut aliquod miniſterium eccleſiaſticum exequi pręſumpſerint, tanquam ſuſpenſi ab executione Ordinum ſuorum, & in illis contra ſuſpenſionem ipſam, & in contemptum clavium miniſtrantes, condignis pęnis omnino puniantur. Et ut omnis vagandi occaſio Apoſtatis hujuſmodi tollatur, volumus, & ſancimus, quod quęvis, tam Eccleſiaſticę, quam Seculares perſonę cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & pręeminentię exiſtant, etiam ſi Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia majori eccleſiaſtica dignitate, etiam Cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam Marchionali, Ducali, aut alia majori auctoritate, ſeu excellentia pręfulgeant, aliquem Apoſtatarum eorundem receptare, ſeu nutrire, vel illis quominus ad eorum Monaſterium, ſeu Domum, vel alium locum regularem redeant, favorem, aut auxilium, ſeu conſilium preſtare non pręſumant, & ſi eos receptaverint, vel illis, ut pręfertur, faverint, aut auxilium, ſeu conſilium pręſtiterint, & per Ordinarium loci ſub quo moram trahent, commoniti a pręmiſſis non deſtiterint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant; & ſi patroni alicujus beneficii eccleſiaſtici, ſive ſint Laici, ſive Clerici, aliquem ex eiſdem Apoſtatis ad beneficium de eorum jurepatronatus exiſtens tunc vacans pręſentaverint, pręſentationes hujuſmodi ſint eo ipſo nullę, irritę, & inanes, ac viribus careant, & ipſi patroni jure pręſentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum privati exiſtant: quodque Superiores Ordinum, quos ipſi profeſſi fuerint, & Ordinarii locorum, in quibus ipſi Apoſtatę pro tempore degent, tam conjunctim, quam diviſim, eoſdem Apoſtatas, ut ad eorum Monaſteria redeant, requirere, & ſi ad dicta Monaſteria redire ceſſaverint, diſtulerint, vel recuſaverint, eos ſecundum Ordinis diſciplinam, monitione pręvia, per cenſuras eccleſiaſticas, & pęnas, etiam corporis afflictivas, ad redeundum cogere, & compellere poſſint, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: quod ſi regularis Ordo hoc non patiatur, auctoritate noſtra providere valeant, ut talibus apud eadem Monaſteria in locis competentibus, ſi abſque gravi ſcandalo fieri poterit, alioquin in aliis religioſis domibus ejuſdem Ordinis, ad agendam inibi penitentiam, vitę neceſſaria miniſtrentur. Si vero Apoſtatę hujuſmodi ſe in his inobedientes pręſtiterint, ſint etiam auctoritate noſtra majoris excommunicationis ſententia eo ipſo innodati, & Superioris ſui eos excommunicatos eſſe declarent, & nuncient, ac ut tales ab omnibus ſuis ſubditis nunciari, & publicari faciant: teneanturque ipſi Apoſtatę cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & habitus fuerint, biretum nigrum duabus lineis albis ex tela confectis, & digito humano latis ab una extremitate ad aliam extremitatem circumductis diſtinctum, & per totam ejus circumferentiam ſimili linea altera ſuffultum, itaut omnes lineę pręfatę oculis intuentium manifeſte appareant, continue geſtare, & ſi ſine bireto hujuſmodi deprehenſi fuerint, poſſint pro hujuſmodi inobedientia, non ſolum per ſuos Superiores, verum etiam per quoſcunque, tam Eccleſiaſticos, quam Seculares Judices, & Magiſtratus condignis pęnis puniri, & ad delationem ipſius bireti, ut pręfertur, diſtincti, & ſuſtulti omnino compelli. Decernentes, quod de cetero, qui aliquem Ordinem approbatum, ut pręfertur, tacite, vel expreſſe profeſſus fuerit, & ſe illi Ordini non adſtrictum eſſe contenderit, vel alias quovis modo, ſive dimiſſo habitu, extra regularia loca ipſius Ordinis de jure aliquo caſu ſtare poſſe putaverit, vel quavis ratione, aut pretextu, ſuper hoc poſtulaverit, ſeu ſupplicaverit, litteras quas a Nobis, ſeu Officio Penitentiarię noſtrę obtinebit, Cardinali Protectori, ſeu Vice-Protectori ipſius Ordinis in curia reſidenti, & Procuratori Generali Ordinis, dirigi, & pręſentari facere, ac coram eo in hoc negotio, cum plena cauſę cognitione procedere teneatur, alias omnia, & ſingula per ipſum profeſſum in pręmiſſis geſta, nullius ſint roboris, vel momenti, literęque aliis directę nullam juriſdictionem tribuant. Quodque omnes, & ſingulę translationes de Apoſtatis ipſis ad alium Ordinem, etiam per Nos, aut Pręedeceſſores noſtros, vel per Officium Penitentiarię hujuſmodi hactenus factę, & quas deinceps fieri contigerit, niſi ad arctiorem, vel parem Ordinem factę fuerint, & ipſi ſic translati in Monaſteriis, in quibus regularis obſervantia vigeat, actu maneant, nullę ſint, & irritę, ipſique ſic translati in priſtinum Ordinem, etiam ſi in Ordine, ad quem translati fuerint, profeſſionem in eo emitti ſolitam emiſerint, redire teneantur. Et ſi poſt unam, & ſecundam monitionem ſibi a Pręlatis, ſeu Superioribus Ordinum a quibus translati ſunt, factam, redire diſtulerint, aut neglexerint, liceat ipſis Prelatis, ſeu Superioribus procedere contra eos, modo, & mediis contra Apoſtatas ſtatutis. Et nihilominus pręfatos ſic translatos, &, ut pręfertur, non redeuntes, adminiſtratione cujuſcunque eccleſiaſtici beneficii, & pręlaturę, perpetuo privamus, & privatos eſſe, necnon bona quęcunque mobilia, ſeu immobilia, ac cenſus, redditus, & proventus, jura, & actiones per eoſdem Fratres, tam egreſſos, & ejectos, quam ad alium Ordinem, ut pręfertur, translatos, ſeu de licentia ſuorum Superiorum extra eorum Monaſteria ſtantes, tempore quo extra Monaſteria ſui Ordinis ſteterint, acquiſita, etiam ſi acquiſitiones hujuſmodi ab ipſis Fratribus ex redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura ab ipſis obtentorum, ſeu detentorum, aut ex propria induſtria, ſeu artificio, mer-

Nota.

mercatura, vel ex teſtamento, ſeu ſucceſſione ab inteſtato quorumvis conſanguineorum, affinium, vel amicorum ſuorum, aut quorumcunque aliorum factę ſint, non Fiſco noſtro, aut Camerę noſtrę Apoſtolicę, ſed Religioni, aut Monaſteriis, in qua, ſeu quibus primo profeſſi fuerint, eo ipſo applicata eſſe, & cenſeri debere, decernimus, & declaramus, itaut juxta regularia Religionis, ſeu Monaſteriorum hujuſmodi inſtituta, omnino diſtribui, & diſpenſari, nec ſuper illis, per Protectores, aut Superiores Religionis, & Monaſteriorum prędictorum, aut quoſvis alios quacunque auctoritate fungentes, aliqua compoſitio, ſeu concordia, aut remiſſio fieri poſſit. Sicque, & non alias, aliter, nec alio modo in pręmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis, etiam dicta Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, judicari, & definiri debere, ac ſi ſuper hisa quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignorauter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Et quoniam, experientia rerum magiſtra docente, cognovimus, privilegia cunctis fere Ordinibus conceſſa recipiendi profeſſos aliorum Ordinum in eorum Monaſteriis, Domibus, & regularibus locis, materiam pręſtare Apoſtatis hujuſmodi per ſeculum evagandi, pręſertim cum diverſi Ordinum bujuſmodi Superiores Pręlati Apoſtatas hujuſmodi recipiant, & poſtquam illis eorum habitum regularem exbibuerint, eis ſtandi extra Monaſterium licentiam concedant: Nos abuſui hujuſmodi occurrere volentes, omnia, & ſingula privilegia, & indulta Apoſtolica quibuſvis Ordinibus, Monaſteriis, & Domibus, ſeu aliis regularibus locis (Cartuſienſibus, & Eremitis in Camaldulenſi eremo realiter degentibus duntaxat exceptis) ſuper recipiendis Canonicis regularibus, ſeu Monachis, vel Fratribus aliorum Ordinum per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ſub quibuſvis verborum formis, & tenoribus, & etiam Motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſa, etiam Mare magnum nuncupata, quoad facultatem recipiendi eoſdem Canonicos regulares, ſeu Monachos, & Fratres penitus, & omnino revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, & viribus penitus, & omnino vacuamus. Mandantes univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque Diœceſanis, & locorum Ordinariis, ut ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque ubi, & quando, ac quoties opus fuerit, ſolemniter publicantes, faciant dicta auctoritate noſtra eaſdem pręſentes literas plenarię, & totali executioni demandari, eos qui illis contravenerint, juxta ipſarum literarum continentiam, & tenorem, condignis pęnis plectendo, & puniendo, ac contradictores quoslibet, & rebelles, eiſque in pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas prędictas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & aliorum regularium locorum, necnon Ordinum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, ſeu Bulla aurea, aut alias quomodolibet nuncupatis, ſuper Officium Pęnitentiarię hujuſmodi expeditis, eiſdem Apoſtatis, ſeu translatis, ac noſtro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Ordinis S. Auguſtini, & quibuſvis aliis hoſpitalibus, necnon B. Marię Redemptionis Captivorum, & de Mercede, ac quibuſvis aliis Monaſteriis, & regularibus locis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, aut alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, mentionem. Ut autem pręſentes literę ad omnium, quorum intereſt, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prętendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, ut ipſęmet literę, vel earum tranſumptum, (cui, manu Notarii publici ſubſcripto, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munito, eam prorſus fidem in judicio, & extra adhiberi debere volumus, quę ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi de facto, & realiter exhiberentur) in Baſilica Principis Apoſtolorum, & Eccleſia S. Johannis Lateranen, ac Cancellarię Apoſtolicę valvis, & Acie Campi Florę per aliquos ex Curſoribus noſtris publicentur, earum exemplo, in ſingulis valvis, & acie prędictis affixo, & dimiſſo. Nulli ergo &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo Octavo, Decimo Tertio Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Clauſtra.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano Conſt. XIV Pauli II*, & apud *Petrum Matthaeum in Summa Conſtitutionum SS. Pontificum pag. 376.*

Anno 1559 Die 19 Julii.

XV.

Religioſus Epiſcopus conſecratus ad nullum Religionis, quam profeſſus eſt, officium poteſt aſſumi (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

PAULUS PAPA IV.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

IN ſacra B. Petri Sede, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione collocati, ad ea, per quę ſub Religionis jugo. Domino famulantium quieti conſulitur, & ambitionis via prę̨cluditur, diligenter intendimus, & in his noſtri Paſtoralis officii partes, favorabiliter impartimur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut Nobis innotuit, nonnulli Epiſcopi, & Archiepiſcopi diverſorum Ordinum profeſſores, dignitates, officia, etiam ſuperioritates nuncupata, ſuorum Ordinum ambientes, ut ad hęc, & ad alia aſſumi, eaque obtinere valerent, ab eorum Eccleſiis, quibus prę̨erant, etiam munere conſecrationis per eos ſuſcepto, per Sedem Apoſtolicam abſolvi procuraverint, & ad clauſtra ſuorum Ordinum redeuntes, ſe ad dignitates, & officia, & ſuperioritates hujuſmodi, diverſis modis, & viis aſſumi, eaque conſequi ſatagerint, & exinde quamplures diſſenſiones, & contentiones, ac Religionis inobedientię exortę fuerint, & in dies exoriantur, in animarum ſuarum periculum, & dictorum Ordinum opprobrium, & ſcandalum plurimorum: Nos, prę̨miſſis, prout ex debito Paſtoralis officii tenemur, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra volumus, & auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, quod cujuſcunque Ordinis, ſeu Religionis Profeſſor Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus, poſtquam munus conſecrationis hujuſmodi ſuſceperit, etiam ſi a vinculo Eccleſię, cui prę̨fuerat, per Sedem eandem abſolutus, eique quod in ſuo Ordine permaneret, & ad dignitates, ac officia, & ſuperioritates hujuſmodi aſſumi, eaque obtinere poſſet, per Sedem eandem, ſeu illius auctoritate, conceſſum foret, ad dignitates, aut officia, ſeu ſuperioritates hujuſmodi, cujuſcunque qualitatis exiſtant, & quovis nomine nuncupentur, eligi, ſeu aſſequi, aut obtinere nullatenus poſſit, & ineligibilis, atque ad ea obtinenda perpetuo inhabilis exiſtat, ac quęvis indulta, conceſſiones, diſpenſationes, & facultates, & alię gratię ei, tam a Nobis, & Sede prędicta, etiam per literas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, vel alias ab ejus Legatis, ſeu Nunciis, aut majori Pęnitentiario noſtro, quam a Superioribus dictorum Ordinum, ac quibuſvis aliis, etiam ad id poteſtatem, & auctoritatem habentibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſcunque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia ſimilibus, & deſuper hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda, nulla, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti ſint, & eſſe cenſeantur: & ſi quis, eum de cetero ad dignitates, ſeu officia, aut ſuperioritates hujuſmodi, ſcienter elegerit, jure eligendi perpetuo careat, ac voce activa, & paſſiva eo ipſo privatus exiſtat. Revocantes, caſſantes, & annullantes omnia, & ſingula indulta, conceſſiones, diſpenſationes, facultates, & gratias hujuſmodi, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, prę̨ſentibus haberi volumus pro expreſſis, & decernentes irritum, & inane quicquid ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prę̨miſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum Ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Epiſcopis, & Archiepiſcopis predictis, ac quibuſvis alias conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod prę̨ſentium literarum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus curię eccleſiaſticę, ſeu perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę eiſdem prę̨ſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIX Julii (3), Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Aſſumi.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XII.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt XXI. Legitur apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c.* pag. 338 *Conſt. IV*, apud *Petrum Matthæum* in *Summa Conſtitutionum Summorum Pontificum* pag. 392.
3. *Julii.*) Adde *MDLIX.*

PIUS

P I U S IV.

Ab anno MDLIX die XXVI Decembris, ad IX Decembris MDLXV. Vide *T. V* hujus *Bullarii pag. 57.*

Eccleſiaſticum beneficium confert Ulyſſipponenſi Cœnobio S. Dominici. Anno 1560 Die 6 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XLIX.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Exordium ab encomio Ordinis.

AD laudabilem Divinarum Literarum ſcientiam, ceteraſque virtutes, & opera fructuoſa, quibus Sacer Ordo Fratrum Prędicatorum continuo pręfulget, noſtrę dirigentes conſiderationis intuitum, illius domos, & loca regularia, ex quibus viri inſignes ad prędicandum gentibus, & populis Dei Evangelium paſſim prodire conſpiciuntur, congruę ſuſtentationis adminiculis, etiam per ſuppreſſionem aliorum regularium locorum minus utilium, confovemus, prout Catholicorum Regum vota expoſcunt, ac locorum eorundem qualitas, & temporum conditio perſuadent. Dudum ſiquidem Monaſterio S. Andreę de Ancede Ordinis S. Auguſtini Portugallenſis Diœceſis, ſeu Prioratu ejuſdem Monaſterii, forſan per Priorem gubernari ſolito, quod, ſeu quem dilectus filius noſter Carolus Sanctorum Viti, & Modeſti in Macello Martyrum Diaconus Cardinalis Carafa nuncupatus, ex diſpenſatione Apoſtolica in commendam tunc obtinebat, ſeu cui antea fel record. Paulus Papa IV Prędeceſſor noſter Monaſterium, ſeu Prioratum hujuſmodi tunc commendaverat, & quidam Sanctius de Noronga Clericus illud, vel illum ex conceſſione Apoſtolica, ſeu ſimili diſpenſatione dum viveret, obtinebat, per obitum ejuſdem Sanctii, extra Romanam Curiam defuncti, vacante adhuc, eo quod dum ipſi Sanctio commendatum, ſeu commendatus fuerat, vacabat, modo vacans, ſeu vacantem per eundem Carolum Cardinalem, quoad viveret, tenendum, regendum, & gubernandum Apoſtolica auctoritate commendaverat, eo quod ipſe commendę ſibi factę hujuſmodi, ac omni jure ſibi in Monaſterio, ſeu Prioratu, aut Monaſterii hujuſmodi regimine, & adminiſtratione, vel ad illa, ſeu illum quomodolibet competenti, in manibus ejuſdem Prędeceſſoris ſponte, & libere ceſſerat, ipſeque Prędeceſſor ceſſionem hujuſmodi duxerat admittendam, commenda Carolo Cardinali facta, per ceſſionem hujuſmodi etiam ceſſante, adhuc tunc, ut pręfertur, vacante, idem Prędeceſſor Monaſterium, ſeu Prioratum ipſum quovis modo, quem haberi voluerat pro expreſſo, vacans, ſeu vacantem, Dilecto filio Alfonſo de Alcueaſtre pręceptori majori nuncupato militię Jeſu Chriſti Ciſtercienſis Ordinis, etiam per eum, quoad viveret, tenendum, regendum, & gubernandum, ſub datis, videlicet undecimo Kalendas Auguſti Pontificatus ſui anno quarto conceſſit commendari. Cum autem dictus Alfonſus conceſſioni ſibi factę commendę hujuſmodi, literis Apoſtolicis deſuper non confectis, ac etiam omni jure ſibi in Monaſterio, ac regimine, & adminiſtratione, ſeu Prioratu prędictis, vel ad illa, ſeu illum quomodolibet competenti, hodie in manibus noſtris, etiam ſponte, & libere ceſſerit, fructus, redditus, ſeu proventus Monaſterii prędicti hactenus decurſos, & ſibi per prędictum Carolum Cardinalem donatos, ac alias quomodolibet debitos, vel ad eum pertinentes, ad effectum infraſcriptum etiam donando; Noſque poſteriorem ceſſionem hujuſmodi duxerimus admittendam, & propterea Monaſterium, & Prioratus hujuſmodi, adhuc, ut pręfertur, vacare noſcatur: & ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Sebaſtiani Portugallię, & Algarbiorum Regis illuſtris, ac dilectorum filiorum Prioris, & Conventus Domus S. Dominici Ulyſſipponen. Ordinis FF. Prędicatorum petitio continebat, dicta Domus in toto Regno Portugallię celeberrima ſit, ac tum propter inſigne illius ſtudium in Artibus, & Theologia, tum Civitatis Ulyſſipponen. amplitudinem, ingentem numerum Religioſorum foveat, qui ſtudii ſui tempore de more peracto, necnon diſciplina ſapientię ſalutaris iſtic perfecte hauſta, ad prędicandum Dei Evangelium, etiam ad remotiſſimas Indię Provincias, & alias regiones ditionis temporalis dicti Sebaſtiani Regis traducuntur, fiatque ob id quotannis delectus plus minus viginti Fratrum ejus Domus, ſcientia, religione, & doctrina clariſſimorum, quorum laborioſa, & indefeſſa opera, non ſolum populi dictorum Regnorum in Fide Catholica confirmantur, ſed etiam barbarę gentes dicti Sebaſtiani Regis auſpiciis ſubactę, quę hactenus Chriſtum non norunt, ad cognitionem veri hominis, qui eſt Chriſtus, & ſacrum Baptiſmatis lavacrum copioſiſſime accedunt, ac in Fide Chriſtiana educantur; & ne Fratrum eorundem numerus ex ipſo delectu ibidem minuatur, expediat, ſicuti hactenus ſolitum eſt, quod dictis Fratribus eductis, plures alii illorum loco ſufficiantur, ad quos alendos, ac ſimul reliqua onera dictę Domus ſupportanda, neque Domus ipſa ob tenuitatem ſuorum proventuum, neque prędictus Sebaſtianus Rex ob immenſos, & continuos ſumptus, quos aliunde in ſuſtinendis graviſſimis, ac frequentibus bellis adverſus gentes prędictas, & alios infideles ſubire cogitur, minime providere poſſunt, ſi dictum Monaſterium, in quo quinque, vel ſex Canonici duntaxat, ut plurimum ignari, a pluribus annis cultum regularem, ut deceret, minime exercentes, degunt, ac in eo nomen, titulus, & dignitas Abbatialis, ſeu Prioralis, ceteraque officia, & beneficia, necnon Ordo, & eſſentia, ac dependentia regulares ſupprimerentur, & extinguerentur, ac illud domui prędictę perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, illiuſque ędificia, poſſeſſiones, prędia, bona, cenſus, fructus, redditus, proventus, & jura omnia etiam eidem domui perpetuo applicarentur, & appropriarentur, profecto dicta domus hac ſubventione ſubnixa majorem numesum doctorum, & religioſorum virosum produceret, quorum ope-

Nota.

Reli-

Religio prędicta quotidie per amplius propagaretur, pro parte Sebaſtiani Regis, ac Prioris, & Fratrum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſuppreſſionem, ac extinctionem, & alia pręmiſſa facere, aliaſque deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Mandatum. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem ęſtimationem, etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, ut domus prędicta copioſiores in agro Dominico fructus facilius producere valeat, illi de opportunę ſubventionis auxilio providere volentes, ac Sebaſtianum Regem, necnon Priorem, , & Fratres prędictos, eorumque ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon verum annuum valorem fructuum, reddituum, & proventuum domus, ac etiam verum, & ultimum Monaſterii, ſeu Prioratus hujuſmodi vacationis modum, etiamſi ex illo quęvis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa reſultet, pręſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Monaſterium prędictum, cujus Eccleſia etiam Parochialis exiſtit, & cura animarum dilectorum filiorum illius Parochianorum per Cappellanum ſecularem, vel regularem, per pro tempore exiſtentem Abbatem, ſeu Priorem dicti Monaſterii deputandum, & per eum Ordinario loci pro tempore exiſtenti pręſentandum, vel alias exerceri conſuevit, cujuſque, & B. Marię de Gove, ac S. Michaelis de Oliveyra Parochialium Eccleſiarum Portugallen. prędictę, ac Lamacen Dięceſum, & forſan aliorum illi annexorum fructus, redditus, & proventus ad centum, & triginta tres florenos auri cum uno tertio alterius ſimilis floreni iu libris Camerę Apoſtolicę taxati reperiuntur, quovis modo, & ex cujuſcunque perſonę, ſeu per liberam ceſſionem cujuſvis de regimine, & adminiſtratione, ſeu reſignatione de Prioratu hujuſmodi in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod Monaſterii proviſio, ſeu Prioratus hujuſmodi collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicę, ſpeciali vel generali pertineat, ac de illo conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, & ſuper eo, ſeu prędictis regimine, & adminiſtratione inter aliquos lis, ſeu ſuper illius, vel illorum poſſeſſorio moleſtia, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datę pręſentium, Monaſterio de Abbate proviſum, aut illud alteri commendatum canonice, ſeu in Prioratu hujuſmodi alicui ſpecialiter jus quęſitum non exiſtat, ac in eo nomen, titulum, & dignitatem Abbatialem, ſeu Prioralem, ac Conventualitatem, necnon omnia, & ſingula officia, & beneficia, ac denique ordinem, eſſentiam, & dependentiam regulares, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ſupprimimus, & extinguimus, illudque ſic ſuppreſſum, & extinctum, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & juriſdictionibus, ac pertinentiis ſuis pręfatę domui perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac ędificia, poſſeſſiones, prędia, fructus, redditus, proventus, dona, cenſus, & jura omnia ſic ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi, eidem domui etiam perpetuo applicamus, & appropriamus; ita tamen quod ex fructibus, redditibus, & proventibus Monaſterii ſuppreſſi hujuſmodi, dilectis filiis illius Canonicis nunc in eo exiſtentibus, de portione congrua, arbitrio Ordinarii Portugallen. annis ſingulis perſolvenda, provideatur, & nihilominus ipſi interim facultate, & poteſtate adminiſtrandi, ſi qua eis in ipſo Monaſterio competit, privati exiſtant, nec ex nunc deinceps alii Canonici ibidem recipi poſſint, ac prędictis modernis Canonicis inde recedentibus, vel decedentibus, aliqua alia, quam ipſius Ordinis Fratrum Prędicatorum regularitas in eodem non cenſeatur, ſed illud, illiuſque res, & bona, ac jura, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, etiam ex nunc ab omni ſuperioritate, juriſdictione, viſitatione, & correctione dicti Ordinis Sancti Auguſtini, & quorumcunque aliorum Superiorum libera, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac juriſdictioni, viſitationi, ſuperioritati, gubernio, & correctioni Superiorum dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum duntaxat ſubjiciantur, & ſubmittantur; liceatque etiam ex nunc prędicto, & pro tempore exiſtenti Priori, ſeu Vicario, ac Fratribus dictę Domus, per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis, & adminiſtrationis Monaſterii, & annexorum, eorumque ędificiorum, bonorum, prędiorum, & jurium prędictorum, necnon proprietatum, actionum, & juriſdictionum quorumcunque, per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, reſponſiones, & emolumenta, quocunque nomine nuncupata, ac etiam Monaſterii ipſius Eccleſiam, & ędificia, in ſuos, & Fratrum Ordinis Prędicatorum, ac domus hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, & in dicto Monaſterio, loco Canonicorum, Fratres Ordinis Prędicatorum hujuſmodi introducere, necnon Eccleſię, Monaſterii, & Eccleſiarum illi annexarum animarum curam per Presbyterum, ſeu Presbyteros ſeculares, per prędictum Ordinarium approbandos, vel quoad Eccleſiam Monaſterii hujuſmodi dictorum Fratrum Prędicatorum, aut quorumvis aliorum etiam mendicantium Ordinum Regulares, ad eorum liberum nutum, & arbitrium, ac pro termino de quo eis videbitur, ponendos, & amovendos, exerceri, ac tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quęcunque alia onera, illis quomodolibet incumbentia, & ad quę pręfati Canonici de jure, vel conſuetudine, aut alias obligati erant, abſque eo quod in illis, ſeu eorum aliquo, Dięceſani locorum, aut alii etiam ſeculares Viſitatores ſe intromittere poſſint, aut debeant, ſupportari facere, & circa Canonicos prędictos, & alias perſonas, ac res quaſcunque Monaſterii, & Parochialium, & aliorum illi annexorum hujuſmodi in ſpiritualibus, & temporalibus, cum plena, libera, & omnimoda Prioris, ſeu Abbatis poteſtate, auctoritate, & facultate, perinde ac ſi ipſius Monaſterii veri Prior, & Abbas eſſent, attendere, diſponere, facere, & ordinare, ac Monaſterium, Canonicos, Perſonas, & res hujuſmodi, in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus regere, gubernare, adminiſtrare, & corrigere, Dięceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia ſuper pręmiſſis, vel eorum aliquo, minime requiſita; necnon omne, & quodcunque jus Patronatus, & pręſentandi perſonas idoneas ad prędictas, ac

Nota.

etiam

Digitized by Google

etiam ad S. Bartbolomęi de Campello dictę Portugallen. Dięceſis, & forſan Parochiales Eccleſias, ſeu earum Parochianorum animarum curę exercitium, ad Cappellas, & forſan alia etiam ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica pro tempore exiſtenti Priori, ſeu Abbati, vel Commendatario, ac Conventui ejuſdem Monaſterii, ex privilegio, & conſuetudine, aut alias quomodolibet forſan competentia, ac omnem, & quamcunque juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem, ad eos, & eorum quemlibet, tam conjunctim, quam diviſim, ratione Monaſterii, & Parochialium Eccleſiarum, & aliorum illi annexorum hujuſmodi quomodolibet ſpectantem, in Priorem, ſeu Vicarium, ac Fratres Domus hujuſmodi, ita quod ipſi loco Prioris, ſeu Abbatis, vel Commendatarii, ac Conventus Monaſterii hujuſmodi perſonas idoneas, ad Eccleſias, Cappellas, & beneficia prędicta, quoties opus fuerit, communiter, vel diviſim pręſentare, ſeu deputare poſſint, ac pręſentationes, ſeu deputationes, ſic per eos factę valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac ſi a Priore, ſeu Abbate, vel Commendatario, aut Conventu Monaſterii hujuſmodi factę fuiſſent, Apoſtolica auctoritate, & tenore pręmiſſis transferimus, & tranſportamus, illiſque etiam perpetuo concedimus. Propterea ſtatuimus, & ordinamus, quod quęconque ambiguitates, diſſenſiones, dubia, & differentię ſuper pręmiſſis, vel aliquo pręmiſſorum, & eorum occaſione circa Canonicos, & alias perſonas, ac res, & juriſdictiones Monaſterii, & domus, ac jus pręſentandi, & deputandi hujuſmodi, ſeu alias quomodolibet pro tempore ſuborta, & emanata, per pro tempore exiſtentes Archiepiſcopum Bracbaren., & Epiſcopum Mirand., ac Sedis prędictę in illis partibus Nuntium, ſummarie, & ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepito, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, conjunctim, & diviſim, arbitrio ſuo, per ſe, vel per alium, ſeu alios, dicta Apoſtolica auctoritate, decidi, terminari, declarari, & annullari debeant, prout Nos ex nunc prout ex tunc, & e contra illa omnia cum omnibus eorum dependentiis, emergentibus, annexis, & connexis, decidenda, terminanda, declaranda, & annullanda committimus, ac eiſdem, & eorum cuilibet ad hoc plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus: Decernentes nullo unquam tempore ſuppreſſionem, extinctionem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, conceſſionem, ſtatutum, ordinationem, commiſſionem, & alia pręmiſſa, etiam ad Superiorum dicti Ordinis Sancti Auguſtini inſtantiam, & ex quacunque cauſa revocari, alterari, limitari, aut ad juris terminos reduci, vel contra illos in integrum reſtitui, ſeu ſubreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu notari poſſe, cauſamque, ſeu cauſas, propter quam, ſeu quas, illa facta ſunt, coram prędicto loci Ordinario, etiam tanquam a Sede prędicta delegato, verificari debere, nec propter ea, aut ex eo quod intereſſe habere putantes, vocati non fuerint, per ſubreptionem obtentas pręſumi, viribuſque carere. Sicque per quoſcunque Judices tam Ordinarios, quam delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, in quacunque inſtantia, ſublata eis, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Piſavien., & dilectis filiis Ulixbonen., & Bracbaren. Officialibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, vel unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Fratrum Prędicatorum, ſeu alicujus eorum, deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac Priorem, & Fratres pręfatos, omneſque alios, & ſingulos, quos literę ipſę quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu eorum aliquem, per locorum Ordinarios, aut Viſitatores pręfatos, vel quoſcunque alios deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & penas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pęnas prędictas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; Non obſtantibus priori voluntate noſtra prędicta, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus jure permiſſis fieri prohibentis, ac fel. recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, etiam qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Dięceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuę Dięceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices ab eadem Sede deputati, extra Civitatem, vel Dięceſim, in qua deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere pręſumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate pręſentium ad judicium non trahatur, & in aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Monaſterii, & Domus, necnon Ordinum prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Conventibus, Superioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, conceſſis, approbatis, & innovatis, etiamſi caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis derogari poſſit. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio, habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti fuiſſent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, non obſtantibus contrariis quibuſcunque, aut ſi Ordinariis, Viſitatoribus, & Conventui prędictis, dilectis filiis Vaſſallis, & aliis ſubditis dicti Monaſterii, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi men-

mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis; Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum abſolutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, unionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, ſtatuti, ordinationis, commiſſionis, decretorum, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo Nono (2), Octavo Idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ulyſſipponenſi*.

2. *Quinquageſimo Nono*.) Stylo Bullarum, ęrę communis *MDLX*.

Anno 1560 Die 3 Aprilis.

In Apoſtatas (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

L.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

SEdis Apoſtolicę ſolertia dum ad ſalutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentum vergere conſpicit, ne quod illis profuturum maturitate ſumma prodiiſſe comperitur, noxium incauto miniſterio efficiatur, celeris proviſionis opem afferre conſuevit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, poſtquam felicis recordationis Paulus Papa IV Prędeceſſor noſter &c. Cum autem, ſicut accepimus, licet ſingulę literę prędictę a zelo Religionis ejuſdem Prędeceſſoris emanarint, nihilominus cum poſt illarum publicationem per Ordinarios locorum ad earum executionem procedi cęptum foret, maxima in omnibus Regnis, & Provinciis rumores, lites, & contentiones, ac gravia ſcandala multipliciter exorta fuerint, cum propter maximum ipſorum Apoſtatarum, & tranſlatorum numerum, tum etiam ex quo multi pretenderent, vel pretendebantur damnari in dictis literis, omnes fere uniformiter, nulla inter cauſam, & cauſam, ac lepram, & lepram differentia, & diſtinctione habita, damnabantur, cum tamen plerique eorum pręviis diſpenſationibus, & indultis, ac licentiis ab eorum Superioribus, & a Sede Apoſtolica ex juſtis, & rationabilibus cauſis conceſſis muniti forent, & nihilominus quamplures ex eis zelo conſcientię, aut pęnitentia ducti, literis prędictis parere, & ad Monaſteria, a quibus egreſſi fuerant redire, ſeſe paratos exhiberent, ſed ab eorum Superioribus nullatenus reciperentur, ſicque ob earundem literarum rigorem magnis confuſionibus involuti, ac miſeriis, & calamitatibus oppreſſi, omnibus remediis deſtituti, & perpetuis cenſuris innodati, ciboque ſpiritnali, & temporali privati remanerent, ita quod, vel fame perire, aut in extremam deſperationem adduci cogerentur, aliique Chriſtifideles, ob magnam dictorum Apoſtatarum multitudinem, vix eorum converſationem effugere, & exinde excommunicationis incurſum evadere poſſent, & propterea veriſimile ſit, quod ſi bonitati divinę ejuſdem Prędeceſſoris vitam paulo ulterius prorogare placuiſſet, ipſemet literas ſuas hujuſmodi zelo charitatis, ut par erat, ad juſtam moderationis formam, & ęquitatem reduxiſſet. Nos igitur, pro Paſtoralis officii noſtri debito, omnibus jus, & juſtitiam, ut decet, miniſtrare, neminique injuriam inferre, aut quemquam ſuis juribus, ac legitimis defenſionibus privare, aut alias indebite moleſtare volentes, ſed ſingulorum Chriſtifidelium animarum ſaluti ante omnia proſpicere cupientes, ſingularum literarum Prędeceſſoris hujuſmodi tenorem, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur preſentibus pro expreſſis habentes, habita ſuper his cum nonnullis Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus ſuper hoc negotio ſpecialiter deputatis deliberatione matura, motu ſimili, ac ex certa ſcientia noſtris, & de ſimili poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Apoſtatas, ſeu tranſlatos in dictis literis comprehenſos, & adhuc in ſeculo vagantes, cujuſcunque Ordinis fuerint, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac aliis ſententiis, cenſuris, & pęnis, quas ob non paritionem literarum prędictarum, ſeu alias quomodolibet incurrerunt, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe abſolvimus, & liberamus: necnon ſuper irregularitate per eos contra tenorem dictarum literarum, Miſſas celebrando, ſeu alias ſe divinis immiſcendo, forſan contracta, dummodo in contemptum clavium id non egerint, miſericorditer in Domino diſpenſamus, ac abſolutos, & liberatos, ac diſpenſatos fore cenſemus, ſingulaſque literas prędictas, ac in eis contenta, & inde ſequuta quęcunque ad formam juris, & ſacrarum Conſtitutionum reducimus, & reducta fore, ſicque ab infraſcriptis, & quibuſvis aliis Judicibus, ac prędictis Auditoribus, & Cardinalibus, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, ac quicquid ſecus a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Et nihilominus omnes, & ſingulas lites, & cauſas hactenus coram quibuſvis Ordinariis, vel delegatis Judicibus, etiam in Romana Curia introductas, & in quacunque inſtantia contra dictos Apoſtatas, vel tranſlatos, vel alias inter quaſvis perſonas pręmiſſorum occaſione pendentes, etiamſi inſtructę ſint, ad nos advocamus, ac cauſas, tam ad Nos advocatas, in ſtatu, & terminis quibus reperiuntur reaſſumendas, necnon quam, & quas quęcunque perſonę eccleſiaſticę, & regulares, ac etiam ſeculares, necnon Conventus, Collegia, & Univerſitates dicta occaſione, ſeu in pręmiſſis communiter, vel diviſim intereſſe putantes, contra dictos Apoſtatas, vel tranſlatos, aut alios quoſcunque active, vel paſſive, civiliter, vel criminaliter, ac realiter, & perſonaliter, vel

vel mixtim habent, & movent, aut habere, vel movere volent, & intendent, cum omnibus, & ſingulis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, quoad profeſſos videlicet in Alma Urbe, & ejus diſtrictu, & alios in ea pręſentes dilecto filio noſtro Jacobo tit. S. Marię in Coſmedin Presbytero Cardinali Sabello nuncupato, noſtro in dictis Urbe, & diſtrictu Vicario generali, ſeu ejus Locumtenenti, extra Curiam vero Ordinario loci, ac Superiori Monaſterii, in quibus prima, & originaria profeſſio per quemlibet ex Apoſtatis, & translatis prędictis emiſſa aſſeritur, necnon obtinenti primam dignitatem in Eccleſia Cathedrali, ſeu Metropolitan., vel alii Superiori loci hujuſmodi, ſeu antiquiori Canonico pro tempore reſidenti per eos conjunctim, viſis in primis & diligenter inſpectis, & examinatis diſpenſationibus, facultatibus, licentiis, & indultis per eoſdem Apoſtatas, & translatos quomodolibet obtentis, ac proceſſibus deſuper habitis, & cauſis in eis allegatis mature diſcuſſis, ac, prout juſtum, & ęquum fuerit, verificatis, & probatis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola veritate inſpecta, appellatione poſtpoſita, audien., cognoſcen., & juxta juris, & ſacrarum Conſtitutionum diſpoſitionem fine debito terminan. committimus, & mandamus. Ac eiſdem Judicibus omnes, & ſingulos prędicta occaſione citandos etiam per edictum publicum, conſtito etiam ſummarie, & extrajudicialiter, de non tuto acceſſu, citandi, necnon illis, & aliis quibus, ubi, quando, & quoties opus fuerit, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, etiam per edictum ſimile inhibendi, necnon quoſcunque Apoſtatas, & translatos hujuſmodi, qui ſine canonica diſpenſatione, aut licentia in ſeculo vagari reperti fuerint, ad Monaſteria a quibus exiverunt, aut alia regularia, vel alia honeſta loca, prout melius pro ipſorum animarum ſalute eis viſum fuerit, ſuper quo ipſorum Judicum conſcientiam oneramus, reverti, ſeu intrare faciendi, & compellendi, ac quęcunque alia, quę per eos in pręmiſſis ſtatuta, & ordinata fuerint, debitę executioni demandandi, ac quaſcunque executiones per quoſvis Judices Ordinarios, vel Delegatos in vim literarum Prędeceſſoris hujuſmodi alias contra juris formam factas, cauſa cognita, retractandi, & annullandi, & in priſtinum ſtatum reducendi, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, necnon cenſuras, & pęnas prędictas incurriſſe declarandi, atque illas, legitimis deſuper habendis ſervatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum eccleſiaſticum, prout juris fuerit, apponendi, & auxilium brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi, ceteraque in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, plenam, & liberam concedimus facultatem. Non obſtantibus pręmiſſis literis Prędeceſſoris, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſis, & decretis, quotieſcunque, & per quoſcunque, ac quibuslibet, & ex quibuſvis cauſis, necnon intuitu, conſideratione, contemplatione, & ad inſtantiam quorumvis, aut etiam motu, ſcientia, ac plenitudine ſimilibus, etiam quod nonnulli, ex dictis Ordinibus Profeſſores ſe de cauſis eis per Sedem ipſam delegatis, niſi ſub certis modo, & forma ibidem contentis intromittere minime teneantur, conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, quoad pręmiſſa duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod ſinguli Apoſtatę, & translati hujuſmodi, ut pręfertur, abſoluti, pęnitentiam per eorum Confeſſorem, ſibi pro exceſſibus prędictis injungendam facere omnino teneantur. Quodque antequam ſententię, ſeu declaratorię per ſupradictos Judices a Nobis deputandos ferendę paruerint, a celebratione Miſſarum, & quocunque Altaris miniſterio omnino abſtineant. Volumus autem, quod infra ſex menſes a die publicationis pręſentium ipſi Apoſtatę, ſeu translati, licentias eorum, ac diſpenſationes, & indulta ſupradictis Judicibus pręſentent, & ſententiam declaratoriam deſuper ab eiſdem promulgari, ac cauſam realiter, & cum effectu totaliter expediri faciant, quo termino elapſo, & cauſa, ut pręfertur, non expedita, dicti Apoſtatę, & translati in eaſdem cenſuras, & pęnas, in quibus ante publicationem pręſentium erant, reincidiſſe eo ipſo cenſeantur, niſi per ipſos Judices ſteterit, aut alio legitimo impedimento per ipſos Judices arbitrando, dicti Apoſtatę, & translati detenti fuerint. Ceterum quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quęque loca, in quibus eis utendum erit, deferri, volumus ſimiliter, & prędicta Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, atque decernimus, illarum tranſumptis, ſive impreſſis, ſive manuſcriptis, dicti Vicarii ſigillo, & illius, ſeu publici Notarii ſubſcriptione munitis, eadem prorſus fidem ubique locorum in judicio, & extra adhibendam fore, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę MDLX, Tertio Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Anno a Nativitate Domini MDLX, Indictione III, die vero VI Menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii Papę IV Anno I retroſcriptę literę Apoſtolicę affixę, & publicatę fuerunt ad valvas Baſilicarum Eccleſiarum S. Johannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellarię Apoſtolicę dimiſſis inibi copiis illarum affixis per Nos Bernardinum Andreutium, & Triphonem Victorellum Curſores.

Jo: Andreas Panizza Mag. Curſorum.

1. *Apoſtatas.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt III. Legitur apud *Petrum Matthaeum* in *Summa Conſtitutionum SS. Pontificum pag. 398.*

Anno 1560 Die 5 Aprilis.

Eximit Moniales a ſolutione decimarum (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

LI.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

DE ſtatu Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumlibet curę noſtrę, Divina diſpoſitione commiſſorum paterna diligentia cogitantes, ad ea, per quę illorum, ac perſonarum, prężſertim fęminei ſexus, in illis, ſub regulari caſtimonia Altiſſimo famulantium, ſtatui, & opportunę ſubventioni valeat ſalubriter provideri, ipſęque perſonę, ſemotis perturbationibus univerſis, in pacis, & quietis amęnitate, divinis officiis liberius vacare valeant, libenter attendimus, ac in iis noſtri Paſtoralis officii partes favorabiliter impertimur. Hinc eſt, quod Nos, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, omnes, & ſingulas Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores quorumcunque Monaſteriorum, Domorum, & regularium locorum, Monialium, & Sororum quorumvis Ciſtercien., Pręmonſtrat., S. Clarę, necnon S. Benedicti, & S. Auguſtini, ac Tertii Ordinis S. Franciſci, & aliorum quorumvis Ordinum, etiam ſub cura, & regimine, ac ſecundum regularia inſtituta Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, & Eremitarum ejuſdem S. Auguſtini degentium in Lombardia, & quibuſcunque aliis Italię partibus conſiſtentium, ipſaque Monaſteria, Domos, & loca, deductis quatuordecim ducatis auri de Camera pro victu cujuslibet Monialis, ſeu Sororis, alios redditus non habentia, eorumque poſſeſſiones, & alia quęcunque bona, mobilia, & immobilia, a quorumcunque decimarum, & ſubſidiorum, ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum per Nos, & Sedem Apoſtolicam, ſeu ejus Legatos, & Nuncios, aut quoſcunque alios, quavis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel Fidei tuitione, ac Fabrica Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, aut quavis alia urgentiſſima cauſa pro tempore impoſitorum ſolutione, ac certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, in perpetuum prorſus eximimus, & liberamus. Et nihilominus omnibus, & ſingulis Collectoribus, Subcollectoribus, ac Commiſſariis, necnon quibuſcunque aliis, ad decimarum, & ſubſidiorum hujuſmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis, in virtute ſanctę obedientię, & ſub noſtrę indignationis, ac excommunicationis latę ſententię pęna, diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores, Domos, Monaſteria, & loca prędicta, etiam vigore quarumcunque literarum a Nobis, vel Sede prędicta pro tempore emanatarum, etiam ſi in eiſdem contineatur, quod ad quęvis exempta, & non exempta, Domos, Monaſteria, & loca ſe extendant, vel alterius cujuſcunque tenoris exiſtant, ipſius Sedis ſibi conceſſę facultatis, niſi de pręſentibus, earumque toto tenore, ac de dictis Ordinibus, & nomine eorum, quibus dictorum Ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore commiſſa fuerint, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, fecerint mentionem, ad ſolvendum decimas, ſeu ſubſidia, aut onera hujuſmodi quovis modo cogere, aut compellere, ſeu alias, pręmiſſorum occaſione, eas moleſtare, ſeu inquietare pręſumant. Quocirca dilectis filiis Camerę Apoſtolicę Locumtenenti, ac Almę Urbis noſtrę Vicario in ſpiritualibus generali, necnon univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & etiam dilectis filiis eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus, ceteriſque Eccleſiarum Prelatis, per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem Abbatiſſis, Prioriſſis, Miniſtris, Monialibus, & Sororibus, in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, eaſdem pręſentes, & in eis contenta quęcunque, inviolabiliter obſervari faciant. Non permittentes eas, ac Domos, Monaſteria, & loca hujuſmodi per Collectores, aut Subcollectores, & Commiſſarios prefatos, ſeu quoſcunque alios contra earundem pręſentium tenorem, quomodolibet moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo ultra tres dietas, vigore pręſentium, ad judicium non trahatur, & aliis Conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis, aut aliis quibuſcunque per Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Sedem prędictam, etiam cum quibuſvis irritativis, annullativis, revocativis, exceptivis, reſtitutivis, declarativis, aut derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, etiam pluries, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi talia forent, quod pro eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quęvis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod earundem pręſentium tranſumptis, ſigillo alicujus perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę exemptionis, liberationis, inhibitionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo, Nonis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Decimarum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *V.* Legitur etiam apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c. pag. 348 Conſt. VII*, apud *Petrum Matthaeum* in *Summa Conſtitutionum SS. Pontificum pag. 404.*

Conſ-

Conſtitutio Pauli IV de alienationibus (1) bonorum Eccleſiaſticorum, reducitur ad terminos juris.

Anno 1560 Die 11 Septembris.

Ex Petro Matthæo in Summa Conſtitutionum &c. pag. 415.

LII.

P I U S P A P A IV.

Motu Proprio &c.

PRovida Romani Pontificis circumſpectio, ea, quę certis ſuadentibus cauſis emanarunt, ex aliis non minus attendendis rationibus, ad rationis tramitem reducit, prout rerum qualitate digeſta, ſalubriter conſpicit expedire. Dubium (a) ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa IV Prędeceſſor noſter, ex certis tunc expreſſis, & Nobis notis cauſis, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas alienationes, & in emphyteuſim, ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus ultra triennium, locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibuſvis Caſtris, Terris, Oppidis, Civitatibus, & locis, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus, & juribus, tam ſpiritualibus, quam temporalibus Romanę Eccleſię, & quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, Domorum, & aliorum Regularium locorum, & quorumvis beneficiorum eccleſiaſticorum, cum, & ſine cura, ſecularium, & quorumvis Ordinum Regularium, necnon hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores ſuos, ſeu eorum auctoritate, vel mandato per Camerarios ſuos, & Clericos Camerę Apoſtolicę pręſidentes, ac quoſvis Eccleſiarum Monaſteriorum, & Domorum Pręlatos, & Beneficiatos hoſpitalium, & aliorum Regularium, & piorum locorum Rectores, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes, etiamſi Cardinalatus honore pollerent, in damnum Eccleſię, ſeu non ſervatis ſolemnitatibus a jure requiſitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus ſuperinde, ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus habitos, & celebratos, etiam ſi juramento vallati exiſterent, & quantumvis longa temporis pręſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſſent, ac ipſius Romanę Eccleſię favorem, & commodum concernerent, per ſuas ſub plumbo expeditas literas reſcidit, irritavit, caſſavit, & annullavit, ac viribus omnino vacuavit, voluitque detentores Caſtrorum, Terrarum, Oppidorum, Civitatum, & locorum prędictorum, ad illa, ac bona, res, & jura pręfata Roman., & Cathedralibus, etiam Metropolitan., ac aliis Eccleſiis, necnon beneficiis, piis locis relaxan., & de fructibus, tam hactenus perceptis, quam in poſterum percipien., realiter ſatisfacien. teneri, & ad id etiam ſententiis, cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, omnibuſque aliis opportunis juris, & facti remediis, cogi, & compelli, ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, irritum, & inane decrevit. Et deinde exequutionem dictarum literarum fieri cupiens, motu ſimili tunc Curię Camerę Apoſtolicę Generali Auditori, coram quo jam Conſtitutio prędicta, ſeu illius tranſumptum prędictum reperiebatur, tam ad tunc Procuratoris Fiſcalis pro iis, quę Romanam Eccleſiam, & Sedem, & Cameram Apoſtolicam concernebant, quam ad ſingulorum aliorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, hoſpitalium, beneficiorum, & piorum locorum prędictorum, quod coram eo ad exequutionem hujuſmodi petendum comparerent, Pręlatorum, ſeu Procuratorum, Syndicorum, ęconomorum, aut alias quomodolibet ad id faciendum mandatum, ſeu poteſtatem legitimam habentium, inſtan., ſingulorum caſtrorum, terrarum, oppidorum, aliorumque bonorum immobilium, ſeu rerum, & jurium prędictorum detentores, ad illos, illas, & illa reſpective relaxandum, & de fructibus pręfatis ſatisfacien., vel quam ob rem id facere non tenerentur docendum, ſub excommunicationis latę ſententię, necnon pecuniariis, ipſius Auditoris arbitrio moderan., pęnis, etiam per edictum publicum conſtito ſummarie &c. de non tuto acceſſu, moneret, requireret, & elapſo tempore, & termino in ſingulis monitoriis hujuſmodi per eum ſtatuendo, illiſque non comparen. illico, ſeu illis etiam comparentibus, &, ut pręfertur, non docentibus, ſeu alias conſtito ſibi ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ulla terminorum ſubſtantialium nuncupatorum, aut alterius cujuſcunque telę judicialis obſervatione, de alienationibus, ſeu locationibus, permutationibus, hypotecis, vel obligationibus pręfatis, & qualibet earum, & quę in damnum Eccleſie fuiſſe prętendebantur, tenderet, ſeu non ſervatis ſolemnitatibus a jure requiſitis, aut alias nulliter factę forent, & quatuor terminis conſuetis ad docendum, tam ſuis, quam ipſius Auditoris monitorialibus literis, ut pręfertur, decernen. paruiſſe, cenſuras, & adverſus ipſos non parentes declarationem incurſus cenſurarum, & pęnarum prędictarum, & poſt declarationem hujuſmodi ad earundem cenſurarum, & penarum aggravationem, necnon interdicti, & brachii ſecularis invocationem, etiam unico contextu, ſimul, & ſemel procederet, & totaliter exequeretur, ac exequi mandaret, & faceret, quacunque appellatione remota, commiſit, & mandavit, cum poteſtate, non ſolum detentores ipſos pręſentes, ſed etiam anteriorum detentorum, ſi qui forent, pro fructibus perceptis, & alios quoſcunque, tam in decretis, quam in exequutionibus decernendarum monitorialium hujuſmodi nominandos, etiam ſub ſimilibus cenſuris, & pęnis inhibendi, & contra inobedientes, ſeu contravenientes ſimili modo, ut ſupra, proceden., & illos ſi qui ex monendis pręfatis pupillis, aut minores forent, ad legitime comparen. citandi, & eis non comparen., & abſentibus, & non parentibus de curatore ad litem hujuſmodi providendi, & in premiſſis, etiam diebus, & horis, prętcrquam in honorem Dei feriatis, ac alias juxta ordinarium curię in ſimilibus ſtilum, & in omnibus, & ſingulis premiſſis, tam per ſe, quam per ſuum in civilibus Locumtenentem, ſeu alium ab eo ſubdelegatum procedendo, aliiſque facultatibus neceſſariis, & opportunis, & forſan etiam alia fecit, prout in dictis literis

literis, & motu proprio deſuper, manu propria ſignato, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, occaſione literarum, & motus proprii hujuſmodi, diverſę lites, quęſtiones, & controverſię ortę, ac diverſa gravamina, lęſiones, perturbationes, & incommoda diverſis perſonis generata, & illata, ac literę, & motus proprii hujuſmodi rigoroſę exequutioni demandatę fuerint, ad earundem perſonarum animarum moleſtiam non modicam, plurimorum ad Nos querelę delatę fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potiſſimum de rigore, vel potius injuſtitia literarum, & motus proprii prędictorum, pręſertim facta interpretatione, prout a nonnullis dicitur eſſe facta, quod contra illos non poſſit opponi legitima prępſcriptio temporis, neque compenſatio, vel etiam pro melioramentis competens retentio, & pro fructibus bona fide perceptis, & conſumptis excuſatio, neque fori declinatio, minuſque appellatio, aliave juris communis remedia, & quod alienationes factę a Romanis Pontificibus ſolemnitatibus alias a jure requiſitis, & etiam ad commodum, & favorem, & etiam de neceſſitate S. R. E. non valeant. Nos arbitrantes indemnitati Eccleſiarum per anteriores canones eſſe abunde proviſum, ac quietem, & tranquillitatem ſingulorum Chriſtifidelium, noſtris potiſſimum temporibus, ſinceris exoptantes affectibus, ad tollendam omnem querelarum prędictarum occaſionem, literarum, & motus proprii prędictorum veriores, necnon proceſſum deſuper formatorum, & ſententiarum latarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, necnon quaſcunque litium deſuper forſan motarum, & penden. ſtatus, ac materia, ac nomina, & cognomina Judicum, & colitigantium pręſentibus pro expreſſis habentes, volentes conſideratione, etiam dilectorum filiorum Populi Romani, ubi propter literas, & motum proprium prędictum novitates nullę factę eſſe dicuntur, literas, & motum proprium hujuſmodi quoad penden., & futuras cenſuras, ac ſi nunquam emanaſſent, ad jus commune, & terminos, & viam juris communis, ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine omnino reducimus, revocamuſque, caſſamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Quo vero ad eas cauſas in quibus vigore literarum, & motus proprii prędictorum ad ſententię prolationem eſt proceſſum, illos, contra quos eſt ſententiatum, ſi ſint propter ea, ceu hujuſmodi, abſolvimus, concedimuſque, & volumus, quod etiam ſi ab eiſdem ſententiis non appellaverint, aut interpoſitę per eos appellationes deſertę remanſerint, ac etiam ad earundem ſententiarum exequutionem proceſſum fuerit, poſſint nihilominus, firma remanente exequutione jam facta, pro eorum, & cujuſque eorum libito voluntatis, ſuper ſententiarum, exequutionumque hujuſmodi, & quorumcunque inde executorum Injuſtitia, & nullitate coram ſuis competen. Ordinariis, ſive ſpecialiter delegatis Judicibus agere, & expediri, in cauſis, quę ipſis, ſecundum juris communis diſpoſitionem, poſthabitis Bulla, & motu proprio prędictis, procedi, & ſententiari, & deffiniri debeat, itaut ſi hujuſmodi ſententiarum, cum inde ſecutis, a dictis Ordinariis, vel Judicibus ſpecialiter delegatis, per viam nullitatis, vel injuſtitię revocari contigerit, etiam quod unica ſententia ſit in favorem priorum poſſeſſorum, exequutioni demandetur, firma manente appellatione, quoad caput devolutum. Et ita per quoſcunque Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis &c. irritum quoque &c. judicari, & diffiniri, pręſentiumque, quas vim legis in perpetuum habere volumus, ſolam ſignaturam ſufficere, & poſtquam per Curſores locis conſuetis more ſolito publicatę fuerint, ſtatim omnes afficere, & earum tranſumptis unius ex dilecti filii noſtri in Alma Urbe Vicarii Judicibus manu ſubſcriptis, ejuſdemque Vicarii Sigillo obſignatis, non minus, quam ipſis originalibus credi, & fidem adhiberi decernimus, & declaramus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis renunciationibus, & de non contravenien. obligationibus deſuper factis, etiam juramento, quod quoad hoc relaxavimus, vallatis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum motu proprio, & ſcientia ſimilibus quomodolibet conceſſis &c. Quibus omnibus, & ſingulis in literis latiſſime extenden., etiam ſi de illis &c. tenores &c. hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis. Datum Romę apud S. Marcum, Tertio Idus Septembris (3), Anno Primo.

1. *Alienationibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Dubium.*) Legendum: *Dudum.*

3. *Septembris.*) Adde i *Pontificatus noſtri.*

Anno 1561
Die 3 Julii.

LIII.

De colore Cappæ deferendæ (1) a Patribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Provinciæ Caſtellæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Raynutius Miſeratione Divina Tit. S. Angeli Presbyter Cardinalis. Dilectis in Chriſto Provinciali, Diffinitoribus, & Miniſtris Ordinis SS. Trinitatis Provincię Caſtellę, Salutem in Domino.

EX parte veſtra Nobis oblata petitio continebat, quod licet vos prętextu unius clauſulę inter ſtabilimenta dicti Ordinis poſitę, qua cavetur, quod veſtimenta Religioſorum ipſius Ordinis ſint lanea, & alba, ultra Tunicas albas, quę verum ſignum habitus prędicti exiſtunt, Cappas, etiam albas deferre conſueveritis, quas nonniſi, quando extra Monaſterium inceditis, defertis, necnon de eſſentia habitus veſtri regularis exiſtunt, in iis, quia color albus nimium curioſus, & majoris expenſę, quam alii colores eſſe noſcitis, ac plures illuſtres, & nobiles Ordinem ipſum ingredi recuſant, ob indecentiam habitus prędicti; vos pro majori honeſtate, & Religionis augmento, ac ad majores expenſas evitandum, cupitis de cetero Cappas prędictas non albas, prout hactenus deferre conſueviſtis, ſed coloris bruni, qui Buriel in partibus iſtis vulgariter nuncupatur, deferre, id tamen vobis licere dubitatis, inconſulta deſuper

Nota,

Apoſ-

Apoſtolica Sede. Quare ſupplicare feciſtis humiliter, vobis ſuper his per prędictam Sedem, de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur juſtis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papę, cujus Pęnitentiarię curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato, ſuper hoc vivę vocis oraculo nobis facto, vobis, veſtriſque Succeſſoribus dictorum Ordinis, Provincię, Provincialibus, & Diffinitoribus, ac Miniſtris in perpetuum, ut vos, & ipſi, & ſinguli Religioſi vobis, & eis pro tempore ſubjecti, loco Cappę albę quam hactenus deferre conſueviſtis, Cappam coloris bruni, Buriel vulgariter nuncupati, aliis inſignibus dicti Ordinis in reliquis ſemper ſalvis remanentibus, deferre libere debeatis, poſſitis, & valeatis, ac debeant, poſſint, & valeant, veris exiſtentibus prǣmiſſis, tenore prǣſentium perpetuo concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem impertimur, ac colorem prǣfatum in dictis Cappis perpetuo in eiſdem Ordine, & Provincia obſervari, ſicque per quoſcunque Judices, & perſonas, quavis, etiam Apoſtolica, auctoritate, fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, interpretandi, & definiendi facultate, irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca diſcretis viris de Madrid in Eccleſia Toletana, & de Niebla in Eccleſia Hiſpalenſi, ac Collegiatis in Eccleſia Oppidi Vallifoleti Palentię Diœceſis Archidiaconis, & eorum cuilibet, auctoritate, & mandato prǣdictis, committimus, & mandamus, qualiter per ſe, vel alium, ſeu alios, vobis, ac veſtris ſucceſſoribus, & Fratribus, ſive Religioſis, vobis, & eis pro tempore in perpetuum ſubjectis prǣdictis, in prǣmiſſis efficacis defenſionis prǣſidio aſſiſtentes, faciant vos, & eos conceſſione, & indulto, ac decreto, omnibus, & ſingulis aliis prǣmiſſis pacifice frui, & inviolabiliter gaudere, non permittentes vos, & eos ſuper eiſdem prǣmiſſis, vel eorum occaſione, per quoſcunque locorum Ordinarios antedictos, dicti Ordinis Provinciales, Diffinitores, ac Miniſtros, & Generalem, aut quoſcunque alios, tam eccleſiaſticos, quam ſeculares Judices, & Perſonas, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacunque, etiam Pontificali, prǣfulgeant dignitate, vel auctoritate, etiam Apoſtolica, fungantur, publice, vel occulte, tacite, vel expreſſe, directe, vel indirecte, quovis quǣſito colore, vel ingenio, aut alias quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus prǣmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique, & aliorum quorumcunque Mendicantium, & non Mendicantium, Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Ordini, illiuſque Superioribus, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, ac decretis, conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus, & Mari magno, Bulla aurea, vel alias nuncupatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, prǣſentibus pro plene, & ſufficienter, expreſſis habentes, illis etiam alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub ſigillo Officii Pęnitentiarię, Quinto Nonas Julii, Pontificatus Domini Pii PP. IV Anno Primo.

1. *Deferende.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Indulgentiæ (1) conceſſæ Monaſterio Pratenſi.

Anno 1561 Die 1 Augusti.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LIV.

NOi Ludovico Cardinal Simoneta, facciamo piena, ed indubitata fede a tutti quelli, che leggeranno, o udiranno la preſente, come la Santità di Noſtro Signore Paulo IV, ha di proprio Moto, e di ſpontanea volontà ſua conceduto, e concede per tutti i tempi avvenire, e in perpetuo, a tutte le Venerabili Religioſe, Priora e Monache del Monaſtero di S. Vincenzo del Prato, Dioceſi di Piſtoja, dell'Ordine de' Frati Predicatori, ed inſieme alle loro ſerviziale, ed à tutte l'altre Donne, che adeſſo, e per ogn'altro futuro tempo ſtiano, e ſtaranno; e viveranno rinchiuſe in detto Monaſtero, ancorche ſiano, o foſſero ſecolari, le quali confeſſate, e veramente pentite, viſitaranno dentro d'eſſo Monaſtero la Cappella dedicata ſotto l'Invocazione della Noſtra Donna di Loreto, e quivi divotamente diranno cinque Pater, e cinque Ave Maria, pregando Noſtro Signor Gesù Criſto per la proſperità, felicità, ed eſaltazione della Santa Romana Chieſa, e per la conſervazione, e per la pace, unione, e concordia fra li Prencipi Criſtiani, remiſſione, e perdono, e pieniſſima Indulgenza di tuti i loro Peccati, ed ad'ognuna d'eſſe Monache, ſerviziale, e Donne predette, le quali, non confeſſate, ma con animo, e fermo propoſito, nondimeno, di confeſſarſi a' tempi ordinati, e ſtatuti della Santa Chieſa, farà ſimilmente la medema viſita, ed orazione, concede Sua Santità per ciaſcuna viſita venticinque anni di vera Indulgenza. Concede in'oltre Sua Beatitudine, che nel tempo della Quadrageſima, ed in tutti l'altri tempi, e giorni dell'anno, ne' quali le Stazioni di Roma, e fuori delle Mura di Roma, ſi celebrano, da ogni Fedele, e buon Criſtiano, poſſan conſeguirſi, poſſi ognuna di eſſe Monache, Serviziale, e Donne predette, viſitando la predetta Cappella, e quivi d'avanti all'Altare di eſſa, dicendo tre Pater, e tre Ave, conſeguiranno tutte quelle, ed ancora Plenarie Indulgenze, e remiſſione de' peccati, le quali conſeguirebbero tutti quei Fedeli, e buoni Criſtiani, che per conſeguirle, viſitaſſero perſonalmente ognuno de' predetti giorni, ciaſcuna delle Baſiliche, e Chieſe di Roma ſolite à viſitarſi, ed inſieme faceſſino, ed anche adempiſſino tutte le altre coſe neceſſarie, e dovute a queſt'effetto, come più ampiamente ſi contiene nel Moto proprio ſegnato, e ſpedito da Santità Sua in preſenza noſtra ſopra le predette conceſſioni, e ſpeciali grazie, ed in fede abbiamo fatto le preſenti ſottoſcritte di noſtra propria mano, ſigillate dal noſtro pro-

proprio Sigillo. Dato in Roma il dì primo d'Agoſto. Ita atteſtamur, & fidem facimus Ludovicus Cardinalis Simoneta MDLXI.

Germanicus Secretarius.

1. *Indulgentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Pratenſi.*

Anno 1562 Die 11 Augusti.

LV.

De Epiſcopis in Indiis conſecrandis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Supernę providentia majeſtatis, cujus univerſa diſpoſitione reguntur, ad ſupremum Apoſtolatus apicem, meritis licet imparibus, vocati, non ſolum univerſum ovile Dominicum, vigilantię noſtrę creditum, verum etiam ſingulos ſingulorum ejus gregem quarunlibet terrarum, mariſque diſtantia remotorum, Paſtores undique contemplamur. Et, ut ad officium Paſtorale electi, illud quantocius, ſublatis quibuslibet juris, & facti obſtaculis, ad Dei laudem, & animarum ſuę curę commiſſarum ſalutem exequi poſſint, noſtrę cooperationis miniſterium, pręſertim dum id Catholicorum Regum vota requirunt, quantum Nobis ex alto permittitur, favorabiliter adhibemus. Sane cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, quod in Orientalibus Indiis, novęque Hiſpanię Regno, propter recentem illius populorum ad Fidem orthodoxam converſionem, rarę Sedes Epiſcopales in tanta terrarum amplitudine adhuc inſtitutę reperiuntur, unde fit, ut poſt electionem Pręlatorum ad illas vacantes factam, ſufficiens Epiſcoporum numerus conſecrationis illis exhibendę infra tempus de conſecrandis Epiſcopis a jure ſtatutum, coadunari nequeant. Quare pręfatus Philippus Rex, Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, Sacrorum Canonum ęquitatem a nemine ultra quam pręſtari poſſit exigere perpendentes, ac omnes, & ſingulos Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos in Indiis pręfatis conſtitutos, qui hactenus munus prędictum numero Pręlatorum competenti ad id non adbibito, alias tamen rite ſuſceperunt, ab hujuſmodi exceſſu, ac ſuſpenſionis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, per eos propterea incurſis, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, abſolventes, necnon ſuper irregularitate, ſi quam inde contraxerint, & quod munere pręfato, ſic per eos ſuſcepto, ſuiſque etiam presbyteratus Ordinibus, ac officio Pontificali uti, & in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac ſuis etiam Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis pręeſſe, libere, & licite valeant, de ſpecialis dono gratię diſpenſantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, univerſis, & ſingulis, quos ad Cathedrales, etiam Metropolitanas Eccleſias in Indiis pręfatis, nunc, & pro tempore inſtitutos, illarum vacatione occurrente, canonice eligi, & aſſumi contigerit, ut deinceps perpetuis futuris temporibus poſt eorum electionem, & aſſumptionem hujuſmodi, nullo alio ſibi obſtante canonico, a quocunque maluerint Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Apoſtolicę Sedis habente, accitis, & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus, vel tribus, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, ſeu Cathedralis, aut Cathedralium, aut Metropolitanarum Eccleſiarum Canonicis, pręfatum conſecrationis munus recipere valeant, ac eidem Antiſtiti, ut idem munus, illis auctoritate pręfata impendere, libere poſſit, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore pręmiſſis, facultatem concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum ipſarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret, pręſentes literas, ad ſingula quęque loca, in quibus eis utendum erit, deferri, volumus, & prędicta auctoritate decernimus, illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eandem prorſus fidem etiam in judicio, & extra ab omnibus adhibendam eſſe, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem die XI Auguſti MDLXII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Cęſar Glorierius.

1. *Archivo*,) In quo exemplar.

De

De Decimis (1). Anno 1564 Die 1 Auguſti.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

LVI.

Dilectis filiis univerſis, & ſingulis quorumvis Ordinum Mendicantium Prȩlatis, Superioribus, & Profeſſoribus.

P I U S PAPA IV.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Nos nuper, ſeu alias urgentibus temporum conditionibus, diverſas ſuper redditibus eccleſiaſticis Decimas, a quibuſcunque, etiam Ordinum Mendicantium Profeſſoribus, bona ſtabilia ex privilegio Apoſtolico habentibus, perſolvendas in dominio Venetorum, & diverſis Italiȩ partibus impoſuerimus; Nos ad uberes fructus, quos vos in agro militantis Eccleſiȩ continue producitis, debitum reſpectum habere, ac indemnitatibus veſtris, quantum incumbentia Nobis onera patiuntur, conſulere volentes, motu proprio non ad veſtram, aut alicujus veſtrum pro vobis ſuper hoc Nobis oblatȩ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex noſtra certa ſcientia, vobis, quod de cetero ratione cujuslibet Decimȩ, tam in Dominio Venetorum, quam aliis partibus Italiȩ, per Nos, & Succeſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam hactenus impoſitȩ, & in poſterum ex quibuſvis cauſis imponendȩ, ultra illius medietatem, ſi una, ſi vero duȩ Decimȩ imponantur, ultra unam Decimam, ad quas non ſolvendas, ut aſſeritis, in quaſi poſſeſſione exiſtitis, & ſic de ceteris ſolvere non teneamini, nec ad id per ipſarum Decimarum Collectores, & Subcollectores pro tempore deputatos, ſeu quoſcunque alios, quavis auctoritate fungentes, cogi, ſeu coarctari, aut propterea aliquibus cenſuris, vel pȩnis eccleſiaſticis, innodari poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore prȩſentium, perpetuo concedimus, & indulgemus. Mandantes dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Camerario noſtro, & Clericis, ac Prȩſidentibus Camerȩ Apoſtolicȩ, necnon quibuſvis aliis Decimarum hujuſmodi hactenus deputatis, & in poſterum deputandis, Collectoribus, & Subcollectoribus, quavis auctoritate, dignitate, ſeu prȩrogativa prȩfulgeant, quatenus de cetero vos occaſione ſingularum Decimarum hactenus, ut prȩfertur, impoſitarum, & imponendarum, ratione domorum veſtri Ordinis, & illarum fructuum ultra illius medietatem, quovis modo, directe, vel indirecte, quovis quȩſito colore, vel ingenio gravare non audeant, nec prȩſumant, ſed excutione medietatis Decimarum hujuſmodi contenti, vos ab illis omnino quietent, liberent, & penitus abſolvant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi Decimas hujuſmodi integre perſolviſſetis, non permittentes vos, aut veſtrum aliquem per eoſdem Collectores, & Subcollectores, ſeu quoſcunque alios, quavis facultate munitos, quovis prȩtextu, contra prȩſentium literarum tenorem moleſtari, vel perturbari, non obſtantibus prȩmiſſis, ac quibuſvis literis, & facultatibus ſuper impoſitionibus Decimarum hujuſmodi pro tempore emanatis, etiamſi per illas prȩſentibus de verbo ad verbum derogari videretur; quas adverſus prȩſentes nullatenus ſuffragari poſſe, volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Decernentes, quod prȩſentium literarum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiȩ Eccleſiaſticȩ, ſeu perſonȩ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutȩ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quȩ eiſdem prȩſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitȩ, vel oſtenſȩ. Datum Romȩ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die I Auguſti MDLXIV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

B. Cyrillus.
V. Macharanus.

1. *Decimis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum T. ultimo Tit. X.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar ex alio authentico *Venetiis* aſſervato. Aliud ejuſdem tenoris Diploma legitur in *Bullario Auguſtiniano pag.* 309: ſed datum dicitur *Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIII Julii MDLX, Pontificatus Anno Primo*. Ad calcem exemplaris, *Veneti* hæc habentur: *Nos Ludovicus Simoneta Mediolanen. Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis Ordinis Minorum Vice-Protector, notum facimus, & atteſtamur omnibus, & ſingulis præſentis tranſumpti ſeriem inſpecturis, viſuris, & audituris, Nos vidiſſe, ac in noſtris manibus habuiſſe ſupradictas in forma Brevis literas originales prainſerti tenoris, quas illaſas, integras, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas eſſe reperimus; idcirco præſentes ſigillo noſtro, & ſubſcriptione publici Notarii muniri mandavimus. Datum Romæ in domibus noſtris die XII Menſis Auguſti MDLXIV.*

Loco Sigilli.

Nullus Laurea Doctoris (1) donetur, niſi prius præſtito Fidei juramento. Anno 1564 Die 13 Novembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

LVII.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

IN Sacroſancta B. Petri Principis Apoſtolorum Cathedra, meritis licet imparibus, hiſce procelloſis militantis Eccleſiȩ tempeſtatibus, conſtitutos, plurimum Nos oportet eſſe ſolicitos, ut Domini gregem Exordium. curȩ noſtrȩ commiſſum, non ſolum ab apertis rapacium luporum undecunque caulis obſtrepentium inſultibus, ſed etiam a magis formidoloſis peſtiferarum vulpecularum domi latitantium inſidiis, per providum Paſtoralis officii miniſterium, ipſo Domino cooperante, prȩſervemus, ac illis omnes nocendi occaſiones, quantum cum Deo poſſumus, ubilibet auferamus. Cum itaque, juxta notum Sanctiſſimi Vatis Ora-

Oraculum, timor Domini, ſine quo vera Religio, & Catholicę Fidei puritas nnllibi reperitur, ſapientię ſit initium, & qui vel in ſcientiis proficere, vel eas alios docere parant, ſupremum illum ſapientię *Mandatum.* parentem, benignnmque largitorem devoto ſanę fidei obſequio demereri, veraque ſincerę Religionis pietate ſibi conciliare debeant. Idcirco banc Fidei puritatem ſcientiis, doctrinisque quibuslibet, tum tradendis, tum addiſcendis, tanquam neceſſariam baſim conſtituere, & ne ſimplicia nonnullorum adoleſcentium, res novas audiendi cupidorum, ingenia, in naufragos blandientium bęreſnm ſcopulos (3) imprndenter impingant, occurrere cupientes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, quod deinceps nullus Doctor, Magiſter, Regens, vel alius cujuſcunque artis, & facultatis profeſſor, ſive Clericus, ſive Laicus, ac Secularis, vel cujuſvis Ordinis Regularis ſit, in quibuſvis ſtudiorum generalium Univerſitatibus, aut Gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam Lectoris Cathedram aſſequi, vel obtentam retinere, ſeu alias Theologiam, canonicam, vel civilem cenſuram. Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales Artes, in quibuſeunque Civitatibus, Terris, Oppidis, ac Locis, etiam in Eccleſiis, Monaſteriis, aut Conventibus Regularium quorumcunque publice, vel privatim quoqnomodo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus bujuſmodi habere, vel exercere: neque doctores ipſi, aut Univerſitatum, ſeu Gymnaſiorum eorundem Rectores, Cancellarii, vel alii Superiores, ſed nec etiam Palatini Comites, aut alii particulares facultatem, eruditos viros ad eoſdem gradus promovendi, etiam a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel alias undecunque habentes, ſcholares, tam laicos, quam clericos, & cujuſvis Ordinis regulares, vel alios quoſcunqne quantalibet eruditione prępditos, ad ullum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendum recipere, & admittere, neque Doctores, Magiſtri, & Scholares ad electionem alicnjus in Rectorem, vel Cancellarium Univerſitatis, & Gymnaſii procedere; nec ipſi ſcholares, vel alii quantunlibet docti, vel alioquin habiles, gradus hujuſmodi, vel eorum aliquem, palam, vel privatim, recipere valeant, niſi Doctores, videlicet, ac Regentes, Magiſtri, & alii Profeſſores jam ad Cathedras, & Lecturas recepti in Italia infra tres, extra vero illam, infra ſex Menſes, a die pnblicationis pręſentium computandos, reliqui vero ad Cathedras, & alias Lecturas ibidem in poſterum aſſumendi, ante illorum receptionem, in Rectoris, vel aliorum Superiorum, eligendi autem in Rectores, vel Cancellarios, ante illorum electionem, vel ſaltem admiſſionem in Ordinarii loci, vel eius in ſpiritualibus Vicarii, ac promovendi ſcholares, & alii pręfati ante illorum promotionem in ejuſdem Ordinarii, ſeu ejus Vicarii, aut Doctorum, aliorumve promoventium manibus, pręvio etiam proceſſu, vel debita informatione, quantum eis ſufficere videbitur, ſuper Religione, Fideque Catholica Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promovendorum eorundem per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, rite facta, pręcedente, eandem Catholicam Fidem, verbis juxta formę infraſcriptę tenorem conceptis, palam, & ſolemniter profiteri teneantur, & deſnper inſtrumentum publicum confici, ac de proceſſu, ſeu informatione, & fidei profeſſione in privilegio Doctoratus, vel alterins gradus hujuſmodi, ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus: ac omnibus, & ſingulis earundem Univerſitatum, & Gymnaſiorum Rectoribus, Doctoribus, & aliis Superioribus, ac alias facultatem doctorandi babentibus, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & pręeminentię fuerint, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel majori dignitate, etiam Cardinalatns honore, ac Ducali, vel alia, etiam Regia, & Imperiali auctoritate, pręfulgeant, ne quem in Univerſitatibus, Civitatibns, Oppidis, vel aliis locis ſibi in ſpiritualibus, vel temporalibus ſubjectis, aliter Cathedras, aut alias Lectiones retinere, conſequi, vel ad gradus promoveri reſpective patiantnr, in virtute ſanctę obedientię, & ſub interdicto ab ingreſſu Eccleſię, quoad Antiſtites, quo vero ad inferiores, ſub excommunicationis latę ſententię, necnon privationis omnium, & ſingulorum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, & fendorum Eccleſiaſticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inbabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo per contrafacientes incurrendis pęnis, diſtrictius inhibemus, ac quaſcunque receptiones, promotiones, electiones, & admiſſiones, abſque proceſſu, certaque de religione, & Fide Catholica notitia, ac dicta Fidei profeſſione, ſic, ut pręfertur, pręcedente, pro tempore factas, nullas, invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, neque cuiquam in judicio, vel extra ſuffragari poſſe; ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate Judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritnm, & inane decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Univerſitatum, & Gymnaſiorum, Ordinum, & locorum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, facultatibns, & literis Apoſtolicis eiſdem Univerſitatibus, & Gymnaſiis, ac Ordinibns, & locis, eorumque Rectoribus, Doctoribus, Superioribus, etiam in temporalibus Dominis, Comitibus, Palatinis, & aliis, etiam Regularibus perſonis pręfatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, etiam vim contractus inducentibus, clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam per Nos, & Sedem pręfatam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quorumvis, etiam Imperatorum, Regum, Rerumpublicarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, & alias quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individna, non autem per clauſnlas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis babentes, ſpecialiter, & expreſſe, motu ſimili, derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi

men-

mentionem. Ne antem quiſpiam pręſentium ignorantiam pretendere, vel excuſationem allegare poſſit, ſed ipſę ad omnium notitiam deducantur, volumus, & mandamus, quod eędem pręſentes in Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellarię noſtrę valvis, ac Acie Campi Florę per aliquem ex Curſoribus noſtris affixę, copia illarum ibi dimiſſa, omnes in Italia intra tres, extra vero illam exiſtentes, intra ſex Menſes proximos ab ea die affixionis computandos, perinde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatę fuiſſent.

Forma antem dictę Profeſſionis Fidei hęc eſt.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula quę continentur in Simbolo Fidei, quo S.R.E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem Cęli, & Terrę, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum conſubſtantialem Patri per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cęlis. Et Incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendit in Cęlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas: Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi Seculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſię obſervationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vera, & propria Sacramenta novę Legis a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem Humani Generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pęnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre: & ex eis Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſię Catholicę ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quę de peccato originali, & de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo, definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinem, una cum anima, & divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantię panis in corpus, totius ſubſtantię vini in ſanguinem: quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari. Similiter, & Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac Deiparę ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, & venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem in Eccleſia relictam fuiſſe; illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici B. Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cetera item omnia a ſacris Canonibus, & ęcumenicis Conciliis, ac pręcipue a Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hęreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in pręſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam, uſque ad extremum vitę ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, & doceri, & pręedicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro: ſic me Deus adjuvet, & hęc Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo &c Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quarto, Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Doctoris.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *LXXXVIII.*

3. *Scopulos.*) In *Bullario Romano* mendoſe legitur: *ſcrupulos.*

Quinam, & quomodo Fidei profeſſionem exhibere (1) teneantur.

Anno 1564 Die 13 Novembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

LVIII.

INjunctum Nobis Apoſtolicę ſervitutis officium requirit, ut ea quę Dominus Omnipotens ad providam Eccleſię ſuę directionem, Sanctis Patribus in nomine ſuo congregatis, divinitus inſpirare dignatus eſt, ad ejus laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque, juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſiis pręfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis curam animarum haben-

habentibus providere continget, publicam Orthodoxę Fidei Profeſſionem facere, ſeque in Romanę Eccleſię obedientia permanſuros, ſpondere, & jurare teneantur. Nos volentes, etiam per quoſcunque, quibus de Monaſteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuſcunque locis regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum quarumcunque nomine, vel titulo providebitur, idem ſervari, & ad hoc ut verius ejuſdem fidei profeſſio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtrę ſolicitudinis partes, in hoc alicui minime deſiderari, formam ipſam pręſentibus *adnotatam* publicari, & ubique gentium, per eos ad quos ex decretis ipſius Concilii, & alios prędictos ſpectat recipi, & obſervari, ac ſub pęnis per Concilium ipſum in contravenientes latis, juxta banc etiam aliam formam, Profeſſionem prędictam ſolemniter fieri, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, diſtricte pręcipiendo mandamus, hujuſmodi ſub tenore. Ego N. firma Fide credo, & profiteor &c. (3) Volumus autem, quod pręſentes literę in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more aſſerventur (4), & ut omnibus facilius pateant, in ejus quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quarto, Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Fęd. Cardinalis Ceſius.

Cę. Glorierius.

Lectę, & publicatę fuerunt ſupraſcriptę literę Romę in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicę MDLXIV die vero Sabbati IX Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii Papę IV Anno V.

A. Lomellinus Curſor.

1. *Exhibere*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Faventino*. In *Bullario Romano* eſt *LXXXIX*.

3. *Profiteor &c.*) Ut in præcedenti.

4. *Aſſerventur*.) In Bullario Romano: *Legantur*.

Anno 1565 Die 17 Februarii.

LIX.

Revocatio omnium Privilegiorum Confeſſionalium Maris Magni, aliarumque gratiarum Regularium Ordinibus, Locis, Eccleſiis, ac Hoſpitalibus conceſſarum in iis tantum, in quibus Decretis Concilii Tridentini adverſantur.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

IN Principis Apoſtolorum Sede, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti, nihil, neque Univerſali Eccleſię curę, & ſolicitudini noſtrę commiſſę, ſalubrius, neque injuncto Nobis Apoſtolicę ſervitutis officio, decentius pręſtare poſſumus, quam quod providentię noſtrę miniſterio ęcumenicum Concilium Tridentinum, ſicut noſtris potiſſimum auſpiciis, ſummaque Sanctorum Patrum concordia, per Dei miſericordiam feliciter abſolutum fuit, ita per univerſos, qui Chriſtiana pietate cenſentur, ubique ſuſcipiatur, & remotis quibuslibet obſtaculis, ab omnibus ęqualiter obſervetur. Cum itaque in eodem Concilio quamplura ſalubria, & ad univerſalem morum reformationem, valde utilia decreta, atque ſtatuta, maturo pręſentium ipſorum examine pręcedente, ſint edita, quibus multa diverſa privilegia, exemptiones, immunitates, diſpenſationes, facultates, conſervatorię, indulta, & ut vocant, confeſſionalia, & Mare Magnum, & alię gratię, quę variis, tam Cathedralibus, etiam Metropolitan., quam Collegiatis Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & aliis Religioſis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, & Ordinibus, necnon Sancti Spiritus in Saxia, Sancti Johannis Lateranen., ac incurabilium de Urbe, Sancti Antonii Viennen., & Sancti Bernardi Juren. aliiſque Hoſpitalibus, militiis, eorumque Capitulis, & Conventibus, & Univerſitatibus, etiam Studiorum generalium Collegiis, tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apoſtolorum de Urbe, quam aliis fabricis, & Sanctę Cruciatę, aliiſque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Pręlatis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Prępoſitis, & aliis Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam diverſorum Ordinum, & militiarum Regularibus, ac etiam laicis cujuſcunque dignitatis, & ſtatus, ac gradus, excellentię, ac etiam Ducali, Regia, Imperiali dignitate fulgentibus utriuſque ſexus perſonis, necnon aliquibus Notariis, & etiam de Latere Legatis atque Nunciis tam perpetuo, quam ad tempus per Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſque Legatos hactenus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſeu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, intuitu, etiam de Fratrum noſtrorum conſilio, diverſimode, variiſque temporibus, in genere, vel ſpecie, & quavis etiam honeſta cauſa conceſſa, & etiam pluries confirmata, & innovata fuerunt, in pleriſque contrariantur. Nos quibus in primis cordi eſt, tam ſancta, & Eccleſię Dei ſaluberrima decreta ſuos, ut par eſt, effectus ubique conſequi, & ab omnibus obedienter obſervari; privilegiorum, exemptionum, Immunitatum, facultatum, conſervatoriorum, indultorum, confeſſionalium, Maris Magni, & aliarum gratiarum prędictarum, ac quarumcunque Apoſtolicarum, & aliarum Literarum deſuper confectarum, Proceſſuumque, Decretorum, & aliorum inde ſequutorum tenorem, ac ſi de verbo ad verbum inſe-

inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & plene inſertis habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, diſpenſationes, conſervatorię, indulta, confeſſionalia, Mare Magnum, & alię gratię in his omnibus, & ſingulis, in quibus illa ſtatutis, & decretis Concilii hujuſmodi contrariantur, ipſo jure revocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Concilii terminos, atque limites reducta ſint, & eſſe cenſeantur, nec quiſquam adverſus ipſa decreta, & ſtatuta, quo minus ubique, & apud omnes obſerventur, in aliquo ſuffragari poſſe, ſed ea perinde haberi, & reputari debere, ac ſi nunquam emanaſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia, & ſingula, quę vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum, & diſpenſationum, facultatum, conſervatoriarum, indultorum, confeſſionalium, & aliarum quarumcunque gratiarum hujuſmodi, poſt id tempus quo Concilium obligare cępit, facta, & geſta quomodolibet fuerunt, & in poſterum fient, in his in quibus dicti Concilii decretis adverſantur, nulla, invalida, & irrita eſſe, cenſeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut pręfertur, qualificato, tam in foro (quod ajunt) fori, quam conſcientię ſuffragari poſſe, & debere. Et ita per quoſcunque locorum Ordinarios, alioſque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem hoc attentare &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quarto (2), Decimo Tertio Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Cę. Glorierius.

Anno a Nativitate Domini MDLXV, Indictione VI, die vero XXIV Menſis Februarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii Divina providentia Papę IV Anno ejus Sexto, retroſcriptę literę Apoſtolicę affixę, & publicatę fuerunt in acie Campi Florę, & valvis Cancellarię Apoſtolicę per Nos Nicolaum de Matthęis, & Camillum Cherubinum S.D.N. Papę Curſores.

Philibertus Chapuis Mag. Curſ.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Saviliano*. In *Bullario Romano* eſt *XCIV*. Legitur apud *Conſtitium pag*.164 *Conſt.II.*

2. *Sexageſimo quarto*.) Stylo Bullarum, aræ communis *MDLXV*.

S. PIUS V.

Ab anno MDLXVI die VII Januarii, ad I Maii MDLXXII. Vide *T.V* hujus *Bullarii pag*.109.

De Monialibus (1) reformandis.

Anno 1566 Die 29 Maii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXXVI.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Circa Paſtoralis Officii, Nobis (meritis licet imparibus) deſuper commiſſi, curam, quantum Nobis ex alto permittitur, invigilantes aſſidue, ad ea, per quę ſingulis erroribus, & exceſſibus obviatur, ac perſonis quibuslibet, pręſertim feminei ſexus, virginitatem ſuam altiſſimo voventibus, ſub Religionis jugo, Chriſto Salvatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus, a ſemita juſtitię, & honeſtatis declinantibus, ne quidquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis puræ honeſtatis gloria maculam, & divinam merito poſſit offendere majeſtatem, opportune ſuccurrere libenter intendimus, ac in his noſtrę vigilantię partes propenſius impartimur, prout id in Domino ſalubriter expedire conſpicimus. Hac igitur perpetuo valitura Conſtitutione, inhęrentes etiam Conſtitutioni felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, quę incipit *Periculoſo* (3), & Decretis Concilii Triden. (4) ſuper clauſura Monialium editis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ſtatuimus, atque perpetuo decernimus, univerſas, & ſingulas Moniales pręſentes, atque futuras, cujuſcunque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Hieroſolymitanę ſint, quę, vel jam receptę ſint, vel in poſterum in quibuſvis Monaſteriis, ſive Domibus recipientur, & tacite, vel expreſſe Religionem profeſſę, etiamſi converſę, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam ſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulę, ad clauſuram non teneantur, nec unquam in earum Monaſteriis, ſeu Domibus, etiam ab immemorabili tempore ea ſervata fuerit, ſub perpetua in ſuis Monaſteriis, ſeu Domibus de cetero debere permanere clauſura, juxta formam dictę Conſtitutionis felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, quę incipit *Periculoſo*, in Sac. Conc. Tridentino approbatę, & innovatę, quam nos auctoritate pręfata, etiam approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtricte obſervari mandamus. Quod ſi aliquę Moniales forſan reperiantur, quę conſuetudine, etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione Regulę ſuę fretę, animo obſtinato huic clauſurę reſiſtant, aut quo-

quoquomodo reluctentur, Ordinarii una cum Superioribus earum, omnibus juris, & facti, remediis compellant easdem, tanquam rebelles, & incorrigibiles ad pręciſe ſubeundum dictam clauſuram, & perpetuo obſervandum. Mulieres quoque, quę Tertiarię, ſeu de Pęnitentia dicuntur, cujuſcunque fuerint Ordinis, in Congregatione viventes, ſi & ipſę profeſſę fuerint, itaut ſolemne votum emiſerint, ad clauſuram pręciſe (ut pręmittitur) & ipſę teneantur. Quod ſi votum ſolemne non emiſerint, Ordinarii una cum Superioribus earundem, hortentur, & perſuadere ſtudeant, ut illud emittant, & *profiteantur*, ac poſt emiſſionem, & profeſſionem, eidem clauſurę ſe ſubjiciant, quod ſi recuſaverint, & *aliquę* ex eis inventę fuerint ſcandaloſe vivere, ſeveriſſime puniantur. Ceteris autem omnibus ſic abſque profeſſionis emiſſione, & clauſura vivere omnino volentibus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorſus, in ſuum Ordinem, Religionem, Congregationemve recipiant. Quod ſi contra hujuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum, aliquas receperint, eas ad ſic vivendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet profeſſiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam pręſenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porro ne Moniales, & Tertiarię pręd:ctę propter hanc clauſuram, detrimentum, aut incommodum aliquod in earum neceſſitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, ſed ut eis opportune conſulatur, auctoritate Apoſtolica pręfata, ſtatuimus, decernimus, pręcipimus, atque mandamus Ordinariis, & Superioribus earum, ut curent colligi fidelium eleemoſynas per Converſas, quę non ſint profeſſę, vel ſi profeſſę fuerint, ſint tamen ętatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium, degant, & non ingrediantur clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus ex earum Conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro hujuſmodi eleemoſynis colligendis niſi de licentia Ordinarii, vel earum Superiorum. Et de cetero nullę alię Converſę profeſſę recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum Superiorum, vel Prętatorum, poſſint. Quod ſi adverſus hanc noſtram prohibitionem receptę fuerint,
De Converſis. illarum receptio, nulla, irrita, & inanis ſit, prout ex nunc, nullam, irritam facimus, & *annullamus*. Quod ſi pręd:cto modo neceſſitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarum prędictarum, ſuccurri *ſufficienter* non poterit, mandamus ipſis Ordinariis, & Superioribus earum, ut ipſi provideant de aliis perſonis, & Deo devotis, quę fidelium eleemoſynas colligant, vel alias, eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipſarum Monialium, & mulierum prędictarum, arbitrio Ordinariorum, & Superiorum eorundem, & prout eis congruentius expedire videbitur, provideatur, & ſuccurratur. Et ne propter Monialium numerum exceſſivum, clauſurę obſervatio violetur, inhęrentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictę Conſtitutionis Bonifatii, & Concilii Trid. Decreto, Monialibus prędictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis diſtricte inhibendo pręcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monaſteriis recipiant, & admittant, ſeu recipi, & admitti permittant, quam ex propriis redditibus ipſorum Monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commode ſuſtentari poſſint. Mandantes propterea in virtute ſanctę obedientię, ſub obteſtatione Divini Judicii, & interminatione maledictionis ęternę, univerſis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis quatenus in Civitatibus, & Diœceſibus propriis pręſentes literas noſtras publicari faciant, ac in Monaſteriis Monialium ſibi Ordinario jure ſubjectis, in his vero quę ad Romanam mediate, vel immediate ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicę auctoritate, una cum Superioribus eorundem Monaſteriorum, clauſuram, (ut pręmittitur) quam primum poterint, ſervari procurent. Contraditores, atque rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Ac, ut hoc tam ſalutare decretum facilius obſervetur, omnes Principes ſeculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordię Domini Noſtri Jeſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccatorum injungentes, quod in pręmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis Monialium Superioribus aſſiſtant, ac ſuum favorem, & auxilium pręſtent, ac impedientes, pęnis, etiam temporalibus, afficiant. Pręmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apoſtolicam approbatis, & confirmatis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in fundatione, & inſtitutione, eiſdem Monaſteriis, vel Domibus, & Monialibus ſub quibuſcunque verborum formis, & clauſulis irritantibus, & aliis Decretis quibuslibet conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad effectum validitatis noſtrę Conſtitutionis tantum, derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, aut ſuſpendi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Per hoc autem in Monaſteriis exemptis, Ordinarii locorum, quoad alia nullam ſibi credant juriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenus eis attribuimus. Volumus autem, quod pręſentes literę ad valvas Baſilicę B. Petri Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra, ac acie Campi Florę publicentur, & inter Conſtitutiones extravagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficile foret pręſentes ad ſingula quęcunque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Pręlati munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, Innovationis, ſtatuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, pręcepti, inhibitionis, requiſitionis, obſecrationis, injunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Sexto, Quarto Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

2. *Mo-*

1. *Monialibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo*,) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *VIII.* Legitur apud *Rodericum in Collectione Bullarum &c.* *pag.* 357, apud *Confettium pag.* 180. *&c.*

3. *Periculoſe.*) Legitur in *VI Decretalium Cap. Periculoſo.*

4. *Tridentini.*) *Seſſione XXV Cap. V.*

Revocatio omnium Indulgentiarum (1) etiam perpetuarum, pro quibus conſequendis manus adjutrices ſunt porrigendæ, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent.

Anno 1567 Die 8 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXVII.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

ETſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus, ea benigne concedere Nos, & Prędeceſſores noſtri ſtuduerint, per quę peccatorum mole depoſita, ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſervitute ereptas animas lucrifaciant Altiſſimo, qui eas Nobis ſua bonitate commiſit; id tamen propenſiori ſtudio Nos prçcavendum eſſe cenſemus, ne cujuſvis indulgentię, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſtifideles procliviores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas venię eis peccandi tribuat incentivum, & exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum, & Chriſtifideles quamplurimum ſcandalizentur. Sane, cum ad auditum noſtrum ex diverſis mundi partibus, quamplurimę querelę perlatę fuerint, quod vigore diverſarum indulgentiarum, & facultatum per Prędeceſſores noſtros, ac etiam Nos, vel auctoritate noſtra, tam fabricę noſtrę Baſilicę Principis Apoſtolorum, & Eccleſię S. Johannis Lateranenſis de Urbe, ipſiuſque Eccleſię, necnon S. Johannis, & S. Lazari Hieroſolymitan., ac S. Spiritus in Saxia, & S. Johannis Lateranenſis, ac S. Jacobi Incurabilium de eadem Urbe, necnon S. Elmi, & S. Bovis, & S. Gothardi, & S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & S. Bernardi Montis Jovii, necnon S. Leonardi, & S. Marthę, necnon Sanctiſſimi Crucifixi Syracuſanenſis, ac S. Marię de Monte Serrato Hoſpitalibus, ac etiam S. Sebaſtiani prope, & extra muros dictę Urbis, necnon S. Antonii de S. Antonio, Viennenſis Dięceſis, & Redemptionis Captivorum, nuper Neapoli inſtituto, Monaſteriis, illorumque, ac diverſis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, Confraternitatibus, Societatibus, & piis locis conceſſarum, multi quęſtores, ex eiſdem indulgentiis lucrum temporale tantum quęrentibus, nominibus fabricę Eccleſiarum, Hoſpitalium, Monaſteriorum, Militiarum, Confraternitatum, Societatum, & piorum locorum prędictorum in diverſis Civitatibus, & Dięceſibus quęſtus facere, Confratres deſcribere, Cappellas, & Oratoria erigere, illiſque erectis, indulgentias hujuſmodi communicare, & in diverſis gradibus a jure prohibitis diſpenſare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prędictarum licitum ſit, ipſique lucro intenti, pecuniaſque potius, quam Chriſtifidelium ſalutem quęrentes, ac eiſdem indulgentiis ſic abutentes, quęſtum ex illis particularem facere conantur, varioſque, & diverſos Quęſtores, Commiſſarios, Procuratores, Receptores, Theſaurarios, Factores, Nuncios, & alios Miniſtros conſtituere, qui non ſolum ſupradicta, ſed etiam plura alia, eis nunquam conceſſa, facere, & concedere, necnon locorum Ordinarios, illorumque in ſpiritualibus Vicarios generales, & Officiales, ac Miniſtros, Eccleſiarumque, & Ordinum Pręlatos, Superiores, & perſonas quęſtas hujuſmodi impedientes, cenſuris eccleſiaſticis innodare, & alias in pluribus graviter excedentes, in divinę Majeſtatis offenſam, ac ſuarum, & Chriſtifidelium animarum perniciem, ac Ordinariorum perturbationem, & piarum mentium ſcandalum, pręſumant: Nos, qui, Deo propitio, gregis Dominici, meritis licet inſufficientibus, curam gerimus, & illum ſpiritualis theſauri elargitione, cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem, ex pręmiſſis, & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, felicis recordationis Calixti IV, Clementis VII, Pauli III, Julii ſimiliter III, & diverſorum aliorum Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum, veſtigiis inhęrentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra voluntate, & deliberatione, omnes, & ſingulas indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, fabricę, & Eccleſię hujuſmodi, necnon S. Johannis Hieroſolymitani, etiam pro conſtructione, & ędificatione illius novę Civitatis prędictis, & quibuſvis aliis Hoſpitalibus, Monaſteriis, Eccleſiis, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, & Univerſitatibus, & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magiſtris, Superioribus, & tam ſecularibus, quam quorumvis etiam Mendicantium Ordinum regularibus perſonis, tam ſingulariter, quam univerſaliter, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac etiam Nos, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſvis etiam urgentiſſimis cauſis, etiam cauſa Redemptionis Captivorum, & alias quomodolibet conceſſis, pro quibus conſequendis manus ſunt porrigendę adjutrices, & quę quęſtuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta prędentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, tenore prędentium, perpetuo revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus evacuamus; & inſuper perpetuo hac noſtra valitura Conſtitutione decernimus, quod ex nunc de cętero, ſub indignationis noſtrę pęna, prętextu indulgentiarum, & facultatum per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu ſimili, ac Sedis Apoſtolicę Legatos, ac alias quomodolibet conceſſarum, & quas a Nobis, & Sede prędicta in poſterum verbo, literis, aut quavis alia ſcriptura, etiam manu noſtra ſignata, etiam cum clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat, etiam in favorem Fidei, aut Cruciatę ſanctę, vel cujuſcunque alterius pię

cau-

cauſę, etiam privilegiatę, concedi quomodolibet contigerit, nullus, quavis, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali, aut majori dignitate, etiam Cardinalatus honore, ſeu, etiam Regali, temporali excellentia pręfulgeat, audeat, vel pręſumat quęſtus facere, aut Nuntios, Quęſtores, Commiſſarios, Theſaurarios, Receptores, pro illis recipiendis in dictis Hoſpitalibus, Eccleſiis, Domibus, Monaſteriis, Militiis, & aliis ſupranominatis, vel pro eis, aut illorum nominibus alibi conſtruere, & deputare, niſi ex ſpeciali licentia, & ex certa ſcientia noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, de qua per literas noſtras, & ejuſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, locorum Ordinariis, vel eorum in ſpiritualibus Vicariis, ſeu Officialibus derogationem pręſentis noſtrę Conſtitutionis, illius tenore, de verbo ad verbum inſerto, expreſſe continentes, Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, conſtare debeat. Mandantes in virtute ſanctę obedientię omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in Civitatibus, & Dięceſibus ſuis pręſentes noſtras literas publicare, & obſervare debeant; rogantesque omnes, & ſingulos Principes ſeculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporales, eiſque per viſcera miſericordię Domini noſtri Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ſuorum injungentes, quatenus in pręmiſſis eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum auxilium, & favorem pręſtent, cum auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon fabricę Eccleſię, Hoſpitalium, Monaſteriorum, Militiarum, Confraternitatum, Ordinum, Capitulorum, Conventuum, aliorumque, & locorum pręditorum, & quorumvis illorum membrorum, & Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & pręſertim S. Johannis, & S. Lazari, ac Sancti Spiritus in Saxia Hoſpitalibus, necnon S. Antonii de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Jovii Monaſteriis, ipſorumque Monaſteriorum Hoſpitalibus, ſingulorumque eorum Conventibus, Superioribus, & perſonis pręfatis, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac quavis, etiam Imperiali, vel Regali conſideratione, vel inſtantia, & alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod pręſentes literę in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & Acie Campi Florę de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret, eaſdem pręſentes ad ſingula quęque loca deferri, volumus, & declaramus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Pręlati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, revocationis, decreti, mandati, injunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Sexto (3), Idibus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Anno a Nativitate Domini MDLXVII Indictione X die vero XVII Menſis Februarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Pii Papę V Anno Secundo infraſcriptę literę Apoſtolicę affixę, ac publicatę fuerunt ad valvas Cancellarię Apoſtolicę, & in Acie Campi Florę, per nos Antonium Clerici, & Jo: Andream Rogerium pręfati S.D.N. Papę Curſorem.

Scipio de Octavianis Mag. Curſorum.

1. *Indulgentiarum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt XXX. Legitur apud *Rodericum in Collectione &c. Tom. II pag. 405.*
3. *Sexto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MDLXVII.*

Anno 1567 Die 24 Februarii.

Ut Fratres Conventus Oppidi de Luchent Eccleſiæ Parochialis (1) curam gerant.

CXXVIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

PIUS PAPA V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, alias felicis recordationis Clemens Papa VII Prędeceſſor noſter ex juſtis, & rationabilibus cauſis motus, pręſertim pro augmento cultus divini, & inſtructione orthodoxę fidei, Chriſtianęque diſciplinę inter tunc noviter ad fidem converſos, illorumque confirmatione, verbique Dei

Dei prędicatione, & aliis expreſſis cauſis, Parochialem Eccleſiam loci, ſeu Oppidi de Luchent, cum
illi annexa Capellania certorum patronorum locorum, per duo milliaria, vel circa diſtantium, domui,
ſive Conventui Sacratiſſimi Corporis Chriſti dicti Oppidi Ordinis Fratrum Prędicatorum Sancti Dominici,
Valentinę Diœceſis, perpetuo univerit, & incorporaverit, eiſdem curam, & regimen, ac adminiſtra-
tionem tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, ac animarum curam committendo, cum ſacultate illius
fructus, & proventus percipiendi, & eiſdem Parochiali, & annexę, per ipſos Fratres, ſeu Vicarios,
etiam ad eorum nutum amovibiles, deſerviendi, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrandi, & alias, prout
in literis unionis hujuſmodi, quarum tenor pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, dicitur contineri.
Cumque etiam, ſicut accepimus, dilecti filii Prior, & Fratres dicti Conventus ab inde citra, pacifice,
& quiete, bene geſſerint ſe, & laudabiliter in divinis deſervierint, ita ut devotio cultus divini, & quę
ad religionem, & orthodoxam fidem pertinent, maximum acceperint incrementum, & inter cetera in
eodem Conventu erecta fuerit, ſive antea fuiſſet, ſamoſiſſima, & utiliſſima Univerſitas Fratrum dicti Nota.
Ordinis Studentium in Sacra Theologia, & ſingulis aliis dicti Ordinis gradibus, & ex fructibus dictę Pa-
rochialis, & annexę, triginta Fratres, parum plus, vel minus, ſtudentes alerentur, qui literis, & prę-
dicationibus incumbentes, uberes in vinea Domini fructus afferebant, & propterea cum omnium Inco-
larum perturbatione, & cultus divini detrimento, non debuiſſet tam bnnum, utile, & laudabile opus
interrumpi, & perturbari. Nihilominus, tunc bonę memorię Archiepiſcopus Valentinus ultimo defunc-
tus, ſecus, quam debuiſſet, decreta Sacri Concilii Tridentini ſiniſtre interpretans, neſcitur quibus ra-
tionibus motus, niſi ut quoſdam gratificaret, illiſque de aliquibus proventibus provideret, nulla pręvia
viſitatione, monitione, nec cauſę cognitione, de facto in dicta Parochiali, & annexa duos Vicarios per-
petuos elegit, & deputavit, illiſque tertiam partem fructuum dictę Parochialis, & annexę aſſignavit,
ipſos Priorem, Fratres, & Collegium ſpoliavit, propter quę ſaluti animarum, cultuique divino, bono
regimini, & quieti illius loci, ſive Oppidi maxime pręjudicatum fuit, cum inibi verbum Dei ulterius
non prędicetur, ut antea ſolitum erat prędicari, & qui incolas circa vitam Chriſtianam inſtruant, ac in
fide contineant, deficiunt, ſinguliſque diebus, prout antea ab ipſis Fratribus, Religioſis, & Collegia-
libus obſervabatur, Miſſę non celebrentur, Incolę a converſatione cum Religioſis diſtrahantur, &
numerus triginta Fratrum ad ſtudendum, & operam ſacris literis dandum ulterius non retineatur, nec
retineri poſſit, propter fructuum hujuſmodi ſubtractionem; dictorumque Vicariorum deputatio circa
alia, & plura, fuerit, & ſit maxime pręjudicialis, & nociva, ac populo dicti loci, qui ſimiliter ad Nos
ſuper pręmiſſis Nuncium deſtinavit, ſcandaloſa. Et quia, ut etiam accepimus, tum propter pręmiſſas
cauſas, tum etiam propter plures alias Nobis notas, magis conſulitur animarum ſaluti, curę, & regimi-
ni tam Eccleſiarum, quam Parochianorum, cultui divino, quieti, & ſatisfactioni totius populi, quod
per dictos Religioſos, ſeu eorum Vicarios, prout prius, in dictis Eccleſiis deſerviatur, Eccleſiaſtica Sa-
cramenta miniſtrentur, & cura animarum regatur: Nos, qui ſemper oculos mentis noſtrę direximus ad
augmentum, & conſervationem Catholicę Fidei, animarum ſalutem, & populorum quietem, locorum-
que, & Collegiorum Religioſorum manutentionem, de ſtatu dictarum Eccleſiarum, & Parochianorum,
& omnibus aliis pręmiſſis, plenam, & certam notitiam habentes, & in pręmiſſis de opportuno remedio
providere volentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatę petitionis inſtantiam, ſed de
noſtra mera deliberatione, ac ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine (jure or-
dinario, Diœceſano circa viſitationem, & correctionem Eccleſiarum hujuſmodi, Venerabili Fratri Ar-
chiepiſcopo Valentino pro tempore exiſtenti, ſalvo & illęſo remanente) remotionem, & ejectionem Vi-
cariorum, ſeu Religioſorum, ad deſerviendum in dictis Eccleſiis, Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtran-
dum, & curam animarum exercendum, necnon novam Vicariorum deputationem, & electionem, &
tertię partis fructuum hujuſmodi aſſignationem, quomodolibet factas, & prout illas concernunt, inde
ſecuta quęcunque, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac dictos Vicarios ab Archiepiſcopo prędicto,
ſeu ejus Vicario, & officiali deputatos amovemus, & amoveri mandamus, dictoſque Priorem, & Fra-
tres, ſeu Collegium in priſtinum ſtatum, in quo antea erat, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi
nunquam fuiſſent amoti, ſive impediti, & amotio, & nova deputatio hujuſmodi facta non fuiſſet, ple-
narie reſtituimus, & reintegramus, reſtituique, & reintegrari mandamus, ita ut, per ſe ipſos, ſive
alios, ad nutum amovibiles, idoneos, & ſufficientes dictis Eccleſiis deſervire, Eccleſiaſtica Sacramenta
miniſtrare, ac animarum curam exercere, fructus, & proventus omnes percipere, & de illis diſponere
libere poſſint, & valeant, ac ipſorum privilegia, literas, & conceſſiones circa pręmiſſa confirmamus,
& quatenus opus ſit, innovamus; ſicque, per quoſcunque judices, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, necnon irritum, &
inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit
attentari, decernimus. Quocirca dilectis filiis Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę generali Auditori, ac
Abbati Monaſterii B. Marię Vallis-dignę Ciſtercienſis Ordinis, & Capiſcolio, ſeu Cantori Eccleſię Va-
lentinę, & eorum cuilibet, motu ſimili per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi,
vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, ſeu alios, pręſentes noſtras literas, & in eis contenta
quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Prioris, & Fratrum
fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, fa-
ciant auctoritate noſtra, eaſdem pręſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac
Priorem, & Fratres prędictos pro tempore exiſtentes, illis pacifice gaudere, non permittentes eos, ſeu
eorum quemlibet deſuper contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebite moleſtari, contra-
dictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia,
appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſu-
ras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam, ſi ad hoc opus fuerit, auxilio
brachii ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris
noſtri, de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore

prę-

præſentium ad judicium non trahatur, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſtilo Palatii, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Februarii MDLXVII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cęſar Glorierius.

1. *Parochialis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo duo exemplaria authentica ex autographo *Luchentenſi*.

Anno 1567 Die 24 Martii.

CXXIX.

Breve conceſſum ad petitionem Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis, ut Fratres in Indiis Occidentalibus commorantes, poſſint officium Parochorum (1) exercere, aſſiſtendo etiam matrimoniis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

PIUS PAPA V.

Cariſſime in Chriſto Fili noſter, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit tua Majeſtas Regia, quod juxta Sacri ęcumenici Concilii Tridentini Decreta, nulla matrimonia niſi pręſente Parocho, aut de illius licentia contrahi, nulluſque Religioſus abſque Epiſcopi licentia, Verbum Dei pręedicare, ac ſecularium perſonarum confeſſiones audire, Epiſcopi vero novas Parochias in locis ab invicem longe diſtantibus conſtituere poſſint. Quia tamen in partibus Indiarum Maris Occeani Religioſi, propter presbyterorum defectum, hactenus officio Parochi functi fuerunt, & id quoad converſionem Indorum attinet, exercuerunt, & exercent, ex quo non modicos, ſed maximos fructus, etiam Verbum Dei eiſdem Indis pręedicando, & explicando, ac confeſſiones audiendo, ad Fidei Catholicę propagationem ſecerunt, dicta Majeſtas tua Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ipſis Religioſis, ut illi ad uberiores fructus in dicta converſione Indorum reportandum incitentur, in locis eis aſſignatis, & aſſignandis officium Parochi, matrimonia celebrando, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrando, prout hactenus conſueverunt, exercendi, & ab eorum Superioribus in Capitulis Provincialibus obtenta licentia, Verbum Dei pręedicandi, & ſecularium confeſſiones de ſuorum Superiorum licentia audiendi, facultatem concedere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum, pręſertim Catholicorum Regum votis, ad divini cultus augmentum, & animarum ſalutem tendentibus, libenter annuimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus, & ſingulis Religioſis quorumcunque, etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, & in eorundem Ordinum Monaſteriis, vel de illorum Superiorum licentia extra illam commorantibus, ut in locis ipſarum partium, eis de ſimili licentia aſſignatis, & aſſignandis, officium Parochi hujuſmodi, matrimonia celebrando, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrando, prout hactenus conſueverunt (dummodo ipſi in reliquis ſolemnitatibus dicti Concilii formam obſervent) exercere, & Verbum Dei, (ut pręfertur) quatenus ipſi Religioſi Indorum illarum partium idioma intelligant, de ſuorum Superiorum licentia, ut pręfertur, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, pręedicare, ac confeſſiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcunque licentia minime requiſita, libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus. Et inſuper, ne in locis illarum partium, in quibus ſunt Monaſteria Religioſorum, qui animarum curam exercent, aliquid per pręedictos Epiſcopos innovetur, eadem auctoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus, ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Mandantes nihilominus dilectis filiis Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Generali Auditori, & B. Marię de Mercede, ac del Carmen. extra, & intra muros Hiſpalenſium Monaſteriorum, per Priores gubernari ſolitorum, Prioribus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem Religioſis in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant eos, & eorum quemlibet, conceſſione, indulto, ſtatuto, & ordinatione, ac aliis pręmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per locorum Ordinarios, & alios quoſcunque contra pręſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pęnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum ponendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Martii MDLXVII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Parochorum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar inter Monumenta Provincię S. Crucis. In Bullario Romano eſt *XXXIV.* Legitur apud *Rodericum* in *Collectione &c. T. II pag. 391.*

De

Anno 1567 Die 1 Novembris.

De portione aſſignanda Vicariis perpetuis Eccleſiarum Parochialium Monaſteriis unitarum (1).

Ex Bullario Romano Conſt. XLVII S. Pii V.

CXXX.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei Memoriam.

AD exequendum Paſtoralis Officii debitum vigilantibus ſtudiis intendentes, ad ea per quę Cathedralium, aliarumve Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, beneficiorum, ſeu Collegiorum, ac aliorum Piorum locorum proſpero profectui, divinique cultus augmento, & opportunę congruęque ſubſtentationi Parochialium Eccleſiarum eiſdem unitarum ſtatui feliciter dirigendo, & perſonarum in illis curam animarum exercentium utilitati, recta ratione, & provida moderatione conſuli, & ſalubriter provideri valeat, libenter interponimus noſtrę ſolicitudinis partes. Hinc eſt, quod Nos, ad quorum aures, quod non ſine animi noſtri moleſtia referimus, pervenit, nonnullos ex Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in deputandis Vicariis, ac in aſſignatione portionum Vicariis perpetuis Parochialium, dictis Eccleſiis Monaſteriis, Beneficiis, Collegiis, vel locis Piis perpetuo unitarum, ex Concilio Tridentino facienda, ita modum exceſſiſſe, ut parum, aut nihil ex fructibus, redditibus, & proventibus Parochialium Eccleſiarum ſic unitarum Eccleſiis, Monaſteriis, Beneficiis, Collegiis, aliiſque locis piis remanſerit, ob idque multę ortę ſint ſuper hoc controverſię circa interpretationem Decreti dicti Concilii. Nos ad eas tollendas animum intendentes, conſiderantesque, uniones ipſas ideo a Prędeceſſoribus noſtris factas eſſe, ut ex redditibus, & emolumentis Beneficiorum unitorum, Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa uniuntur, facilius onera, eiſdem incumbentia, ſupportentur, & promptius a Miniſtris Eccleſiaſticis in eiſdem divina officia celebrentur, hoſpitalitas ſervetur, aliaque caritatis opera exerceantur, ac etiam, ut nihilominus cura animarum dictarum Parochialium laudabiliter exerceretur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipſius Concilii mente fuiſſe, colligimus, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos pręfatos in aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prędicto Concilio, ipſorum Pręlatorum arbitrio, facienda, ita ſe continere, & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta ſcutorum ſumma, computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis, eis omnino aſſignetur, niſi Vicariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ſive in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo, ſeu alia re ſtabili portio, hujuſmodi conſtituatur, cujuſcunque valoris Parochialis Eccleſia unita fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci cui Parochialis ipſa unita fuerit, ita quod portiones ultra, vel infra dictas ſummas ſcutorum centum, & ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignatę, vel in poſterum forſan aſſignandę, quoad exceſſum, & defectum hujuſmodi nullius roboris, & momenti exiſtant, & ad ſummas prędictas reductę, & auctę reſpective cenſeantur, niſi tamen valor annuum ipſius Parochialis unitę, habita ratione, ut pręfertur, minor ſit quinquaginta ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere ſummam annuarum valoris dictę Parochialis, ſed ſufficiat, quod omnes fructus ejus duntaxat attribuantur ipſi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum eſſet, eos, qui commodis privantur, eadem onera, quę prius ſuſtinebant, debere ſufferre, volumus, & ſtatuimus, quod Eccleſię, Monaſteria, Collegia, Beneficia, & pia loca hujuſmodi, in quorum Parochialibus Eccleſiis unitis, contingat Vicarias prędictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum, quam Nobis, & Camerę Apoſtolicę ſolvunt, ulterius non teneantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quę de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur. Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere a Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuę deputationis, & ſolvere annata pro portione fructuum, reddituum, & proventuum certorum ſibi aſſignata, & expedire literas Apoſtolicas, nec alias ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & ſervitium earundem Parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta annata, & expeditis literis Apoſtolicis novę proviſionis, ut pręfertur, alioquin integrum quindennium ſolvi debere, nec Vicarii prędicti antea tuta conſcientia fructus percipere poſſint. Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum, pręvio examine, approbatione deputentur. Et ſi dictę Parochiales unitę erunt Monaſteriis Regularium Mendicantium poſſint a Superioribus dictorum Monaſteriorum nominari ex ipſis Mendicantibus, quos ſi Ordinarii, pręvio examine, per ſe, aut eorum Vicarios, faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam invenerint, & ita pro idoneis approbaverint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum ſuorum amovibiles, deputare. Idemque, etiam ſervetur in regularibus Monachis tantum, dummodo in ea Parochiali, in qua unus ex Monachis fuerit, ſervata forma prędicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo ſaltem quatuor alii ex dictis Monachis. Sicque per quoſcunque Judices, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi poteſtate, judicari, & interpretari debere, necnon irritum, & inane decernimus, quicquid ſecus a quoquam, quavis auctoritate, attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod pręſentes literę in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & ad valvas Principis Apoſtolorum de Urbe de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eas ad ſingula queque loca deferri, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Pręlati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę prę-

preſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Septimo, Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Anno a Nativitate Domini MDLXVII, Indict. X, die vero XV, Menſis Novembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii Divina providentia Papę V. anno ejus Secundo retroſcriptę literę Apoſtolicę affixę, & publicatę fuerunt ad valvas Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellarię Apoſtolicę, ibidem dimiſſis copiis affixis per nos Johannem Andream Rogerium, & Antonium Clerici Curſores Apoſtolicos.

Jo. Gnerardi Mag. Curſ.

1. *Unitarum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

Anno 1567 Die 3 Decembris.

CXXXI.

Prioratus Sanctorum XII Apoſtolorum unitur Cremonenſi Cœnobio.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Exigit incumbentis Nobis Apoſtolicę ſervitutis officinm, ut circa ſtatum domorum, & aliorum regularium locorum, ac perſonarum in eis ſub regulari obſervantia ſtudio pię vitę vacantium ſalubriter, & proſpere dirigendum, efficaciter intendamus, & iis, per quę illorum commoditatibus, ac oneribus eis incumbentibus facilius ſupportandis, valeat ſalubriter provideri, Apoſtolicę providentię partes, prout opportunum fore conſpicimus, favorabiliter adhibere curemus. Sane accepimus, quod ſi *Prioratus* Sanctorum duodecim Apoſtolorum prope, & extra muros Cremonen. Ordinis S. Benedicti, quem *dilectus* filius Johannes Petrus Gluſſianus dictus Mediolanen., ex conceſſione Apoſtolica, in commendam, ad ejus vitam, obtinet, cuique Parochialis Eccleſia Sanctorum Viti, Creſcentii, & Modeſti, nonniſi triginta domos jure Parochiali ſub ſe continens, canonice unita, annexa, & incorporata exiſtit, & a domo dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum S. Dominici Cremonen. Ordinis Fratrum Prędicatorum, *nonniſi* via media dividitur, eidem domui perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, profecto ex hoc Domus, & Prior, & Fratres prefati congruum relevamen, dictus vero Prioratus, eorundem Prioris, & Fratrum zelo, & caritate, in divinis non modicum ſuſciperet incrementum. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, eoſdem Priorem, & Fratres, ac eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac Domus hujuſmodi fructuum, redditunm, & proventuum verum annuum valorem pręſentibus pro expreſſo habentes, motu proprio, non ad ipſorum Prioris, & Fratrum, vel alterius pro eis Nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia, noſtris, curam omnimodam Parochianorum, juſque, & exercitium Parochiale univerſum Eccleſię annexę hujuſmodi inibi remanere, & per unum ex ipſius Domus Fratribus exerceri, ipſumque Johannem Petrum pro ipſius curę exercitio ex Prioratus, & Eccleſię, aliorumque illi annexorum fructibus, redditibus, & proventibus, centum ducatos auri de Camera ex nunc dare, & aſſignare debere, ſeu Priorem, & Fratres hujuſmodi illos ex fructibus, redditibus, & proventibus Prioratus, & Eccleſię, aliorumque annexorum hujuſmodi, propria auctoritate percipere, exigere, & levare, libere, & licite poſſe, & debere decernimus, necnon Prioratum prędictum, qui conventualis non eſt, & forſan ab aliquo Monaſterio ejuſdem Ordinis Sancti Benedicti, dependet, cujuſque, & dictę Parochialis Eccleſię, & forſan aliorum illi annexorum, fructus, redditus, & proventus, ſuper quibus penſio annua quinquaginta ducatorum auri de Camera certę perſonę eccleſiaſticę, *illam* annuatim percipienti, Apoſtolica auctoritate, reſervata exiſtit, ſexcentorum ducatorum ſimilium, ſecundum extimationem communem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, ex nunc ſi actu quovis modo, & ex cujuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignationem, vel ſimilem ceſſionem dicti Johannis Petri, vel cujuſvis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem felicis recordationis Johannis Papę XXII Prędeceſſoris noſtri, quę incipit: Execrabilis: vel aſſequutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, ſive etiam ex eo, quod dictus Johannes Petrus alias quoddam homicidium commiſit, ſeu, ſe, prout de jure tenebatur, non fecit ad ſacros ordines promoveri, aut pręmiſſa, vel quacunque alia commenda, ſeu collatione, & alia diſpoſitione de illo eidem Johanni Petro, ſeu cuicunque alteri *perſonę*, quavis auctoritate, facta, propter perſonarum hujuſmodi inhabilitatem, & incapacitatem, *undecunque*, & qualitercunque provenientem, aut alia ex quavis cauſa, nulla, & invalida exiſtente, ſeu effectum ſortiri nequeunte, aut alias quomodocunque, & qualitercunque vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatus exiſtat, & ad illum conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura, etiam juriſdictionatus, immineat animarum; ſuper eo quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datę pręſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter jus quęſitum, alioquin cum primum illum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem dicti Johannis Petri, etiam apud Sedem prędictam vacare contigerit, etiamſi, ut prefertur, qualificatus exiſtat, cum Parochiali Eccleſia, & aliis annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ita quod liceat eiſdem Priori, & Fratribus ex nunc, ſi vacet, ut pręfertur, alioquin ex tunc cum vacaverit, illorum cor-

corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ae ex nune. ſi non vaeet, ex fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi eentum ducatos ſimiles, ac domos Parochiales Eccleſię annexę hujuſmodi, ac alia ad eandem annexam Eeeleſiam pertinentia; ſi vero ex nune vacet, ut pręmittitur, illos omnes in ſuos, & Prioratus, ae Parochialis Eccleſię, aliorumque annexorum bujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, euramque eidem annexę Eceleſię imminentem, per unum ex Domus pręfatę Fratribus exereeri faeere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, auctoritate Apoſtoliea, tenore pręſentium, unimus, annectimus, & incorporamus. Et inſuper eundem Prioratum ſic unitum, illiuſque Domos, poſſeſſiones, eaſalia, terras, redditus, proventus, jura, obventiones, actiones, & alias res, aliaque omnia, & ſingula, tam mobilia, quam immobilia, & ſe muventia bona quęcunque, pręſentia, & futura, ubilibet exiſtentia, ac in eorum propriis terris, & puſſeſſionibus laboratores, & colonos, ae negotiorum geſtores, nune, & pro tempore exiſtentes, ab omnibus, & ſingulis deeimis, quartis, quintis, mediis, & quotis, omnique ſubſidio, etiam earitativo, & triennali, vel alias quomodolibet nuncupato, ae omni ſubventione, & contributione, etiam pro eccleſiaſtico puerorum Seminario, necnon ab omnibus, & quibuſeunque aliis oneribus, & impoſitionibus ordinariis, & extraordinariis, realibus, & perſonalibus, meris, & mixtis, novis, & antiquis, ſolitis, & inſolitis, tam per Nos, & quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores, ae Sueceſſores noſtros, necnon Sedem, & Cameram Apoſtolicam, ipſiuſque Sedis de Latere Legatos, & Nuncios, ae illius, & dictę Camerę Commiſſarios, quam locorum Ordinarios, ac etiam Cummunitates, & Univerſitates, necnon in ſpiritualibus, & temporalibus dominos, aut mixtim, & quoſcunque alios, quavis auctoritate, vel poteſtate, & ex quibuſvis, etiam quantumcunque urgentiſſimis, & neceſſariis, ad neceſſario exptimendis, eauſis, occaſionibus, rationibus, vel intuitibus, ſeu etiam motu ſimili, ae conſiſtorialiter, & alias quomodoeunque, & qualitereunque canoniee, vel de facto, nunc, & pro tempore impoſitis, & imponendis, ac qui ubivis locorum actu exiguntur, & exigi contigerit in futurum, necnon a contributionibus, & ſolutionibus in illis faciendis, ac alias in omnibus, & per omnia, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, ae liberos, immunes, & exemptos, liberaque, immunia, & exempta, cum infraſcripta tamen reductione, & reſtrictione, etiam perpetuo facimus, & conſtituimus, ae cenſeri, & teneri volumus, decernimus, & declaramus, ſtatuentes nihilominus, & ordinantes, ae precipientes, & mandantes, ut in eventum in quem, ae toties quoties Nos, aut Sueceſſores noſtri prędicti ſolutionem, & exactionem deeimarum ob rationabilem aliquam Eccleſię neceſſitatem impoſuerimus, vel impoſuerint, dicti Prior, & Fratres pro tempore exiſtentes, ſulvant tantummodo libras quinquaginta Imperiales monetę illarum partium, quam quidem ſummam, ac omne, & totum id, quod ab illis per dictam Sedem, ſeu ejus Legatos, Nuncios, Commiſſarios, vel alios Officiales, ſeu quoſcunque alios, quaeunque dignitate, etiam Imperiali, aut Regia fulgentes, occaſione decimarum earundem quomodolibet peti poſſet, motu, ſeientia, & poteſtate ſimilibus, ex nunc, prout ex tunc, perpetuo reducimus, & moderamus, eoſque ultra ſummam prędictam quinquaginta librarum ſimilium in aliquo gravari, aut quovis modo moleſtari poſſe, nec debere, volumus pariter, atque decernimus. Nolumus autem, nec intendimus per pręmiſſa, aliis Prioris, & Fratrum eorundem privilegiis, ſeu conſuetudinibus de medietate decimę ſolvendę diſponentibus, quibus ipſi Prior, & Fratres utuntur, fruuntur, & gaudent, in aliquo pręjudieare, ſed immo volumus, quod eadem privilegia de medietate decimę bujuſmodi diſponentia, ſalva, & integra remaneant, ae in viridi obſervantia perſeverent, ubi gratiam, & favorem eorundem Prioris, & Fratrum, ac minus illorum gravamen concernet, diſtrictius inhibentes quibuſvis perſonis in virtute ſanctę obedientię, ac ſub excommunieationis majoris, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, & infligendis pęnis, ne eoſdem Priorem, & Fratres ſuper pręmiſſis, vel eorum aliquo, quovis quęſito colore, moleſtare, perturbare, vel inquietare quovis modo audeant, vel pręſumant. Decernentes quoque, eundem Johannem Petrum commendę Prioratus hujuſmodi, tam in noſtris, quam alicujus Romani Pontificis ullo modo, & ex quavis cauſa cedere non poſſe, & caſu quo idem Johannes Petrus ceſſerit, ceſſionem pręfatam, nonniſi in eorundem Prioris, & Fratrum favorem, ae domus prędictę utilitatem factam eſſe, & eſſe cenſeri, necnon unionem, annexionem, & incorporationem, aliaque pręmiſſa, ſub nullis, etiam in ſe totum illorum tenorem continentibus, revoeationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium, unionum, annexionum, & incorporationum, ae aliarum quarumeunque gratiarum, tam per Nos, quam etiam Succeſſores noſtros pręfatos quomodolibet, ae cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis elauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, pro tempore factis, quorumcunque tenorum exiſtant, ineludi, ſed, illis non obſtantibus, in ſuis vigore, robore, & efficacia perſiſtere, ac quoties illę emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ae de novo conceſſas cenſeri. Et ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtrę eſſe, nec pręſentes literas ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, etiam ob defectum conſenſus dicti Johannis Petri, ſeu intentionis noſtrę, vel alio quopiam defectu notari, aut in jus, vel controverſiam, etiam ad inſtantiam ejuſdem Johannis Petri, quacunque ratione, vel eauſa vocari, ſeu reſtitutionem in integrum, vel reductionem ad terminos juris, ſeu quodvis aliud gratię remedium, contra illas impetrari, aut ab alio, vel aliis impetratis, ſeu etiam, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſis, uti poſſe, eauſamque, vel eauſas propter quas unio, annexio, & incorporatio prędictę factę ſunt, eoram prędicto loci Ordinario, etiam tanquam Sedis Apoſtolicę delegato, minime verifieari, nec ob id, ſeu ex quo intereſſe habere putantes vocati non fuerint per ſubreptionem obtentas pręſumi, viribuſque propterea earere, nec Priorem, & Fratres prędictos ullo unquam tempore ad verificandum pręmiſſa, nec purificandum gratiam hujuſmodi teneri. Et ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtoliei Auditores, ae Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales, ſublata eis, & eorum euilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judieari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi

ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Qoocirca Venerabilibus Fratribus Mantuano, & Maceratenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris oostri Epiſcopi Cremonenſis, in ſpiritualibus Generali, per Apoſtolica ſcripta, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Prioris, & Fratrum, vel alicujus eorum, fuerint *requiſiti*, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant, eoſdem *Priores*, & Fratres, & eorum quemlibet, pręmiſſis omnibus, & ſingulis juxta pręſentium earundem continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti, remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus legitimis ſuper his babendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, aoxilio bracbii ſecularis. Non obſtaotibus voluntate priori, & ordinatione noſtris pręдictis, ac felicis recordationis Bonifatii Papę VIII, etiam Prędeceſſoris noſtri, qua cavetor, ne qnis extra ſuam Civitatem, vel Dięceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, ultra unam dietam a fine ſuę Dięceſis, ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prędicta deputati, extra Civitatem, aut Dięceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque propterea procedere, aut alii, vel aliis, vices ſuas committere pręſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo nltra tres dietas aliqois auctoritate pręſentium ad judicium non trahatur, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus, a jure permiſſis, fieri probibentis, ac aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Monaſterii, & Ordinis prędictorum, innovatione, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, *privilegiis* quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Prioratui, & Ordini prędictis, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu ſimili, necnon conſiſtorialiter, ac alias in contrariom quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumqne totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio babenda, ſeu alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi pro alio, vel aliis in dicto Prioratu, Apoſtolica ſcripta forſan ſint directa, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Prioratibus bujuſmodi, ſpeciales, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus, generales dictę Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecota quęcunque, necnon quaſcunque gratias expectativas, ſpeciales, vel generales, reſervationes ſimiles, vel diſſimiles, uniones, annexiones, & incorporationes, facultates, & indulta, etiam cum proviſionibus in favorem quarumcunque perſonarum, etiam Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium, ac oovorum, etiam antiquorum, & deſcriptorum familiarium, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet forſan conceſſa, & in poſterum concedenda, quorum omnium vim, & effectum, eorum tenores pro ſufficienter expreſſis babentes, quoad boc, omnino, eiſdem motu, & ſcientia, ac auctoritate ſuſpendimus, & in hujuſmodi vacatione effectum ſortiri non poſſe, neque debere deceroimus, illis quoque quoad pręmiſſa ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & donec pręſentes ſuum plenarium, & omnimodum conſecutę fuerint, & conſequantur effectum, ad dictum Prioratum volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſequutionem Prioratuum, ſeu beneficiorum aliorum pręjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę, pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de quibus, eorumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem *pręдictas*, dictus Prioratus debitis non fraudetur obſequiis, ſed illius Eccleſię congrue ſupportentur onera conſueta, Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper bis, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, exemptionis, liberationis, facti, conſtitutionis, declarationis, ſtatuti, ordinationis, pręcepti, reductionis, moderationis, voluntatis, inbibitionis, mandatorum, derogationis, ſuſpenſionis, & decretorum, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Panli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Septimo, Tertio Nonss Decembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cęſar Glorierius.

P. Epiſcopus Ham. Summiſts.

A. . . . de Aleriis.

Regiſtrata apud Cęſarem Secrctarium.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſi*.

Quan-

Anno 1568 Die 27 Januarii.

Quandonam Mulieres poterunt intrare (1) Clauſtrum Regularium non obſtante prohibitione facta per Breve S. Pii V.

CXXXII.

Ex Roderico in Collectione Bullarum T.II pag.388.

NOs Alexander miſeratione Divina Titnli Sancti Johannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis, Cribellus nuncupatus, omnibus, & ſingulis pręſentes noſtras literas inſpecturis, lecturis, & anditnris, fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur, quatenus Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. Pius divina providentia Papa V vivę vocis oraculo Nobis facto, dixit, & declaravit, fuiſſe, & eſſe mentem, & intentionem ſuam, quod ejus literę ſub forma Brevis, ſub die XXIV Octobris milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Pontificatus ſui Anno Primo editę, in quibus mulieribus quibuſcunque ingreſſum Monaſteriorum Regularium, cum derogatoriis clauſulis, & irritantibus Decretis, prohibebatur, non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere pretendentes facultatem, & indulta ingrediendi hnjuſmodi Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque mulieres alias tam in genere, quam in ſpecie, ſignificans nihilominus idem Sanctiſſimus D. N. eodem vivę vocis oraculo nobis facto, quod propter hoc, & per dictas ſuas literas, non intellexit, nec intelligit, quod mulieribns pręcludatur aditus accedendi ad Monaſteria, & loca Regularia, ac illorum clauſtra, quando in eis Miſſa, & alia divina officia celebrantur, ac quando proceſſiones fiunt, & quando Chriſtifidelium cadavera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt, ſed libere conceſſit, & concedit eiſdem omnibus mulieribus facultatem, ut ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur, cum aliis Catholicis perſonis accedere, libere, ac licite poſſint, & valeant, & ſimiliter, quod quando Divinum Verbum in Eccleſia Monaſteriorum, & regularium locorum hujuſmodi proponitur, vel propter aliam quamcunque cauſam eſt tantum concurſus Populi, quod commode ingredi non poſſunt, & egredi per principalem partem Eccleſię, conceſſit, & concedit eodem vivę vocis oraculo, ut dictę mulieres una cum aliis ſecnlaribus perſonis poſſint ingredi, & egredi per portam clauſtri Monaſteriorum, & regularium locorum hujuſmodi, dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur e Monaſterio. Non obſtantibus privilegiis, & literis Apoſtolicis, ac quibuſcunque in contrarium facientibns. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & Teſtimonium pręmiſſorum, pręſentes noſtras literas exinde fieri fecimus; illaſque manu propria ſubſcripſimus, ſigillique noſtri, quo in talibus utimur, impreſſione communimus. Datum Romę in Palatio Apoſtolico in ędibus noſtrę ſolitę reſidentię ſub Anno a Nativitate Domini MDLXVIII Indictione II die vero XXVII Januarii, Pontificatus pręlibati Sanctiſſimi Domini N. Papę Pii V Anno Tertio.

1. *Intrare.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

Anno 1568 Die 12 Maii.

Electiones (1) canonicæ fiant per vota ſecreta, mediis ſchedulis.

CXXXIII.

Ex Caſtellino (2) Tract. de Elect. Cap. VII pag.176.

NOs Alexander miſeratione Divina Tituli S. Johannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis, Cribellus nuncupatus, omnibus, & ſingulis pręſentes noſtras literas inſpecturis, lecturis, & audituris, fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Pius Divina providentia Papa V vivę vocis oraculo nobis facto die XII Maii declaravit ad mentem Concilii Cap.VI Seſſ.XXV de Regularibus, & ad ſupplicationem multorum Religioſorum, ut omnes electiones fiant per vota ſecreta mediis ſchedulis, & nunquam publicentur eligentium nomina, & peracto ſcrutinio eorum qui plura habent ſuffragia ultra medietatem, habeantur electi. Quo facto coram Capitulo crementur Schedulę, & irritat electiones quę non ſervaverint pręadictum modum.

1. *Electiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit.II.*
2. *Caſtellino.*) Hoc idem pro Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia ſancitum fuit *a Sixto V* Conſt. data XXIX Julii MDLXXXVII Pontificatus Anno III.

Anno 1568 Die 13 Maii.

Ut Eccleſia conſtructa juxta Faventinum Monaſterium S. Cæciliæ juris ſit ejuſdem Monaſterii,

CXXXIV.

Ex Archivo (1) Ordinis.

P I U S P A P A V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, nuper quędam domns contigua Monaſterio Monialium ſub cura Fratrum Pręedicatorum Sedi Apoſtolicę immediate ſubjecto, Sanctę Cęcilię Faventin., ſub Regula Sancti Auguſtini degentium, incendio conſumpta fuiſſet, una Imago Beatę Marię Virginis in dicta Domo tunc exiſtens ab hujuſmodi incendio miraculoſe pręſervata reperta fuerit, & Chriſtifideles Civitatis Faventin. ſingulari devotione erga ipſam Beatam Mariam Virginem ducti, in illius honorem, unam Eccleſiam ſub invocatione ejuſdem Beatę Marię Virginis del foco nuncupat., ipſorum Chriſtifidelium eleemoſynis inibi conſ-

conſtrni, & ędificari fecerint, ſeu inceperint, dictaque Eccleſia conſtructa, ſeu conſtrui incepta, per loci Ordinarium, ſub dicta invocatione, Ordinaria auctoritate, erecta, & inſtituta fuerit; & ad illam devotionis cauſa magnus in dies Chriſtifidelium concurſus habeatur. Nos devotionem erga ipſam Beatam Mariam Virginem in dies augeri, maxime cupientes, dictamque Eccleſiam decenter adminiſtrari, ac dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſę, & Conventui dicti Monaſterii ſpecialem gratiam facere volentes, ac dictam Eccleſiam, quatenus opus ſit, ſub dicta invocatione, Apoſtolica auctoritate, erigentes, motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, & dictę Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, dictam Eccleſiam ex nunc, prout ex tunc, & e contra, poſtquam perfecta fuerit, eiſdem Prioriſſę, & Monialibus, & Conventui pro eorum Eccleſia perpetuo concedimus, & aſſignamus, ſeu illam eidem Monaſterio, ita quod liceat prędictis, ac pro tempore exiſten. Prioriſſę, Monialibus, & Conventui dicti Monaſterii per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictę Eccleſię, ac jurium, eleemoſynarum, pertinentiarum, ſuorum quorumcunque, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, aliaſque vera (2) eleemoſynas, & bona quęcunque, ei pro tempore erogata percipere, exigere, ac in ſuos, & dictę Eccleſię uſus, & utilitatem convertere, ipſique Eccleſię per Presbyterum, ſeu Presbyteros idoneos ſeculares, & quorumvis Ordinum Regulares, ad eorum nutum ponendos, & amovendos, in divinis deſerviri facere, illamque regere, & gubernare, de conſenſu prędicti Ordinarii, dicta Apoſtolica auctoritate, tenore prędentium, perpetuo unimus, & annectimus, atque incorporamus, illique, quod omnibus, & ſingulis exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis, quibus Prioriſſę, Moniales, & Coventus prędicti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere valeat, concedimus, & indulgemus, necnon quaſcunque impetrationes, collationes, proviſiones, uniones, aut alias diſpoſitiones de Eccleſia, ac rebus, & bonis, ac eleemoſynis, necnon juribus prędictis, Apoſtolica prędicta, ſeu Ordinaria, aut alia auctoritate, etiam per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſten. de cetero faciendas, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac prędentes noſtras in forma Brevis literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu, notari, vel impugnari, aut revocari non poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, ipſaſque Prioriſſam, & Moniales nunc, & pro tempore exiſtentes, deſuper per quoſcunque, quavis auctoritate, fungentes perturbari, ſeu inquietari, aut exinde amoveri non poſſe, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum, & inane quoque quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis collationibus, ſeu aliis diſpoſitionibus de dicta Eccleſia hactenus forſan factis, & faciendis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, privilegiiſquoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores prędentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, atque decernimus, quod prędfata dicta Eccleſia, Prioriſſa, & Moniales prędictę horas Canonicas, tam diurnas, quam nocturnas in ea, & non alibi, recitare omnino teneantur. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Maii MDLXVIII, Pontificatus noſtri Annno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ea alio authentico *Bononienſi*.

2. *Aliaſque vera.*) Legerem: *illiuſque jura*.

Anno 1569 Die 14 Octobris.

CXXXV.

Revocatio Privilegiorum de retinendis (1) Fratribus alterius Ordinis.

Ex Petro Matthæo in ſumma Conſtitutionum &c. pag. 678.

PIUS PAPA V.

Motu Proprio &c.

QUęcunque ſacrarum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum Nos incitat officium, de medio removere. Quanquam enim de cohibendis Regularibus ad alium Ordinem translatis Sancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decrevit, ut nemo cujuſcunque Ordinis, Pręlatus, vel Superior vigore cujuſvis facultatis, illorum quempiam ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi in Ordine, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat. Multi tamen Superiores, & Pręlati, obtentu privilegiorum, quamplurimos Apoſtatas, & alios diverſorum Ordinum ad ſe ob jurgia, contentiones, levitatem, & malefacta, ut maxime, fugientes, eo etiam conſilio receptare non deſinunt, ut illorum opera in curandis infirmis, gerendiſque eorum locorum rebus, & negotiis utantur, ex qua re, plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantum eorum Ordinum, unde animadverſionis metu forte exierant, ſed & ipſorum Ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur. Quocirca cum ejuſmodi privilegia veniant abroganda, quandocunque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiam ſcandala generare, Nos his, aliiſque rationabilibus cauſis adducti, &, ut quibuslibet hujuſmodi effugia pręcludamus, de Nobis attributę poteſtatis plenitudine, revocamus, & abolemus omnia, & quęcunque privilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta pręter juris communis diſpo-

diſpoſitionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios, etiam laxiorum Ordinum profeſſores, quibuſcunque Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, & piis locis, etiam Sancti Antonii Viennen., Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, Sancti Johannis Hieroſolymitani, Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi de Spatha, Sancti Lazari Hieroſolymitani, eorumque Eccleſiis, membris, ſuperioribus, & perſonis, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, tam in ipſorum Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocunque, ac quotieſcunque, etiam per modum ſtatnti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutionibus, pręſervationibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum, miſerabilium, & cujuſcunque alterius pii operis intuitu, ac etiam ex quibuſcunque aliis cauſis, quantumvis gravibus, caritativis, & neceſſariis, etiam conſideratione, vel ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, deque illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extenſa, vel etiam moderata, caſſamus quoque, & annullamus, quoad illa, omnes Apoſtolicas, & alias literas ſuper iis confectas, ac proceſſus, & alia inde ſecuta quęcunque. Ac volumus ea omnia vires, & effectum de cetero non habere, ita ut poſthac illorum ſic revocatorum prętextu, Pręlati, & Superiores prędicti, aut alii quicunque nullum prorſus alterius, etiam laxioris Ordinis, vel obſervantię regularem, , etiam ſpecialem tranſeundi ad ipſos licentiam juxta hujuſmodi privilegia duntaxat ferentem, ad habitum, & profeſſionem regularem in ſuis quiſque Monaſteriis, domibus, locis, vel Ordinibus, etiam ut in clauſtro perpetno maneant, admittant, nec omnino quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupradictis, vigore hujuſmodi privilegiorum tantum, ac pręter juris communis diſpoſitionem jam habent translatos ad eorum Superiores, & loca ejus Ordinis, unde erant profecti, quamprimum remittant. Decernentes admiſſiones, receptiones, & retentiones hujuſmodi nulla firmitate ſubſiſtere, neminemque prorſus ulli voto, ullive regulę, vel obſervantię, etiam juramento, aliave ſolemnitate, promiſſę, obligare, necnon irritum, & inane quicquid ſecua per prędictos, aut quoſcunque alios, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicunque vero aliquem contra hujus noſtrę revocationis tenorem admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos jam habent, modo prędicto translatos, aut receptos retinuerint, ipſos omnibus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis, pręſentium auctoritate, privamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Quocirca omnibua locorum Ordinariis, in quorum Dięceſibus loca prędicta conſiſtunt, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios, de translatis prędictis, auctoritate noſtra, cognoſcentes, in eos, quos contra hoc pręſcriptum noſtrum degere invenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, rejecto quocunque exemptionis privilegio, animadvertant, ipſoſque prętereatranslatos, & retentos, ad priores Ordines, & diſciplinam remittere procurent, contradictores quoſcunque per cenſuras eccleſiaſticas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, Hoſpitalinm, Militiarum, Ordinum, & locorum prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, quodque Pręlatis, & Superioribns, prędictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, a prędicta ſit Sede indultum, quod literis revocatoriis ſub quacunque formnla editis, nullatenus, vel niſi modis, & formis in hujuſmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem aliquas cenſuras, & pęnas incurrere, aut alias interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, necnon Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, & Ordinibus hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, & ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine prędictis, conceſſis, cujuſcunque tenoris exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quę omnia nolumus cuiqnam contra prędicta in aliquo ſuffragari, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut ipſarum pręſentium exempla edantur, eademque etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Pręlati Eccleſiaſtici, ejuſve curię ſigillo obſignata, eandem illam, ubique locorum, fidem in judicio, & extra illud faciant, quam ipſę pręſentes facerent, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Nono, Pridie Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

2. *Retinendis*,) *Conſulendus Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XI.*

Anno 1571 Die 20 Junii.

CXXXVI.

Cardinalem Alexandrinum (1) ad Regem Hiſpaniarum legat.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Hiſpaniarum Regi Catholico.

P I U S P A P A V.

Cariſſime in Chriſto Fili noſter, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

MIttimus ad Majeſtatem tuam, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, in Nomine omnipotentis Dei noſtrum, & Sedis Apoſtolicę, de Latere Legatum, dilectum Filium Fratrem Michaelem Tituli Sanctę Marię ſuper Minervam Presbyterum Cardinalem Alexandrinum, noſtrum ſecundum carnem Pronepotem, qui cum omnium noſtrorum conſiliorum particeps, atque intimi noſtri ſenſus conſcius ſit, ex eo exiſtimare poterit Majeſtas tua, illo mittendo, quaſi noſmetipſos a Nobis ad eam miſſos fuiſſe. Quamvis autem illius pręſentia, qui inter ceteros unus pręcipue labores noſtros ſuſtinere ſolitus eſt, non ſine magno ſimus incommodo carituri, tamen hoc non ſolum noſtrę erga te paternę benevolentię, ſed etiam negotiorum, de quibus tecum acturus eſt, magnitudini libenter dedimus, ut ipſum ad Majeſtatem tuam potiſſimum mitteremus, quo Nobis conjunctiorem mittere non poteramus. Qua ex re intelligere poteſt, quantę nobis illę res curę ſint, quarum gratia eum, cujus opera tam neceſſaria utebamur, mittendum eſſe decrevimus. Quibus de cauſis, ſuaque maxime erga Nos, Sanctamque hanc Sedem, obſervantia adduci, non dubitamus, Majeſtatem tuam non ſolum eo ipſum *honore*, caritateque eſſe excepturam, qua Deus ipſe Miniſtros ſuos accipiendos eſſe pręcepit, ſed etiam *illi* in omnibus rebus perinde, ac Nobis ipſis fidem eſſe habituram. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX Junii MDLXXI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Alexandrinum.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum S. Pii V T. V pag.* 198.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex *Archivo Apoſtolico Libro* Brevium ad Principes an. MDLXXI.

Anno 1571 Die 9 Julii.

CXXXVII.

De ſepeliendis (1) Corporibus Defunctorum in Principatu Cathaloniæ pro Fratribus Mendicantibus, etiam irrequiſitis Eccleſiarum Rectoribus, & Capitulis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

P I U S P A P A V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

ROmanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, omnem diſſentionum, litigiorumque fomitem, pręſertim inter perſonas ſub ſuavi Religionis jugo, altiſſimo famulantes, inſurgentem, libenter extinguit. Et quę per Venerabiles Fratres Epiſcopos ad hunc effectum prudenter ordinata ſunt, ut firma ſemper, & illibata permaneant, Apoſtolicę confirmationis munimento roborat, & nonnunquam *innovat*, ac alias in his opportune diſponit, prout, perſonarum, rerumque qualitate penſata, conſpicit *in* Domino ſalubriter expedire. Sane, licet alias in confirmatione, approbatione, innovatione, nova conceſſione privilegiorum, indultorum, conceſſionum, facultatum, aliarumque gratiarum per Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam ordinibus Fratrum Mendicantium, illorumque Superioribus, Fratribus, & perſonis conceſſorum, inter cetera voluerimus, ſtatuerimus, & decreverimus, Fratres, ſive Religioſos, & Moniales, Monaſteriorum, ſive domorum dicti Ordinis ſupra quadraginta annos fundatorum, quartam funeralium, de qua in Seſſione XXV Cap. XIII Concilii Tridentini habetur, ubi illa ſolvi conſuevit, ac decretis (3), & aliis quę deferri contingit, dum corpora Defunctorum tumulanda deferuntur tantum, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis piis eleemo*ſynis* Fratribus, ſeu Monialibus dictorum Ordinum relictis, aut alias quomodolibet donatis ſolvere *teneri*, vel debere, dictumque Canonem Concilii ſic intelligi debere. Ubi autem conſuetudo ſolvendi dictam quartam, & domus, ſive Monaſteria dictorum Fratrum, ſeu Monialium ſupra quadraginta annos conſtructa non fuiſſent, de nullo ſolvere teneri, vel debere, nec Fratres, ſeu Moniales ipſas, ad quartam, vel aliam partem, ſive aliquid eorum, quę pro ornamento Eccleſiarum, Palliorum, Planetarum, Cortinarum, & aliorum quę eorum Eccleſiis, ſive fabricis, vel ipſis, ſeu eorum alicui, aut eorundem Conventibus, Monaſteriis, & domibus pro tempore relinqui, ſeu dari contingeret, etiamſi pro eorum victu, aut alias quomodolibet relinquerentur, nec aliquid aliud, quam jus ſepulturę tantum dari conſuetum Rectoribus, ſeu Parochis ſolvi debere, vel teneri, quamvis partes ad earum libitum Eccleſiis Ordinum hujuſmodi, dum ibidem corpora mortuorum ſepeliuntur, ſeu dictis Fratribus, vel Monialibus alia quęcunquę tribuiſſent, vel elargiti fuiſſent, nec propterea dicti Fratres impediri poſſent, vel deberent, quin libere Defunctorum corpora ad eorum Eccleſias tumulanda deferri facere poſſent, per quaſdam declaraverimus, ac forſan alias, & alia voluerimus, & ordinaverimus. Cumque poſtea accepiſſemus, quod

quod in nonnullis partibus, regionibus, & locis Hiſpaniarum, & pręcipue in Principatu Cathalonię, & in Civitate Barchinonen., ac in Oppido Perpignani Elnen. Diœceſis dilecti filii Canonici, & alię Capitulares perſonę, ac Parochialium Eccleſiarum Rectores, & alii Presbyteri, pręiextu, quod in dictis locis eſſet quędam conſuetudo, vel inter eos concordatum fuerit, quod quamvis decedentes, in eorum ultimis voluntatibus diſpoſuiſſent, eorum corpora in dictorum Fratrum Eccleſiis ſepeliri debere; nihilominus corpora ipſa primo ad ſuam Parochialem Eccleſiam deferri, & ibi a Rectore, ſeu Parocho henedictionem, quam dicunt ultimum Vale, accipere debere, dictos Fratres ſuper libera delatione, & aſſociatione corporum Defunctorum ad eorum Eccleſias, ac per ſe ipſos eorum Cruce erecta, aſſeverantes dicti Canonici, Rectores, & Presbyteri, id dictis Fratribus non licere, ſtantibus dictis conſuetudine, & concordatis, diverſimode moleſtare, & perturbare non ceſſabant. Nos Venerabili Fratri Epiſcopo Elnen. per alias noſtras in forma Brevis literas commiſerimus, & mandaverimus, quatenus, vocatis vocandis, dictiſque conſuetudine, & concordatis, & aliis quibuſvis diſpoſitionibus noſtrarum priorum literarum, contrariis non obſtantibus, ad totalem illarum, & contentorum in eiſdem executionem procederet, dictiſque Canonicis, Capitularibus perſonis, Rectoribus, & aliis Presbyteris prędictis perpetuum ſilentium deſuper imponeret, & quicquid deſuper decerneret, per cenſuras Eccleſiaſticas firmiter obſervare faceret, dictuſque Epiſcopus Elnen., dictarum poſteriorum noſtrarum literarum vigore, partibus vocatis, & auditis in eorum juribus, & illis mature diſcuſſis, ad executionem dictarum priorum noſtrarum literarum, & juxta illarum formam, & tenorem procedendum fore, ac debere, ſententiaverit, & declaraverit, & ſuper moleſtiis illatis dictis Fratribus, ac pretenſis conſuetudine, & concordatis, aliiſque diſpoſitionibus, defunctorum tumulanda corpora primo illa ad Parochialem Eccleſiam deferendi. & a Parocho ultimom Vale prędictum recipiendi, dictis Capitulis, Canonicis, Rectoribus, & aliis Presbyteris perpetuum ſilentium impoſuerit, ac ſub excommunicationis majoris latę ſententię, & quingentorum ducatorum auri, pęnis, per contravenientes eo ipſo irremiſſibiliter incurrendis, oe io poſterum dictos Fratres, ſeu eorum aliquem, ſuper pręmiſſis, vel eorum occaſione, moleſtarent, ſeu alias quoquomodo perturbarent, inhibuerit, & forſan alias, & alia fecerit, & decreverit, prout in ſingulis noſtris, & ipſius Epiſcopi literis, ſeu aliis documentis, & actibus publicis deſuper confectis, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, Canonici, Rectores, & alii Presbyteri prędicti, & pręſertim illi Civitatis Barchinonen., & Oppidi Perpignani, pręmiſſis non attentis, ſed noſtris, & Sedis Apoſtolicę mandatis, & ordinationibus, cenſuriſque, & pęnis io eiſdem, & ab eodem Epiſcopo Elnen., ut pręfertur, fulminatis, ſpretis, magis in dies dictos Fratres ſuper eiſdem moleſtant, & perturbant: quinimo, dum dicti Fratres corpora decedentium, qui in Eccleſiis Fratrum hujuſmodi ſepeliri ordinaveriot, ex ipſorum, Defunctorum domibus accipere, & pro ipſis tumulandis ad eorum Eccleſias deferri facere intendunt, accedunt dicti Canonici, Rectores, & Presbyteri armata manu ad domum Defuncti, & violenter removent dictos Fratres, ac, dimiſſa cruce dictorum Fratrum, rapiunt corpora, & omnia funeralia, & ſecum violenter illa ad ſuas Eccleſias aſportant, & deferri faciunt, dictoſque Fratres, ſi ad hoc non conſentiunt, percuſſionibus, & verberibus afficiunt, & diverſimode eos male tractant, nec poſtea dicta corpora alibi, quam in ſuis Eccleſiis ſepeliri, ſive ad alias Eccleſias deferri permittunt, oiſi primo hęredes, ſeu curam funeris habentes, componant, & actualiter ſolvant certas ſummas pecuniarom, in non modicum Eccleſiaſticę libertatis, & hęredum dictorum Defunctorum prejudiciom, damnum, & detrimentum, ac noſtrorum, & Sedis Apoſtolicę mandatorum ſpretum, & vilipendiom, necnon peſſimum religionis, & Fidei Catholicę exemplum. Quapropter, Nos attendentes, Fratres ipſos, qui onus diei, & ęſtus, tam in prędicationibus, quam in ceteris ſpiritualibus muneribus quotidie ſuſtinent, a litibus, & vexationibus, ut ſemper quietius Altiſſimo famulari poſſint, ſublevandos eſſe, ac noſtras, & Prędeceſſorum noſtrorum literas, & in eis contenta quęcunque, executioni debitę demandari cupientes, ipſiſque Fratribus, & eorum ſingulis, in pręmiſſis opportune providere, ac ipſos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literarum prędictarum, ac proceſſuum, mandatorum, inſtrumentorum, ſententiarum, aliarumque ſcripturarum deſuper confectorum, ac inde ſecutorum quorumcunque veriores tenores, ac litis, ſeu litium hujuſmodi ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina judicum, & collitigantium, ac eorum jura, & titulos, etiam infectivos, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu proprio, oon ad ipſorum Fratrum, vel alicujus pro eis Nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas lites, quęſtiones, controverſias, vexationes, & moleſtias, ſive quęſtionum, & controverſię materias, quomodolibet contra dictos Fratres, & Religioſos utriuſque ſexus Mendicantes ſuper pręmiſſis, ſive eorum aliquo, per Canonicos, & Capitulares perſonas, tam Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum, quam Parochialiom quarumcunque Eccleſiarum in toto Principatu Cathalonię conſiſten. Rectores, & alios Presbyteros quoſcunque, eorundemque ęconomos, ſive Procuratores, illatas, ſive motas, aut inferri, vel moveri quomodolibet comminatas, necnon ioter dictos Canonicos, Capitulares perſonas, Rectores, & Presbyteros dictorum Civitatis Barchinonen., & Oppidi Perpignani ex una, & Ordinum Mendicantium, ſive alterius eorundem Fratres, ſive Superiores, Religioſos, & Moniales ſuper pręmiſſis, aut eorum aliquo, ſeu etiam ſuper dictorum privilegiorum, indultorum, facultatum, & aliarum gratiarum Fratribus ipſis, ut pręfertur, & alias quomodolibet, conceſſorum obſervatione, interpretatione, & executione, ſive quartę funeralium, aut cujuſcunque alterius portionis eiſdem Fratribus legatorum, donatorum, & traditorum ſolutione, & exactione, aut alicujus alterius conſuetudinis, ſive moris, & concordatorum obſervatione, etiam quod illorum prętextu dicti Canonici, Rectores, vel alii presbyteri prętendant Fratres prędictos non poſſe, nec ſibi licere corpora mortuorum tumulanda, ex domibus ipſorum Defunctorum

Nota.

Cruce eorum erecta, & ſine dictorum Canonicorum, ſive Rectorum, vel Presbyterorum interventu accipere, & ad eorum Eccleſias directe deferri facere, & aſſociare, ſed primo ad dictorum Canonicorum, Rectorum, & ſeu Presbyterorum Eccleſias illa deferri, & ab eiſdem Canonicis, ſive curam, vel officium exercente, ſive a dictis Rectoribus, vel aliis Presbyteris in ipſorum Canonicorum, Rectorum, & Presbyterorum Eccleſiis benedictionem, quam ultimum Vale, ut pręfertur, vocant, accipere debere, ac alias modo, & forma ſupradictis facere, nec aliter ſe poſſe intromittere, rebuſque aliis in actis cauſę, & cauſarum hujuſmodi latius deductis quibuſcunque, pręmiſſa, & eorum aliquid concernen., etiam ſi apud acta cauſę, & cauſarum earundem deducta non ſint, & eorundem occaſione, in prima, vel alia quacunque veriori inſtantia, partibus, ex altera, & vigore cujuſcunque noſtri, ſive Prędeceſſorum noſtrorum, & Sedis Apoſtolicę reſcripti, & Motu proprio, ac conſiſtorialiter, & quantumvis juſtificati emanati, & coram quorumcunque Ordinario, ſive Delegato, ac noſtro, & Sedis Apoſtolicę de latere Legato, ſeu ab eodem ſubdelegato, etiamſi inſtructę, vel per viam approbationis, ſeu recurſus, ſive reclamationis, aut alias quomodolibet introductę fuerint, & Fratres prędicti in judicium conſenſerint, & forſan contra eos ſententię, etiam diffinitivę, latę, & promulgatę fuerint, & in rem tranſiverint judicatam, vel alias ab eiſdem Fratribus quomodolibet ratificatę, & comprobatę fuerint, quovis modo ortas, motas, & pendentes, ſeu forſan per res judicatas, ſive comprobationes dictorum Fratrum finitas, & ſi quę quomodolibet ſuper omnibus, & ſingulis pręmiſſis, & eorum occaſione oriri poſſent, Apoſtolica auctoritate, ad Nos, harum ſerie, avocamus, & illas omnes, & ſingulas, ac quaſcunque alias diſpoſitioni dictarum noſtrarum literarum contrarias conſuetudines, etiam in viridi obſervantia a quocunque, etiam longiſſimo tempore citra, exiſtentes caſſamus, tollimus penitus, & extinguimus, ac illas pro caſſis, & extinctis habemus, & haberi volumus. Et inſuper illas, ac quaſcunque literas a Nobis, & Sede Apoſtolica, ſeu Prędeceſſoribus noſtris prędictis, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter quomodolibet obtentas, & impetratas, necnon declarationes, ſive ſententias, deſuper quomodolibet, etiam in contradictorio judicio, latas, & illarum res judicatas, ſive Fratrum comprobationes quomodolibet obtentas, dictis Capitulis, Canonicis, Rectoribus, & Presbyteris aliquo tempore, & in aliquo ſuffragari, ſive alias ipſos illis in judicio, vel extra, uti, minuſve ſe juvare poſſe, vel debere, decernimus, & declaramus, eiſque ſuper pręmiſſis omnibus, & ſingulis, perpetuum ſilentium imponimus. Ac etiam ſententiam, declarationem, inhibitionem, & alia per dictum Epiſcopum Elnen., ſive dilectum filium ejus Vicarium in ſpiritualibus generalem in favorem dictorum Fratrum, & contra eoſdem Canonicos, Capitulares perſonas, Rectores, & Presbyteros prędictos, ut pręfertur, latam, totumque illius proceſſum, & inde ſecuta quęcunque, eiſdem auctoritate, & tenore, perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuę, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, juris, & facti, ac etiam citationum, mandatorum, & quarumcunque aliarum ſolemnitatum, & ſubſtantialium, defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Preterea dictos Fratres Mendicantes quęcunque corpora defunctorum, qui ſe in eorum Eccleſiis ſepeliri ordinaverint, vel alias a defunctorum hęredibus, ſive curam funeris habentibus vocatos, ex domibus ipſorum defunctorum eorundem Fratrum Cruce erecta, etiam ſine dictorum Canonicorum, aut Capituli, vel Rectorum, aut aliorum Presbyterorum interventu accipere, & levare, illaque aſſociare, & pro illis tumulandis, & ſepeliendis ad ſuas Eccleſias directe deferri, & ea ibi libere, & licite ſepeliri facere, nec ad dictę conſuetudinis, ſive moris, & concordatorum, aut alterius cujuſcunque Conſtitutionis obſervationem, ſive ad dictum ultimum Vale a dictis Canonicis, Rectoribus, & Presbyteris in eorundem Presbyterorum Eccleſiis recipien. teneri, ſive ad id cogi poſſe, vel debere, ſeu ſuper eiſdem, vel eorum aliquo, aut eorum occaſione, a dictis Capitulis, Canonicis, Rectoribus, & Presbyteris, eorundemque ęconomis, ſive procuratoribus, aliquo pacto, & quovis prętextu, & cujuſcunque pręſcriptę conſuetudinis, ſive moris, vel ſententię, ſive declarationis contra Fratres ipſos aliquo tempore obtentę, ſive latę, & illius rei judicatę, ſive comprobationis dictorum Fratrum moleſtari, perturbari, vexari, vel inquietari poſſe, vel debere, auctoritate, & tenore pręmiſſis, etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, necnon dictis Canonicis, Rectoribus, & Presbyteris, eorundemque ęconomis, & procuratoribus, & quibuſvis aliis perſonis quocunque nomine cenſeantur, & quacunque pręfulgeant dignitate, ac cujuſvis gradus, ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtentibus in dicto Principatu Cathalonię conſiſten. ſub excommunicationis majoris latę ſententię, quoad ipſos Canonicos, Rectores, Presbyteros, & alias perſonas prędictas, quo vero ad Capitula, interdicti Eccleſiaſtici, ac quingentorum ducatorum auri, fabricis Domorum, ſeu Conventuum, & Eccleſiarum dictorum Fratrum applicandorum, & ipſo facto. ſine alia declaratione, ſive judicis miniſterio, incurrendis pęnis, a qua excommunicationis ſententia niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, pręterquam in mortis articulo, abſolvi nequeant, diſtrictius inhibemus, ac pręcipimus, ne quoquomodo per ſe, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, ac quovis prętextu, & quęſito colore, dictos Fratres ſuper pręmiſſis, vel eorum aliquo, & dictorum defunctorum corporum, ſive cadaverum, libera receptione, delatione, & Cruce ſua erecta ad eorum Eccleſias, aſſociatione, etiam per ſe ſolos, ſalvo duntaxat jure, Parocho ſolvi debito, & dicta quarta funeralium, ut pręfertur, ſolvenda, ſuperque libera fruitione dictarum noſtrarum literarum, & privilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum in eis contentarum, ſeu contra earundem literarum continentiam, & tenorem inquietare, vexare, vel aliquam moleſtiam, ſive impedimentum, verbis, vel facto inferre audeant, vel pręſumant, ſed illis pręmiſſis omnibus, & ſingulis libere, quiete, & pacifice uti, frui, & cum effectu gaudere permittant, dictiſque Ordinationibus, pręceptis, inhibitionibus, ac prioribus, & pręſentibus literis noſtris, omnibuſque, & ſingulis in eiſdem, ac dicti Epiſcopi Elnen. ordinatione, ſententia, & decreto contentis, prompta devotione pareant, obediant, ac acquieſcant, nec adverſus ea ullo pacto inſurgere, ſive reclamare, appellare, vel obloqui, ſive recurſum aliquem, judicialiter, vel extrajudicialiter habere, ac quicquid aliud directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe dicere, vel facere, ſeu procurare, etiam audeant, ſeu pręſumant. Et nihilominus pro abundatiori cautela dictas priores, ac pręſentes noſtras literas, etiamſi illę in dictis partibus

adbuc

adhuc in uſu receptę non fuerint, cum omnibus, & ſingulis declarationibus, ſtatutis, decretis, inhibitionibus, mandatis, & ordinationibus, ac aliis in eis contentis, etiam ad dicta Capitula, Canonicos, Rectores, & alios Presbyteros, dictaſque conſuetudines, & mores per eos, ſeu eorum alterum quomodolibet prętenſas, quatenus opus ſit, dictis auctoritate, & tenore extendimus, & innovamus. Necnon literas hujuſmodi de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtrę, aut quovis alio defectu notari, vel impugnari, ſeu ad terminos juris reduci, revocari, vel reſtringi ullo unquam tempore poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces eſſe, ipſiſque Fratribus, & Religioſis, ac illorum Eccleſiis, Domibus, Conventibus, Collegiis, & aliis locis per dictum Principatum Cataloniç, nunc, & pro tempore conſiſtentibus perpetuo ſuffragari, & ſic in pręmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Mandantes propterea motu ſimili noſtro, & dictę Sedis Apoſtolicę nunc, & pro tempore in Regnis Hiſpaniarum Legato, ſive Nuncio, ac univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis eorundem in ſpiritalibus, & temporalibus Vicariis generalibus, ac Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Pręlatis, ceteriſque in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, necnon dictarum Metropolitan., & Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ubilibet per dictum Principatum conſtitutis, ac Sanctiſſimę Inquiſitionis hereticę pravitatis in dictis Regnis Hiſpaniarum Inquiſitoribus, & eorundem Judicibus, & Officialibus, & eorum cuilibet in ſolidum, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum, ſeu Religioſorum prędictorum, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eos, & eorum quemlibet avocatione, caſſatione, extinctione, voluntate, ſilentii impoſitione, confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, declaratione, ſtatuto, ordinatione, pręcepto, extenſione, innovatione, inhibitione, & decreto, ac omnibus, & ſingulis aliis pręmiſſis perpetuo pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, aut eorum aliquem per dictos Capitula, Canonicos, Rectores, & alios Presbyteros, ac quoſcunque alios quomodolibet in pręmiſſis, & eorundem aliquo, ullo unquam tempore, quavis auctoritate, ſive prętextu, quoquomodo moleſtari, inquietari, vexari, perturbari, aut impediri, contradictores, & non parentes quoslibet, & rebelles, per ſententias, & cenſuras eccleſiaſticas, ac pecuniarias pęnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, auctoritate noſtra, compeſcendo, ac illos ſententias, cenſuras, & pęnas hujuſmodi incurriſſe declarando, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, ac interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, eiſdemque Inquiſitoribus, & eorum Officialibus prędictis, quatenus contra pertinaces, & in dictis cenſuris inſordeſcentes, mandataque noſtra, & Sedis Apoſtolicę in pręmiſſis contemnentes, etiam ſuo ex officio, & juxta ſtilum eorum Curię tanquam contra male ſentientes de auctoritate Sedis Apoſtolicę, & Summi Pontificis, ſive vi cenſurarum, & de hęreſi ſuſpectos procedant, & exequantur, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, amplam, & liberam facultatem, motu, & ſcientia ſimilibus concedimus, & impartimur. Non obſtantibus pręmiſſis, &, quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jus quęſitum, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Cancellarię Apoſtolicę regula, editis, & edendis, necnon dictarum Eccleſiarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & eorum ſingulis, ac aliis quibuſvis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu ſimili, vel ad inſtantiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum, ex cauſis quantumcunque piis, & urgentiſſimis in genere, vel in ſpecie, etiam per viam communicationis, aut alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam illis pręſertim, quibus forſan cavetur, ut non obſtantibus dictis noſtris, vel aliorum Prędeceſſorum noſtrorum literis, Capitula, Canonici, Rectores, & alii Presbyteri prędicti eiſdem more, & conſuetudine frui, & potiri poſſint. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe motu ſimili derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod tranſumptis pręſentium, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quę literis ipſis originalibus haberetur, ſi exhibitę forent, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IX Julii MDLXXI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Sepeliendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullar. in Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum impreſſum *Romæ* typis R. Cameræ Apoſtolicæ *MDLXXXIV*. Legitur etiam apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c. pag.* 388, ſed tot mendis ſcatet, ut nihil pejus reperire ſit.

3. *Ac decretis.*) Forſitan: *de certis.*

Anno . . . . Die . . . .

Regulares quoſcunque ab Hoſpitio, ſeu Hoſpitatione Militum, etiam pro bello adverſus Turcas collectorum prorſus eximit (1).

CXXXVIII. *Ex Archivo* (2) *Ordinis*.

P I U S PAPA V.

Motu proprio &c.

CUm, ſicut, non ſine gravi dolore, Nobis innotuit, omnia, & ſingula, ſeu quamplurima hujus Almę Urbis, ac etiam Status noſtri Eccleſiaſtici Conventus, & Monaſteria, ac alia eccleſiaſtica, & pia loca, tam ſecularia, quam regularia, & a perſonis religioſis quomodolibet inhabitata, & tempore quo Equites, & Milites ejuſdem Almę Urbis, ac Status Eccleſiaſtici prȩfati, pro defenſione ipſius Urbis, & Status, adverſus infeſtiſſimum Turcarum tyrannum, vel ob alias, quę pro tempore ſe ſe offerunt cauſas, expediri, & ad diverſa ejuſdem Status loca tranſmitti contigerit, ab eiſdem Equitibus, & Militibus perturbentur, & moleſtentur, ipſique Conventus, Monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca, in eorundem Equitum, ſeu Militum diſtributione, nonnullos eorundem Equitum, & Militum intra eorum Domos, & Monaſteria hoſpitio excipere, & recipere cogantur, in maximum eorum detrimentum, divini cultus perturbationem, graviſſimum Religionis dedecus, Dei Optimi Maximi offenſam, & non ſolum prȩter omnem noſtram intentionem, veram etiam intolerabilem animi noſtri amaritudinem. Quapropter, Nos in prȩmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, de opportuno remedio, celeri manu *providere*, ac Monaſteriorum, & aliorum Eccleſiaſticorum, & piorum locorum bujuſmodi perſonarum, *Deo Altiſſimo* die, noctuque famulantium, quieti, integritati, & decori conſulere volentes, motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, univerſis, & ſingulis tam dictę Almę Urbis, quam totius Status prȩfati Gubernatoribus, Potentatibus, Ducibus, & Capitaneis, Communitatibuſque, & Univerſitatibus, & aliis, ad quos ſpectat, pertinet, ſpectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, nę deinceps perpetuis futuris temporibus, in eorundem Militum, & Equitum diſtributione, tam in tranſeundo, quam inibi commorando, Communitatibus, & Univerſitatibus, videlicet, ne dictos Equites, & Milites in eiſdem Monaſteriis, Cęnobiis, Domibus, ac aliis Eccleſiaſticis, & piis locis, ſub duorum millium ducatorum auri, Camerę Apoſtolicę ipſo facto applican., & aliis arbitrii noſtri pęnis, quovis quęſito colore, cauſa, ingenio, ſive prętextu, diſtribuere, ſive aſſignare, vel ad illos recipiendum, & hoſpitio excipiendum cogere. Ipſis vero Capitaneis, & Ducibus, ne eoſdem ſuos Equites, & Milites, ſub indignationis noſtrę, ac privationis officiorum ſuorum, aliiſque etiam arbitrii noſtri pęnis, in dictis Monaſteriis, Cęnobiis, Domibus, & aliis Eccleſiaſticis, & piis locis, etſi Communitates ipſę, & Univerſitates eadem loca eiſdem aſſignaſſent, diſtribuant. Gubernatoribus vero, & ipſarum Civitatum, & locorum Prętoribus, & aliis Officialibus quibuſcunque, quominus, prȩmiſſa ab ipſis Communitatibus, & Univerſitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, ſub ejuſdem indignationis noſtrę, ac etiam privationis officiorum ſuorum prȩfatorum reſpective pęnis, auctoritate Apoſtolica, ſinant, vel permittant, inhibemus, prȩcipimus, committimus, & mandamus. Et inſuper, tam illis, quam Equitibus, & Militibus prȩfatis, ne Monaſteria, Cęnobia, & loca pia hujuſmodi in perſonis, rebus, & bonis, aut alias deſuper moleſtare, perturbare, impedire, & inquietare, ſeu moleſtari, perturbari, vel alias inquietari facere audeant, ſeu prȩſumant, in virtute ſanctę obedientię, & ſub jam dictis pęnis, eadem auctoritate, inhibemus, prȩcipimus, committimus, & mandamus, ipſa Monaſteria, Cęnobia, Domos, & alia Eccleſiaſtica, & pia loca, ex nunc ab eiſdem Militibus, & Equitibus, ab onere illos hoſpitio excipiendi, motu, & auctoritate ſimilibus eximendo, totaliter liberando, ac libera, & immunia faciendo. Necnon dilectis filiis noſtris Vitellotio Cardinali Vitellio nuncupato, & pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerario, ac Prȩſidentibus, & Clericis Camerę Apoſtolicę, ut eiſdem Monaſteriis, & piis locis, in prȩmiſſis efficacis defenſionis prȩſidio aſſiſtentes, non permittant, illa, ſeu eorum perſonas, a prȩdictis Militibus, & Equitibus, illorumque hoſpitio gravari contra prȩſentium tenorem, ſed literas, & exemptiones hujuſmodi eis deſuper concedant, ac favorabiliter defendant, etiam prȩcipimus, & mandamus. Et ſic per quoſcunque Judices, ſublata &c. judicari &c. debere, irritum quoque &c. decernimus. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, etiam juramento &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis, etiam prȩdictis, ac aliis quibuſvis perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, & concedendis. Quibus omnibus, illorum tenores &c. latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & cum abſolutione ad effectum &c., & de commiſſione, mandato, inhibitione, prȩcepto, exemptione, liberatione, decreto, derogatione, aliiſque prȩmiſſis extendendis perpetuo in forma gratioſa, &, ſi videbitur, cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant, ac ſub cenſuris, & pęnis, etiam pecuniariis &c. cum facultate gravandi &c. invocato &c. ſecularis, cum opportuna dictarum derogatione, latiſſime extendenda, & quod prȩmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam major, & uberior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, etiam ad partem pro quolibet Monaſterio, & pio loco, ſi videbitur per Breve noſtrum expedien., ſeu ſi videbitur prȩſentis noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, extraque, Regula contraria non obſtante. Placet Motu proprio, & ita mandamus. M.

1. *Eximit.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *CXLVIII*. Legitur etiam in *Bullario Caſinenſi T. I pag.* 222.

GRE-

GREGORIUS XIII.

Ab anno MDLXXII die XIII Maii, ad X Aprilis MDLXXXV. Vide *T.V* hujus *Bullarii pag.*304.

Revocatio quarumcunque licentiarum ingrediendi Monaſteria (1) Monialium.

Anno 1575 Die 13 Junii.

Ex Petro Matthæo (2) *in Summa Conſtitutionum &c. pag.*718.

CXXXVII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

UBi gratię, & indulta ab hac Sede conceſſa, ſucceſſu temporis incommodum afferre noſcuntur, expedit illa ſalubri pręſidentis conſilio ſubmoveri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia quę illas a ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque, & ſcandala ab eis ſemovere cupientes, auctoritate pręſentium, revocamos, & abolemus omnes, & quaſcunque licentias, ac facultates ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumvis Ordinum, quibuſvis etiam Comitibus, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis cujuſcunque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcunque licentias ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca ipſarum Sanctimonialium, quibuſcunque viris, etiam ejuſdem ſtatus, & dignitatis, tam a Prędeceſſoribus noſtris, quam etiam a Nobis, & Sedis Apoſtolicę Legatis, aut aliis ex quibuſvis quantumcooque urgentibus cauſis, ſub quibuſcunque tenoribus, & etiam derogatoriis, revocatorum reſtitutoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renovatas, caſſamuſque, & annullamus literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excommunicationis pęna ipſo facto incurrenda, ſuper qua a nemine, niſi a Romano Pontifice, pręterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum pretextu Monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi audeant, Abbatiſſis vero, necnon Abbatibus, Conventibus, ac aliis Monaſteriorum utriuſque ſexus, Superioribus, & perſonis quocunque nomine vocentur, diſtricte pręcipimus ſub eadem excommunicationis pęna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illum, & alia, in poſterum obtinenda, ne in Monaſteria, Domos, & loca ſua quemquam, pręetextu hujuſmodi licentiarum, & facultatum, ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam, ſub eiſdem pęnis, ipſo facto incurrendis, prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac etiam Ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium regularibus, ne pręetextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex Decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſitatibus urgentibus duntaxat ingredi, neve Moniales ſub eiſdem pęnis illos aliter admittere pręſumant. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitotionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Monaſteriorumque, & Ordinum prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus prędictis, ac aliis quibuſcunque, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, ſub quibuſconque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis, conceſſis, & confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Quoniam autem difficile eſſet pręſentes ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, munitis, eandem fidem in jodicio, & extra illud ubique locorum adhiberi, quę adhiberetur pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si qois autem &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo Quinto, Idibus Junii; Pontificatos noſtri Anno Quarto.

1. *Monaſteria.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XIII.* In *Bullario Romano* eſt XXVIII. Legitur etiam apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c. pag.*434.

Paro-

Anno 1577 Die 23 Aprilis.

CXXXVIII.

Parochia S. Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe unitur Parochiæ (1) S. Quirici.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicę ſervitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quę Eccleſiarum omnium, pręſertim curam animarum habentium, commodo, & utilitati valeat ſalubriter provideri. Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & diſpoſitioni noſtrę reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque, poſtmodum Parochialis Eccleſia S. Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe per liberam reſignationem dilecti filii Matthię Caroccio de Cento nuper ipſius Eccleſię Rectoris de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit, & vacet ad pręſens, nulluſque de illa pręter Nos, hac vice diſponere potuerit, ſive poteſt, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, & ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Matthęi de Simonettis perpetui Vicarii Parochialis Eccleſię Sancti Quirici etiam de Urbe petitio continebat, ſi dicta Eccleſia Sancti Salvatoris, quę ruinam minatur, & pene deſtructa eſt, & illius fructus adeo tenues exiſtunt, ut ex eis illius Rector vivere, & onera illi incumbentia ſuſtinere minime poteſt, dictę Eccleſię Sancti Quirici, illiuſque perpetuę Vicarię, perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, & cura animarum dilectorum filiorum Parochianorum dictę Eccleſię Sancti Salvatoris ab eadem abdicaretur, illaque dicto Matthęo, & pro tempore exiſtenti Vicario dictę Eccleſię S. Quirici perpetuo demandaretur, ex hoc profecto, tam Eccleſię S. Salvatoris, quam curę Parochianorum hujuſmodi ſalubrius conſuleretur, pro parte Matthęi, & Matthię prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eandem Eccleſiam S. Salvatoris dictę Eccleſię S. Quirici, ſeu Vicarię, perpetuo annectere, unire, & incorporare, ac curam prędictam ab eadem Eccleſia S. Salvatoris abdicare, illamque dicto Vicario demandare, aliaſque in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem extimationem, etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, & ipſoſque Matthęum, & Matthiam, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon dictę Eccleſię S. Quirici, ſeu Vicarię, fructuum, redditüum, & proventuum verum annuum valorem pręſentibus pro expreſſo perpetuo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiam S. Salvatoris hujuſmodi, cujus fructus, redditus, & proventus triginta quatuor ducatorum auri de Camera ſecundum extimationem prędictam, valorem annuum, ut dictus Matthęus aſſerit, non excedunt, ſive pręmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſona, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Matthęi, vel cujuſvis alterius, de illa in Romana Curia, ſive extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem fel. record. Johannis PP. XXII Prędeceſſoris noſtri, quę incipit: Execrabilis; vel aſſecutionem alterius beneficii eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia S. Salvatoris diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio, hac vice ad Nos pertineat, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Eccleſię S. Quirici, ſeu illius perpetuę Vicarię, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, unimus, annectimus, & incorporamus, & curam prędictam ab eadem Eccleſia S. Salvatoris abdicamus, illamque dicto Matthęo, & pro tempore exiſtenti ipſius Eccleſię S. Quirici Rectori, ſeu perpetuo Vicario, demandamus, ita, quod liceat Matthęo pręfato per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Eccleſię S. Salvatoris, juriumque, & pertinentiarum prędictorum, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & dictę Eccleſię S. Quirici uſus, & utilitatem convertere, cujuſcunque licentia deſuper minime requiſita. Ne vero dictus Matthias nimium diſpendium patiatur ex reſignatione hujuſmodi, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, eidem Matthię fructus, redditus, & proventus dictę Eccleſię S. Salvatoris, una cum uſu, utilitate, & libera adminiſtratione domorum, & aliorum bonorum ad eandem Eccleſiam S. Salvatoris ſpectantium, ac pertinentium, quoad vixerit, exceptis ſex barilibus vini, ex redditibus ipſius Eccleſię S. Salvatoris dicto Matthęo per eundem Matthiam annis ſingulis perſolvendis, ipſius Matthęi ad id expreſſo accedente conſenſu, auctoritate, & tenore pręſentium, reſervamus, concedimus, & aſſignamus, decernentes noſtras pręſentes literas, etiam ex eo, quod intereſſe habentes, ad hoc vocati non fuerint, ſeu alias ex quavis cauſa, de ſubreptionis, obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtrę defectu notari, vel impugnari, nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuumque plenarium effectum ſortiri, ſicque in pręmiſſis ab omnibus, quacunque auctoritate, & dignitate fulgentibus, cenſeri, & obſervari debere, necnon, prout eſt, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerin., & dilectis filiis noſtro in Alma Urbe Vicario Generali, ac Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum,

per

per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Matthęi, & Matthię prędictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Matthęum unione, annexione, & incorporatione, ac Matthiam prędictos reſervatione fructuum, reddituum, & proventuum hujuſmodi juxta pręſentium continentiam, & tenorem pacifice, gaudere, & frui, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, contradictores dicta auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus priori voluntate noſtra prędicta, ac pię memorię Bonifatii PP. VIII, etiam Prędeceſſoris noſtri, necnon Lateranen Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi caſibus a jure permiſſis fieri prohiben., & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales, vel generales dictę Sedis, vel Legatorum ejus, literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſequuta quęcunque, ad dictam Eccleſiam S. Salvatoris volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum pręjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in eiſdem literis mentio ſpecialis, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, abdicationis, demandationis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo Septimo, Nono Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Cę. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexiis.

1. *Parochiæ.*) Quam Summus Pontifex *Innocentius XIII* conceſſit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Sancti Marci de Florentia.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex authographo aſſervatę in Archivo Cœnobii *S. Quirici*.

Indulgentiæ pro Cœnobio Patavino. Anno 1578 Die 4 Augusti.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. CXXXIX.

OMnium ſaluti paterna caritate intenti, inter tam multa pietatis officia, quę Nos, pro munere noſtro, convenit exercere, ſacra interdum loca ſpeciali privilegio inſignimus. Quocirca, ut Eccleſia Domus S. Auguſtini Paduan. Ordinis Fratrum Prędicatorum, ſimili uſque adhuc privilegio minime decorata, ac in ea Altare Sanctiſſimi Crucifixi, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties Miſſa ad prędictum Altare celebrabitur pro anima cujuſcunque fidelis, quę Deo in caritate conjuncta, ab hac luce migraverit, ipſa de theſauro Eccleſię Indulgentiam conſequatur, quatenus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimę Virginis Marię, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pęnis liberetur. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo Octavo, pridie Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Loco ✱ Sigilli.

Cę. Glorlerius.

A. Bronhe.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Patavino*.

Altare privilegiatum Conventus Raguſin. Anno 1580 Die 5 Junii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. CXL.

OMnium ſaluti paterna caritate intenti, inter tam multa pietatis officia, quę Nos, pro munere noſtro, convenit exercere, ſacra interdum loca ſpeciali privilegio inſignimus, ut inde fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur. Quocirca, ut Eccleſia Domus S. Dominici Raguſin. Ordinis Fratrum Prędicatorum quindecim Sacerdotum ejuſdem Ordinis Profeſſorum abſque aliis Fratribus, numerum trigeſimum circa cum aliis excedentibus, Conventum faciens, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare Sanctę Crucis, quod non eſt majus, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties Miſſa Defunctorum ad prędictum Altare celebrabitur, pro anima cujuſcunque fidelis, quę Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, ipſa de theſauro Eccleſię indulgentiam con-

conſequatur, quatenus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimę Virginis Marię, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pęnis liberetur. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę MDLXXX, Nonis Junii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cęſar Glorierius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Raguſin.*

Anno 1580 Die 20 Junii.

De Miſſis extra Eccleſias in Polonia celebrandis (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXLI.

Dilecto filio Provinciali Provincię Polonię Ordinis Fratrum Prędicatorum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum, ſicut accepimus, in quibuſdam Civitatibus, Oppidis, & locis Provincię Polonię, tanta hęreticorum potentia, & impietas exiſtat, ut Catholicos impune opprimant, nec iiſdem Catholicis Miſſas in Eccleſiis, quarum raritas in illis partibus exiſtit, audire tuto liceat. Nos ſupplicationibus tuis hac in parte inclinati, tibi, ac pro tempore exiſtenti Ordinis Fratrum Prędicatorum Provincię Polonie Priori Provinciali, ut licentiam, & facultatem, dicti Ordinis profeſſoribus, Altaria portatilia habendi, cum debitis reverentia, & honore, ſuper quibus in domibus nobilium Civium, & Incolarum Civitatum, Oppidorum, & locorum dictę Provincię, in quibus, vel Eccleſię deſunt, vel tanta eſt hęreticorum potentia, & impietas, ut Catholicos impune opprimant, in locis ad hoc congruentibus, & honeſtis, per ſe ipſos Miſſas in pręſentia perſonarum Catholicarum celebrare poſſint, in caſibus neceſſitatis tantum, ita quod eis ad culpam nequeat imputari, concedere valeatis, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX Junii MDLXXX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cęſar Glorierius.

1. *Celebrandis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XVI pag. 106.*

Anno 1580 Die 20 Junii.

Indulgentia (1) pro Comitiis in Provincia Poloniæ celebrandis.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXLII.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Deſiderantes ſalutem animarum cunctorum Chriſtifidelium, ea libenter concedimus, per quę ipſi Chriſtifideles ſalutem ipſam, & conſcientię ſuę pacem, & tranquillitatem conſequi valeant. Cum itaque, ſicut accepimus, Capitulum Provinciale Priorum, & Fratrum Ordinis Prędicatorum Provincię Polonię de triennio in triennium celebrari conſueverit, & in uno ex octo diebus, per quos dictum Capitulum durat, Sanctiſſimum Eucharistię Sacramentum proceſſionaliter deferatur, maximuſque ad dictum Capitulum utriuſque ſexus Chriſtifidelium concurſus habeatur, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ac ſupplicationibus dilecti filii Melchioris Prioris Provincialis Ordinis, & Provincię hujuſmodi, hac in parte inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui quotieſcunque, & ubicunque Capitulum Provinciale, per dictos Priores, & Fratres celebrabitur, Eccleſiam, apud quam Capitulum ipſum pro tempore celebrari contigerit, tempore celebrationis illius, a primis veſperis diei, quo illud celebrari inchoabitur, uſque ad octo dies incluſive, immediate ſequentes, devote viſitaverint, & pias inibi preces ad Deum pro hęreſum extirpatione, & aliis, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, elargimur, contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX Junii MDLXXX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cęſar Glorierius.

1. *Indulgentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XVI pag. 105.*

Quan-

Quandonam Superiores ingredi poſſint Monaſteria (1) Monialium.

Anno 1581 Die 23 Decembris.

Ex Petro Matthæo in ſumma Conſtitutionum &c. pag.749.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CXLIII.

DUbiis, quę emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur ſuper eo, quod optima primum ratione Concilium ſanxit Tridentinum, deinde in Conſtitutione felicis recordationis Pii Papę V Prędeceſſoris noſtri Anno quinto edita, fuit proviſum, ne cui in poſterum, niſi in caſibus neceſſariis ſepta Monaſteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuiſſe ſciamus circa perſonas, quę alterius ad id licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito ſuę voluntatis bujuſmodi ſepta ingredi, vel potius ſervare debeant ipſi quoque regulam a Concilio pręſcriptam. Nos omnem hęſitationis materiam tollere, & viam ſcandalis pręcidere, ac Sanctimonialium quieti conſulere volentes, harum tenore, auctoritate Apoſtolica declaramus, Pręlatos omnes tam ſeculares, quam regulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialium quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prędicta, ita demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & a paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. Quocirca univerſos, & ſingulos Epiſcopali, ſeu Majori, ac etiam Cardinalatus dignitate pręditos, necnon quorumvis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcunque Superiores regulares ſerio monemus, ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, pręterquam in caſibus, ut pręfertur, neceſſariis neutiquam utantur. Quod ſi contrafecerint, eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu Eccleſię interdictos, pro ſecunda a munere Pontificali, & a divinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere; regulares vero omni officio, ac miniſterio privatos, excommunicationi ſimiliter ſubjacere. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Generalibus, & Provincialibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Eccleſiis, earumve Pręlatis, aut ordinibus in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, quovis modo conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam ſi illis caveretur expreſſe, quod nemo interdici, ſuſpendi, vel excommunicari poſſet per literas Apoſtolicas non facientes, plenam, & expreſſam, de indulto hujuſmodi mentionem, quibus, eorumque totis tenoribus, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Quoniam vero difficile eſſet, pręſentes ad ſingula loca perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici, ac ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis (2), quę haberetur ipſis pręſentibus, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die Vigeſima Tertia Decembris Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Primo, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Monaſteria.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*
2. *Munitis.*) Adde: *eandem fidem in judicio, & extra illud, ubique locorum haberi.* Sic legitur apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c.* In *Bullario Romano* eſt *XXVIII*, ibique ſic legitur: *eandem fidem adhiberi.*

Indulgentia conceſſa Fratribus viſitantibus Altare ſitum in clauſtro Cœnobii Bononien.

Anno 1582 Die 5 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXLIV.

GREGORIUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes pro noſtro Paſtorali officio, & caritate, ſaluti animarum Fratrum Domus S. Dominici Bononien. Ordinis Prędicatorum, quantum cum Do poſſumus, paterne conſulere, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, eiſdem Fratribus quoties Altare nuper in quodam ſui Monaſterii clauſtro, in quo Fratres dictę Domus ſepeliri conſueverunt, erectum, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, Sanctęque Matris Eccleſię tranquillitate, ac pro animabus Fratrum ibi humatorum pie oraverint, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta perpetuo relaxamus. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die V Aprilis MDLXXXII, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Cę. Glorierius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononienſi.*

Digitized by Google

Anno 1582 Die 1 Auguſti.

CXLV.

De Miſſa celebranda in Sacello ſito intra Bononienſe Monaſterium S. Petri Martyris, & Indulgentia conceſſa Monialibus idem Sacellum viſitantibus.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilectis in Chriſto filiabus Monialibus Monaſterii S. Petri Martyris Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes ſpirituali veſtrę conſolationi, & animarum veſtrarum ſaluti conſulere, precibuſque pro parte veſtra Nobis humiliter porrectis inclinati, vobis, ut Miſſam in Capella veſtra, ſeu Oratorio intra Monaſterium in capite dormitorii, ſeu infirmarię ejuſdem ſito, celebrari facere, poſſitis, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, licentiam concedimus. Pręterea vobis omnibus, & ſingulis viſitando dictam Capellam, & ibidem quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam devote recitando bis quolibet menſe, decem, & diebus feſtis, viginti annos, & totidem quadragenas de injunctis vobis, ſeu quomodolibet debitis pęnitentiis, in ſingulis vero Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatę Marię Virginis feſtivitatibus, pręvia confeſſione, Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumendo, & ibidem, ut pręfertur, orando, Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & relaxamus, ita tamen, ut in omnibus pręmiſſis veſtra *ſolita*, ac debita clauſura omnino ſervetur, contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die I Auguſti MDLXXXII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Cę. Glorierius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Bononien.*

Anno 1583 Die 1 Januarii.

CXLVI.

De Abbatiſſis, & aliis Monaſteriorum Monialium Præfectis in Italia conſiſtentium, non ultra triennium eligendis (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXpoſcit debitum Paſtoralis officii, quod diſponente Domino gerimus, ut ad ea ſolicite intendamus, per quę Monaſteria, & alia religioſa loca, pręſertim Deo dicatarum Sanctimonialium, ſecundum regularis diſciplinę normam regantur, & gubernentur. Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur Monaſteria Monialium, quę per Abbatiſſas, vel alias Pręfectas perpetuas reguntur, e contra vero Abbatiſſas, & alias Pręfectas triennales ſcientes, ſe, lapſo triennio, ſuę adminiſtrationis rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de bene geſtis laudem promereri, pęnam vero, ſi male geſſerint, metuentes, majori ſtudio, ac diligentia regimen, & adminiſtrationem Monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere. His, & aliis rationabilibus cauſis adducti, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in omnibus, & ſingulis Monaſteriis Monialium Sancti Benedicti, Ciſtercien., Carthuſien., & aliorum quorumcunque Ordinum in univerſa Italia, & pręſertim in utriuſque Sicilię Regnis conſiſtentibus, quę nunc per Abbatiſſas, vel alias Pręfectas perpetuas reguntur, & gubernantur, cum primum Abbatiſſę, aut alię Pręfectę hujuſmodi regimini, & adminiſtrationi ipſorum Monaſteriorum ceſſerint, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vel deceſſerint, eorum Abbatiſſatus, ſeu Pręfecturas vacare contigerit, Abbatiſſę, aut alię Pręfectę non amplius perpetuę, ſeu ad vitam, quarum nomen, ac titulum, ex nunc prout ex tunc, Apoſtolica auctoritate, ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, tenore pręſentium, perpetuo extinguimus, & abolemus, ſed triennales tantum, a Conventu uniuſcujuſque Monaſterii, & alias juxta decreta ſacri Concilii Tridentini, & regularium ſuorum Ordinum inſtituta, eligantur, & pręficiantur, quę poſtmodum elapſo triennio, ſuis officiis perfunctę, pręeſſe deſinant, omnique prorſus careant auctoritate, ac a regimine, & adminiſtratione Monaſterii per triennium, a die finitę adminiſtrationis inchoandum abſtineant, quo elapſo, ſervata eadem forma Concilii Tridentini, iterum, & pluries eligi poſſint. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis dictorum Monaſteriorum Conventibus, Superioribus, & perſonis, aliquam Abbatiſſam, aut aliam Pręfectam perpetuam, ſeu ad vitam, ſed triennalem tantum eligere, & pręficere ullo modo audeant, vel pręſumant. Quod ſi ſecus, a quoquam, quavis auctoritate, fuerit attentatum, Electionem, & Pręfectionem hujuſmodi, ac omnia, & ſingula, quę inde ſequentur, irrita, nulla, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Monaſteriorum, & Ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Monaſteriis, eorumque Superioribus, & per-

perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores, ac ſi ad verbum insererentur pręſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum quia difficile foret pręſentes noſtras ad ſingula quęque loca, ubi neceſſarium fuerit, deferre, volumus, quod illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die I Januarii MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Cęſar Glorierius.

Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Tertio, Indictione Undecima, die vero Quarta, Menſis Januarii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Gregorii divina providentia Papę XIII Anno Undecimo, retroſcriptę literę affixę, & publicatę fuerunt in Acie Campi Florę, dimiſſa earum copia auſcultata, & collationata cum dictis literis in valvis ejuſdem aciei affixa per me Johannem Freile, Curſorem Sanctiſſimi Domini Noſtrę Papę.

Petrus Delbequez Magiſter Curſ.

1. *Eligendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum T. ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ* typis R. Cameræ Apoſtolicæ *MDLXXXIII.*

Ratum habet, ac firmat, quod Fratres Ordinis Prædicatorum venerint in poſſeſſionem Cœnobii (1) Lauretani, loci de Manreſa, diſtrictus Oppidi de Sineu.

Anno 1583 Die 18 Februarii.

CXLVII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

AD uberes fructus quos profeſſores Ordinis FF Prędicatorum, in agro Dominico quotidie faciunt, attente reſpicientes, dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea quę in illorum favorem conceſſa fuerunt, approbemus. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, & Fratres Domus B. Marię de Loreto, loci de Manreſa, diſtrictus Oppidi de Sineu, Ordinis Fratrum Prędicatorum, Majoricen. Diœceſis, ac univerſitas, & homines dicti loci, quod cum alias per literas felicis recordationis Pii Papę V Prędeceſſoris noſtri, ut univerſi Regnorum Hiſpaniarum, & illis adjacentium inſularum, profeſſores Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, ad Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia transferrentur, & reducerentur, diſpoſitum, & ordinatum, ac mandatum fuiſſet, & Domus prędicta in qua habitabant Fratres Conventuales, cum omnibus bonis ſuis, ad profeſſores dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia deveniret, iidem Fratres de Obſervantia Domum prędictam cum illius bonis in manibus Venerabilis Fratris Epiſcopi Majoricenſis renunciarunt, ipſeque Epiſcopus eandem Domum cum omnibus bonis ſuis prędictis eiſdem Ordini Fratrum Prędicatorum conceſſit, prout in inſtrumentis ſuper renunciatione, &conceſſione hujuſmodi confectis dicitur plenius contineri. Cum autem Prior, & Fratres, ac univerſitas, & homines prędicti deſiderent renunciationem, & donationem prędictas, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, noſtro, & Sedis Apoſtolicę patrocinio, & munimine roborari, pro parte eorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus deſiderium eorum hujuſmodi in pręmiſſis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem Priores, & Fratres, ac ſingulares perſonas dictę univerſitatis, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum dicti Prędeceſſoris, ac inſtrumentorum hujuſmodi tenores, ac veros annuos valores Domus, & bonorum prędictorum pręſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, renunciationem, conceſſionem, donationem, & inſtrumenta hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuę, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & ſolemnitatum in eis forſan omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ut autem Eccleſia dictę Domus in debita veneratione habeatur, & a Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, ipſique Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad illam confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam dictę Domus ad quindecim annos a data pręſentium computandos, ſingulis annis in feſto Nativitatis ejuſdem B. Marię Virginis devote viſitaverint, & pias inibi preces ad Deum pro S. R. E. exaltatione, hęreſum extirpatione, infidelium converſione, ac Principum Chriſtianorum unione, & alias, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate prędicta, earundem tenore pręſentium, elargimur. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę Generali Auditori, & Officiali Generali Majoricenſi, ac Abbati dela Real Ordinis Ciſtercien., Majoricen. Diœceſis, per pręſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, pręſentes literas, & in eis

Nota.

eis contenta queçunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Fratrum Prædicatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra, eos, præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium tenorem, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eoſdem ſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna, juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtante piæ memoriæ Bonifatii Papæ *VIII*, etiam Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur expreſſe, ne cujuſvis Ordinum Mendicantium profeſſores, loca ad habitandum recipere præſumant, abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Domus, & Ordinum hujuſmodi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Volumus autem, quod ſi dictam Eccleſiam viſitantibus, vel alias, aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romæ, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Februarii, MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Cæ. Glorierius.

1. *Cœnobii.*) Juris eſt *Aragoniæ* Provinciæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo Lauretano.

Anno 1583 Die 20 Maii.

CXLVIII.

Indulgentia pro Cœnobio Valentino.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

GREGORIUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere penitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Altare, & Cappellam S. Vincentii ſitam in Eccleſia S. Dominici Ordinis Prædicatorum Civitatis Valentin. die feſto S. Vincentii Ferrerii Confeſſoris ejuſdem Ordinis a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem feſti ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſervanda, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad decennium duntaxat valituris. Volumus autem, quod ſi alias Chriſtifidelibus dictam Capellam viſitantibus, aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad certum tempus nondum elapſum duraturam conceſſimus, eædem præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XX Maii MDLXXXIII (2), Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

2. *MDLXXXIII.*) Annos numerando a die Coronationis. Quia tamen id præter morem factum fuiſſet, cum in Diplomatibus quæ *Brevia* vocantur, annos numerent ab electionis die, ſcribendum crediderim MDLXXXII, licet ex amanuenſis incuria ſcriptum ſit *MDLXXXIII*.

Anno 1583 Die 15 Julii.

CXLIX.

Declaratio circa præcedentiam (1) Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum Laicorum.

Ex Bullario (2) *Romano Conſt. LXXXIV.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXpoſcit Paſtoralis Officii munus, cui diſponente Domino præſidemus, ut ad ea ſolicite intendamus, per quæ diſcordiarum, & litium, ac controverſiarum quarumlibet, præſertim inter perſonas eccleſiaſticas materia tollatur. Sane Nobis nuper innotuit, quod in multis Civitatibus, & Diœceſibus diverſarum mundi partium nonnullæ lites, cauſæ, & controverſiæ inter Fratres Mendicantes, aliæ etiam ſimiles lites, & controverſiæ inter Confratres Confraternitatum Chriſtifidelium ſuper præcedentia, vel jure præcedendi ortæ jam ſint, & oriri facile poſſint. Nos conſiderantes lites, cauſas, & controverſias hujuſmodi in Eccleſia, præſertim inter Religioſas perſonas, quæ, relictis mundi vanitatibus, famulatum, & votum ſuum in humilitatis Spiritu Domino, & Deo noſtro, qui ſe pro Nobis uſque adeo humiliavit, ut formam ſervi acciperet, exhibere, & perſolvere profitentur, non modicam illi præclaræ, Deoque præcipue dilectæ virtuti, quæ eſt humilitas, labem infundere, populoque ſcandalum generare, ac propterea illas omni ratione ſubmovendas, publicæque religionis tranquillitati, ac Miniſtrorum Eccleſiaſticorum reconciliationi, & mutuæ dilectioni, quam primum conſulendum eſſe, rati, ac ſupremam huic ne-

negotio manum apponere volentes, necnon cauſas, lites, ſeu controverſias hujuſmodi ubilibet, & coram quibuſvis judicibus motas in quibuſvis inſtantiis indeciſas pendentes, ab eiſdem judicibus, harum ſerie ad Nos avocantes, illaſque penitus extinguentes, eiſdemque Fratribus Mendicantibus, ac Confratribus ſuper pręmiſſis perpetuum ſilentium imponentes, de Nobis attributę poteſtatis plenitudine volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quicunque ex dictis Fratribus Mendicantibus, inter ſe de pręcedentia hujuſmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prędictarum, inter quos lites, & cauſę, pręmiſſorum occaſione, ortę jam ſint, ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſſione pręcedentię, ac juris pręcedendi ſunt, ii, (quibuſcunque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & aliis ſubterfugiis prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis), in proceſſionibus, tam publicis, quam privatis, pręcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione pręcedentię hujuſmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ii qui antiquiores in loco controverſię, inter Confratres vero intereſſe litigantes, ii qui prius faccis uſi ſunt, in proceſſionibus, tam publicis, quam privatis pręcedere debeant: Itaut, ſi contigerit nova Monaſteria, aut Domus alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut Domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeu Domum in loco habuerit, pręcedat. Pręterea, quia inter prędictos Ordines plerumque alia in proceſſionibus, & alia in Conciliis Generalibus, & aliis actibus publicis, ſive privatis, ratio circa modum pręcedendi ſervatur, nolumus per pręſentes, prerogativis dictorum Ordinum, quoad pręcedentias hujuſmodi, quę propriis Ordinibus, pręterquam in Proceſſionibus prędictis debentur, aut Fratribus Capucinis nuncupatis, qui in Proceſſionibus publicis ſub Conventualium S. Franciſci, aut Minorum de Obſervantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, ut ſolent, incedere poſſint, aliquod pręjudicium generari. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, Congregationum, Domorum, ac Confraternitatum, quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel ſpecie, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, illorum tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut pręſentibus tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra, adhibeatur, quę pręſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die XV Julii MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Pracedentiam.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.II.*

2. *Bullario.*) Legitur apud *Petrum Matthaum in Summa Conſtitutionum SS. Pontificum pag.750.*

Quandonam liceat Mulieribus ingredi Clauſtrum (1) Toletani Cœnobii Sancti Petri Martyris.

Anno 1583 Die 26 Julii.

CL.

Ex Archivo (2) Ordinis.

ANtonius miſeratione Divina S. Marię in Via Lata Diaconus Cardinalis Carrafa nuncupatus, Ordinis Prędicatorum Vice-Protector, omnibus, & ſingulis pręſentes noſtras litteras inſpecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Gregorius Divina providentia Papa XIII die XXVI Julii MDLXXXIII vivę vocis oraculo Nobis facto conceſſit, & concedit, licere mulieribus ingredi, & egredi per portam Conventus S. Petri Martyris Toletani, quę ducit per Clauſtrum ad Eccleſiam, & per Clauſtrum ipſum in Eccleſiam ad Miſſas, conciones, confeſſiones, proceſſiones, & alia divina officia &c. Datum Romę in ędibus noſtrę habitationis ſub Anno a Nativitate Domini MDLXXXIII, Indictione II, die XXVI Julii, Pontificatus prelibati Sanctiſſimi D. N. D. Gregorii Papę XIII Anno XII.

1. *Clauſtrum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Toletano.*

Ol-

Anno 1584
Die 5 Junii.

CLI.

Olleriani (1) Cœnobii fundandi facultas.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Singulorum Chriſtifidelium cura Nobis ex alto commiſſa Nos pulſat aſſidue, ut eorum qui piis invigilant operibus ſtudia foveamus, & illis poſtulantibus manus, quantum cum Deo judicamus expedire, adjutrices porrigamus. Sane dilecti filii univerſitas, & homines Oppidi de Olleria, Valentin. Diœceſis, Nobis exponi fecerunt, quod cum Venerabilis Frater Johannes Archiepiſcopus Valentinus retroactis annis, dum Eccleſiam, & dictum Oppidum de Olleria perſonaliter viſitaret, ac exponentibus prędictis publice impoſuiſſet, quod alicujus approbati Ordinis Religioſos accerſire, & illis in aliqua dicti Oppidi commoda parte, locum ad habitandum aſſignare curarent, ad effectum, ut univerſitas, & homines prędicti, inibi haberent qui uberius Sacrum Evangelium prędicare, & eos in Doctrina Chriſtiana erudire poſſent, & alias univerſitati, & hominibus prędictis id perſuadere curaret, univerſitas, & homines prędicti tandem eidem Johanni Archiepiſcopo rem gratam facere, ſpiritualique eorum conſolationi providere, intendentes, ob ſingularem devotionis affectum, quem ad Ordinem Fratrum Prędicatorum gerunt, certam partem terreni cum parvulis Domibus ad habitandum, necnon Eremitorium, ſeu parvam Eccleſiam Beatę Marię de Loreto nuncupatam, in prędicto Oppido ad eandem univerſitatem, & homines legitime ſpectantem, dilectis filiis Fratribus dicti Ordinis Prędicatorum, ad celebrandum perpetuo conceſſerunt, & aſſignarunt, qui quidem Fratres prędicti, acceptata conceſſione, & aſſignatione hujuſmodi, & habita ab eodem Archiepiſcopo, oretenus tantum, ad id licentia, ad dictum Oppidum ſe conferentes, omnium ſupradictorum poſſeſſionem pacifice apprehenderunt, & inibi novam Domum dicti Ordinis, aliqui ipſius Patres Religioſi ad id deputati fabricare cęperunt, interim in prędicta Eccleſia Miſſas, & alia divina officia celebrando, ac Verbum Dei Chriſti populo, cum ſpirituali utilitate animarum Chriſtifidelium dicti Oppidi prędicando. Verum dictus Archiepiſcopus ſub prętextu, quod non recordetur, ſe eiſdem Fratribus licentiam ad pręmiſſa unquam conceſſiſſe, totis viribus eoſdem Fratres ab his Eccleſia, & Domibus, ne fieret, impedire procuravit, & licet propter recurſum pro parte, tam Univerſitatis, & hominum dicti Oppidi, quam Vicarii, ſeu Prioris, & Fratrum dictę novę Domus ad Sedem Apoſtolicam, & ad Nos deſuper habitum, per particulares literas eidem Archiepiſcopo de mandato noſtro ſcriptas, ſibi fuerit impoſitum, vel commiſſum, quod eoſdem Ordinis hujuſmodi Fratres inibi manere, & reſidere permitteret, & fabricam dicti novi Conventus, quo minus perficeretur, non impediret, nihilominus idem Archiepiſcopus nonnullis in contrarium tunc ſcriptis, non ſolum propterea, verum nec etiam aliis literis ſibi ſecundo per dilectum filium noſtrum Philippum tituli S. Sixti S. R. E. Presbyterum Cardinalem nuncupatum, de ſimili noſtro ordine, & commiſſione tranſmiſſis, quibus pręciſe eidem Archiepiſcopo ſignificabatur, pię mentis, & intentionis noſtrę eſſe, quod a moleſtationibus dictis Fratribus faciendis ſuper pręmiſſis abſtineret, & eos, dummodo ſimilem licentiam ab eo de novo peterent, in pręfatis Domo, & Eccleſia commorari permitteret, acquieſcere noluit, ſed eoſdem Ordinis hujuſmodi Fratres adhuc in pręmiſſis impedit, & moleſtat, quamvis ipſi ſupplici prece novam deſuper licentiam ab eo petierint, & pro ea rogaverint. Et cum, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, univerſitas, & homines dicti Oppidi, ab eiſdem Fratribus, a quinquennio, & ultra a quo inibi commorantur, non ſolum in Doctrina Chriſtiana publice eruditi fuerunt, verum eorum peccata illis confiteri, & plura alia pietatis, & caritatis opera, ad animarum ſuarum ſalutem, ſuſcipere conſueverint, & majora in futurum, cum ſpeciali ipſorum conſolatione ſuſcipere ſperent, ne tam Fratres dicti Ordinis, quam Univerſitas, & homines prędicti continuis moleſtationibus ab eodem Archiepiſcopo indebite ſuper pręmiſſis moleſtentur, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui juſta petentibus noſtrum non denegamus aſſenſum, ipſoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, necnon a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat coſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Archiepiſcopo, & quibuſvis aliis perpetuum ſuper pręmiſſis ſilentium imponentes, prędictis Fratribus, ut petita de novo ab eodem Johanne Archiepiſcopo licentia, etiam non obtenta, fabricam Domus, & Eccleſię prędictarum, cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, de novo, attenta jam habita, & pluries, etiam ut ſupra, licentia petita nomine dictorum Fratrum Prędicatorum, & dictę Univerſitatis, continuare, & perficere, & in ea dicti Ordinis Fratres juxta ſui Ordinis regularia inſtituta, ex nunc de cetero vitam ducendo, commorari, habitare, atque manere, libere, & licite, ac abſque alicujus ſententię, cenſurę, vel pęnę incurſu, ſeu conſcientię ſcrupulo poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem concedimus. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Dertuſenſi, ſive ejus Officiali, ac dilecto filio Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Generali Auditori, per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, quoties pro parte Fratrum, aut Univerſitatis, & hominum prędictorum, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eos, & eorum quemlibet, pręſentibus, & cum effectu, in omnibus, & per omnia pacifice frui, & inviolabiliter gaudere, non permittentes eos ſuper eiſdem pręmiſſis, ab eodem

Ar-

Archiepiſcopo, vel quocunque alio, deſuper indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, ſed eoſdem Fatres in poſſeſſione Conventus, & Eccleſię, prędicta auctoritate noſtra, defendant, & manuteneant, etiam quocunque juris, & facti remedio deſuper opportuno, Contradictores, & non parentes, per cenſuras & pęnas eccleſiaſticas compeſcendo, ac omnia alia, & ſingula, in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, faciant, & exequantur. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die V Junii MDLXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Tertio Decimo.

E. Gabrielius,

1. *Olleriani.*) Vulgo *Olleria*. Juris eſt *Aragoniæ* Provinciæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Olleriano*.

De Miſſa celebranda pro ægrotantibus Monialibus (1) Romani Monaſterii S. Mariæ Magdalenæ.

Anno 1584 Die 5 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CLII.

Dilectę in Chriſto filię Marię Magdalenę Orſinę (3) Moniali Monaſterii Monialium Sanctę Marię Magdalenę in Monte Quirinali de Urbe, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura Fratrum Prędicatorum degentium.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecta in Chriſto Filia, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſti, quod alias tu, Religionis zelo ducta, ac ſtatui pauperum Virginum, earum pręcipue, quę melioris vitę frugem ſectantes, mundi hujus illecebris a ſe abjectis, Deo in perpetua virginitate famulari proponerent, conſultum eſſe cupiens, Monaſterium Monialium Sanctę Marię Magdalenę in Monte Quirinali de Urbe, Ordinis Sancti Auguſtini, ſub cura Fratrum Prędicatorum degentium, pro eiſdem Virginibus recipiendis, & inter cetera unam Capellam foris, infirmariis ipſius Monaſterii vicinam, ad Monialium infirmarum conſolationem ſpiritualem, ac commoditatem in audienda Miſſa, ad quam per eandem Eccleſiam, extra tamen Monaſterii clauſuram, patet aditus, ex propriis bonis de licentia Sedis Apoſtolicę, conſtruiſti, & dotaviſti, ac erigendam, & demum illius erectionem, & dotationem hujuſmodi, cum inde ſecutis, per Nos approbari curaviſti, & jam in eo plures Virgines receptę fuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tam tu, quam dilectę in Chriſto filię Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, ceteręque Moniales dicti Monaſterii, cupiatis pro veſtra conſolatione, ac commoditatibus, Miſſam in dicta Capella ex ſpeciali dictę Sedis Apoſtolicę licentia, celebrari, Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus veſtrę conſolationi ſpirituali, & commoditatibus in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, quod in Capella pręfata, Miſſam per veſtrum confeſſorem, & alios, vobis in Capellanos pro tempore datos, ad infirmarum Monialium commoditatem & conſolationem celebrari facere, libere, & licite valeatis, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die V Septembris MDLXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo. Nota.

E. Gabrielius.

1. *Monialibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum tomo ultimo lit. XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

3. *Orſina.*) Oriundæ ex antiquiſſima *Urſina* gente.

Revocat omnes facultates ingrediendi Monaſteria (1) Monialium, præterquam conceſſas fundatricibus, dotatricibus, altricibus, & Marchionum, Comitum, Ducum, ac Superioris gradus Principum, conjugibus, earumque filiabus.

Anno 1584 Die 8 Septembris.

CLIII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

QUę ſanctimonialium quietem, & tranquillitatem perturbare, illarumque mentes a ſpiritualibus ſtudiis avocare noſcuntur, noſtra Nos decet conſideratione amovere. Cum igitur poſt Tridentini Concilii decretum de non ingrediendo Monialium Monaſteria, & revocationem a Nobis factam omnium, & quarumcunque licentiarum, ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca Monialium quorumvis Ordinum, quibuſcunque, & quorumvis contemplatione, ac quomodocunque conceſſarum, importunis multorum precibus, aliquas hujuſmodi licentiarum, pręſertim in Hiſpaniarum Regnis, reſtituerimus, alias

aliasquoque nove conceſſerimus, quarum cauſa, ut piorum virorum relatione intelleximus, & ex frequentibus ſecularium mulierum viſitationibus, & colloquiis, devotio in dictis Monaſteriis, & locis tepeſcit, debitaque in clauſtris miniſteria paulatim remittuntur. Quare, Nos his incommodis providere volentes, auctoritate pręſentium, revocamus, & abolemus omnes, & quaſcunque licentias, facultates, & indulta ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca Monialium in dictis Regnis, & Dominiis *conſiſtentia*, cujuſcunque ſtatus, & conditionis, mulieribus, pręterquam ipſorum Monaſteriorum, Domorum, & locorum fundatricibus, aut dotatricibus, ſeu altricibus, necnon Marchionum, Comitum, Ducum, & Superioris gradus Principum conjugibus, eorumque filiabus, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, ſupplicatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, conceſſa, reſtituta, & innovata, quibuſcunque concepta formulis, necnon revocativis, annullativis, reſtrictivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, irritativis, aliiſque clauſulis, & decretis communita. Caſſamuſque, & annullamus literas omnes deſuper confectas, necnon proceſſus habitos per eaſdem, & inde omne ſecutum, ac pręcipimus, & interdicimus eiſdem mulieribus, facultates, & indulta hujuſmodi habentibus, ne illorum pretextu, Monaſteria, Domos, & loca prędicta amplius ingredi (3), Abbatiſſis vero, ac Prioriſſis, & aliis Pręſidentibus dictorum Monaſteriorum, Domorum, & locorum, earumque Superioribus, & perſonis, ne eas illa deinceps ingredi permittant. Qui ſecus fecerint excommunicationis ſententiam incurrant, a qua nemo, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio, quam a Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere. Ac pręterea Superiores prędicti id permittentes, ſint, obventis omnibus beneficiis, dignitatibus, & officiis privati, & ad futura inhabiles eo ipſo. Non obſtantibus pręmiſſis, necnon privilegiis, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis quibuſvis, conceſſis, confirmatis, & innovatis, contrariis quibuſcunque, aut ſi pręfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica *ſit Sede* indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, *non facientes* plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Ceterum quia difficile nimis eſſet pręſentes literas ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eandem fidem in judicio, & extra illud, ubique locorum adhiberi, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die VIII Septembris MDLXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Decimo tertio.

1. *Monaſteria.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud Rodericum in *Collectione Bullarum &c. pag.* 433.

3. *Ingredi.*) Adderem: *præſumant*.

Anno 1585 Die 13 Februarii.

CLIV.

Ratam habet, ac firmat conceſſionem Vicenſis (1) Cœnobii factam Fratribus Ordinis Prædicatorum.

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecti Filii (3), Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

POſt reductionem Fratrum Minorum Conventualium, in Regnis Hiſpaniarum conſiſtentium, ad Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia, a felicis recordationis Pio Papa V olim factam, ipſi Minores de Obſervantia, qui, ſicut exponi Nobis feciſtis, omnium domorum, Eccleſiarum, ac bonorum mobilium, & immobilium antea ad Minores Conventuales ſpectantium poſſeſſionem juxta formam literarum ejuſdem Pii Prędeceſſoris aſſecuti fuerant, poſtea mutato conſilio quaſi quędam ex iis retinere ſuo ordini minime utile videretur, in Capitulo Provinciali ſui Ordinis in Civitate Barchinonenſi Anno Domini MDLXX celebrato, & deinde per Commiſſarium Generalem, & Miniſtrum Provincialem ejuſdem Ordinis approbato, omnes domos olim Minorum Conventualium hujuſmodi in Principatu Cathalonię exiſtentes, atque inter illas iſtam quoque domum Sancti Franciſci Vicen., quam vos inhabitatis, cum omnibus ejus bonis, juribus, & pertinentiis ſuis, in manibus locorum Ordinariorum, in quorum dictę domus prędictę ſitę erant, ſponte, & libere dimiſerunt. Quo facto Venerabilis Frater Epiſcopus Vicen. iſtam domum ſic vacantem cum omnibus ſupradictis ad eam pertinentibus bonis, ac juribus, veſtro Ordini, quantum in ſe fuit, in perpetuum dedit, & conceſſit, voſque poſſeſſionem illius tunc apprehenſam adhuc *pacifice* continuatis. Ne autem ſuper pręmiſſis vos in poſterum moleſtari contingat, atque ut conſcientię veſtrę tutius conſulatur, ſupplicari Nobis humiliter feciſtis, ut conceſſionem hujuſmodi approbare, auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur piam operam, quam in Eccleſia Dei veſtri Ordinis profeſſores aſſidue navant, plurimum in Domino commendantes, veſtris ſupplicationibus inclinati, vos univerſos, & ſingulos, ab excommunicationis, & quibuſvis eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, ſpiritualibus, & temporalibus, ſi quas ex receptione domus hujuſmodi ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicę licentia quomodolibet incurriſtis, tenore pręſentium, abſolventes, pęnaſque ipſas, ac fructus, ſi quos indebite percepiſtis, vobis gratioſe remittentes, & condonantes, omnemque inhabilitatis notam, pręmiſſorum occaſione, etiam ex eo, quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraſtis, forſan per vos contractam, a vobis penitus abolentes, & abſtergentes, voſque in priſtinum, & eum, in quo ante pręmiſſa quomodolibet eratis, ſtatum reſtituentes, & plenarie reintegrantes, conceſſionem, & donationem dictę domus Sancti Franciſci Vicen., quam poſſidetis, & inhabitatis cum illius

Nota.

Ec-

Eccleſia, bonis mobilibus, & immobilibus, ac illi annexis, juribuſque, & pertinentiis univerſis, auctoritate earundem præſentium, approbamus, & confirmamus, omneſque tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, & nihilominus pro cautela potiori in eadem domo ſupprimentes dictos Ordines Sancti Franciſci, omnemque ſtatum, & eſſentiam regularem eorundem penitus extinguentes, ac veſtrum Ordinem introducentes, illam cum omnibus aliis ſupradictis vobis, & eidem veſtro Ordini, etiam in perpetuum, itaut poſſeſſionem domus, & bonorum prędictorum, propria auctoritate, de novo apprehendere, ſive, ut pręfertur, apprehenſam continuare, libere, & licite poſſitis, de novo concedimus. Decernentes vos ſuper validitate conceſſionum hujuſmodi, aut domus, & bonorum prędictorum poſſeſſiones a nemine unquam, quovis prętextu, vel colore, moleſtari poſſe, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, ne qui Ordinum Mendicantium regulares novas domos, & loca ad inhabitandum recipere pręſumant abſque Sedis Apoſtolicę licentia expreſſa ſpecialem de prohibitione bujuſmodi mentionem faciente, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam Generalibus editis, necnon Ordinum Minorum Conventualium, & de Obſervantia prędictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, dictis Ordinibus, eorumque Superioribus quomodolibet, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quęvis alia expreſſio ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur pręſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIII Februarii MDLXXXV, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

Jo: Bap: Canobius.

1. *Vicenſis*.) Vulgo *Vique*, juris eſt Provinciæ *Aragoniæ*.
2. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Vicenſi*.
3. *Dilecti filii*.) *Vicenſes* Fratres alloquitur.

SIXTUS V.

Ab Anno MDLXXXV die XXIV Aprilis, ad XXVII Auguſti MDXC. Vide *Tom. V* hujus *Bullarii pag.* 435.

Firmat, quæ de legatis Florentino Cœnobio S. Mariæ Novellæ Pius V decreverat.

Anno 1585
Die 1 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XXXIII.

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Conventus, ſive Domus S. Marię Novellę Ordinis Prędicatorum S. Dominici, Provincię Romanę, Civitatis Florentin.

SIXTUS PAPA V.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

RAtioni congruit, & convenit ęquitati, ut ea, quę de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu, literę deſuper confectę non fuerint, ſuum debitum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Pium PP. V Prędeceſſorem noſtrum accepto, quod vos alias pro eo, quod antequam Conventus, ſive Domus Sanctę Marię Novellę Ordinis Prędicatorum S. Dominici Florentin. Provincię Romanę ad regularem obſervantiam reductus eſſet, & dum per Fratres Conventuales dicti Ordinis detinebatur, & ejus bona adminiſtrabantur, & etiam poſt nonnulla bona ſtabilia vobis relicta, & legata, etiam forſan cum expreſſa probibitione, quod nullatenus in perpetuum vendi, neque alienari poſſent, alias eo ipſo devolverentur, & aliis locis piis applicarentur contra voluntatem, & expreſſam diſpoſitionem teſtatorum, & illorum, qui bona bujuſmodi reliquerant, & ſeu condonarant, fuerant, ſeu etiam ex eo, quod onera pro dictis bonis injuncta, ſupportata non fuerant, aut alias ob non obſervationem, & executionem teſtamentorum, & aliarum voluntatum, ſeu etiam quod Miſſas, divina officia, ſive alias quomodolibet ordinata, & demandata non celebraveratis, ſive obſervaveratis, dubitabatiſque propterea in futurum propter pręmiſſa, ſeu aliquod pręmiſſorum, moleſtari, inquietari, aut aliquam jacturam pati. Idem Pius Prędeceſſor pręmiſſis occurrere, & indemnitati veſtrę providere volens, motu proprio, non ad veſtram, aut alicujus pro vobis ſibi deſuper oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſua ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, vos, & veſtrum quemlibet, ab omni, & quacunque caducitate, amiſſione, privatione, & ſeu pęna pręmiſſorum, ſive eorum occaſione, quomodolibet incurſa, perpetuo abſolvit, & liberavit, illaſque vobis condonavit, & elargitus eſt, voſque adverſus quamcunque caducitatem, amiſſionem, & privationem quomodolibet incurſas, repoſuit, & reintegravit, & dummodo omnia onera injuncta in poſterum ſupportaretis, & voluntates defunctorum exequeremini, Miſſaſque, & alia divina Officia celebraretis, a quoquam deſuper vos moleſtari, ſive perturbari prohibuit, & literas tunc deſuper expediendas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis ſuę defectu notari, ſive impugnari non poſſe. Et ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debe-

debere, ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contingeret, irritum, & inane decrevit. Non obſtantibus pię memorię Bonifacii PP. VIII Prędeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo vigore literarum hujuſmodi quis extra ſuam Civitatem, vel Dięceſim ad judicium non extraheretur, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, voluntatibus, & diſpoſitionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis, in genere, vel in ſpecie conceſſis, confirmatis, & innovatis, necnon etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam cum quibuſvis clauſulis fortiſſimis, & derogatoriarum derogatoriis, necnon ſua de non tollendo jure quęſito, & aliis Cancellarię Apoſtolicę regulis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti fuiſſent, pro expreſſis habere voluit, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ne autem de abſolutione, liberatione, condonatione, reſtitutione, reintegratione, prohibitione, decreto, & derogatione dicti Pii Prędeceſſoris, pro eo, quod ſuper illis ipſius Prędeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literę confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hęſitari, voſque illarum fruſtemini effectu, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod abſolutio, liberatio, condonatio, reſtitutio, reintegratio, prohibitio, decretum, & derogatio dicti Pii Prędeceſſoris a dicta die tertio decimo Kalendas Februarii, ſuum ſortiantur effectum, perinde, ac ſi ſuper illis ipſius Prędeceſſoris literę ſub ejuſdem diei dat. confectę fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque prę ſentes literę ad probandum plene abſolutionem, liberationem, remiſſionem, condonationem, reſtitutionem, reintegrationem, prohibitionem, decretum, & derogationem dicti Pii Prędeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quocirca Venerabilibus Fratribus Florentin., & Piſan. Archiepiſcopis, ſive eorum in ſpiritualibus Vicariis Generalibus, ac dilecto filio Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generali Auditori per prę ſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, prę ſentes literas, & in eis contenta quęcunque, valere decernentes, vobiſque in prę miſſis efficacis defenſionis prę ſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, prę miſſa omnia ab omnibus, quos illa concernunt, integre & inviolabiliter obſervari, voſque illis pacifice, & quiete uti, frui, & gaudere. Non permittentes vos deſuper contra earundem prę ſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die I Maii MDLXXXV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Alex. Peregrinus.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1585 Die 1 Maii.

XXXIV.

Quæ de Confraternitate *Laudum*, *&* *S. Petri Martyris* ſancita ſunt, firmat.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

RAtioni congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quę de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet, ejus ſuperveniente obitu, literę Apoſtolicę ſuper illis confectę non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Pium PP. V Prędeceſſorem noſtrum accepto, quod poſtquam Confraternitas ſecularium ſub invocatione laudum, & Sancti Petri Martyris in Eccleſia domus S. Marię Novellę nuncupatę Florentin. Ordinis Fratrum Prędicatorum inſtituta, & per laicos regi, & gubernari ſolita, cujus Confraternitatis officium, & cura pręcipue erat, fructus, bonorum dictę Confraternitatis, & legatorum in pios uſus divinorum officiorum, & Miſſarum celebrationem alias juxta ordinationes defunctorum convertere, & diſpenſare, vigentibus factionibus propter mutationem ſtatus, de mandato Rempublicam Florentin. regentium, & adminiſtrantium, ſe invicem congregare, & convenire, fuerat prohibitum, unde ſolita adminiſtratio, cura, regimen, & diſpenſatio negligi cęperant, & propterea bona dictę Confraternitatis non modicam patiebantur jacturam, pięque voluntates defunctorum non exequebantur, ad quę animadvertens pię memorię Eugenius PP. IV, etiam Prędeceſſor noſter, adminiſtrationem, regimen, & gubernium dictę Confraternitatis, ac bonorum, & redditunm illorum diſpenſationem tunc exiſtenti Priori, & duobus Fratribus dictę domus, ac duobus laicis, ad id per Priorem, & Fratres ejuſdem domus capitulariter congregatos, eligendis, qui eandem auctoritatem, & facultatem haberent, prout antea habebant ipſi Confratres, tempore quo congregabantur, & Confraternitas vigebat, per ſuas literas conceſſerat, conceſſioneque hujuſmodi per recolendę memorię Pium PP. II, Sixtum IV, & diverſos alios Romanos Pontifices, ſimiliter Prędeceſſores noſtros approbata, & confirmata, ab inde citra dictam Confraternitatem, & illius bona, jura, & redditus fuerunt juxta formam conceſſionis hujuſmodi per dilectos filios Priorem, & Fratres dictę domus, qui pro tempore fuerunt, una cum interventu dictorum duorum laicorum gubernata, & adminiſtrata, ac illius onera ſupportata, & voluntates defunctorum debite executę. Et cum nullus eſſet dictę Confraternitatis Confrater ſuperſtes, & ipſa Confraternitas actu fuerat extincta, dictique laici, qui Capitanei nuncupabantur, & ad interveniendum cum dictis Fratribus eligebantur pro forma, & nomine duntaxat, & a pluribus annis citra deſervirent, omniſque cura, regimen, & adminiſtratio, labores, & onera eiſdem Priori, & Fratribus incumbebant, qui fuerant, & erant in ipſorum bonorum adminiſtrationis, & ea diſtribuendi pacifica, & quieta poſſeſſione, conſiderans dictus Pius V Prędeceſſor non convenire, quod bona eccleſiaſtica per laicos adminiſtrarentur, ipſique laici cum Fratribus, & Religioſis ſe immiſcerent, quodque ſi dicta Confraternitas ſupprimeretur, & illius

Nota.

Digitized by Google

illius domui prędictę applicarentur, & appropriarentur, bona ipſa exgravarentur a pluribus inanibus, & ſuperfluis expenſis, ipſique Prior, & Fratres liberarentur a ſervitute, & onere convocandi, & congregandi dictos laicos, ac commodius onera ejuſdem Confraternitatis ſupportarentur, & implerentur, ultimęque voluntates defunctorum exequerentur, necnon quieti Fratrum prędictorum, & ſaluti animarum conſuleretur, volens dictus Pius V Prędeceſſor pręmiſſis de opportuno remedio providere, ipſoſque Priorem, & Fratres, ac eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorum duntaxat conſequendum, abſolvens, & abſolutos fore cenſens ſub dat. videlicet tertiodecimo Kal. Februarii, Pontificatus ſui Anno Tertio, motu proprio, non ad dictorum Prioris, & Fratrum, aut alterius pro eis eidem Pio Prędeceſſori deſuper oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſua ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, Confraternitatem prędictam, illiuſque nomen, & denominationem, Apoſtolica auctoritate, ſuppreſſit, & extinxit, dictoſque Priorem, & Fratres ab onere eligendi laicos capitaneos hujuſmodi, ac illos convocandi, & congregandi, necnon creandi officiales, & computa faciendi, ſive revidendi abſolvit, & liberavit, omniaque, & ſingula dictę Confraternitatis bona mobilia, & immobilia, eatenus per dictos Priorem, & Fratres, modo pręmiſſo, ſive alias, regi, & gubernari, & adminiſtrari ſolita, & in quorum poſſeſſione a longiſſimo tempore citra fuerant, & exiſtebant, dictę domui applicavit, & appropriavit, ita quod in poſterum Prior, & Fratres prędicti, qui pro tempore eſſent, ſoli valerent de dictis bonis diſponere, ac illis uti, & frui, & alia facere, quę de aliis ipſius domus bonis, ac propriis facere conſueverant, & poterant de jure, vel conſuetudine, ipſiſque Priori, & Fratribus ſolis, & in ſolidum, regimen, curam, & adminiſtrationem illorum, necnon facultatem, & auctoritatem, voluntates defunctorum exequendi, fructua diſtribuendi, & omnia faciendi, quę ipſi una cum dictis deputatis facere poterant, & conſueverant, proviſo, quod omnia onera ſupportari ſolita ſupportarentur, conceſſit, decernens literas deſuper conficiendas, de ſubreptionis, & obreptionis vitio, ac intentionis defectu notari, ſeu impugnari non poſſe, ac habita per eundem Pium V Prędeceſſorem plena, & certa pręmiſſorum notitia, Priorem, & Fratres prędictos ad pręmiſſa aliter quam, ut pręfertur, juſtificandum minime teneri, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, etiam decrevit, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ne autem de abſolutione, ſuppreſſione, extinctione, liberatione, applicatione, appropriatione, conceſſione, & decreto prędictis, pro eo, quod ſuper illis dicti Pii V Prędeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literę confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hęſitari, ipſique Prior, & Fratres illo fruſtrentur effectu, volumus, & ſimiliter dicta auctoritate decernimus, quod abſolutio, ſuppreſſio, extinctio, liberatio, applicatio, appropriatio, conceſſio, & decretum Pii V Prędeceſſoris hujuſmodi perinde a dicta die tertio decimo Kalendas Februarii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis dicti Pii V Prędeceſſoris literę ſub ejuſdem diei datę, confectę fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque pręſentes literę ad probandum plene abſolutionem, ſuppreſſionem, extinctionem, liberationem, applicationem, appropriationem, conceſſionem, & decretum dicti Pii V Prędeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Quinto, Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

A. Riccius.

1. *Archivo.*) In quo autographum. Plumbum ſericis filis appenditur.

Anno 1586 Die 10 Octobris.

XXXV.

Mendicantes Fratres ſecularium Confeſſiones (1) excipere, ad victum neceſſaria mendicando (2) corrogare, ac Campanas (3) pulſare, poſſe, decernit: inhibet, ne Ordinarii ſeſe cognitionibus cauſarum prædictorum Fratrum immiſceant (4), ac jubet, de Quarta Funerali (5) ſervandum Decretum Concilii Tridentini.

Ex Archivo (6) *Ordinis.*

Decretum Sacrę Congregationis, Pro Fratribus Mendicantibus.

Die X Octobris MDLXXXVI.

Lecto in Sacra Congregatione Regularium Memoriali, oblato nomine totius Familię Fratrum Mendicantium quarumcunque Provinciarum Regni Neapolis, conquerentium, qualiter formam ſuorum Privilegiorum, Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Ordinationum Apoſtolicarum, in quam pluribus ab Ordinariis locorum gravantur prout ejuſdem Memorialis ſeries continebat. Illuſtriſſimi D. Cardinales his mature conſideratis, ſtatuerunt, & decreverunt, infraſcripta ab eiſdem locorum Ordinariis perpetuo, & inviolabiliter obſervari debere.

Primo. Quod circa ſecularium confeſſiones ab ipſis Fratribus Mendicantibus audiendas ſervetur deciſio Congregationum Sacri Concilii, & Epiſcoporum, corripianturque Ordinarii, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentiis conceſſis id excipiunt.

Secundo. Fratres Mendicantes nullatenus a quęſtuatione, quę de licentia ſuorum Superiorum fit, & in dies fieri continget, prohibeantur.

Tertio. Ordinarii non impediant Fratres pulſare Campanas ad Matutinum, Horam, & ad *Miſſam*, antequam pulſetur Campana majoris Eccleſię, prętcrquam in die Sabbati Sancti.

Quarto. Ordinarii in Congregationibus Cauſarum Fratrum Mendicantium, tam civilium, quam criminalium minime ſeſe ingerant, pariter nec in Viſitatione eorundem Fratrum, vel Eccleſiarum ſuarum, niſi quatenus eis per Concilii Tridentini Decreta conceditur.

Quinto. Quo autem ad quartam funeralium ſervetur Decretum Sacri Concilii Tridentini.

F. Michael Bonellus Card. Alexand.
Gregorius Palearius Secretarius.

Decretum Sacrę Congregationis Concilii.
Seſſ. 23. Cap. 5.

Congregatio Concilii cenſuit, Regulares ad audiendas in Civitate, & Dięceſi Secularium Confeſſiones ſemel ab Epiſcopo pręvio examine approbatos iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos. Ceterum a Succeſſore poſſe utique examinari juxta Conſtitutionem ſan. mem. Pii V. Dat. VIII Idus Auguſti, Pontificatus illius Anno Sexto, quę a felicis recordationis Gregorio XIII non eſt revocata per reductionem Pivilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid.

A. Cad. Caraſa.

1. *Confeſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*
2. *Mendicando.*) Ibidem *Tit. I.*
3. *Campanas.*) Ibidem.
4. *Immiſceant.*) Ibidem *Tit. V.*
5. *Quarta Funerali.*) Ibidem *Tit. IX.*
6. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Confectium pag. 225*: in Bullario *Caſſinen. T. II. pag. 642*, & *Carmelitano Parte II pag. 237.*

Anno 1587 Die 17 Septembris.

De Johanne Baptiſta Vives Canonico Valentino qui pro ſolemni Canonizatione Beati Ludovici Bertrandi Romam venerat.

XXXVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

S I X T U S P A P A V.

Dilecti Filii (2), Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum dilectus filius Johannes Baptiſta Vives Canonicus Valentin. utriuſque Juris Doctor, a juratis, & Conſilio Generali Civitatis Valentię ad gerendum nonnulla negotia, tam dictę Civitatis, quam totius Regni Valentin. utilitatem publicam concernentia, ac inter alia ad petendam Canonizationem ſolemnem bon. mem. Ludovici Bertrandi Ordinis Fratrum Prędicatorum profeſſoris, ac ejuſdem Civitatis nativi, qui feliter annis prętcritis in Domino requievit, ob quę, & alia plura, & graviſſima agenda, variis, & crebris literis, tam dictorum juratorum, quam cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, & aliorum Principum commendatus ad Nos, & Sanctam hanc Sedem miſſus, ac Nuncius ſpecialis deſtinatus fuerit, quorum quidem negotiorum aliqua ipſe geſſit, aliqua vero gerenda reſtant, de quibus ipſe plene, & ſufficienter informatus, illa, & feliciter, & cum populi ſatisfactione, debitę executioni demandare intendit. Cum autem his diebus proxime elapſis, de Canonicatu, & Prębenda Eccleſię Valentin., tunc per liberam reſignationem dilecti filii Caroli Rocca nuper dictę Eccleſię Canonici de illis, quos tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam, vacarit, dicto Johanni Baptiſtę Apoſtolica auctoritate providerimus, ſuper quorum, fructibus, redditibus, & proventibus, ac diſtributionibus quotidianis, annuę penſionis quingentorum ſcutorum monetę illarum partium, quę ultra dimidium valoris dictorum Canonicatus, & prębendę excedunt, a dicta auctoritate reſervatę reperiuntur. Nos attendentes Chriſtianę caritatis, urgentis neceſſitatis, debitę obedientię, ac evidentis Reipublicę, vel Eccleſię utilitatis cauſa, poſſe juſte a ſuorum beneficiorum reſidentia, juxta Sacri Concilii Tridentini decreta abeſſe, ac indemnitati ipſius Johannis Baptiſtę, juſtis de cauſis abſentia, & ne ullum propterea detrimentum patiatur, hac in parte conſulere volentes, vobis, & cuilibet veſtrum, per pręſentes mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, ipſi Johanni Baptiſtę a Kalendis Maii proxime prętcriti de omnibus, & quibuſcunque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, undecunque provenientibus, & in quibuſcunque rebus, & frugibus conſiſten., necnon diſtributionibus quotidianis, etiam manualibus nuncupatis, ac etiam iis quę duntaxat pręſentes, ac diurnis, & nocturnis, horis canonicis, & aliis divinis officiis, & anniverſariis Defunctorum, perſonaliter intereſſen., ac dictę Eccleſię actu, & realiter inſervientibus dari, & concedi ſolent, ac denique omnia, & quęcunque emolumenta, quę Procuratori dicti Capituli in curia reſidenti, ob negotia ipſius Eccleſię dari, & ſolvi ſolitum eſt, & ad inſtar ipſius tantum, ad ipſum ratione Canonicatus, & prębendę, quos obtinet, ſi illis perſonaliter inſerviret, ſpectari, & pertineri, ſine ulla diminutione integre reſponderi, atque omnia prędicta, vel ipſius procuratori,

ſpe-

ſpeciale ad id ab eo mandatum habenti, perſolvi, & conſignari procuretis, ac ſi in dicta Eccleſia quotidie perſonaliter reſideret, ac horis, & divinis officiis ſupradictis intereſſet, actuque inſerviret, atque ad id dilectos filios Capitulum, ſeu Theſaurarium ejuſdem Eccleſię, & quoſcunque alios contradictores, premiſſis obedire recuſantes, per pęnam ſuſpenſionis, quoad univerſos, quoad ſingulos vero, etiam excommunicationis, aliaſque eccleſiaſticas ſententias, & cenſuras, necnon ſubtractionem fructuum, redditum, & proventuum, & aliorum prędictorum, & quęcunque alia opportuna juris, & facti, remedia, omni, & quacunque appellatione poſtpoſita, auctoritate noſtra compellatis, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Nos enim, etiam quodcunque juramentum, tam per ipſum Johannem Baptiſtam de reſidendo perſonaliter, & ſtatutis dictę Eccleſię obſervandis, & diſtributionibus, & emolumentis hujuſmodi in abſentia non petendis, quam etiam per ipſos Capitulum, & eorum ſingulos, de diſtributionibus, & emolumentis eiſdem, cuicunque Canonico, etiam juſte, & legitime abſenti cujuſvis privilegii pretextu, vel ſi primam non fecerit reſidentiam, ſtatutiſque prędictis obſervandis preſtitum, auctoritate preſentium, relaxamus, neque ullam propterea pęnam, aut perjurii reatum incurrere tam ipſos Capitulum, quam Johannem Baptiſtam prędictum, etiam ex eo, quod tempore in dicta Eccleſia perſonaliter non reſideat, decernimus. Non obſtan. quibuſcunque conſtitutionibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dictę Eccleſię, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi Capitulo, ſeu etiam Theſaurario, & aliis perſonis prędictis, vel quibuſcunque aliis, communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XVII Septembris MDLXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

2. *Dilecti filii.*) Canonicos Eccleſiæ *Valentinæ* alloquitur, inſcriptio tamen deeſt.

Anno 1587 Die 25 Septembris.

XXXVII.

Eccleſiaſtica Bona a quibuſdam tributis (1) ſolvendis libera.

Ex Bullario Carmelitarum Parte II pag.444:

SIXTUS PAPA V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Romani Pontificis providentia, nonnunquam ea, quę certis ſuadentibus cauſis, per ejus Prędeceſſores ſtatuta, & ordinata ſunt, rerum, & temporum conditione mutata, ad juris tramitem reducit, & alterat, ac revocat, prout res ipſa exigit, & in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Alias ſiquidem felicis recordationis Gregorius Papa XIII Prędeceſſor noſter, per ſuas in forma Brevis literas, ſub datum Romę apud Sanctum Petrum die prima Februarii MDLXXXIV ſtatuit, & ordinavit, quod Clerus Bononienſis, & omnes, & ſingulę eiſdem Cleri perſonę, tam ſeculares, quam regulares, necnon Collegiorum, & piorum locorum, & aliorum quantumvis privilegiatorum, in ſolutione quorumvis onerum, impoſitionum, & Gabellarum in prędicta Civitate Bononienſi impoſitarum, ſeu imponendarum, nullum exemptionis, aut immunitatis Eccleſiaſticę privilegium adducere, aut pretendere poſſent, quominus onera, impoſitiones, & Gabellas, prędicta, prout Laici facere ſolent, ſubirent, ac cum effectu ſolverent. Et inſuper quaſcunque lites, & cauſas, ſeu controverſias, vel jactationes per quaſvis dicti Cleri perſonas deſuper motas, & coram quibuſvis Judicibus, tam in Romana Curia, quam extra, & in preſentibus quomodolibet pendentes, ad ſe avocavit, illaſque penitus extinxit, ac perpetuum illis ſilentium impoſuit. Nos conſiderantes hujuſmodi ſtatutum, ſeu ordinationem, non ſolum contra libertatem Eccleſiaſticam, omni ſtudio inviolabiliter ſervandam, tendere, ſed etiam ęcumenicis Conciliis, & Canonicis ſanctionibus, quę eccleſiaſticas perſonas, ac illarum Jura, & bona, ab hujuſmodi onerum, impoſitionum, & Gabellarum ſolutione penitus libera, & exempta decreverunt, & declararunt, mirum in modum adverſari. Ac rurſus animadvertentes, rem eſſe maximi ſcandali, ſi perſonę eccleſiaſticę, ac illarum bona, quę a Sede Apoſtolica totis viribus protegi, & defendi debent, ab eadem Sede indefenſa relinquantur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, dictum ſtatutum, & ordinationem, ab eodem Gregorio Prędeceſſore noſtro, ut preſertur, factum, & factam, cum omnibus in eo, vel ea appoſitis clauſulis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro expreſſis haberi volumus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſis, irritis, & annullatis haberi decernimus. Eundemque Clerum, ac omnes, & ſingulas ejuſdem Cleri, tam ſeculares, quam regulares perſonas, quorumvis Ordinum, vel quarumvis militiarum in priſtinum ſuum Jus, ac illud, in quo erant ante prenarratas Gregorii prędicti literas, ſtatum reſtituimus, reponimus, & reintegramus. Non obſtantibus dictis ſtatutis, & ordinatione, ceteriſque in contrarium quomodolibet facientibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die XXV Septembris MDLXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Tributis.*) Conſulendus *Tractatus de Cenſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.X.*

Pro-

Anno 1587 Die 26 Novembria.

XXXVIII,

Prohibet illegitimos atque Criminoſos recipi (1) a Mendicantibus Fratribus.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm de omnibus Eccleſiaſticis Ordioibus, in ea qua convenit puritate, & dignitate conſervandis, pręcipuam geramus ſollicitudinem, tum vero illud pręter cetera Nobis cordi eſt, ut a regularium perſonarum Congregationibus, quas tanquam Deo dicatas, maxime eandor ſanctitaſque decet, cujuſcunque criminis, aut turpitudinis labes, & ſcandali occaſio, quam longiſſime arceantur. Siquidem res ipſa Nos admonet, quam indecorum ſit, & ab ea, quę divinę Majeſtati, eique conſecratis perſoois debetur reverentia, alienum, ſi hujuſmodi homines, qui propter ſua ſcelera, pęnas graves ſibi in ſeculo propoſitas timent, quive propter immunditiam, & peccata, ex quibus orti ſunt, notati perpetua ignominia, ab omni mundano honore, & a paterna hęreditate repelluntur, iidem Omnipotenti Deo, tanquam hoſtię offerantur, atque ad habitandum in domo, quam decet honor, & ſanctitudo, inter *Miniſtros* Domini, cui ſervire regnare eſt, ad Sacras Sanctiones, quacunque prophana pręeminentia mulio nobiliores, ſine ullo defectu admittantur. Cum etiam ſecundum legem Moyſi, immundi ab ingreſſu Sanctuarii excluderentur, ac Sacerdos habens maculam, panes Deo ſuo offerre non poſſet, nec accedere ad Miniſterium ejus, & quod in holocauſtum Domini, aut Victimam pacificorum offerebatur, id immaculatum eſſe deberet, ut acceptabile foret, nec nlla macula eſſet in eo, quod ſi maculam habuiſſet, neque offerendum, neque acceptabile futurum eſſet. Ne igitur contingat illegitime genitos, *qni ut plurimum* parentum vitia, & incontinentiam imitari ſolent, nec pietatis ſtudio, ſed temporalium commodorum *in*tuitu (quia hęreditates majorum, aut dignitates aliquas conſequi non poſſunt) ad Religionem confugiunt, vitam, qnam animo a Religione alieno ſuſceperunt, ac inſtitutis Religioſis alienam, plerumque cum dedecore, & proprię ſalutis diſpendio ducere, ſuiſque corruptis moribus, & malis exemplis, quietem, & ſtatum ceterorum Deo famulantium perturbare, aut hac quaſi fęce, & colluvie, ipſarum *Reli*gionum honorem, & extimationem lędi, nt denique homines, qni hac ſpe ad filios ſpurios in peccato gignendos eſſent propenſiores, eo magis abſtineant ab hujuſmodi carnis flagitiis, quo ſuę proli hoc quoque refugium pręcluſum viderint: Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtricte interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio (quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate, intra tertium gradum invicem conjuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo voverit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quavis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, & non Mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, & Canonicorum, aut Clericorum regularinm, Congregationum, aut Hoſpitalium religionem, neque ad babitum, nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti, quoquomodo poſſint. Quod ſi eorum quiſpiam habitum, poſt publicationem pręſentis conſtitutionis, in futurum receperit, vel profeſſionem poſthac emiſerit, decernimus, habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc, prout ex tunc, irritam, nullam, & invalidam, nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex hujuſmodi voto penitus annullato, obligationis vioculum oriri poſſe, quinimo illos habitu regnlari, ad quem reaſſumendum perpetuo inhabiles ſint, quamprimum exui, & ab ipſa Religione ejici, exterminarique debere. Et nihilominus quicunque Superiores, tam Monaſteriorum, Prioratunm, Prępoſiturarnm, Domorum, Collegiornm, & locorum regularinm, quam etiam pręfatorum Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & quarumcunque Religionum Provinciales, vel Generales, quovis nomine nuncupati, qui ex pręd ictis inceſtu, vl ſacrilegio genitos poſt dictam publicationem, ad habitum receperint, vel ad profeſſionem admiſerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, a qua eorum nemo, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio qnam Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere. Sed ne iis, qni in humilitatis ſpiritu, Deo, & *Religioni* ſervire, & pęnitentiam agere intra Monaſteria, vel Domos regulares cupiunt, ad ſanctum hujuſmodi propoſitum via penitus pręcludatur, permittimus, ut pręfati illegitimi, ac dictis inceſtu, aut ſacrilegio geniti, ad habitum converſorum, ſeu famulorum in Monaſteriis, vel Domibus regularibus ſervientium recipiantur, & in ipſis Monaſteriis, ſeu Domibus regularibus ad ſimilia Miniſteria, viliora obſequia, humiles functiones, atque abjecta ſervitia admitti poſſint, ea tamen conditione, ut ad habitum Religioſorum, vel ad profeſſionem, quam Religioſi emittere ſolent, emittendam, necnon ad omnes, non modo ſacros, ſed etiam minores Ordines, vel ad clericalem characterem, denique ad cuncta Eccleſiaſtica officia, & functiones, & ad aſcendendum altiores gradus, ſint eis portę perpetuo elauſę, & obſeratę. Quoad reliquos vero non ex inceſtu pręfato, nec ſacrilegio, ſed ex quovis alio minus legitimo thoro natos, ſpurios, vel naturales, etiam, ut pręfertur, vel alias legitimatos, qni ob meliorem vitę frugem, Religionem ingredi cupiunt, ſtatuimus, & ordinamus, eos ad Religionem admitti non poſſe, aut debere, niſi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circumſtantiis univerſis, quę circa idoneitatem perſonę attendendę erunt, conſideratis, ac de Religionis zelo, pietate, integritate, & doctrina fide dignis teſtimoniis adeo commendati fuerint, adeo bonam indolem, & ſpecimen virtutia pręſeferant, ac tot merita eis ſuffragentur, ut defectum natalium ſuppleant, eorumque receptio univerſę Religionis commodo, & utilitati profutura videatur, & ſuper hoc ipſo in Generali, vel Provinciali Capitnlo, matura deliberatione habita. Generalis, vel Provincialis Superioris, ac Definitorum unanimi conſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſſi extiterint. Et tamen hi ſic recepti ad gradus, honores, & dignitates ſui Ordinis obtinendas perpetuo inhabiles, & illornm incapaces remaneant, niſi ſuper hoc cum eis fuerit auctoritate Apoſtolica ſpecialiter diſpenſatum. Si quis autem eorum alias, quam, ut pręfertur, reci-

recipietur, profeſſio ſimiliter nulla ſit, atqne ipſi habitn privari, & a Religione ejici debeant, eorumque receptores, excommunicatione, nt ſupra, innodati, ipſo facto exiſtant. Ceterum quoniam ſępe ſe vitia ingerunt, & ſe eſſe virtutes mentiuntur, ac multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim ęris alieni, aut interverſam alienam pecuniam eorum fidei creditam, ut ratiocinia effugiant: Alii poſt furta, & latrocinia, rapinas, homicidia, aliave facinora patrata, etiam banniti, aut damnati, ſeu qui meritas pro ſuis delictis pęnas metuunt, non pia intentione, ſed ad evitandam legum, & Judiciorum ſeveritatem, quia tuto in ſeculo vivere non poſſunt, tunc demum quęrunt a Religione auxilium, quando aliunde illud non ſperant, unde ſub habitu, & nomine Religioſorum, animum Religioni inimicum, & inveterata vitia retinent, neque alios, qui ſancta vocatione vocati ſunt, patiuntur tranquille divinis obſequiis inſiſtere, in gravem Dei offenſam, Religionis opprobrinm, & ſcandalum plurimorum, ut bis quoque ſubterfugii, & impunitatis, ſpes omnis tollatur, auctoritate Apoſtolica, & tenore pręſentium, etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, Juvenes, aut viros adultos, majores ſexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi poſſe, nec debere, niſi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus, diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione, compertum, & exploratum ſit, eos neque aliquoruni criminum, qualia ſunt, homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, aut graviora, reos, vel ſuſpectos exiſtere, ut propterea damnati ſint, aut ne damnentur formident, neque ingenti ęre alieno ſupra vires facultatum ſuarum gravatos, vel reddendis ratiociniis ita obnoxios, ut ex hnjuſmodi cauſa, lis, vel moleſtia eis jam illata ſit, vel timendum ſit, ne inferatur: niſi denique conſtet, ipſos non humana aliqua ratione, ſed tantum devotionis, & pietatis fervore vitam religioſam ſponte, & ex animo elegiſſe. Deque bis omnibus in Generali, vel Provinciali Capitulo, plena, & indubitata fide facta, tam Superioris Generalis, ſeu Provincialis, quam Definitorum conſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſſi fuerint. Omnes autem, & quoſcunque, ut dictum eſt, criminoſos, vel ſuſpectos, aut ęri alieno, ut etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuo inhabiles declaramua. Et ſi qui eorum contra pręſentem noſtram Conſtitutionem temere admittentur, tam ſuſceptionem babitus, quam profeſſionem, & inde ſecuta, ex nunc prout ex tunc, pari modo irritamna, & annnllamna, viribuſque, & effectu carere decernimus, ac jubemus, eos, qui ſic de facto recepti erunt, habitu ſpoliari, & a Religione expelli, & nibilominus, ſi expulſi non fuerint, volumus, & pariter declaramus, habitus ſuſceptionem, & profeſſionem penitus nullam eſſe, & cenſeri, ac propterea attenta nullitate babitus, & profeſſionis, licere quibuſcunque Judicibus, & Curiia, etiam ſecularibus, ad quos, ſeu quas ſpectat, contra eos, ut prius, juris, & facti remediis opportunis, ex officio, vel ad cujuſcunque inſtantiam, vel querelam civiliter, criminaliter, aut mixtim procedere. Quare volumus, ut cujuſque juvenis, aut viri majoris XVI annis a ſeculo ad Religionem tranſeuntis, approbatio, admiſſio, & receptio in Generali, vel Provinciali Capitulo, ut ſupra ordinatum eſt, pro tempore fiant, necnon Religioſi ſic recepti nomen, & cognomen, quibus in ſeculo utebatnr, & Patria in Actis ipſiua Capituli deſcribantur, & notentur. Et inſuper quoſcunque Religioſos, eorumque Superiores, qui aliquas perſonas, ut dictum eſt, inbabiles, poſt hanc Conſtitutionem pnblicatam receperint, voce activa, & paſſiva, necnon officiis, gradibus, bonoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis, eo ipſo in perpetuum privamus, & tam illis privatos, quam ad illa quęcunque in poſterum obtinenda perpetuo inhabiles, eorumque incapaces decernimus, & declaramus. Sed, & quia interdum Satanas in Angelum lucis ſe callide transfigurat, ac perditi quidam, & facinoroſi homines, qnod ſępe vidimus, & experti ſumus, inſtigante antiquo pacis, & Religionis hoſte, non veriti ſunt, temerario auſu, habitum Religioſorum aſſumere ea mente, ut veluti ſub ovina pelle lupi rapaces, per dolum, & inſidias Chriſtifideles Incautos, & nibil mali a Religioſis ſuſpicantes, opprimerent, ſive ut poſt ſcelera perpetrata, viam faciliorem ad fugam haberent, ſive, ut banniti Curię ſecularis, quę eos propemodum interceptos perſequebatur, manus effugerent, & contigit aliquando, ipſos ſicarios religioſis veſtibus indutos, a veris Religioſis hac fraude deceptis, intra domos regulares hoſpitio receptos fuiſſe, probibemus eodem modo, atque interdicimus, ne quis regularis ex una Provincia ad aliam Provinciam ſui Ordinis tranſeundo, etiam in itinere, intra aliquod Monaſterium, domum, vel locum, alterius Provincię ad habitandum, vel tanquam boſpes recipi, aut ad modicum tempus divertere poſſit, niſi a Superiore ejus loci, ubi reſidet, expreſſam licentiam diſcedendi in ſcriptis obtentam, ſeu literas obedientię, vel commendatitias ſecum deferat, atque exhibeat, vel niſi ita cognitus ſit iis, ad quos diverterit, ut de ejus perſona nullus omnino dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur. Ideoque pręcipimus univerſis, & ſingulis illorum Ordinariis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus Generalibus, ut per ſuos officiales miniſtros, vel executorea curent ab omnibus perſonia regulari habitu indutis, quas per ſuas Civitates, vel Dięceſes iter facere vel tranſire, & ad quęcunque hoſpitia, vel diverſoria ſe recipere contigerit, diligenter perquiri, num hujuſmodi literas obedientię, ſeu commendatitias ſecnm deferant. Quod ſi eos dictas literas non babere, vel ignotos eſſe deprehenderint, poſſint contra ipſos, etiam tanquam dictornm criminum ſuſpectos procedere, & tamdiu illos ſub cuſtodia detinere, donec certa de eiſdem notitia babeatur. Et tamen volumus, **Nota.** ut ii, qui etiam pietatis, vel hoſpitalitatis pretextu, regulares alterius Provincię ignotos, aut ſine licentia, vel literis, ut ſupra receperint, dictas pęnas privationis vocis activę, & paſſivę, necnon officiorum, graduum, bonorum, & dignitatum obtentorum, atque inhabilitatis perpetuę pariter incurrant. Decernentes ſic in pręmiſſis omnibus per quoſcunque judicari debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, dictorum Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & locorum Regularium, apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac locorum Ordinariis pręfatis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut eorum unuſquiſque per ſe, vel alium, ſeu alios, Cardinales quidem in ſuę protectionis, Ordinarii vero in ſuarum Civitatum, Dięceſum, & diſtrictnum regularibus locis, curent pręſentes literas publicari, eaſque perpetuo firmiter, & inviolate obſervari, inobedientes, cenſuras, & pęnas prędictas incurriſſe declarando, Illaſque, etiam iteratis vicibus,

aggra-

Digitized by Google

aggravando, invocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quorumcunque Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & Religionum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus pręſentis Conſtitutionis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque, totis tenoribus habenda ſit in his literis mentio ſpecialis. Quę omnia, quatenus eidem Conſtitutioni in aliquo adverſentur, illorum tenores pro expreſſis habentes, perpetuo tollimus, annullamus, & abrogamus, ac nolumus cuiquam ſuffragari, aut ſi Superioribus, & perſonis dictorum Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Mandantes vero eaſdem pręſentes ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellarię Apoſtolicę de more publicari, & affigi, illarumque exemplis, etiam impreſſis, Pręlati Eccleſiaſtici ſigillo, & Notarii publici ſubſcriptione munitis, eandem fidem in judicio, & extra illud haberi, quę eiſdem originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Septimo, Sexto Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Anno a Nativitate Domini MDLXXXVII, Indictione XV, die vero Veneris XXVII Novembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti divina providentia Papę V Anno ejus Tertio. retroſcriptę literę Apoſtolicę affixę, lectę, & publicatę fuerunt, in valvis, ſeu portis S. Johannis Lateranen., & S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellarię Apoſtolicę, & Acie Campi Florę, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſę, per Nos Johannem Baptiſtam Bagni, & Octavium Tagliettum SS. D. N. Papę Curſ.

Alexander Parabiacus Mag. Curſ.

1. *Recipi.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *LXXI. In Bullario Carmelitano Parte II pag. 245.*

Anno 1587 Die . . . .

XXXIX.

Ne Regulares Romam veniant ſine Superiorum facultate, & ut appellationis ordo ſervetur (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

QUoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſive dum imminentem admiſſorum criminum pęnam ex ſuis Conſtitutionibus, aut alias debitam, ſibi metuunt, falſa, & commentitia gravamina cauſati, non ad immediate ſui Ordinis Superiores, ſcilicet a gravamine Prioris, ad Provincialem, a Provinciali, ad Generalem, a Generali, ad Protectorem, prout cujuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur, ſed ad hanc Romanam Curiam, abſque licentia ſępius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Pręlati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores evadunt. Placuit Sacrę Regularium Congregationi ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, ut ſi quis regularium, in poſterum temere, lèvive ex cauſa hanc Almam Urbem, ſeu Curiam abſque ſui Superioris licentia, & ſupradicta forma pretermiſſa adire prpreſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores, ſęveriorique pęna plectendus remittatur. Romę MDLXXXVII.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Gregorius Palearius U.J.D. Sec.

1. *Servetur.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romę* typis R. Cameræ Apoſtolicæ *MDLXXXVII.*

Anno 1588 Die 21 Octobris.

XL.

Reſpondet dubiis circa Conſtitutionem (1) in illegitimos (2) latam propoſitis.

Ex Archivo (3) *Ordinis.*

Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

AD Romanum ſpectat Pontificem, Sacrorum Canonum conditorem, quę per eum ſancita ſunt, ita ſuę declarationis arbitrio dilucida reddere, ut inde nemini poſſit dubitationis ſcrupulus exoriri, pręſertim vero ſalubriter conſulere, ut cum de Regularibus agitur, qui ſe omnino Dei Omnipotentis obſequio manciparunt, tollantur ea omnia, quę eorum ſanctum Chriſto pie inſerviendi inſtitutum quoquo modo valeant perturbare. Sane poſt editam noſtram Conſtitutionem, quę incipit: Cum de omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus &c. ſuper modo, & forma recipiendi, & admittendi eos, qui ſub Religionis jugo, Altiſſimo famulari deſiderant, cum varię ſint exortę dubitationes, & quęſtiones, eęque poſtea ad audientiam noſtram perlatę, Nos ad tollendam omnem ambiguitatis occaſionem, habita cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis ſuper Regularium negotiis, & conſultationibus per Nos inſtitutę, matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, pręſentem noſtram perpetuo valituram declarationis Conſtitutionem duximus promulgandam. Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta noſtra Conſtitutio, ubi de illegitime genitis loquitur, comprehendat etiam eos, qui poſtea

per

per ſubſequens Matrimonium fuerunt legitimati. Nos inbereutes Sacrorum Canonum diſpoſitioni, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, declaramus, illegitime natos ex iis parentibus, inter quos tempore, quo ipſi geniti ſunt, Matrimonium rite conſiſtere poterat, ſecuto poſtea Matrimonio legitimos effectos, ſub dicta Conſtitutione minime comprehendi, ſed eos tam quoad emittendam profeſſionem, quam quoad conſequendos gradus, bonores, & dignitates ſui Ordinis, ęquo jure cum illis, qui ex Matrimonio legitimo, & conſtanti nati ſunt, cenſendos eſſe. Illegitimos vero etiam ex ſoluto, & ſoluta, qui antequam noſtra Conſtitutio emanaret, profeſſi, vigore, ſeu pętextu privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum, cuivis Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi, eorumque Superioribus, in genere, vel in ſpecie, conceſſorum eo ipſo per ingreſſum Religionis, vel per eoſdem Superiores, ſive alios quoslibet etiam Sedis Apoſtolicę de Latere Legatos, aut alios Officiales, vel Miniſtros, quavis pręeminentia, vel auctoritate, etiam Apoſtolica, fungentes, aut facultate ſuffultos, legitimati, aut ad gradus, honores, & dignitates babilitati, ſeu reintegrati, ac illis alias perſuncti ſunt, volumus poſtbac, non obſtantibus quibuſcunque, tam antiquis privilegiis, aut literis Apoſtolicis, quam aliis indultis, ſeu declarationibus, etiam ſi illa per Nos poſt dictam Conſtitutionem noviſſime edita fuiſſe aſſerantur, honores, gradus, aut dignitates bujuſmodi obtinere non poſſe, ac diſpenſationes, & legitimatinnes quaſcunque eis nullatenus ſuffragari, niſi ſpecialiter, & nominatim cum eorum ſingulis fuerit ſuper natalium defectu, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas, ante, vel poſt ingreſſum Religionis, per Romanum Pontificem immediate, vel de ejus ſpeciali mandato diſpenſatum, deque diſpenſatione, ſeu mandato, per literas Apoſtolicas, ſeu in forma Brevis, vel ſaltem per patentes literas Cardinalis Protectoris, de ipſius Romani Pontificis voluntate fidem facientes, legitime conſtiterit, eos pariter, qui tempore publicationis noſtrę Conſtitutionis, iu ſuis Religionibus ſine hujuſmodi ſpeciali Romani Pontificis diſpenſatione, officia, honores, & dignitates babebant ad vitam, eo ipſo ab illis amotos, & abſolutos, harum ſerie declaramus. Ad tempus autem illa obtinentes, permittimus, in ſua adminiſtratione uſque ad finem ſui temporis conſervari, ita tamen ut in poſterum nec tempus ordinarium eis prorogari, aut extendi, neque ipſi ad alias, non modo ſimiles, verum etiam neque ad inferiores, aut altiores, & majores dignitates, honores, gradus, aſcendere poſſint, perinde, ac ſi id ipſum in pręfata noſtra Conſtitutione ab initio expreſſum fuiſſet. Ne tameu hujuſmodi Religioſi in liberalium Artium, ac pręſertim Sacrę Theologię ſtudiis, & religioſis profectibus ſegniores fiant, atque eorundem pia ſtudia refrigeſcant, eos noſſe volumus, quod ſi ipſorum quiſpiam eximia doctrina, vitęque, & morum ſanctitate excellere reperietur, deque eorum probitate, & pręclaris meritis Ordinum Protectores, eam apud Nos fidem fecerint, ut non immerito ſperari queat, eorum doctrinam, & operam ipſi Ordini, & Sanctę Dei Eccleſię uſui, & commodo futuram, tunc demum indulgentiam, & benignitatem noſtram facile experientur. Quoniam vero, a multis quęſitum eſt ſub nomine honorum, graduum, & dignitatum, a quibus illegitimi penitus excludantur, quid potiſſimum ſit intelligendum, declaramus, hac in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatum, honorum, graduum, debere intelligi Prępoſitatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Cuſtodiatus, Proviucialium, ac Generalium Superiorum officia, & alia his ſimilia, cum honore, & ſuperioritate conjuncta. Ab officiis autem oneris, veluti Lectoris, Confeſſarii, Studiorum, & Sacrę Theologię Magiſtri, Regentis, Pręedicatoris verbi Dei, & ceteris hujuſmodi, immo etiam a voce activa, a ſacris Ordinibus ſuſcipiendis, ipſorumque miniſterio, ipſos illegitimos, dummodo ex ſacrilegio, vel inceſtu geniti non ſint, nequaquam arcemus. Cum vero in quibuſdam Religionibus Capitula Provincialia, aut nunquam, aut non quotannis, ſed rarius celebrentur, quędam etiam Monaſteria, aut domus bujuſmodi remotiſſimis Regionibus, Hęreticorum, aut Infidelium tyrannidi finitimis ſita ſint, ne ii, quos extra Capitula, ad babitum, vel profeſſionem regulares admitti prohibuimus, tempus celebrandis Capitulis pręfixum nimis diu expectare, aut ad ea cum maximo incommodo accedere cogantur, concedimus, & indulgemus, ut in qualibet Provincia ſaltem duo, vel, ſi commode fieri poterit, tria, aut plura Monaſteria, ſeu domus regulares deputentur, quarum, ſeu quorum Superiores infra annum ſaltem ad inquiſitionem ſuper Noviciis faciendam, & ad ipſos Religioſos juxta formam pręfatę Conſtitutionis recipiendos, & ad alia, quę in ipſa Conſtitutione continentur peragenda, inſimul congregentur. Quod ſi paucitas, aut nimia diſtantia Monaſteriorum, ne id quidem patiatur, ſaltem tribus ex antiquioribus Patribus unius Monaſterii, aut domus ejus Provincię hujuſmodi facultas, & auctoritas per Capitulum generale, ſcilicet Monachorum, vel Provinciale Meudicantium, & reliquorum Regularium ejus Ordinis demandetur. Verum in iis Monaſteriis, domibus, & locis Regularibus, quę aut nondum iu Congregationes redacta, aut alias nulli Provincię ſubjecta ſunt, ſtatuimus, ut trina Capitula Conventualia, tribus diſtinctis cum intervallo ſaltem decem dierum vicibus celebrata, eandem de recipiendis Noviciis per trinas bujuſmodi diſtinctas vices approbatis, babeant auctoritatem, quę per noſtram Conſtitutionem Capitulis Provincialibus eſt attributa. Neque vero ſi in Generalibus, vel Provincialibus Capitulis aliqui Vocales deſint, nec ſi a Diffinitorum conſenſu aliquis diſcrepaverit, idcirco receptio Religioſorum retardari, impediri, aut impugnari debebit, ſed ſatis eſſe volumus ſi vocalium, & ſuffragiorum numerus legitimus, a jure, vel per cujuſcunque Ordinis ſtatuta pręfinitus intervenerit. Et quod de Capitulo Provinciali, aut Generali dictum eſt, idem juris ſtatuimus, ſi quę Religiones, non Capitulorum, ſed Congregationum, aut dietarum, vel alio quovis nomine uti reperiantur. Quod autem pertinet ad profeſſionem, tam illegitimorum, quam eorum, qui poſt ſexdecim ętatis annum expletum, regularem habitum ſuſceperunt, quia tunc demum vere, & proprie Religioſi effici dicuntur, cum profeſſionem emittunt, declaramus, eos qui ante pręedictam noſtram editam Conſtitutionem, habitum ſuſceperint, & poſt ipſius promulgationem cupiunt profiteri, non alias ad profeſſionem admittendos eſſe, quam facta inquiſitione, & ſervata forma in ipſa Conſtitutione pręſcripta. & eorum, qui poſt dictam promulgationem, etiam ignoranter, non babita inquiſitione, & non ſervata forma, ad profeſſionem admiſſi fuerint, profeſſionem nullius eſſe roboris, & momenti. In oblatis autem, & converſis profeſſionem emittentibus, ſatis erit ſi quoad mores, & ſtatum perſonarum ipſa inquiſitio fiat. Sed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſſione emittenda, quę mili-

militat in expreſſa, ſtatuimus, quod in quibuſvis Ordinibus, & Religionibus, neque etiam tacita profeſſio quorumcunque Religioſorum induci poſſit, nec inducta intelligatur, niſi in receptione Conſtitutionis forma ſervata fuerit. Si quis vero ante editam noſtram Conſtitutionem jam tacite profeſſus, expreſſe cupiat profiteri, vel ſi quis apoſtata ad ſuam Religionem redire voluerit, inquiſitio, & forma prȩſcripta non erit neceſſaria, niſi vel de moribus, ſtatu, & qualitate perſonȩ, vel de validitate ipſius tacitȩ profeſſionis dubitatio aliqua oriatur. In iis autem, qui in locis a ſua Patria longiſſime remotis degentes, vel quorum patria ab Hȩreticis, vel Infidelibus miſere oppreſſa detinetur, voluerint ſe divinis obſequiis ſub regulari habitu dicare, ut in hoc quoque Sedis Apoſtolicȩ benignitas eluceſcat, quȩ cunctos mortales, prȩſertim vero exteros, ex longinquis Regionibus ad eam aſſidue confluentes, materno ſinu libenter amplectitur, ſancimus, exteros hujuſmodi, & advenas, quamvis non liquido conſtet de iis omnibus, quȩ in Conſtitutione noſtra requiruntur, tamen, ſi diligentia adhibita, nihil apparet, quod eos impediat, habiles reputandos eſſe. Quod ſi quis ante, vel poſt Conſtitutionem ipſam, profeſſus, ad ſacros Ordines, vel ad honores, gradus, & dignitates promotus exiſtat, & poſtmodum in eo natalium defectum, aut criminum in dicta Conſtitutione noſtra expreſſorum notam, quȩ prius ignorabantur, detegi contigerit, decernimus eum ſtatim poſt hujuſmodi defectuum notitiam habitam, non alias, quam juxta formam ipſius Conſtitutionis, ad honores, gradus, & dignitates, aut ad executionem ſacrorum Ordinum admitti debere. Contra criminoſos vero, quorum profeſſio eadem Conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea Judicibus, & Curiis ſecularibus procedendi facultas conceditur, tunc demum id locum habere volumus, & non aliter cum actis publicis conſtiterit ipſos Judices, & Curiam ſecularem ante ſuſceptionem habitus, de ipſo crimine adverſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionem inſtituiſſe. Ceterum quȩ a *Nobis* circa Religioſos viros in prȩfata Conſtitutione ſancita ſunt, ea nequaquam volumus ad *Moniales* nunc extendi. Poſtremo, dum interdicimus, ne quis regularis alterius Provinciȩ intra aliquod *Monaſterium*, *domum*, vel locum alienȩ Provinciȩ etiam tanquam hoſpes, & ad modicum tempus recipi poſſit, niſi a Superiore loci, ubi reſidebat, & a quo diſceſſit, licentiam expreſſam in ſcriptis exhibuerit, vel niſi ſatis cognitus ſit, id obſervari volumus non ſolum in Religioſis itinerantibus de una in aliam Provinciam, ſed in iis quoque, qui proficiſcuntur de uno in aliud ejuſdem Provinciȩ Monaſterium, tam ſui, quam alterius Ordinis. Quod ſi dicerent, ſe ad Apoſtolicam Sedem confugere ob gravamina, a ſuis Superioribus licentiam, & literas obtinere non potuiſſe, non propterea ullo modo recipi valeant, niſi fide dignorum teſtimonio de petita ab eis licentia, & per ſuos Superiores denegata conſtiterit.

Nota.

In alma vero Urbe noſtra Religioſi advenȩ, & peregrini, de gravaminibus ſibi illatis conquerentes, nulli ſine hujuſmodi literis, aut licentia recipiendi erunt, niſi prius ad Congregationem dictorum Cardinalium ſuper negotiis Regularium a Nobis deputatorum, vel ad ſuos Protectores remittantur, ubi, ipſis auditis, pro rerum, & perſonarum qualitate, quid agendum ſit ſtatuetur. Reliqua autem in priori noſtra Conſtitutione contenta, quȩ in prȩſentibus literis non declarantur, volumus perpetuo firma, & valida, & in ſuo robore permanere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari. Et ſi quid a Nobis alicui Ordini, aut Religioni prȩter, aut contra, prȩfatȩ Conſtitutionis formam, poſt illius editionem, circa recipiendos extra Capitula Novicios, aut alias indultum, aut conceſſum fuit, id omne, ac deſuper confectas literas prorſus revocamus, & annullamus, ac ad terminos prȩſentis Conſtitutionis reducimus, & alias nemini volumus *ſuffragari*. Decernentes, ſic in prȩmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prȩfata, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quorumcunque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Religionum, ac Monaſteriorum, etiam eorum, quȩ Ordinum Capita dicuntur, Prioratuum, domorum, & quorumvis Regularium locorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis quantocunque tempore obſervatis, necnon fundationibus eorundem, aliis quoque privilegiis, indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis, illis omnibus, ipſorumque Superioribus, Generalibus, vel Provincialibus, Conventibus, Capitulis, Fratribus, & perſonis per quoſcunque Romanos Pontifices Prȩdeceſſores noſtros, ac Noſmetipſos, etiam poſt primo dictȩ noſtrȩ Conſtitutionis publicationem, & prȩfatam Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ſeu quaſi, necnon motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, Sanctȩque R. E. Cardinalium, ac de eorum conſilio, & aſſenſu, etiam conſiſtorialiter habito, quomodocunque, ac ſub quibuſvis tenoribus, & formis, necnon quibuſvis reſtrictivis, reſtitutivis, prȩſervativis, annullativis, derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodocunque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus extenſis, & moderatis, etiam ſi in eis, ac ſtatutis, ſtabilimentis, & fundationibus prȩfatis caveatur expreſſe, quod nunquam eorum privilegia, & indulta, revocata, vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis in toto, vel in parte, derogatum cenſeatur per quaſcunque literas, etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores, & efficaciores clauſulas in ſe continentes, niſi illorum, ac etiam certarum ſpecialium literarum Apoſtolicarum inde confectarum vere, non autem per clauſulas generales, vel ſpeciales idem importantes, inſerto tenore, ac de ſimili Cardinalium conſilio; quodque ſemper in hujuſmodi derogationibus, & aliis diſpoſitionibus cenſeatur appoſita clauſula, quod tunc demum, nec aliter, nec alio modo, effectum ſortiatur, cum Superiorum, Capitulorum, & Conventuum prȩfatorum ad id accedat aſſenſus, quodque Derogationes, & aliȩ diſpoſitiones hujuſmodi aliter effectum non habeant niſi conſiſtorialiter factȩ, & per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes, tribus diſtinctis vicibus, Superioribus, Capitulis, & Conventibus prȩfatis fuerint intimatȩ, eorumque pariter ad id expreſſus accedat aſſenſus. Aliter vero factȩ viribus, &

effectu

effectu omnino careant, ac Superiores, Capitula, Conventus, & aliç perſonç prçfatç ad parendum illis, & decretis, deſuper proceſſibus, eorumque executoribus, & ſubexecutoribus, ac ipſorum mandatis, & monitionibus minime teneantur, ſed literarum hujuſmodi executionem omnino impedire, nec ratione reſiſtentię cenſuris eccleſiaſticis, etiam per ipſos executores, vel ſubexecutores, latis, innodari poſſint. Quibus omnibus, etiamſi alias de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur prçſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, &, quatenus effectum prçſentium quoquomodo impedire, vel retardare, vel illis obeſſe, poſſent, ea omnino tollimus, & abrogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ut autem prçſentes literç omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valvas Baſilicç Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Cancellaria Apoſtolica, necnon Acie Campi Florç, publicari, earumque exempla de more affigi, volumuſque, & decernimus, ut ipſorum prçſentium exempla etiam impreſſa, manuque Notarii publici, & ſigillo Prçlati Eccleſiaſtici, aut illius Curię obſignata, eandem ubique locorum fidem faciant, quam ipſç prçſentes facerent, ſi eſſent exhibitç, vel oſtenſç. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romç in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicç Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Octavo, Duodecimo Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Anno a Nativitate Domini MDLXXXVIII, Indictione I, die vero VII Menſis Novembris, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti divina providentia Papç V Anno IV retroſcriptç literç Apoſtolicç affixç, & publicatç fuerunt in valvis Baſilicarum Sancti Johannis Lateranenſis, & S. Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellarię Apoſtolicç, & Acie Campi Florç, ut moris eſt, per nos Johannem Baptiſtam Bagni, & Octavium Tagliettum SS. D. N. Papç Curſores.

Alex. Parabiacus Mag. Curſ.

1. *Conſtitutionem*,) Præcedentem:
2. *Illegitimos*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*
3. *Archivo*.) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *LXXI -- II*. Legitur in *Bullario Carmelitano Parte II pag.* 250.

Revocatio licentiarum ingrediendi (1) Monaſteria, & inibi permanendi Mulieribus ſecularibus conceſſarum.

Anno 1589 Die 5 Januarii.

Ex Roderico in Collectione Bullarum &c. pag. 452. Cap. XIII.

XLI.

SIXTUS PAPA V.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Sanctimonialium, quç, relicto ſeculo, Dei obſequio ſe dedicarunt, quieti conſulere cupientes, ad ea removenda, quç religioſum earum propoſitum impediunt, curam noſtram libenter intendimus. Quoniam itaque, ſicuti experientia hactenus compertum eſt, & quotidie comperitur, licentię ingrediendi Monaſterium Monialium Regnorum Hiſpaniarum, & inibi manendi, mulieribus ſecularibus conceſſç, regularem dictarum Monialium quietem, & tranquillitatem perturbare, multaque, & gravia incommoda afferre conſueverunt, Nos huic rei providere volentes, motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia, deque Apoſtolicç poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias ingrediendi Monaſteria Monialium dictorum Regnorum, & ibi permanendi, ad tempus mulieribus cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, & Duciſſis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, a Sede Apoſtolica, & Nobis conceſſis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur prçſentibus, haberi volumus pro expreſſis, Apoſtolica auctoritate, tenore prçſentium, revocamus, caſſamus, irritamus, ac revocatas, caſſas, & irritas eſſe decernimus. Diſtricte prohibentes mulieribus prçdictis licentias hujuſmodi prçtendentibus, ſub excommunicationis latç ſententię pęna, poſtquam harum literarum notitiam habuerint, a qua non poſſint niſi a Nobis, ſeu Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, abſolvi, prçterquam in mortis articulo, ne Monaſteria prçdicta ingredi, aut inibi manere, ſeu ſtare audeant, ſeu prçſumant. Ipſorum vero Monaſteriorum Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac Superioribus ſub eadem, ac privationis ſuorum officiorum, quç obtinent, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, ipſo facto ſine declaratione incurrendis pęnis, ne eas introducere, ſeu admittere, vel jam admiſſas quoquomodo retinere audeant, ſeu prçſumant. Quoc irca dilecto filio noſtro, & dictç Sedis in Regnis Hiſpaniarum prçdictis pro tempore exiſtenti Nuntio, ac dictorum Monaſteriorum Prçlatis, & Superioribus per prçſentes mandamus, quatenus prçſentes literas publicari, & prçmiſſa omnia obſervari faciant. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac prçmiſſis non parentes per prçdictas, & alias ſententias, cenſuras, & pęnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus premiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Quia vero difficile foret has literas ad omnia loca deferri, volumus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonç in dignitate eccleſiaſtica conſtitutç munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quç prçſentibus adhiberetur ſi fo-

ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die V Januarii MDLXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Ingrediendi.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

Anno 1590 Die 7 Maii.

XLII.

Ne Religioſi ſine debita facultate Moniales alloquantur.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

ILluſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinales Sacrę Regularium Congregationi Pręfecti, ad occurrendum ſcandalis, quę contingere poſſunt, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis, animum pie moventibus, de ſpeciali, & expreſſo mandato SS. D. N. D. Sixti divina providentia PP. V, vivę vocis oraculo eis facto, decreverunt, & mandaverunt, nulli poſthac religioſo, cujuſcunque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat, Superiore, cui Monaſterii, ſeu Domus, cura incumbit, viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque, Ordinario, vel extraordinario, cum ad tempus deputabitur, duntaxat exceptis, licere, abſque licentia expreſſa ejuſdem Sacrę Congregationis, accedere ad Monaſteria, ſeu Domus quarumcunque Monialium, vel Sororum, ſive ſui, ſive alterius cujuſvis, Ordinum, ad colloquendum, ſive tractandum cum eis. Quod ſi aliquando mandato ſui Superioris, aliquos Religioſos, ad prędicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas, in ipſarum Monialium, ſeu Sororum Eccleſiis, ſive Oratoriis exterioribus, ſive extra clauſtra exiſtentibus, mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religioſi, ullo quęſito colore, Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam perſonam, intra clauſuram degentes, alloqui poſſint. Confeſſariis autem ſimiliter interdixerunt, ne in ędibus Monaſterii, ſeu Domus, vel Monaſterio, ſeu Domui Monialium, aut Sororum contiguis, pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias ſecum retineant, neve extra tempora generalium confeſſionum, quibus ſoli tantum confeſſario refectionem diurnam accipere, vix permittitur, & tunc demum, videlicet cum ſua habitatio, aut virorum Domus, vel Monaſterium, in quo degit, a Monialium, ſeu Sororum, Monaſterio, vel Domo, nimium diſtat, (niſi tamen, & eo caſu, contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant. Quę omnia, & ſingula, ſub pęnis privationis officiorum, ac vocis activę, & paſſivę ipſo facto incurrende, aliiſque ejuſdem Congregationis arbitrio, pręceperunt inviolabiliter obſervari, injungentes cunctis RR. PP Generalibus, Provincialibus, & aliis quorumvis Monaſticorum, & Mendicantium, ac non Mendicantium Ordinum, & Congregationum Superioribus, ad quos ſpectat, quatenus infra terminum unius Menſis, a die quo pręſens Decretum, ipſis notificatum fuerit, computandum, debeant ejuſdem Decreti copiam, cum hujuſmodi pręcepto, omnibus ſuorum Ordinum, & Religionum Monaſteriis, Domibus, & Conventibus intimare, & notificare, ac intimaſſe, & notificaſſe, ne ullam aliquando deſuper ignorantiam, in futurum allegare, aut prętendere quoquo modo poſſint. Romę nonis Maii MDXC.

Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Georgius Palearius Secr.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

URBANUS VII.

Ab anno MDXC die XV Septembris, ad XXVII ejuſdem Menſis. Vide *Tom. V* hujuſce *Bullarii pag.* 477.

GREGORIUS XIV.

Ab anno MDXC die V Decembris, ad XV Octobris MDXCI. Vide *Tom. V.* hujus *Bullarii pag.* 478.

Anno 1591 Die 15 Martii.

Moderatio Conſtitutionum Sixti V contra illegitimos (1).

Ex Bullario (2) *Romano Conſt. III. Gregorii XIV.*

IV.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CIrcumſpecta Romani Pontificis providentia ea, quę rationalibus cauſis auctoritate Apoſtolica ſancita fuerunt, ipſa rerum experientia ſuadente, ex aliis interdum non minus juſtis cauſis moderatur, & immutat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane licet alias fel. record. Sixtus Papa Quintus Prędeceſſor noſter, nonnulla circa qualitates, modum, & formam admittendi Religioſos ad quoſcunque Ordines ſalubriter ſtatuerit, prout in duabus deſuper, prima videlicet ſub datum ſexto Kal. Decembris Anno Tertio, & altera ſub datum Duodecimo Kal. Novembris Anno Quarto ſui Pontificatus editis Conſtitutionibus latius continetur. Quia tamen uſu comprobatum eſt, multa inventa fuiſſe impedimenta, propter quę ea, quę in pręmiſſis ſtatuta fuerunt, executioni mandari minime potuerunt. Unde quam-

quamplures literis, & pietate inſignes viri a ſancto propoſito regularem ducendi vitam abducti, ac impediti, atque etiam alii diu cum maxima eorum laude in Religione verſati, ab illius dignitatibus, honoribus, prępraturis, cum non modico Religionis, & Ordinum hujuſmodi detrimento, repulſi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea, qua decuit, experientia ſalubriter conſtituta, confirmare, quę vero moderatione aliqua indigent, moderari volentes, ac dictarum Conſtitutionum, & inde ſecutorum quorumcunque tenores, etiam veriores, pręſentibus pro expreſſis habentes, habita cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E Cardinalibus, ſuper negotiis, & conſultationibus regularium deputatis, matura deliberatione, de eorundem conſilio, prędictas Conſtitutiones in ea parte, qua cavetur, ne illegitimi ex certo inibi expreſſo damnato thoro, vel complexu, ad quamcunque Religionem, neque ad habitum, aut profeſſionem regulares, ſed tantum ad habitum converſorum, aut famulorum in Monaſteriis, aliiſque locis regularibus ſervientium admittantur, & ſi poſt dictam Conſtitutionem, profeſſionem emitterent, voluit illam nullius eſſe momenti. Et in altera parte, in qua illegitime genitos, etiam ante ipſas Conſtitutiones profeſſos, vigore privilegiorum, aut indultorum Apoſtolicorum, cujuſvis Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus in genere, vel in ſpecie conceſſorum, etiam per ingreſſum Religionis, vel per eoſdem Superiores legitimatos, ſeu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos, ſeu integratos, ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuſcunque, tam antiquis, quam aliis privilegiis, literis Apoſtolicis, indultis, aut declarationibus non obſtantibus, excludi, ac diſpenſationes quaſcunque, aut legitimationes non ſuffragari, neque in futurum cum his, niſi a Sede Apoſtolica, privilegiis quibuſcunque non obſtantibus, diſpenſari poſſe voluit, Auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ad terminos juris reducimus, & moderamur, ac omnes diſpenſationes, & habilitationes, vigore privilegiorum, aut indultorum Apoſtolicorum, cujuſvis Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus in genere, vel in ſpecie, ut pręfertur, conceſſorum, quę tempore Conſtitutionum hujuſmodi, uſu recepta, & non ſub ullis aliis revocationibus comprehenſa erant, per quoſcunque eorum Superiores factas, in priſtinum ſtatum, & validitatem, in quibus ante ipſas Conſtitutiones exiſtebant, reſtituimus, & reintegramus. Volentes, iiſdem Conſtitutionibus non obſtantibus, eos, qui quovis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum, & profeſſionem regularem admitti poſſe, quemadmodum admitti poterant ſi ſupradictę Conſtitutiones editę non fuiſſent. Ita tamen, ut cum de recipiendis quomodocunque illegitime natis hujuſmodi receptio agetur, ii ad quos hujuſmodi ſpectat, pręter alia, de quibus ex dictarum Conſtitutionum pręcepto circa quoſcunque, etiam legitimos, diſquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, ſi tamen bonam indolem, & virtutis ſpecimen pręſeferant, ac tot eis merita ſuffragentur, ut natalium ſuppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & utilitati profutura videatur. Et ſuper hoc ipſo, ii ad quos, ut dictum eſt, pertinet hujuſmodi receptio, matura deliberatione habita, ita cenſuerint, & judicaverint, dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, ſive ante, ſive poſt nativitatem dicti filii profeſſus fuerit, ipſo patre vivente, non admittatur, quod expreſſe prohibemus. Volumus quoque, ac ſtatuimus, licere Generali, aut Provinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat juxta tenorem privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quę, dummodo uſu recepta, nec alias ſub ullis revocationibus comprehenſa ſint, ut pręfertur, in hac parte revalidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Provincialis, cum Generali, Provinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non alias, ſuffragantibus meritis, dignos judicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes hujuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſecuta quęcunque, ut antea, valere, perinde, ac ſi ſupradictę Conſtitutiones non emanaſſent. Ceterum, cum accepimus, nonnullarum Religionum, & Ordinum, pręſertim Monachalium, Monaſteria ita inſtituta eſſe, ut in eis perpetua quędam filiatio conſtituatur, ideoque receptio Novitiorum in unoquoque Monaſterio ad Superiorem, Pręlatum, & Capitulum ejuſdem Monaſterii tantum pertineat, quę etiam Monaſteria, ut plurimum, inter ſe longe diſtant, nec Generalia, Provincialia, aut intermedia Capitula, niſi raro celebrare ſolent, ideo ſtatuimus, ut Superiores illorum Monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli, pręhabita ſimul cum his, de quibus in unaquaque Religione, aut Monaſterio, juxta ejus Conſtitutiones recipiendus interrogari ſolet, aliqua informatione ſuper his, quę in dictis Conſtitutionibus continentur, ad receptionem hujuſmodi procedere valeant, dum tamen antequam ad profeſſionem admittatur, plenaria, & modo prout in dictis Conſtitutionibus habetur, inquiſitio fiat, quę poſtea ab his, a quibus in prędictis Monaſteriis examinari ſolent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quod Superiores prędicti cum eorum Capitulo, aut, ubi conſuetudo non fuerit celebrandi Capitula, cum tribus, aut quatuor, ad id in Generali Congregatione per vota ſecreta deputatis, ſervatis eorum regularibus inſtitutis, ac ſupradictis omnibus, eandem in recipiendis Novitiis habeant auctoritatem, quę per dictas Conſtitutiones Provincialibus Capitulis eſt attributa. Decernentes ſic, & non aliter, per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam ejuſdem Romanę Curię Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Pręlati, vel perſonę in dignitate eccleſiaſtica, conſtitutę, obſignatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę reductionis, moderationis, reſtitutionis, reintegrationis, prohibitionis, revalidationis, ſtatutorum, voluntatum, & decreti infringere, vel ei &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo (3), Idibus Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Illegitimos.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit.II.*

2. *Bullario.*) Legitur apud *Confettium pag.*326.

3. *Nonageſimo.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MDXCI.*

INNOCENTIUS IX.

Ab anno MDXCI die XXX Octobris, ad ejuſdem anni diem XXX Decembris. Vide *T.V.* hujus *Bullarii pag.*483.

CLEMENS VIII.

Ab anno MDXCII die XXX Januarii, ad III Martii MDCV. Vide *T.V.* hujus *Bullarii pag.*484.

Anno 1592 Die 19 Martii.

CXVIII.

De Conſervatoribus (1) Privilegiorum Regularium.

Ex Bullario Romano Conſt. III.

CLEMENS PAPA VIII.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Clemens, divina providentia Papa VIII, ne ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & ex eo, quod ob locorum diſtantiam perſonarum quibus cauſę mandantur, certa notitia haud ita facile haberi poteſt, per Judices aliquos, minus interdum idoneos, in Conſervatores deputatos, cauſas ipſas cognoſci contingat, cupiens ſalubriter providere, revocavit, ac declaravit nullas, invalidas, & ſubreptitias, omnes, & quaſcunque Judicum deputationes in literis conſervatoriis juxta formam in quinterno Cancellarię deſcriptam, ſeu alias quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apoſtolicam, perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, conceſſas, & directas iis Conſervatoribus, & Judicibus, qui qualitates non habent requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione felicis recordationis Bonifatii Papę Octavi Pręděceſſoris ſui, quę incipit, *Statutum* (2). Quique etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxta Decretum Concilii Tridentini, electi, & deſignati non ſunt, ad inſtantiam quorumcunque Conventuum, Capitulorum, Militiarum, univerſitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monaſteriorum, hoſpitalium, & aliorum quorumvis piorum locorum, tam ſecularium, quam cujuſvis Ordinis, aut Inſtituti Regularium, quantumvis exemptorum obtentas, cum quibuſvis pręſervativis, reſtitutivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expreſſis. Non tamen quoad negotia jam cępta, vel quoad ea in quibus illę ſunt ſortitę effectum, ſeu executionem habuerunt. Ac etiam inſuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps literę conſervatorię hujuſmodi per Sedem Apoſtolicam concedendę, ad Conſervatores, & Judices duntaxat dirigantur, qui qualitates juxta dicti Bonifatii Conſtitutionem habeant, quique in prefatis Conſervatoriis electi, & deſignati ſint, & non aliis. Aliter vero expeditę literę pręfatę nullius ſint roboris, vel momenti. Decernentes &c. Placet. Publicetur, & deſcribatur. Hi.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta revocatio, Romę in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Secundo, die vero Jovis Decima nona Martii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę, Anno Primo.

Claudius Ciccolinus Curſor.

1. *Conſervatoribus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

2. *Statutum.*) Legitur in Sexto Decretalium.

Anno 1592 Die 5 Auguſti.

CXIX.

Indulgentia conceſſa Confraternitati S. Gilii (1) Ordinis Prædicatorum.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAluti gregis Dominici, curę noſtrę, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione commiſſi, ſolicitis ſtudiis intendentes, fideles ſingulos, quorum merita pro demeritis, penitus ſunt imparia, ad pia, & meritoria opera exercenda, ſpiritualibus muneribus, Indulgentiis ſcilicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invi-

invitamus, ut per eorundem operum exercitium ſuorum abolita macula delictorum, ad ęterna beatitudinis gaudia facilius pervenire mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia, ſeu Capella Sancti Gilii Oppidi de Vouzela, Viſen. Dięceſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub invocatione, ſeu ad Altare ejuſdem Sancti Gilii, ad Omnipotentis Dei laudem, & animarum ſalutem, proximique ſubventionem, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice inſtituta, & erecta exiſtat, cujus dilecti filii Confratres, quamplurima caritatis, & miſericordię opera exercere conſueverunt: Ut igitur Confratres prędictę Confraternitatis, pro tempore exiſtentes, in hujuſmodi piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea in poſterum exercenda, necnon alii Chriſtifideles promptius ad Confraternitatem ipſam ingrediendam incitentur, prędictaque Eccleſia, ſeu Capella, in veneratione debita habeatur, & ab eiſdem Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius, ad illam, devotionis cauſa, confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię conſpexerint, ſe uberius eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem pro tempore in perpetuum ingredientur, ac in ea recipientur, die primi illorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam; necnon tam ipſis, quam omnibus, & ſingulis aliis nunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem Confraternitatis utriuſque ſexus Confratribus, pro tempore ubilibet decedentibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, in eorum mortis articulo, pium nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, invocantibus, etiam Plenariam &c. Pręterea tam ipſis Confratribus, quam univerſis aliis, & ſingulis dicti ſexus Chriſtifidelibus ſimiliter vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam, ſeu Capellam, Nota
pręfatam in die, quo feſtivitas ejuſdem Sancti Gilii, qui in Oppido pręfato ortus extitit, celebrabitur, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei ejuſdem feſtivitatis, ſingulis annis devote viſitaverint, & inibi pro exaltatione Sanctę Matris Eccleſię, hęreſum extirpatione, & hęreticorum reductione, ac infidelium converſione, & inter Chriſtianorum Principes conſervanda pace, concordia, & unione, aliquas ad Deum preces effuderint, quacunque feſtivitate prędicta, id pro tempore fecerint, quoad dictos Confratres, perpetuo, pro his tantum, qui eadem die feſtivitatis prędictum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, ſimiliter Plenariam, quo vero ad non Confratres, & Eccleſiam, ſeu Capellam hujuſmodi, ut pręfertur, viſitantes, ac eodem Sanctiſſimo Sacramento, etiam refectos, pro primo anno infraſcripti decennii tantum, pariter Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Pro reliquis vero novem annis prędicti decennii eiſdem non Confratribus ſeptem annos, & totidem quadragenas. Inſuper eiſdem Confratribus, qui pariter vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſumpto eodem Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, Eccleſiam, ſeu Capellam, prędictam in Viſitationis, Aſſumptionis, Purificationis, & Annunciationis Beatę Marię Feſtivitatibus, ſeu in aliqua, vel aliquibus illarum etiam devote viſitaverint, ibidemque, ut pręfertur, oraverint, qualibet vice, alios ſeptem annos, & totidem quadragenas. Necnon ipſis Confratribus, qui Miſſis, & Officiis in Eccleſia, ſeu Capella, prędicta ex conſuetudine, vel inſtituto, ſeu intuitu dictę Confraternitatis, pro tempore more Confraternitatum celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel ſecretis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis, pro quocunque opere pio exercendo interfuerint, vel pauperęs peregrinos hoſpitio exceperint, aut eleemoſynis, vel officiis adjuverint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis, compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora in Chriſti caritate defunctorum tam Confratrum, quam aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut infirmos conſolati fuerint, vel quaſcunque proceſſiones ordinarias, & extraordinarias tam prędictę Confraternitatis, quam alias quaſcunque, de licentia Ordinarii celebrandas, dictumque Sanctiſſimum Sacramentum, quando tam in Proceſſionibus, quam dum ad aliquem infirmum, ac alias ubicunque, & quandocunque pro tempore defertur, comitati fuerint, ſeu impediti, per alium, ſeu alios aſſociari fecerint, aut, campanę ad id ſigno dato, genuflexi ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, ac etiam quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum dictę Confraternitatis in Chriſti caritate, ut pręfertur, defunctorum recitaverint, aut demum aliquem ad viam ſalutis reduxerint, ac ignorantes Dei Pręcepta, & quę ad ſalutem ſunt docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, quoties pręmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum, egerint, ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias, quomodolibet debitis pęnitentiis, auctoritate, & tenore prędictis relaxamus. Pręſentibus quoad non Confratres, ut pręfertur, viſitantes, ad decennium proximum tantum, quoad Confratres vero prędictos, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi Confratribus, & aliis Chriſtifidelibus prędictis, ratione pręmiſſorum, vel alias, aliqua alia Indulgentia, in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit, pręſentes literę nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Secundo, Nonis Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *S. Gilii.*) Seu *Ægidii*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellinum de Canonizatione Sanctorum pag.* 482.

Anno 1592 Die 22 Augusti.

CXX.

Eccleſiaſticum beneficium confert Conventui de Tremp (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

SUſcepti cura regiminis univerſalis Eccleſię, cui, auctore Domino, pręſidemus, Nos admonet, ut Monaſteriorum, & aliorum regularium locorum quorumlibet ſtatui, & perſonarum in illis ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulantium commoditatibus, ſalubriter provideamus. Sane nuper ex certis tunc expreſſis cauſis Ordinem S. Auguſtini Canonicorum regularium in Principatu Cathalonię, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritanię, cum omnibus ſuis membris, & pertinentiis quibuſcunque, omnemque ejus ſtatum, eſſentiam, & dependentiam regulares, perpetuo ſuppreſſimus, & extinximus, ac ſtatuta, conſuetudines, & decreta dicti Ordinis abrogavimus, ac illius Monaſteria, Prioratus, & beneficia quęcunque, omnes, & ſingulos dicti Ordinis profeſſos, illis, ac rebus omnibus, juribus, titulis, officiis, ſuppellectilibuſque, ac commodis univerſis ejuſdem Ordinis privando, ad ſecularitatem reduximus, & ſic reducta, noſtrę, & Sedis Apoſtolicę diſpoſitionibus in perpetuum reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque Prioratus S. Marię de Marilleu, Vicenſis Diœceſis, unum ex ejuſdem ſuppreſſi Ordinis membris, & ſub prędictis reductione, reſervatione, & privatione comprehenſum exiſtat, & propterea per privationem hujuſmodi vacaverit, & vacet ad pręſens, nulluſque de illo pręter Nos, diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, domui SS. Jacobi, & Dominici Oppidi de Tremp, Schola Chriſti nuncupatę, Ordinis Prędicatorum, Urgellen. Diœceſis, cujus Fratres jamdudum gratum Deo, ſub ſuavi religionis jugo exhibere ſtudent famulatum, commodius ſuſtentari, & manuteneri, oneraque domus prędictę facilius perferre valeant, de alicujus, in eorum neceſſitatibus, ſubventionis auxilio providere volentes, ac ſingulares perſonas domus hujuſmodi, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon quarumcunque unionum, annexionum, & incorporationum prędictę domui hactenus factarum, tenores, ac illius fructuum, reddit   tuum, & proventuum, veros, & annuos valores, pręſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, vel alterius, pro eis, Nobis deſuper oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, certaque ſcientia, noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, dictum Prioratum, qui cura caret, ac cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ducentorum triginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, ſive pręmiſſo, ſeu per obitum illius ultimi poſſeſſoris, etiam commenda, dicti Prioratus, quatenus in eadem obtinebatur, ceſſante, aut alio quovis modo, & ex cujuſcunque perſonę, etiam ſi apud dictam Sedem vacet, vel vacare contigerit, etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem prędictam legitime devoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicę, ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatus exiſtat, & ad illum conſuevit quis per electionem aſſumi, ſuper eo quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum connexis hujuſmodi, ac omnibus, & ſingulis ſuis bonis, proprietatibus, aquis, molendinis, paſcuis, nemoribus, montibus, hortis, prędiis tam ruſticis, quam urbanis, decimis, primitiis, cenſibus, oblationibus, redditibus, proventibus, oblationibus, ceteriſque juribus, & pertinentiis, ac dependentiis univerſis, domui prędictę, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat moderno, & pro tempore exiſtenti, Priori, & Fratribus dictę domus, ipſius Prioratus, necnon fructuum, redditaum, proventuum, jurium, juriſdictionum, bonorum, annexarum, & pertinentiarum hujuſmodi, ac ab eis dependentium quorumcunque, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, ſuo, & dictę domus nominibus, per ſe, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, jura, obventiones, & emolumenta, reſque, & bona univerſa illius percipere, exigere, levare, & recuperare, ac conſequi, & habere, necnon locare etiam, arrendare, & in ſuos, & dictę domus uſus, & utilitatem, ac ſubventionem, & onerum ſibi incumbentium ſupportationem convertere, Diœceſani loci, ſeu quorumcunque aliorum licentia, vel conſenſu deſuper minime requiſitis, decernentes, prout eſt, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Tarraconen., & Epiſcopo Urgellen., necnon dilecto filio noſtro, & Apoſtolicę Sedis in Regnis Hiſpaniarum pro tempore exiſtenti Nuncio, per Apoſtolica ſcripta, motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Prioris, & Fratrum prędictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant prędictas literas, & in eis contenta quęcunque, inviolabiliter obſervari, non permittentes eos per quoſcunque deſuper quomodolibet moleſtari, impediri, vel perturbari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus voluntate noſtra prędicta, ac Lateranen. noviſſime celebrati Concilii, uniones perpetuas, niſi in caſibus jure permiſſis, fieri pro-

prohibentis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, ſeu commendis ſibi faciendis de Prioratibus hujuſmodi ſpeciales, vel alias ejus literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, ac proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quęcunque, ad dictum Prioratum, volumus, non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Prioratuum, & Beneficiorum aliorum pręjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quę, pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, Eccleſia dicti Prioratus debitis non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrua ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerint, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicę MDXCII, XI Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

P. Publiulus.

Raphael Ferratinus.

z. *De Tremp.*) Juris eſt Provinciæ *Aragoniæ*.

a. *Archivo.*) In quo exemplar.

F. Alexandrum (1) de Franciſcis, Ordinis Prædicatorum, laudat, quod, ipſius juſſu, reformationi Congregationis B. Mariæ Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, operam dederit.

Anno 1592 Die 4 Septembris.

Ex Menologio Ciſtercienſi Parte II pag. 18.

CXXI.

C L E M E N S P A P A VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

PAſtoralis noſtri muneris ratio poſtulat, ut Religioſorum ſtatui, & profectui, quantum cum Domino poſſumus, libenter proſpiciamus. Nuper ſiquidem per alias noſtras literas, dilecto filio Magiſtro Alexandro de Franciſcis, Ordinis Fratrum Prędicatorum Vicario Generali, Theologo, ac familiari noſtro quem pridem Capituli Generalis Congregationis reformatę Beatę Marię Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, Aſſeſſorem deputaveramus, nonnulla ſtatuta tunc expreſſa, pro dictę Congregationis regimine, condendi facultatem conceſſimus, prout in ipſis literis in ſimili forma Brevis expeditis latius continetur. Qui quidem Magiſter Alexander, ut accepimus, nonnulla ſtatuta condidit, & alia quędam pro reformatione, & proſpero ſtatu ejuſdem Congregationis ſtatuit, & adhuc, juxta facultates illi per Nos attributas, reformationi hujuſmodi prudenti ſollicitudine incumbit. Nos autem dictę Congregationis, illorumque Abbatum, & Monachorum, ut majori cum quiete, ac ſpiritus fervore, juxta eorum regularia inſtituta, Altiſſimo gratum exhibeant famulatum, ſtatui opportunius providere volentes, motu proprio, non ad alicujus, Nobis ſuper hoc oblatę, petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac certa ſcientia, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, Congregationem prędictam Fulienſem, ejuſque Vicarium Generalem, Abbatemque, & Monachos Monaſterii Beatę Marię Fulienſis, in quo primum hujus Congregationis regularis obſervantia, & reformatio introducta extitit, alioſque univerſos eorum Abbates, Monachos, & Religioſos, eorumque Monaſteria, Domos, Conventus, Grangias, Loca, & bona quęcunque, pręſentia, & futura, atque ad ea quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, & quę deinceps ad ea ſpectabunt, & pertinebunt, illiſque concedentur, vel ad ea devolventur, ab omni ſuperioritate, juriſdictione, gubernio, regimine, adminiſtratione, ſubjectione, obedientia, viſitatione, correctione, & emendatione Ciſtertii, Clarę-Vallenſis, & aliorum, nunc, & pro tempore exiſtentium Generalium, ac Morimundenſis, & aliorum Abbatum, Pręlatorum, Superiorum ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis, quacunque auctoritate fungentium, & functorum, & quantumvis ampliſſimis privilegiis, & facultatibus utentium, & uſorum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, perpetuo eximimus, & liberamus, ita ut nullam omnino juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem in dictam Congregationem, Abbates, Monachos, Religioſos, Monaſteriaque, & loca, atque bona illius habere, exercere, aut prętendere dicti Generales, & alii Abbates, & Pręlati Ordinis Ciſtercienſis aliquo tempore poſſint, minuſque in rebus, & negotiis ejuſdem Congregationis, aliquo pacto ſe ingerere, aut immiſcere valeant. Ipſamque Congregationem Fulienſem, ejuſque Vicarium Generalem, necnon Abbates, Monachos, Religioſos, Monaſteria, domos, loca, res, & bona prędicta, ſub immediata noſtra, & Sedis Apoſtolicę protectione, regimine, ſubjectione, gubernatione, obedientia, recipimus, & ſubjicimus. Illis tamen, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, pręrogativis, indulgentiis, aliiſque gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, eidem Ordini Ciſtercienſi, in genere, vel in ſpecie, quomodolibet, per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem, ac Legatos, etiam de Latere, necnon etiam quoſcunque Reges, Imperatores, ac Principes ſeculares conceſſis, vel in futurum concedendis, ęque, ac alii dicti Ordinis Ciſtercienſis Monachi, & Religioſi, ſine aliqua prorſus differentia uti, & gaudere, ac frui, libere, & licite poſſint, valeant, ac debeant, nec propterea ad alia dicti Ordinis Ciſtercienſis inſtituta Monachi dictę Congregationis Fu-

Fulienſis teneantur, vel obligentur, ſed tantum regularem obſervantiam prędictam, & Conſtitutiones per Nos, dictumque Alexandrum declaratas, poſtquam editę, & per Nos confirmatę fuerint, ſeu in poſterum per Fratres dictę Congregationis edendas, & ſtatuendas, ac per Nos, & dictam Sedem confirmandas, obſervare teneantur, auctoritate Apoſtolica, & tenore prędictis concedimus, & indulgemus, illiſque, ſi opus ſit, ea omnia communicamus, & extendimus. Mandantes propterea in virtutę ſanctę obedientię, expreſſeque interdicentes Abbati Ciſtercienſis Ordinis Generali, & aliis Abbatibus, & Pręlatis ſupradictis, ne ullo unquam tempore ſe in gubernio, regimine, adminiſtratione, viſitatione, correctione, & reformatione Congregationis prędictę, illiuſque Religioſorum, aliquo modo intromittere, ac tam ipſis, quam aliis Monachis, & Religioſis ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis, ne in rebus, negotiis, ac ſtatu prędictę Congregationis, ac illius Religioſorum prędictorum ullatenus ſe ingerere, aut immiſcere, pręterquam ſi ad illam ſe tranſtulerint, & in ejuſdem obſervantia permanſerint, nec aliquo modo invicem commiſceri, ſeu hujus Congregationis Religioſi ad prędictum Ordinem Ciſtercienſem tranſire, poſſint, nec debeant, audeantve, ſeu prędumant, cum dicta Congregatio pro reformatione dicti Ordinis inſtituta ſit, non autem Ordo prędictus ipſius Congregationis relaxationi, aut impedimento eſſe debeat. Atque decernentes, pręſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtrę, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, retractari, ſeu invalidari ex quacunque cauſa, vel pretextu, minime poſſe, ſed ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus, ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, definiri, & interpretari debere, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, etiam noſtris, de non tollendo jure quęſito, ac de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dicti Ordinis Ciſtercienſis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Ordini Ciſtercienſi, illiuſque Generali, ac aliis prędictis Abbatibus, & Superioribus ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, in contrarium pręmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, plena, & ad verbum inſerta mentio eſſet habenda, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die IV Septembris, Anno Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Secundo, Pontificatus noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

5. *Alexandrum.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Clementis VIII T. V pag.* 624.

Anno 1593 Die 28 Januarii.

CXXII.

Qui animarum curam (1) ſuſcipit delegandus eſt a *Superiore* Monaſterii cui hæc cura annexa eſt.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Decretum Sacrę Congregationis Concilii.

CONgregatio Concilii cenſuit, deputationem Capellani pro exercenda cura annexa alicui Monaſterio Regularium, ſpectare ad Superiores illius Monaſterii, de conſenſu tamen Epiſcopi, ac pręvio examine per ipſum, aut ejus Vicarium faciendo.

Hieronymus Card. Matthęjus.

1. *Curam.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Caſſinenſi Tom. I. pag.* 260., & in *Bullario Carmelitano Parte II pag.* 162.

Anno 1593 Die 26 Maii.

CXXIII.

Caſuum Reſervationem (1) ab omnibus Regularium Superioribus obſervandam præſcribit.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

C L E M E N S P A P A VIII.

SAnctiſſimus Dominus Noſter, qui jam pridem accurate perpendit, & reipſa comperit, quod reſervatio facultatis abſolvendi Religioſos pęnitentes a peccatis quibuſdam gravioribus, niſi Superiores admodum prudenter, ac moderate illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori ſuo conſcientię maculas detegere formidant, adducere poſſet in ęternę damnationis periculum, & ſpiritualis remedii deſperationem. Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportune proſpiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus, peccatorum abſolutiones ſibi reſervet, exceptis iis, quę ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquo, prout ſubditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

Veneficia, incantationes, ſortilegia.

Apoſ-

Apoſtaſia a Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, quando eo pervenerit, ut extra ſepta Monaſterii, ſeu Conventus fiat egreſſio.

Nocturna, ac furtiva e Monaſterio, ſeu Conventu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quę ſit peccatum mortale.

Juramentum falſum in judicio Regulari, ſeu legitimo.

Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fętum, etiam effectu non ſecuto.

Falſificatio manus, aut Sigilli Officialium Monaſterii, aut Conventus.

Furtum de rebus Monaſterii, ſeu Conventus, in ea quantitate, quę ſit peccatum mortale.

Lapſus Carnis voluntarius opere conſummatus.

Occiſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſſio cujuſque perſonę.

Malitioſum impedimentum, aut apertio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud pręterea peccatum grave pro Religionis conſervatione, aut pro conſcientię puritate reſervandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura diſcuſſione, & conſenſu.

Non liceat Superioribus Regularium confeſſiones ſubditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſervatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſponte, ac proprio motu, id ab iis petierint.

Superiores in ſingulis Domibus deputent duos, tres, aut plures confeſſarios pro ſubditorum numero, majori, vel minori, iique ſint docti, prudentes, ac caritate prędíti, qui a non reſervatis eos abſolvant, & quibus etiam reſervatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis Confeſſarius indicaverit.

Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſarii, qui ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentiſſime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pęnitentias graves quibuſdam peccatis, etiam non reſervatis, a Confeſſariis imponendas, quę ſubditos ab hujuſmodi perpetrandis cohibere poſſint.

Atque ita per quoſcunque Regularium Superiores, quicunque illi ſint, obſervari mandavit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac cujuſvis Concilii, etiam Generalis, Decretis, necnon conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſervatis, aut Regulis in Generalibus, ſeu Provincialibus Capitulis editis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & conceſſionibus quibuſcunque, quorum tenores hic pro expreſſis haberi voluit, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum die XXVI Menſis Maii Anno Domini MDXCIII.

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut ſi hujuſmodi Regularium Confeſſariis caſus alicujus reſervati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarii, illa vice, pęnitentes Regulares, etiam non obtenta a Superiore facultate, abſolvere.

1. *Reſervationem.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *In Bullario Romano* eſt post Conſtitutionem *XXV*. *Legitur in Bullario Caſſinenſi Tom. I. pag. 263.*

Decretum de præcedentia (1), ut ſervetur ubique, quod hac de re Romæ ſervatur.

Anno 1593 Die 30 Auguſti.

CXXIV.

Ex Archivo (2) Ordinis.

In Nomine Sanctę, & Individuę Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

NOverint univerſi, & ſinguli, hoc pręſens noſtrum tranſumpti Inſtrumentum viſuri, lecturi pariter & audituri. Quod Nos Camillus Burgheſius Protonotarius Apoſtolicus, Sanctiſſimi D. N. PP. necnon Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa principaliter deputatus, ad inſtantiam, & requiſitionem Reverendi Admodum Fratris Johannis Baptiſtę Poliſcinę Sacrę Theologię Magiſtri principalis Calabrię Ordinis Pręedicatorum Provincialis, omnes, & ſingulos ſua quomodolibet intereſſe putantes, per Curſorem publicum ad inſtar illorum, quorum .... olim in Albo Pretorio legi conſueverant, ſtantibus pęnis nuper inflictis, ad certum terminum citari fecimus, & mandavimus, quibus advenientibus comparuit in Judicio coram Nobis R. P. Paulus Pichus dicti R. D. principalis Procurator, & realiter, & cum effectu exhibuit, & pręſentavit literas Sacrę Congregationis Illuſtriſſimorum S R. E. Cardinalium Negotiis Epiſcoporum, & Regularium pręfecta, quas Nos pręe manibus accepimus, illaſque vidimus, & diligenter inſpeximus, & quia integras, illęſas, intactas, non vitiatas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas eſſe, reperimus, illas per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum tranſumptari, & in publicam tranſumpti formam redigi fecimus, & mandavimus, decernentes, & auctoritate dictę noſtrę Curię ſtatuentes, quod huic noſtro tranſumpto, cum dictis literis originalibus diligenter aſcultato, & concordato, de ceteris in antea talis, & tanta fides in judicio, & extra, ubique locorum adhibeatur, & detur, qualis, & quanta datur, & adhibetur, ac daretur, & adhiberetur eiſdem lite-

literis originslibus, ſi in modum exhibite, & oſtenſę forent Qualis literarum tenor, talis eſt, videlicet. Die vigeſima ſexta Auguſti MDXCII Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. E. R. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum Regularium Prężfecta, ad tollendas omnes lites, & controverſias, quę inter regulares plerumque ſolent oriri ſuper eorum pręcedentia, in proceſſionibus, ceteriſque actibus, tum publicis, tum privatis, illud in futurum obſervandum ubique cenſuit, quod in bac Alma Urbe omnium Magiſtra ſervatur, & ita Sanctiſſimo Domino Noſtro referendum. Die XXX Auguſti MDXCII Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Alexandrinua retulit ſupraſcriptam Sacrę Congregationis ſententiam, Sanctiſſimo placuiſſe, & Jure eam in caſibus occurrentibua ſemper reſcribi, & ſi opportunum fore, videbitur, generalem Congregationem deſuper fieri mandaſſe, illa Gregorii XIII, quę incipit: *Expoſcit*, aliiſque contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Ita reperitur in regiſtro ejuſdem Sacrę Congregationis, & in fidem &c Sall. Thauruſius Sanctiſſimi D. N. in eadem Sacra Congregatione ſecret. &c. Loco ✠ Sigilli. Super quibua omnibus, & ſingulis, pręmiſſis, tanquam rite, recte, & legitime ſactis, & geſtis, auctoritatem noſtram, deque . . . . noſtrę Curię, pariter, & decretum interponendum duximus, & interpoſuimus, pro ut interponimus per pręſentes. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, pręſentea fieri, & per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique prędictę Camerę Apoſtolicę, quo in talibua utimur, juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romę ex ędibus noſtris Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti MDXCIII, Indictione ſexta, Die vero trigeſima Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi D.N.D.Clementis divina providentia PP. VIII Anno ejus Secundo, pręſentibus DD. Marco Antonio Bruto, & Johanne Franciſco Ugolino dictę noſtrę Curię Notariis Teſtibus ad predicta omnia, & ſingula vocatis. A. Juſtus Locumtenens. Locus ✠ Sigilli &c. Ego Hieronymus Fabius de Trivio, publicus Apoſtolica auctoritate, cauſarumque Curięque Camerę Apoſtolicę Notarius, de pręmiſſia rogatua pręſens Inſtrumentum publicum tranſumpſi, ſubſcripſi, & publicavi requiſitus, tranſumptum in forma &c.

1. *Pracedentia*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo*.) In quo autographum.

Anno 1594 Die 23 Julii.

CXXV.

De Decimis (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

C L E M E N S P A P A VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

NUper noſtris literis ſub plumbo expeditis ſex integras decimas omnium fructuum, reddituum, & proventuum, etiam Cathedralium, & Parochialium Eccleſiarum, ceterorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac Monaſteriorum utriuſque ſexus, etiam Mendicantium Ordinum, proprietates, certoſque reditua ex privilegio, vel alias poſſidentium, necnon Congregationum Regularium, & Hoſpitalium tunc expreſſorum, ac Militiarum, exceptis Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, & exceptis Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, in omni Italia conſiſtentium, ſecundum verum annuum valorem, necnon quarumcunque penſionum annuarum ſuper dictis fructibus aſſignatarum, & aſſignandarum, ſub certis modis, & formis, ac in terminis tunc expreſſis exigendas impoſuimus, aliaque voluimus, pręcepimus, decrevimus, & conſtituimus, prout in eiſdem literis plenius continetur. Volentes igitur, juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus. Ordines ipſos Mendicantes, videlicet Prędicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Auguſtini, Carmelitarum, & Beatę Marię Servorum, proprietates, & reditus, ut pręfertur, poſſidentes, noſtrę benignitatis gratia proſequi, ut Monaſteria, beneficia, & loca dictorum Ordinum Mendicantium utriuſque ſexus ex ſex decimis ſupradictis, trea duntaxat decimas, eiſdem modo & forma, ac in terminis, in quibus in dictis literis expreſſum eſt, & juxta earum formam, & tenorem conferre ſolummodo teneantur, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus pręmiſſis literis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicia, necnon omnibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autęm, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujua Notarii obſignatis, & perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę ſigillo munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die XXIII Julii, Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Quarto, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

M. Veſtrius Barbianus.

1. *Decimis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. X.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar, *Romæ* Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ editum anno MDXCIV. Legitur in *Bullario Carmelitano Parte II pag. 275.*

De B. Raymundo (1) de Peñafort Cœlitibus annumerando (2).

Anno 1595 Die 29 Novembris.

Ex Archivo (3) *Ordinis*.

CXXVI.

C L E M E N S P A P A VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

QUod ſupremę Romani Pontificis auctoritati tributum eſt, ut in decernendis ſummis in militanti Eccleſia honoribus, illiſque illuſtribus ſanctitate viris tribuendis, judicium ferat, id, ut prudenti, maturoque conſilio fiat, ac ea, qua decet, diligentia, divina aſſiſtente gratia, debitę etiam executioni demandetur, quantum cum Domino poſſumus, curare debemus. Cum itaque chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui, & Principatus Cathalonię Princeps exiſtit, ac dilecti filii deputati ejuſdem Principatus Cathalonię, ac Cives Barchinonenſes, necnon univerſus Ordo Fratrum Prędicatorum, fama ſanctitatis bon. mem. Raymundi de Peñafort, olim Fratris, & Tertii Magiſtri Generalis dicti Ordinis Prędicatorum, Barchinona oriundi, ac miraculorum, quę Deus Omnipotens per illius interceſſionem, ut pie creditur, operari dignatus eſt, ac diuturno, ſingularique Populorum illarum partium erga ipſum Raymundum devotionis affectu, adducti, ipſum, quem in cęlis ętternę felicitatis gloria perfrui pie credunt, in terris quoque Sanctorum Catalogo adſcribi, ſummopere cupiant. Et propterea apud Nos, cum per literas, tum per eorum Oratores, iteratis, humilibuſque ſupplicationibus inſtiterint, ut inceptam ſub felicis recordationis Nicolao III, Bonifatio VIII, & Johanne XXII Romanis Pontificibus, Prędeceſſoribus noſtris, canonizationis ejuſdem Fratris Raymundi tractationem, ea maxime ratione, quod pię mem. Pauli PP. III, etiam Prędeceſſoris noſtri, permiſſione in Eccleſiis Monaſteriorum, & Conventuum pręfati Ordinis Prędicatorum Provincię Aragonię officium ſolemne de ipſo Beato Raymundo anniverſario illius obitus die celebratur, reaſſumere, & ad finem perducere, ac ipſum Raymundum, ſi ita judicaremus, Sanctorum Catalogo adſcribere dignaremur. Nos tam piis, ac devotis Catholici Regis, ac eorum Populorum, Nobis, & Apoſtolicę Sedi addictorum, necnon celebris illius Ordinis de Catholica Religione optime meriti, votis, ac precibus benigne annuere cupientes, ſacris tamen canonibus edocti, ac vetuſtiſſima a Summis Pontificibus in ſimilibus ſervata conſuetudine instructi, quantam in hujuſmodi negotio curam, & diligentiam adhiberi oporteat, quam caute, quam mature procedendum ſit, ut clara, & perfecta fidei excellentię, vitę ſanctitatis, ac miraculorum ejuſdem Fratris Raymundi noticia haberi poſſit, ſecuris eorundem Prędeceſſorum veſtigiis inhęrere volentes, ac rem tantam, ac tam ſingulari cura, ſtudioque dignam, omni diligentia, conſilio, prudentia, ac maturitate cognoſcenda, tractandam, & perficiendam eſſe cenſentes, eam ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E Cardinales Congregationis Sacrorum Rituum, & Cęremoniarum a felicis recordationis Sixto Papa V, etiam Prędeceſſore noſtro, inſtitutę, quibus in cauſis Canonizationis Sanctorum procedendi ſpecialis, inter alias facultas, ab eodem Sixto Prędeceſſore tributa fuit, remittendam duximus. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, negotium Canonizationis dicti Fratris Raymundi a Nicolao III cęptum, & a Bonifatio VIII, ac Johanne XXII Prędeceſſoribus prędictis tractatum, licet per tot annorum curſum intermiſſum, in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, aſſumentes, Venerabilibus Fratribus noſtris Alphonſo Epiſcopo Oſtien. Geſualdo, & Gabrieli Epiſcopo Sabinen. Paleotto, ac dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus eidem Congregationi Sacrorum Rituum nunc pręfectis, & aliis pro tempore pręficiendis, de quorum fide, integritate, prudentia, & zelo, in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam habemus, negotium ipſum examinandum, cognoſcendum, & ad finem, uſque ad ſententiam excluſive, perducendum, nobiſque, & aliis Fratribus noſtris in Conſiſtorio referendum, committimus, ut Nos circa illud quę antiquis Sanctorum Patrum traditionibus diſponuntur, queque canonicę requirunt ſanctiones, ad Dei gloriam, & Sanctorum exaltationem ſtatuere valeamus. Dantes eiſdem Cardinalibus plenam, amplam, univerſam, ac ſpecialem facultatem, inquiſitionem ſuper puritate fidei, vitę, ac morum ſanctitate, meritis, ſama, & miraculis ipſius Fratris Raymundi, Populorum erga ipſum devotione, perſonis eccleſiaſticis illarum partium eis beneviſis committendi, literas remiſſorias, & compulſoriales ſub ſigillo dicti Alphonſi Epiſcopi Oſtien. Cardinalis, aut alterius pro tempore antiquioris ejuſdem Congregationis Cardinalis, quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, eis beneviſis, expediendi, & quocunque opus fuerit, tranſmittendi, informationem per eorum ſubdelegatos capiendam, & tranſmittendam, aperiendi, examinandi, & cognoſcendi, actuſque omnes juridicos, & validos exercendi, ac proceſſus per eos, ſeu de eorum mandato per alios rite, & recte, conficiendi, contradictores quoſcunque, ac eorum commiſſionibus, & mandatis in premiſſis faciendis obedire recuſantes per eaſdem cenſuras eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, cogendi, & compellendi, cenſuraſque ipſas aggravandi, & reaggravandi, auxilium brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi, aliaque omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & exequendi, quę in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut ſi aliquando eorundem Cardinalium aliqui pręmiſſis intereſſe nequiverint, reliqui tamen (dummodo duas ſaltem ex tribus partibus conſtituant) illa, ut pręfertur, libere, & valide exequi poſſint. Non obſtantibus Cancellarię noſtrę Apoſtolicę regulis de expedien. ſub plumbo literis remiſſorialibus, ac aliis Apoſtolicis, necnon in univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac

Nota.

de

de verbo ad verbum de indul:o hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Novembris MDXCV, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Raymundo.*) Legenda *Conſtitutio XC Clementis VIII Tomo I hujuſce Bullarii pag.580.*

2. *Annumerando.*) Adeas *Franciſcum Penia* in *Vita Sancti Raymundi Lib.III Cap.XXII pag.262.*

3. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Barchinonenſi*. Legitur apud *Franciſcum Penia* mox laudatum.

Anno 1596 Die 23 Februarii.

CXXVII.

Conſtitutio ſuper executione Decreti Concilii Tridentini Seſſ.XXV Cap.XIV contra Regulares non ſubditos Epiſcopo, intra clauſtra degentes, & extra ea ita notorie delinquentes (1), ut ſint populo ſcandalo, ac contra eorum Superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia ſuorum ordinum loca tranſmittentes, vel tranſmiſſos ad locum, in quo deliquerint, non revocantes.

Ex Bullario Romano Conſt.XXXIX.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Suſcepti muneris ratio poſtulat, ut ea, quę in Sacro Tridentino Concilio provide conſtituta ſunt, ab iis, ad quos ſpectat, inviolate obſervari curemus. Maturo ſane conſilio ipſius Concilii Decreto proviſum eſt, ut quicunque Regularis non ſubditus Epiſcopo, intra clauſtra degens, extra ea ita notorie deliquerit, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, a ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo pręfigendum, ſevere puniatur, & Superior de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus, ipſe a ſuo item Superiore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit. Verum quia experientia compertum eſt, interdum in hujuſmodi Decreti executione nimis remiſſe procedi, cum enim Epiſcopus inſtat, aliquem regularem, eo, quo ſupradictum eſt, modo delinquentem, a ſuo Superiore puniri, ſępe fit, ut Superior regularem delinquentem ad alia ſuorum Ordinum loca extra Epiſcopi Diœceſim ex induſtria impunitum tranſmittat, atque etiam ipſe aliquando ad alias Provincias ſe conferat, nec ulterius ſuper delinquentis exceſſibus inquirat, & de ejus punitione Epiſcopum certiorem reddat. Unde nec regularis delinquens tunc ab Epiſcopo puniri poteſt, cum extra ipſius Diœceſim exiſtat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio privatur, Nos pro Paſtorali noſtra ſolicitudine, pręfati Decreti executioni, quantum cum Domino poſſumus, favere, & pręmiſſis malis, ut pareſt, opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium prędicti Concilii interpretum ſententia, motu proprio, & ex certa ſcientia, noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, omnibus, & ſingulis cujuſcunque Ordinis, & inſtituti Regularium, etiam Mendicantium, Superioribus, in virtute ſanctę obedientię, & ſub indignationis noſtrę, ac privationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipſo incurrendis pęnis, pręcipimus, & mandamus, ut juxta prędictum Decretum, quilibet ipſorum, regularem non ſubditum Epiſcopo, intra clauſtra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, intra tempus ab Epiſcopo pręfigendum, ſevere puniat, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, & alias Decretum ipſum in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum ſi Superior in regularem delinquentem non animadvertit, quinimo ſi illum impunitum ad alia ſuorum Ordinum loca, extra Epiſcopi Diœceſim, ut pręfertur, tranſmiſerit, volumus, & ſimili motu, atque auctoritate, decernimus, ut Superior, inſtante Epiſcopo, intra terminum ab Epiſcopo pręfigendum, & ſub eiſdem indignationis noſtrę, ac privationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon, & ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinen., ac ulterius privationis activę, & paſſivę vocis, ad quas a nemine, pręterquam a Nobis, & a Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter incurrendis pęnis, ipſum regularem delinquentem a loco, ad quem tranſmiſſus fuit, revocare, & in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quod ſi hoc etiam facere pretermiſerit, per pręſentes ſimiliter ſtatuimus, ut Ordinarius loci, ad quem regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper pręmiſſis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit, ſimiliter requiſitus, vel alias de illius delicto informatus, ut pręfertur, tanquam Sedis Apoſtolicę delegatus, prędictum Concilii Decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem ſevere animadvertere poſſit, & debeat. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam ejuſdem Romanę Eccleſię Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis eorundem Ordinum, vel Inſtitutorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ut autem pręſentes literę omnibus ſupradictis innoteſcant, mandamus, illas ad valvas Eccleſię S. Johannis Lateranenſis, & Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in acie Campi Florę affigi, & publicari, volumuſque poſt quindecim dies, eos, qui in Urbe ſunt, qui vero extra eam, & citra montes, intra quatuor, qui demum ultra montes erunt, intra octo menſes, a die publicationis hujuſmodi computandos, perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum unicuique perſonaliter intimatę fuiſſent, ac earundem pręſentium literarum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę obſignatis, eandem fidem in judicio, & extra illud haberi, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

Mandatum.

pa-

paginam noſtrorum pręcepti, voluntatis, decreti, & mandati, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Quinto (2), Septimo Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Delinquentes.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. V*. Legitur apud *Conſettium pag.* 230.

2. *Quinto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MDXCVI.*

Conſtitutio moderatoria Bullæ felicis recordationis Sixti Papæ V contra Clericos (1) male promotos, ac in Epiſcopos in Ordinum Collatione peccantes.

Anno 1596 Die 28 Februarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXVIII.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei memoriam.

ROmanum Pontificem decet ea, quę ob juſtas cauſas interdum ſtatuta ſunt, cum ipſa rerum experientia ſuadet, moderari, & immutare, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Alias ſane emanarunt literę felicis recordationis Sixti Papę V Prędeceſſoris noſtri, contra Clericos male promotos, ac in Epiſcopos in Ordinum collatione peccantes, tenoris infraſcripti, videlicet: Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Sanctum, & ſalutare Sacri Ordinis Sacramentum ab ipſo Domino, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto inſtitutum, Beatiſque Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus ſingulari divinę bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, ſalutemque animarum, ſancte, ac religioſe adminiſtrare decet, ut quę, vel ex typo, & figura veteris Legis, vel alias ex multa Sanctiſſimorum Patrum providentia circa ordinandorum natales, ętatem vitę, ac morum probitatem, ſanctitatem, ſcientiam, & alias qualitates in ſacris ordinationibus requiſitas, per ſacros Canones, vel Apoſtolicas Conſtitutiones, aut Generalium Conciliorum Decreta ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea inviolate obſerventur. Nam ſi in Veteri Teſtamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & Miniſtrorum Altaris, deque eorum pręſtantia, & dignitate legimus, & de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt, certe multo major ratio, & diligentia adhibenda erit, in promovendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam Presbyteris, qui ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ędificationem Corporis Chriſti conſtituuntur, prout de his ipſis, & Divino Verbo, & Beatorum Apoſtolorum pręceptis, ac ſimul Sanctorum Patrum ſtatutis ſępiſſime traditum eſt. Quare Nos pro ea, quę Nobis a Domino injuncta eſt, cunctarum Eccleſiarum cura, & ſolicitudo, ipſos Paſtores, & Pręſules Eccleſiarum, quorum proprium munus eſt perſonas idoneas clericali militię adſcribere, & ad Minores, Majoreſque Ordines rite promovere, auctoritate noſtra duximus admonendos, ut in exequendo hac in parte ſuo Paſtorali officio attentius poſthac invigilent, canonicas ſanctiones, ut par eſt, obſervent, ac ut nemini detur offenſionis occaſio, neve eorum miniſterium vituperetur, ſtudeant vitare ea omnia ſcandala, & abſurda, quę ex vitioſa, & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus, cum magno animi noſtri dolore frequentius exoriri. Cum enim multi, etiam interdum inhabiles, & indigni, non vocati ſancta Dei vocatione, ſed potius Satanę dolis decepti, prętextu devotionis, & pietatis, rem quidem ſacram, & divinum munus, intempeſtive tamen, & inordinate affectantes, ſeu temporale aliquod commodum, aut lucrum ſibi proponentes, vel nimia ſimplicitate, & imperitia, malitiave, aut fraude, ad ſuſcipiendum Clericalem characterem, alioſque Ordines, ante ętatem legitimam, vel a non ſuo Epiſcopo, aut non prędio debito examine, & approbatione, ſive alias minus rite, vel etiam temere ſe ingerant, debent ſane Epiſcopi paterna caritate, & prudentia eorum ſaluti, qui ſępe neſciunt quid petant, melius etiam, quam ipſimet poſtulant, ſalubrius conſulere, nec tam quid flagitent, quam quid expediat, conſiderare, ſumma vero diligentia providere, tum in alienę Dięceſis ſubditis ordinandis, ne quemquam promoveant ſine eorum Ordinarii literis dimiſſoriis, tum in recognoſcendis ipſis literis, ne falſo, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectę ſint, tum denique in examinandis natalibus, ętate, vita, moribus, ſcientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in ſuę, vel alienę, Dięceſis perſonis ad Clericalem honorem, & eccleſiaſticos ordines promovendis, deſideretur eorum, quę ex pręſcripto ſacrorum Canonum requiruntur. Ut igitur Pręſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam gravi, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccaverint, ſe non modo in tremendo Dei Judicio, verum in hoc quoque ſeculo Romano Pontifici ſuę villicationis rationem fore reddituros, pręſenti Conſtitutione perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ut ſi in poſterum Antiſtes aliquis Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate pręfulgens, aut Abbas, ad primam Tonſuram, Minoreſque Ordines ſuis ſubditis conferendos, a Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcunque ſecularem, vel cujuſvis Ordinis, aut militię regularem ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu alias inhabilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora a jure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſoriis ſui Ordinarii literis, aut per ſaltum, vel furtive, aut quoad ſeculares, ſine titulo ſufficientis beneficii, vel patrimonii, aut ante ętatem per ſacri Generalis Concilii Tridentini decreta primę Tonſurę, aut cuique Ordini pręſcriptam, aut non ſervatis temporum interſtitiis, itaut aliquis unico die, ſeu continuatis diebus, ad plures Ordines Sacros, vel poſt unum Ordinem ſuſceptum, niſi cauſa rationabili, antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino pręfixum elabatur ad alium Ordinem promoveatur, ſine diſpenſatione, & indulto Apoſtolico, Clericali charactere non legitime inſigniverit, aut ad Ordines minores, vel ſacros, ut pręfertur, vel alias male promoverit, ſive id ſcienter, ſive ignoranter, fecerit, niſi debita diligentia adhibita juſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, ut in quo deliquit,

in

in eo puniatur, a collatione quorumcunque Ordinum, atque adeo ipſius Tonſurę, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſię interdictus exiſtat, aliiſque gravioribus pęnis, noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio puniatur. Quod ſi ſpreta hujuſmodi ſuſpenſione, & interdicto, in pręmiſſo ſe temere ingeſſerit, etiam a regimine, & adminiſtratione ſuę Eccleſię, ſeu Monaſterii, & a perceptione fructuum menſę ejuſdem, ac quorumcunque beneficiorum, per eum in titulum, vel commendam, ſeu alias obtentorum, ſuſpenſionem eo ipſa incurrat, ejuſque interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pęnarum remiſſionem, ab alio, quam a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, nequeat obtinere. Et nihilominus felicis recordationis Pii II, & aliorum Romanorum Pontifieum noſtrorum Prędeceſſorum, qui per ſuas Conſtitutiones, aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas regulas, contra hujuſmodi Clericos male promotos, diverſas pęnas inflixerunt, veſtigiis inhęrentes, eoſdem Clerieos poſthac male promotos ab executione, miniſterio, & exercitio Ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuo ſuſpenſos declaramus, & ſi in eis miniſtrare preſumpſerint, illos ſic irregulares effectos omnibus, & quibuſcunque per eos in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibua, officiis, & beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, quomodocunque qualificatia, ſecularibus, vel cujuſvis Ordinia, aut militię regularibus, ac etiam, ſi ipſi Clerici regulares fuerint, activa, & paſſiva voce ipſo facto privamus, & iis privatos, atque ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus, dignitatum, officiorum, & beneficiorum hujuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem Nobis, & Apoſtolicę Sedi, perpetuo reſervantes. Ut autem homines, qui nimia indulgentia, & ſpe impunitatis, ac venię facilitate, hactenus fuerint ad hujuſmodi facinora proccliviores, ea ſublata, & pręcluſa, ab bis abſtineant, & caveant in futurum, tam abſolvendi, quam diſpenſandi in caſibus ſuperius expreſſis, etiam in foro conſcientię, Nobis, & Succeſſoribus noſtris duntaxat auctoritate, & tenore pręmiſſis, perpetuo reſervamus poteſtatem. Inhibentes, ne a quoquam ſeculari, vel cujuſvis Ordinis regulari Presbytero, vel Prędato, quavis auctoritate fungente, nec per quęcunque Jubilęa, & Indulgentiaa, etiam pleniſſimas, & extraordinarias per noſtros Prędeceſſores, aut noſmetipſos, vel Succeſſores noſtros Anno Jubilęi, aut alio quovis tempore, & Cruciatę Sanctę, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, motu proprio, & conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcunque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtantiam, eorumque contemplatione, & intuitu, cum quibuſvis ampliſſimis in genere, vel in ſpecie derogatoriis clauſulis, conceſſa, vel in poſterum concedenda, nec vigore, aut pretextu facultatum, aut privilegiorum, Mare Magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibuſvis Ordinibus, Congregationibus, ant perſonia regularibus, aut Epiſcopis, per Decreta Concilii Tridentini, aut Offieio Sacrę Pęnitentiarię Apoſtolicę, vel minoribus, aut etiam majoribus Pęnitentiariis noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel alias quomodolibet pro tempore conceſſorum, perſonę, ſicut pręfertur, delinquentes, tam ſcilicet Antiſtites, ſeu Abbates promoventes, quam Clerici male inſigniti, ſeu ordinati, a reatibus, & exceſſibus pręfatia abſolvi, pręterquam in mortis articulo, poſſint, aut debeant, ne cum iis ſuper irregularitate proprer pręmiſſa contracta, etiam ſi crimen pęnitus occultum fuerit, quovis modo valeat diſpenſari. Verum enim vero, quia gravioribua morbis fortiora ſunt adhibenda, & juxta perſonarum, locorum, ac temporum qualitates leges ſunt immutandę, pęnęque aggravandę, & emolliendę, cum hujuſmodi peccatum, Satana ſuggerente, hominumque fragilitate aſſentiente, videatur Iam ad culmen vitiorum aſcendiſſe, & in pręcipiti eſſe, ideo, ut homines ſaltem pęnę timore, & proprii honoris confuſione a peccato deterreantur, novum huic veneno antidotum cogimur pręparare. Ac propterea volumus, ut qui abſolutionem, & diſpenſatiunem hujuſmodi petent, ſemper, quamvis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium Sacrę Pęnitentiarię, ſed a Nobis, & a pro tempore exiſtente Romano Pontifice in utroque foro abſolutionem petere teneantur, alioquin ipſę conceſſiones, & abſolutiones, etiam cum clauſula, quod pręſentis Conſtitutionis tenor, & alia prędicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullę, irritę, & invalidę exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur. Ceterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas, ſervatis quidem cunctis pręmiſſis, & ceteris omnibus, quę in ipſius Tonſurę, & Ordinum collatione obſervari debent, perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab iis, quibus Tonſuram, aut Ordines conferret, pecunia, pretio, vel pręmio, ſimoniace in futurum inſigniverit, vel promoverit, volumus, ut pręter alias cenſuras, & pęnas contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos, a Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & ſingula ſupradicta, in ſic promoventibus, & promotis locum habeant. Decernentes pręſentes literas, ſub quibuſvia conceſſionibua, facultatibus, & gratiis, etiam in caſibus quibuſcunque, Sedi Apoſtolicę quomodolibet, etiam in Bulla Cęnę Domini, reſervatis, etiam ſub nomine Jubilęi plenarii, vel Cruciatę Sanctę, abſolvendi facultatem quibuſvis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus, minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, ſicque in pręmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcunque Judices, & commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibua, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam Generalibus editis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ut autem pręſentes literę omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valvas S. Johannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicarum, ac in acie Campi Florę affigi, & publieari, & poſt quindecim dies, qui in Urbe ſunt, qui vero extra eam, & citra montes intra quatuor menſes, qui demum ultra (3) montes erunt, intra octo menſes a die publicationis hujuſmodi computandos perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatę fuiſſent, ac earundem pręſentium literarum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eandem fidem in judicio, & extra illud adhiberi, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romę apud Sanc-

Digitized by Google

Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Octavo, Non. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Nos animadvertentes in dictis literis nihil fere quoad ea, quę in Ordinum collatione ſervanda ſunt, diſponi ultra id, quod in ſacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, & aliorum Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus diſpoſitum fuit, ſed diverſas pęnas, & cenſuras eccleſiaſticas contra Epiſcopos, & alios Pręlatos in Ordinum collatione peccantes, & ſimiliter contra Clericos tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis inſtituti, & militię regulares male promotos conſtitui, abſolutionemque, & diſpenſationem Sedi Apoſtolicę reſervari, & alias, ſicut in pręfatis literis continetur. Conſiderantesque tam promoventes, quam eos, qui ad dictos Ordines promoventur, ſępe cenſuris, & pęnis hujuſmodi, ob illorum multiplicitatem, in eorum perniciem animarum, variis modis illaqueari, nonnullos ex Pręlatis, & Epiſcopis in conferendis hujuſmodi Ordinibus nimis ſcrupuloſe procedere, multoſque, metu pęnarum, & cenſurarum pręfatarum ab Ordinum collatione prorſus deterreri, adeo ut Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus ſit, omnium in pręmiſſis ſecuritati, & animarum ſaluti, paterna caritate proſpicere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, ſupradictas literas ad terminos ſacrorum Canonum, ac Conſtitutionis recolendę memorię Pii Papę II, etiam Prędeceſſoris noſtri, quę incipit: Cum ex ſacrorum Ordinum: ſub Datum Romę apud S. Petrum Decimoquinto Kal. Decembris, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Primo, Pontificatus ſui Anno Quarto. Cujus tenorem pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, & ad diſpoſitionem Decretorum Sacri Tridentini Concilii reſtringimus, & reducimus, necnon cenſuras, & pęnas in eiſdem Sixti literis contra quoſcunque, pręterquam contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in ſuo robore permanere, aliis etiam pęnis, & cenſuris per eoſdem Canones, ac Conſtitutionem Pii II, Conciliumque Tridentinum injunctis, ſalvis, & firmis remanentibus, moderamus, & abolemus. Decernentes ſic, & non aliter, per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, & etiam ejuſdem Romanę Curię Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Pręlati, vel perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quę eiſdem pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Quinto (4), Pridie Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Clericos.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Rodericum* in *Collectione Bullarum &c. pag. 486.* In *Bullario Romano* eſt *XL.*
3. *Ultra.*) Rodericus mendoſe ſcribit: *intra.*
4. *Quinto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *MDXCVI.*

Quomodo inquirendum ſit in eos, qui Ordini nomen dare volunt (1).

Anno 1597 Die 10 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

C L E M E N S P A P A VIII.

CXXIX.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

IN his, quę ad Religionum propagationem ſpectant, auctoritatis noſtrę partes libenter interponimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Alias ſiquidem felicis recordationis Sixtus Papa V Prędeceſſor noſter, juſtis tunc ſuadentibus rationibus ductus, ſua perpetuo valitura Conſtitutione, quę incipit: Cum de omnibus eccleſiaſticis Ordinibus, ſub dat. VI Kal. Decembris, Pontificatus ſui Anno Tertio, emanata, inter alia ſtatuit, & ordinavit, ut Juvenes XVI ętatis ſuę annum excedentes, aliquam Religionem ingredi volentes, non prius ad habitum recipi, & ad profeſſionem admitti poſſent, quam de eorum anteactę vitę, ac morum honeſtate, ac de legitimis natalibus, aliiſque eorum qualitatibus, tunc expreſſis, conſtaret juridice, ita, ut inſtrumenta deſuper formanda coram teſtibus, & Notario, ad Capitula Generalia, vel Provincialia, in quibus per Diffinitores Capituli approbarentur, deferri deberent, conſtitiſſet, prout in eadem Conſtitutione latius continetur, quę cum difficile adimpleri poſſe, experientia poſtmodum compertum extitiſſet, eandem Conſtitutionem Sixti Prędeceſſoris felicis recordationis Gregorius Papa XIV, etiam Prędeceſſor noſter moderatus fuit, ut hujuſmodi receptiones, & approbationes, per Priores quatuor domorum fierent, ita, ut qui ad Religionem admitti vellent, ad quatuor ejuſdem Religionis, quam elegiſſent, domos accederent, & ab eorundem Prioribus approbationem deferrent, ut in aliqua ipſarum domorum recipi poſſent. Idemque Sixtus V Ordini Fratrum Minorum conceſſit, ut hujuſmodi recipiendorum approbationes, per quatuor Fratres ex antiquioribus ejuſdem domus, in qua habitum peterent, a Definitoribus nominatos, fieri poſſent, ipſique quatuor antiquiores nominati ad inquiſitionem faciendam procedere, & ad hunc effectum teſtes vocare, & ab eis juramentum recipere coram Tabellione, & alia requiſita facere valerent, prout in diverſis Prędeceſſorum literis plenius continetur. Cum autem, ſicut pro parte dilectorum Prioris, & Conventus Domus Sancti Stephani Salmanticenſis Ordinis Prędicatorum Nobis expoſitum fuit, eiſdem Priori, & Conventui per dictum Sixtum Prę-

Prędeceſſorem, ad petitionem, & ſupplicationem bonę memorię Antonii Tituli SS. Johannis, & Pauli Presbyteri Cardinalis Caraſę nuncupati, vivę vocis oraculo indultum fuerit, ut inſtrumenta, per tabellionem coram teſtibus facta, ſuper qualitatibus Juvenum in dictum Conventum ad habitum recipi petentium, per Priorem, ſeu Pręſidentem, ac Suppriorem, Magiſtrum Noviciorum, & Magiſtrum Studentium ejuſdem domus, juridice approbari, vel reprobari deberent, cumque hujuſmodi receptionis forma, facilior, & commodior exiſtat, quam alię ſupradictę, nihilominus hanc etiam multa incommoda pati compertum eſt, multoſque a Religionis ingreſſu diverſis rationibus propterea arceri, atque a propoſito abduci, & ea de cauſa Religioſorum numerum in dies minui. Quod ſi eiſdem Priori, & Conventui licitum eſſet, Juvenes hujuſmodi, Religionis habitum ibi ſuſcipere volentes, pręvio tantum juramento, ſe non eſſe criminoſos, rationibus obligatos, a quibus non poſſint faciliter expediri, nec furto, latrocinio, aut homicidio notatos, nec aliis impedimentis in dicta Bulla Sixti V contentis detineri ad habitum admitti, poſtea intra tempus probationis de eiſdem qualitatibus inquiſitionem, & indagationem, juxta indultum Sixti V prędictum, vivę vocis oraculo conceſſum, facere, ex hoc profecto domus prędicta, quę valde inſignis extitit, priſtino ſplendori, cum Religioſorum propagatione, & divini cultus augmento reſtitueretur. Ideo Nobis dictorum Prioris, & Conventus, nomine fuit humiliter ſupplicatum, ut in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioſorum propagationem, & divini cultus augmentum, quantum cum Domino poſſumus, libenter procuramus, ſingularum literarum prędictarum tenores, pręſentibus pro expreſſis habentes, ac Priorem, & Conventum prędictum, & ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilis Fratris noſtri Michaelis Epiſcopi Albanen. Cardinalis Alexandrini nuncupati, Ordinis Prędicatorum Protectoris conſilio, eiſdem Priori, & Conventui nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut quoſcunque Juvenes, etiam XVI ętatis ſuę annum excedentes, ad habitum in eodem Conventu admitti petentes, recepto ab eis juramento, quod criminoſi, rationibus, ut pręfertur, obligati, furto, latrocinio, aut homicidio notati, aut aliis impedimentis, in dicta Bulla Sixti V contentis, detenti non ſint, recipere, ac poſtea per aliquem ejuſdem Conventus Religioſum, ad hoc deputatum, ad inveſtigationem anteactę illorum vitę, ac morum, & reliquorum pręmiſſorum, abſque ſtrepitu judiciario, ſed per ſcrutinium ſecretum procedi facere, qui ad hoc deputatus, proceſſum, & informationem captam dictis Priori, ſeu Pręſidenti, ac Suppriori, & Magiſtro Noviciorum, & Studentium, a quibus approbari, & reprobari poſſit, referre fideliter debeat, libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus. Decernentes pręſentes literas &c. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris X Septembris MDXCVII, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Volunt.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Hyacinthum Donatum De Regularium Praxi T.II Parte IV pag.62.*

Anno circiter 1600.

CXXX.

De electionibus (1).

*Ex Bullario Carmelitano Parte II pag.*310.

Reſponſum Sacrę Congregationis Concilii Tridentini.

QUęritur, an Decretum Concilii Tridentini Cap.VI Seſſ.XXV de Regular., quo cavetur, electionem Abbatum temporalium, & aliorum Superiorum Regularium debere fieri per vota ſecreta, procedat, quando aliquis Superior Regularis ex facultate ſibi in vim ſtatutorum Religionis conceſſa, velit inſtituere in aliquo Conventu aliquem Superiorem?

Congregatio Concilii cenſuit minime procedere.

Hieronymus Card. Matthęjus.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Electionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit.III.*

Anno 1601 Die 20 Februarii.

CXXXI.

Clerus Secularis Regularem præcedit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

DEcet Romanum Pontificem, diſſentionum, & controverſiarum materias, inter eccleſiaſticas, & regulares perſonas e medio tollere, ac pręſcindere, prout in Domino ſalubriter conſpicitur expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, in aliquibus Regnorum Hiſpaniarum partibus, nonnulli Religioſi, etiam Ordinum Mendicantium, pretendant Clerum ſecularem in funerum aſſociatione, Proceſſionibus, & aliis actibus publicis pręcedere, allegantes aliquam conſuetudinem, vel potius abuſum, & eo pretextu Clerum ipſum ſecularem perturbent, Nos utriuſque Cleri ſecularis, & regularis quieti conſulere, & omnem controverſiarum occaſionem inter eos removere, quantum cum Domino poſſumus, cupientes, ex Decreto etiam Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper Sacris Ritibus, & Cęremoniis deputatorum, harum ſerie perpetuo decernimus, & declaramus, Regulares, tam Monachos, quam

quam Fratres, quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, in funerum aſſociatione, proceſſionibus, & aliis hujuſmodi publicis actibus, non debere Canonicos, Rectores, & Clericos, ſeculares pręcedere, neque cum eis mixtim incedere, etiam ſi aliquando ex ſecularium indulgentia, aut humanitate, ſeu alia forſan de cauſa, ſecus factum fuerit, & quamcunque contrariam conſuetudinem, tanquam abuſum, corrigeadam eſſe, idque indubitati juris exiſtere, ac ita ubique locorum in Regnis Hiſpaniarum, perpetuo obſervari debere, ſicque, & non aliter per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & anctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis Toletan., & Hiſpalen., ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicę Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio, per pręſentes committimus, & mandamus, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, & Clero ſeculari in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eadem pręmiſſa ubique perpetuo obſervari, contradictores quoſcunque per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felicis recordationis Boniſatii Papę VIII Prędeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio Generali edita, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate pręſentium ad judicium, non trahatur, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis ex dictis Regularibus, eorumque Ordinibus, & Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro expreſſis babentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem ubique fides habeatur, quę eiſdem pręſentibus haberetur. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX Februarii MDCI, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1601 Die 20 Martii.

CXXXII.

Decretum de licentia obtinenda a Fratribus Romam venientibus (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

DEcretum illud, quo, Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia duntaxat, permiſſum eſt, Sanctitas Sua extendi ad Provincialem, decrevit, itaut Provincialis ipſe ex cauſa communi totius Provincię duntaxat facultatem hujuſmodi facere valeat; declaravitque pęnam privationis vocis activę, & paſſivę, contrafacientibus inflictam, Sanctitati Suę reſervatam eſſe, interdicta omnino eorum Superioribus ſingulis, etiam Generali, ac Protectori, facultate illam moderandi, & relaxandi. Datum Romę die XX Martii MDCI.

1. *Venientibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* legitur inter Conſtitutiones *Urbani VIII*. Eſt *IV* poſt Conſtitutionem *XXVIII*.

Anno 1601 Die 13 Aprilis.

CXXXIII.

Indulgentiæ pro Valentina Academia (1) S. Thomæ Aquinatis.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DE ſalute gregis Dominici curę noſtrę, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione commiſſi, ſolicitis ſtudiis cogitantes, fideles ſingulos, quorum merita pro demeritis penitus ſunt imparia, ad pia, & meritoria opera exercenda, ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus, libenter invitamus, ut per eorundem operum exercitia, ſuorum abolita macula delictorum, ad ęternę beatitudinis quandiu (3), facilius pervenire mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia domus Fratrum Sancti Dominici Valentin. Ordinis Prędicatorum, una pia, & devota Scholarium Academię S. Thomę de Aquino, & Valentin. Confraternitas, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice inſtituta exiſtat, cujus dilecti filii Confratres in bonis operibus ſe ſtudent exercere. Nos cupientes, ut ipſi in hujuſmodi, & aliorum piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea exercenda, necnon alii Chriſtifideles promptius ad Confraternitatem ipſam ingrediendum incitentur, ac magis eadem Confraternitas ſalutaribus in Domino in dies proficiat incrementis, ac dicta Eccleſia in debita veneratione babeatur, & ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique, eo libentius ad illam, devotionis cauſa, confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus,

pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem pro tempore ingredientur, ac in ea recipientur, die primo eorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, necnon tam ipſis, quam omnibus, & ſingulis aliis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, utriuſque ſexus Confratribus, pro tempore ubilibet decedentibus, & vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, in eorum mortis articulo, pium nomen Jeſu, corde, ſi ore non potuerint, invocantibus. Pręterea, tam ipſis Confratribus, quam omnibus, & ſingulis aliis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Eccleſiam, in die feſto ejuſdem S. Thomę de Aquino, a primis veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi, quolibet anno, pro tempore devote viſitaverint, ac ibi pro S.R.E. felici ſtatu, & exaltatione, illiuſque inimicorum depreſſione, ac inter Principes Chriſtianos, ſervanda pace, concordia, & unione, necnon hęreſum extirpatione, hęreticorum reductione, ac infidelium converſione, pias ad Deum preces effuderint, quacunque feſtivitate prędicta, id pro tempore fecerint, Confratribus videlicet, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem: Non Confratribus vero pręfatis ad decennium proximum tantum ſeptem annos, & totidem quadragenas, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & elargimur. Inſuper omnibus, & ſingulis dictę Confraternitatis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui pariter vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſumpto eodem Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, Eccleſiam prędictam, in Sancti Auguſtini, & S. Hieronymi, ac Sancti Ambroſii, necnon Sancti Gregorii feſtivitatum diebus, ſeu aliqua illarum, viſitaverint, &, ut pręfertur, oraverint, etiam ſeptem annos, & totidem quadragenas. Illis vero, qui Miſſis, & aliis divinis officiis in prędicta Eccleſia, ex conſuetudine, vel inſtituto, vel intuitu dictę Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel ſecretis ejuſdem Confraternitatis, ubivis faciendis, Interfuerint, aut etiam pauperes puellas dotaverint, aut matrimonio collocaverint, ſeu pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon, & qui corpora defunctorum, tam Confratrum, quam aliorum ad ſepulturam Eccleſiaſticam aſſociaverint, vel quaſcunque proceſſiones, per ipſam Confraternitatem pro tempore, de licentia Ordinarii, celebrandas, dictumque Sanctiſſimum Sacramentum, quando tam in proceſſione, quam ad infirmos, & alias ubicunque, & quandocunque defertur, comitati fuerint, ſeu impediti, per alium, ſeu alios aſſociari fecerint, ac campanę ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam, eaſdem pro animabus Confratrum in Dei caritate defunctorum dictę Confraternitatis recitaverint, quoties pręmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum egerint, ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis, auctoritate, & tenore prędictis, miſericorditer in Domino relaxamus. Pręſentibus, quoad non Confratres, ut prędicitur, viſitantes, ad decennium proximum tantum; quo vero ad Confratres prędictos, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi Confratribus, & aliis Chriſtifidelibus prędictis ratione pręmiſſorum, vel alias, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per Nos conceſſa fuerit, pręſentes literę nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud S Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Primo, Idibus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Academia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino.*

3. *Quandiu.*) Fortaſſis *quietem*, vel *portum.*

Anno 1601 Die 29 Aprilis.

De electionibus (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXXXIV.

LIcet decreto juſſu Sixti V Pontificis Maximi edito, ac ejus Pontificia auctoritate confirmato, conſtitutum ſit, ut in Conventibus Ordinis Prędicatorum Provincię Regni Neapolitani Priorum electio ipſis Conventibus libera relinquatur, ac deinceps nullus Provincialis pro tempore exiſtens in eorum electionibus directe, ſive indirecte, ſe ingerat, pęna excommunicationis eo ipſo incurrenda, tam ipſis Provincialibus, quam aliis ejuſdem Provincię Fratribus, quibuſcunque propoſita, Patres nihilominus ejuſdem Ordinis in Capitulo Generali Valentię celebrato, prędicto pontificio decreto penitus contempto, decernere auſi ſunt, ut in Conventibus, qui vocales quinque ad minus non habent, Provincialis ſine pręvia Conventus electione, forma ibi pręſcripta ſervata, Priores conſtituere valeat, & debeat, cujus ordinationis virtute, Priores jam electi, licet nullum etiam vocis activę jus pretendere poſſint, decernitur tamen, juſtis de cauſis animum Sanctitatis Suę moventibus, ut in provincialibus comitiis proxime celebrandis duntaxat vocem activam habere valeant, ad effectum eligendi Provincialem, ac vocales illos, qui Generali Capitulo hoc anno habendo jure intereſſe habent, ſcientes in poſterum, ordinatione illa Valentina penitus abolita, decretum prędictum auctoritate Apoſtolica roboratum exacte ab omnibus ejuſdem Ordinis Fratribus indiſtincte obſervandum, nec ſuper eo diſpenſandum eſſe, niſi urgens, juſtaque ratio, & major utilitas expoſtulaverit, idque cauſa cognita, ac ſumma maturitate a Sanctitate Sua, ſuiſque Succeſſoribus, ad quos ſpectat, erit duntaxat pręſtandum, aliterque facta diſpenſatio, ſeu aliquo quovis modo abrogatio, nulla, hujus decreti Pontificii auctoritate, decernitur, ac declaratur. Datum Romę apud S. Petrum die XXIX Aprilis MDCI.

Antonius Seneca Sec.

1. *Electionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.III.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

De Votis (1) ſolemnibus nuncupandis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Anno 1602 Die 2 Aprilis.

C L E M E N S P A P A VIII.

CXXXV.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Exordium.

IN ſuprema Eccleſię Catholicę ſpecula, meritis licet imparibus, divina providentia diſponente, conſtituti, omnibus incommodis, quę in eadem Eccleſia, non ſine fidelium animarum periculo, & detrimento oriri poſſunt, ob variam, & ſiniſtram Conſtitutionum Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum, quas juſtis de cauſſis ediderunt, interpretationem, pro noſtri paſtoralis officii munere conamur providere, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum igitur felicis recordationis Sixtus Papa V Prędeceſſor noſter ad integritatem, & candorem in Regularibus, & Religioſis Ordinibus in Eccleſia ſancta inſtitutis retinendum, & conſervandum quadam ſua, quę incipit: *Cum de omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus*, ſub datum ſexto Kal. Decembris Pontificatus ſui Anno Tertio, nonnulla circa modum, formam, & qualitates admittendi Religioſos ad quoſvis Regulares Ordines decreverit. Et deinde alia ſimili, quę incipit: *Ad Romanum ſpectat Pontificem*: ſub dat. XII Kalend. Novembris, Pontificatus ſui Anno Tertio, quędam dubia ſuper dicta priori Conſtitutione exorta declaraverit. Et propterea pię memorię Gregorius Papa XIV, etiam Prędeceſſor noſter, alia ſua perpetuo valitura Conſtitutione, quę incipit: *Circumſpecta Romani Pontificis providentia*, ſub datum Idibus Martii, Pontificatus ſui Anno Primo, reſpective editis, Conſtitutiones Sixti Prędeceſſoris ſupradictas, quoad illegitimos moderatus fuerit, prout in eiſdem Conſtitutionibus plenius continetur, tamen quia longo uſu, & experientia compertum eſt, ex nimia facilitate, & multitudine caſuum, in quibus profeſſio a ſuſcipientibus habitum alicujus regularis Ordinis a dicto Sixto Prędeceſſore nulla declaratur, multos hac occaſione arrepta fraudulenter petiiſſe, & in dies petere, ut profeſſio, quam in aliquo Regulari Ordine emiſerunt, nulla declaretur, ex quo nonnulli eorum Regulares Ordines, & inſtituta ſub hoc prętextu deſeruerunt. Et idcirco, pleriſque in locis maxima incommoda, & ſcandala exorta fuerunt. Nos, ea ſcandala, & incommoda, quantum in Domino poſſumus, removere, & ne in poſterum alia ejuſmodi hac de cauſa oriantur, opportuna ratione providere, cupientes, ſingularum Conſtitutionum prędictarum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, matura ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. Romanę Eccleſię Cardinalibus ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatis, conſultatione pręhabita, ex illorum ſententia, & voto, Conſtitutiones prędictas Sixti Prędeceſſoris, quoad eam partem, per quam eorum, qui formam in eiſdem Conſtitutionibus pręſcriptam de cetero non ſervaverint, & quoad alios etiam caſus ibidem expreſſos, in quibus receptorum in quibuſcunque etiam Mendicantium Ordinibus, profeſſio nulla declaratur, ad terminos juris, & ſacrorum Canonum perinde, ac ſi prędictę Conſtitutiones in illa parte editę non fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium reducimus. Verum pęnas contra Superiores quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium hujuſmodi, qui in admittendis Regularibus ad habitum, & profeſſionem, earundem Conſtitutionum formam non ſervaverint, aut aliter quovis modo contrafecerint in ipſis Conſtitutionibus inflictas, ſalvas eſſe volumus, & ſtatuimus. Sicque, & non aliter in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus. Non obſtantibus pręfatis Conſtitutionibus, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra habeatur, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II Aprilis MDCII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Diplomatis cauſa.

Declaratio.

1. *Votis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *LXXXIII*. Legitur apud *Rodericum in Collectione Bullarum &c. pag. 477.*

Pro Confraternitate (1) SS. Roſarii.

Anno 1602 Die 23 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXXXVI.

MArcellus Lantes Prothonotarius Apoſtolicus, SS. D. N. Papę, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam, latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor, ab eodem SS. D. N. Papa ſpecialiter deputatus, univerſis, & ſingulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu locum tenentibus, Plebanis, & Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Tabellionibus publicis quibuſcunque, illique, ſeu illis, ad quem, ſeu quos, pręſentes noſtrę literę pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter

obe-

obedire mandatis. Noveritis nuper coram Nobis pro parte, & ad inſtantiam R. P. Magiſtri Marci de Marceniſio Procuratoris Generalis totius Ordinis Prędicatorum Principalis, comparitum, & expoſitum fuiſſe, quod Confratres Sanctiſſimi Roſarii, illiuſque Officiales vigore diverſorum privilegiorum, & Conſtitutionum Summorum Pontificum ſint immediate ſubjecti Reverendiſſimo P. Magiſtro Generali, aliiſque Pręlatis dicti Ordinis, etiam privative quoad omnes Ordinarios, & alios Judices, ſintque etiam in poſſeſſione exigendi, & petendi eleemoſynas, & de eis alicui computum, ſive rationem reddere minime teneantur, nec obligati ſint, niſi ſupradicto Reverendiſſimo P. Magiſtro Generali, & aliis Pręlatis dicti Ordinis juxta Conſtitutionem Pii V Bulla III. l. conceſſio Pii V; Nihilominus devenit ad notitiam, & aures ipſius exponentis, quod Reverendiſſimus Epiſcopus Carthaginenſis, & forſan alii in executione pręſentium nominandi, & cognominandi, neſcitur quo jure ſuffulti, jactant, ſe velle ipſos exponentes in & ſuper pręmiſſis moleſtare, vexare, perturbare, & inquietare facere, nulla ſuffragante rationabili cauſa, & ratione, idcirco ad Nos recurſum habuit, ut eis de aliquo opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur conſiderantes petitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationabilem, & quia juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet tenore pręſentium committimus, & in virtute ſanctę obedientię diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis pręſentibus, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica auctoritate moneatis, & requiratis Primo, Secundo, Tertio, & peremptorio, prout Nos monemus, & requirimus ſupradictum Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum, omneſque alios in executione pręſentium nominandos, & cognominandos ex adverſo principales, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum ſex dierum, duos pro primo, & duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio ultimo, & peremptorio termino de canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub duorum millium ſcutorum Camerę Apoſtolicę applicandorum, mandati executivi, & in juris ſubſidium, excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, debeant, & ipſorum quilibet, prout eos, & eorum quemlibet tangit, debeat, ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, jactationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis quibuſcunque pręſtitis, & factis, & in futurum inferendis, aut inferri comminatis, ceſſaſſe, & deſtitiſſe, ceſſarique, & deſiſti feciſſe, & curaſſe, nullamque moleſtiam, vexationem, perturbationem, & impedimentum dediſſe, ſeu pręſtitiſſe, immo dictos exponentes in dicta eorum quieta, & pacifica poſſeſſione adverſus quorumcunque moleſtias, perturbationes, & impedimenta quęcunque manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, manutenerique, defendi, & tueri feciſſe, & curaſſe, & mandatum quodcunque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari vidiſſe, omneſque, jus, & juſtitiam fieri, & adminiſtrari vidiſſe, & audiviſſe, & inſuper inhibeatis, prout Nos inhibemus eiſdem, necnon quibuſvis Dominis, Judicibus, & Commiſſariis, tam Ordinariis, quam extraordinariis, quacunque auctoritate fungentibus, & functuris, quatenus ſtatim viſis, & intimatis pręſentibus ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pęnis audeant, vel prǽſumant, vel quilibet eorum audeat, ſeu prǽſumat, quovis prętextu, ingenio, quęſito colore, cauſa, & occaſione dictos exponentes, inde, & ſuper exactione prędictarum eleemoſynarum, illarumque computorum receptione moleſtare, vexare, ſeu perturbare, minuſve ipſos exponentes coram aliis Judicibus, quam coram Nobis trahere, tractumque proſequi. Quod ſi ſecus factum fuerit, id totum roborare, & in priſtinum ſtatum reducere, necnon ad dictarum cenſurarum, & pęnarum incurſus declarationem procedere curavimus, juſtitia mediante, alioquin prędictos ſic monitos, ſi in pręmiſſis ſe fore gravatos ſenſerint, peremptorie citetis, & citare curetis, prout Nos citamus eoſdem, quatenus ſexageſima die poſt pręſentium executionem immediate ſequenti compareant Romę in Judicio legitime coram Nobis, ſeu noſtro in civilibus cauſis locumtenente, per ſe, vel per Procuratores ſuos idoneos, eorum pretenſi gravaminis cauſas allegaturi, aliaque facturi, dicturi, & recepturi, fierique, & exequi, viſuri quę, & prout Juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter prǽſentes ad pręmiſſa omnia, & alia iuris, & facti remedia procedemus, ſive procedet, juſtitia mediante, eorundem citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. Abſolutionem vero in pręmiſſis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem prǽſentes fieri, & per noſtrum, & prędictę Curię noſtrę Notarium publicum ſubſcribi, ſigillique Reverendę Camerę Apoſtolicę, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romę in ędibus noſtris Anno a Nativitate Domini MDCII, indictione decima, die vero XXIII Menſis Septembris, Pontificatus SS. D. N. D. Clementis Papę VIII Anno Undecimo.

T. Capius Locumtenens.

Ludovicus Maſſarutius Notarius &c.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo*,) In quo exemplar authenticum.

Bar-

Barchinonen. gratulatur, quod B. Raymundus Sanctorum albo fuerit adſcriptus (1).

Anno 1602 Die 26 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Conſiliariis Civitatis Barchinonę.

CXXXVII.

C L E M E N S P A P A VIII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Gaudium illud noſtrum ſpirituale, quod ſuperioribus menſibus cor noſtrum ſingulare quodam modo perfudit, & quo nunc etiam in Domino fruimur ob Beatum Raymundum Civem veſtrum per miniſterium humilitatis noſtrę in Sanctorum numerum relatum, atque adſcriptum, nulla quidem ex parte labefactari, aut imminui poteſt, Dei enim opus fuit, & Dei glorię innititur, qui eſt mirabilis, & glorioſus in Sanctis ſuis, & vos quoque, filii, ex eodem opere, quod Deus in Nobis operatus eſt, incredibilem voluptatem cepiſtis, qui, ut id a Nobis pro noſtro Apoſtolicę ſervitutis officio efficeretur, diu, & multum apud Nos una cum cariſſimo filio noſtro Philippo Rege Catholico, & dilectis filiis deputatis Cathalonię humili ſupplicatione, aſſidua ſedulitate, & pia contentione inſtitiſtis. Noſtrum igitur gaudium integrum eſt Nobis, ſed tamen diſſimulare non poſſumus, permoleſta Nobis accidere, quę audimus, vitio nimirum verti dilecto filio Magiſtro Michaeli Llotto (3) Religioſo Ordinis Prędicatorum, qui ad hoc negotium Canonizationis Beati Raymundi promovendum Procurator ab initio delectus fuit, quaſi is in nobili illo apparatu, ceteriſque ad ſacram illam functionem pertinentibus, profuſus nimis fuerit, & aliquot millibus aureorum nummum pręſtitutę, & pręfinitę, pecunię ſummam exceſſerit, & veluti pręſcriptos limites tranſilierit, neque hoc ſatis eſt honorem veſtrę dignitatis, & laudis appetentem, accuſari quod nimis magnifice tali in re, qualis eſt Civis veſtri Canonizatio, ac nimis ſplendide ſe geſſerit, illud adhuc gravius, quod eſt ęs alienum ob eam cauſam contractum, & pecunię mercatoribus, aliiſve debitę, qui res neceſſarias ſubminiſtrarunt, diſſolvi recuſantur, quod quam alienum ſit ab omni ęquitate, & juſtitia nemo eſt, qui non videat. Nam eſto plus impenſum eſt, quam putabatis, aut voluiſſetis, num propterea quiſquam ſua pecunia, quam bona fide prębuit, ſuorum mercimoniorum pretio, aut ſuorum laborum, & operarum mercede fraudandus, & privandus eſt? Minime omnium. Debitę igitur pecunię perſolvendę, ut jus poſtulat, ſed & illud exploratum eſt, ab illis ſolvendas, qui ceteras impenſas fecerunt, & quorum pręcipue intuitu, & inſtantia, ea Canonizatio a Nobis, & ab hac Sancta Sede, in qua immeriti pręſidemus, ritu ſolemni celebrata eſt. At vero ſatis mirari non poſſumus, vos paulo anguſtiori animo ſumptus urbanos expendere, & nimis exacte ad calculos revocare, cum in iſta veſtra Civitate ob eandem cauſam ſumptus in primis magnifice, ut audivimus, ſint facti, ſic enim accepimus, cum primum ad vos allatum eſt nuncium de B. Raymundo in Sanctorum numerum relato, maximę lętitię ſigna a vobis eſſe edita, non ea ſolum devotione, quam iſtius Catholicę Civitatis pietas requirebat, ſed ea quoque magnificentia, quę veſtro, majorumque veſtrorum ſplendore digna erat. Nos autem, & devotionem valde laudamus, & magnificentiam in hoc genere reprehendere non poſſumus, omnia enim ad Dei, & Sancti ejus gloriam referuntur, ſed ſi in patria magnifici fuiſtis, cur Romę in ipſo Orbis terrę theatro vos fuiſſe pęnitet? Atqui ſi eo die in hac nobiliſſima Vaticana Baſilica pręſentes fuiſſetis, cum ea tota accenſis facibus colluceret, cum Chriſtus in ſuis pauperibus veſtitus eſſet, cum ipſi etiam parietes ſpeciem pietatis, & bonum Chriſti odorem efflarent, cum Nos ſupra corpus Principis Apoſtolorum Deo Sancto Sanctorum, & omnis ſanctitatis auctori, ob honorem Sancti ſui Raymundi hoſtiam viventem ritu maxime ſolemni offerremus, cum Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, & Epiſcoporum, atque Antiſtitum cętus Nobis adſtaret, cunctique aulę Romanę Ordines, Populuſque Romanus frequentiſſimus intereſſet, atque omnes illam ſacrorum ornamentorum copiam, & magnificentiſſimum apparatum laudarent, hoc ſi ſpectare potuiſſetis, & vos Fratris Michaelis prudentiam potius commendandam, quam copiam objurgandam exiſtimaſſetis. Vidit enim quid tempus, quid locus, quid actio illa ſanctiſſima, & celeberrima deſideraret, quid eos deceret, quorum rogatu, & cauſa ea fieret, tantum Regem, tam nobilem Provinciam, tam inſignem Civitatem, & certe ejuſdem Fratris Michaelis diligentiam, operam, ſtudium, laborem in toto hoc Canonizationis graviſſimo negotio adhibitum, non poſſumus non vobis teſtificari virum probum, literis, & in negotiis peragendis dexteritate peritum, quo etiam nomine illum vobis valde commendamus, nam quod ad ipſas attinet impenſas, ipſe ſuas rationes accurate, & fideliter ſubductas exhibebit, ut nihil inconſiderate, nihil temere, nihil a decore alienum, pro rei conditione, & natura expenſum fuerit, nec vero ejus ęris alieni, quod diſſolvendum eſt ingens adeo eſt exceſſus, & certe ea ratione multo minor, quod tota ea ſumma in tres partes diſtribuitur, & veluti onus quoddam, non per ſe graviſſimum, inter tres diſpertitum multo levius, eſt tolerabilius, & tanto minus de eo ſit conquerendum. Quibus de rebus omnibus, totoque hoc graviſſimo negotio fuſius vobiſcum aget Venerabilis Frater Archiepiſcopus Tarraconen., nam Frater ipſe Michael ob hanc ipſam ęris alieni cauſam Roma diſcedere non permittitur, & tanquam obſes a creditoribus detinetur, ſed tandem a vobis tribus, ut dicebamus, pręferendum ex hoc quicquid eſt oneris, quę hujus rei inchoandę, & promovendę pręcipue auctores fuiſtis, atque hoc a vobis faſtigium imponi non minus juſtum eſt, quam honorificum, quamquam quod attinet ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Regem, is jam eadem pietate, & animi magnitudine, quam ab ipſo exordio in ſua portione repręſentanda adhibuit, hoc quoque, quod ultra priorem ſummam pro ſua rata parte ſupplendum eſt cumulate pręſtitit, & perſolvit, quemadmodum Nobis ſignificavit dilectus filius nobilis vir Antonius Dux Seſſ; ejuſdem

Re-

Regis Catholici, apud Nos orator, qui huic pio negotio omni loco, ut vos ſcire arbitramur, ope, conſilio, auctoritate, caritate preſto fuit. Quę cum ita ſe habeant, vos, filii dilecti, etiam atque etiam hortamur, & efficacius requirimus, ut qui tam multa non mediocri cum laude egiſtis, hoc quoque, quod ſupereſt efficiatis, & eam reſiduam pecuniam, quę ex tripliei partitione vobis obtingit, quamprimum diſſolvi curetis, neque tam multis egregie peractis tanquam in extremo actu deficiatis, nec vero diutius patiamini aures noſtras obtundi, juſtis, & quotidianis illorum querimoniis, qui ſuum repetunt. Liberate Nos hac moleſtia, veſtrique nominis exiſtimationem, hac etiam in re, & cauſa retinete. Hoc veſtra a vobis dignitas, ac prudentia, hoc jus creditorum, quo neque carere debent, neque quo confugiant habent niſi ad vos, hoc illius fauſtiſſimę, & a vobis optatiſſimę Canonizationis lętitia jure optimo poſtulat. Ne quid ei admiſceatur triſte, & injucundum, ſed ex omni parte certa ſit, atque integra voluptas. Sic igitur agite, ut nullus deinceps ejuſmodi de re pecuniaria rumor, aut querela commoveatur. Quod vos omnino facturos, & quia ſit convenit, & quia Nos id petimus, Nobiſque id gratum fore teſtamur, plane de veſtra in Nos pietate, & devotione confidimus. Vobis autem, filii, noſtram Paternam, & Apoſtolicam Benedictionem impartimur. Datum Romę apud Sanctos Apoſtolos ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Septembris MDCII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Adſcriptus.*) Vide Conſtitutionem *XC Clementis VIII.* Legitur *T.V hujuſce Bullarii pag.* 580.
2. *Archivo.*) In quo exemplar,

3. *Michaeli Llotte.*) Viro clariſſimo, de quo conſulendus *Echard T. II de Script. Ord. Præd. ad annum MDCXI pag.* 378.

Anno 1602
Die 26 Septembris.

CXXXVIII.

Deputatis Principatus Cataloniæ gratulatur, quod B. Raymundus (1) in Sanctorum numerum relatus fuerit.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Deputatis Principatus Catalonię.

C L E M E N S P A P A VIII.

Dilecti Filii (3), Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SPirituali in Domino gaudio exultamus quoties lętiſſimi illius diei recordamur, cum Beatus Raymundus, ſplendor, atque ornamentum inſigne Ordinis Prędicatorum, & Provincię iſtius veſtrę, Deo bene juvante, in Sanctorum numerum eſt relatus, & quidem ad ipſam fidei petram, & ad ipſum maximum Altare ubi venerandum Principis Apoſtolorum corpus, quod vivum Spiritus Sancti Templum fuit, beata dormitione requieſcit. Quo ſane die Canonizationis Beati Raymundi eadem nobiliſſima, & toto Orbe Terrarum celeberrima Vaticana Baſilica magnificentiſſime ornata erat, & facibus ardentibus pene innumerabilibus, ad Dei, ejuſque dilectiſſimi ſervi, gloriam tota mirabiliter collucebat, quibus etiam in rebus cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Regis Catholici, necnon veſtra, & aliorum, quorum pia impenſa ornatus ille erat comparatus, pietas, & magnificentia elucebat, non ſolum Nobis, ſed toto ampliſſimo, & ſacro Collegio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. Romanę Eccleſię Cardinalium, omnibuſque Antiſtibus, Eccleſiaſticis Ordinibus, cuncta denique aula, & Populo Romano, multa veſtra cum laude, comprobantibus, & ingenti lętitia in Domino profuſis. Ad cujus honorem, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, omnia illa non minus devote, & religioſe, quam ſplendide, & magnifice agebantur, quo in genere non ſolum dilecti filii nobilis viri Antonii Ducis Seſſę ejuſdem Catholici Regis apud Nos oratoris ſpectata pietas, & auctoritas, ſed etiam ſtudium, diligentia, & opera magnopere probanda, & commendanda eſt dilecti filii Magiſtri Michaelis Llotti Religioſi ejuſdem Ordinis, & Procuratoris nominatim delecti ipſius Canonizationis, in quo ſane toto negotio ab ipſo exordio, quoad per Dei gratiam abſolutum eſt, per multos menſes, ut ſcitis, nullas prudentię, ſedulitatis, diligentię, & laboris partes prętermiſit, prout negotii gravitas requirebat, quin etiam in ipſo ſacro apparatu, eleemoſynis pauperum, aliiſque permultis, quę neceſſario efficienda erant, eam decoris, & ſplendoris rationem habuit, quam res ipſa, & Regii nominis Majeſtas, veſtraque dignitas, & Provincię amplitudo, jure optimo poſtulabat. Quo magis miramur, neſcimus quas, querimonias commoveri adverſus eundem Michaelem benemeritum hominem, quaſi pręſcriptos impenſę limites tranſilierit, & pecunias profuſe nimis erogaverit, & aliquot aureorum millia impenderit ultra id quod ei attributum ejus rei cauſa fuerat, quodque ſufficere abunde poſſe, ſi is curam ejus egiſſet, ab initio credebatur, perinde, ac ſi in ejuſmodi cauſa, aut certa ratio ſumptus adeo exacte poſſet pręfiniri, aut parſimonia ſit valde requirenda, pręſertim a vobis, qui, ut audimus, poſteaquam nuncium de noſtro Apoſtolico Canonizationis decreto accepiſtis, illuſtria Chriſtianę pietatis indicia edidiſtis, nec ſolum multa cum devotione, ut par erat, ſed multo etiam ac magnifico ſumptu, ut non ſolum mirum, ſed plane abſurdum videri poſſit, vos, qui adeo hactenus liberales fuiſtis, modo expenſas Romę, illius ſacrę functionis cauſa, in ipſo Orbis Terrę theatro factas paulo ſubtilius expendere, & pręter morem veſtrum difficiliores vos reddere, ad ea, quę reſtant perſolvenda, quę mercatoribus, & aliis debentur, qui neceſſaria ſubminiſtrarunt. Quorum nominum diſſolutionem diutius differri non ſolum ab ęquitate, ac juſtitia alienum, ſed parum eſt etiam dignum, parumque honorificum, cum interea illi, qui bona fide pecunias, & cetera dederunt, quo confugiant non habeant niſi ad vos, qui certo ſuo jure nullo modo ſunt fraudandi, etenim vir Religioſus Frater ille Michael pauper, & paupertatem profeſſus, huic incommodo providere nequaquam poteſt, qui ut hęc eſto copioſius aliquanto, & ſplendidius diſpoſuerit, quo nomine, cur in reprehenſionem incurrat, non ſatis videmus, omnia certe bono, & pio animo feciſſe videtur; nec tamen prodige, & diſſolute, & abſque probabili cauſa, quemadmodum ex ejus rationibus

vobis

vobis manifeſte conſtare poterit, ex quibus etiam apparet, non adeo magnam pecunię vim eam eſſe, quę pręſtitutam ab initio ſummam excedit, quę inter tres quoque partes diſtribuitur, & unius partis ſolutio ad Regem, altera ad vos, tertia ad Civitatem pertineat, ex quo etiam ſit, ut onus partitum minus ſit oneroſum, & tanto facilius perferatur. Sed ut ſit tandem, a vobis tribus, Rege, Provincia, Civitate, debita hęc, & ęs alienum Canonizationis cauſa contractum perſolvi ęquiſſimum eſt, ac profecto etiam neceſſarium, qui ab initio hanc curam ſuſcepiſtis, & quorum pręcipue ſupplicationibus permoti Nos, & hęc Sancta Sedes, in qua Deo auctore, meritis licet imparibus, pręſidemus, ad ſanctum illud negotium manum admovimus, & Deo benedicente perfecimus, unde ad vos, & Provincias iſtas honor non exiguus redundat. At vero cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, & ab initio pręfinitam pecuniam Romę copioſius reportavit, & deinde quod ultra impenſum eſt, pro ſua portione cumulate, ut Nobis relatum eſt, ſolvit, & vos tamen, & Conciliarii Civitatis Barcbinonę reliqui eſtis, a quibus reſiduum ad ſubductum calculum perſolvatur, quibus de rebus Venerabilis Frater noſter Archiepiſcopus Tarraconen. fuſius vobiſcum aget, nam Frater ipſe Michael ob ea, quę diximus, debita a creditoribus veluti obſes Romę detinetur. Vos ergo, filii dilecti, etiam, atque etiam hortamur, ut loci, & dignitatis veſtrę memores, veſtri ſimiles ſitis, & qui in toto hoc ſacro Beati Raymundi Canonizationis negotio vos pios, liberales, & munificos oſtendiſtis, ne modo nimis exiliter hanc rem ſupputetis, neve illam publicam, & inſignem lętitiam ex hac parte aliquo modo imminuatis, neve juſtis creditorum querelis occaſionem diutius prębeatis, ſed potius quę pręclare egiſtis, & prudenter conſervetis, & veluti faſtigio impoſito abſolvatis, hoc vobis dignum eſt, hoc a vobis Sanctus jure exigit, ut qui vobis apud Deum dedit, & dat ſpiritualia, eidem vos carnalia detis: immo vero, quę dediſtis veluti cumulum quendam expleatis. Poſtremo hoc Nobis pergratum erit, qui voces querentium moleſte audimus, & veſtram exiſtimationem in eo lędi moleſtius ferimus, & qui vos, & Provinciam iſtam paterne amamus, & in viſceribus Chriſti gerimus, vobiſque ex omni cordis affectu noſtram paternam, & Apoſtolicam Benedictionem impartimur. Datum Romę apud Sanctos Apoſtolos ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Septembris MDCII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Raymundus.*) Vide Conſtitutionem *XC Clementis VIII.* Legitur *Tomo V hujuſce Bullarii pag.* 580.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

De ſolemnibus ſupplicationibus in Polonia habendis a Confratribus Societatum (1) SS. Sacramenti, Roſarii, & Nominis Jeſu.

Anno 1602 Die 10 Octobris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXXXIX.

Claudius Rangonus (3) Comes, Dei & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Regii, & Princeps, necnon Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis divina providêntia Papę VIII Aſſiſtens, & Pręlatus Domeſticus, proque eodem Sanctiſſimo, ejuſque Sancta Sede ad Sereniſſimum Sigiſmundum, Polonię, Svetięque Regem, totumque Polonię Regnum, Provincias, Terras, dominia, & loca quęcunque illi quomodolibet ſubjecta, cum facultatibus Legati de Latere Nuncius.

Univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, pręſentes inſpecturis, lecturis pariter, & audituris, Salutem in Domino ſempiternam, & ſinceram in Chriſto caritatem.

NUper Nobis pro parte admodum Reverendi Patris Magiſtri Alberti Secovii Provincialis per totum prędictum Polonię Regnum Ordinis Prędicatorum, narratum fuit, a Summis Pontificibus, Proceſſiones cum Sanctiſſimo Sacramento Corporis Chriſti, cum Indulgentiis, pro quibuslibet B. Marię Virginis, necnon patronorum Ordinis pręfati feſtis, ſimiliter primo, & ſecundo cujuslibet menſis die Dominico, in quibus ejuſdem Beatę Marię Virginis Roſarii, & Nominis Jeſu Societatum ſolemnitates reſpective celebrantur, in nonnullis dictorum ſuorum Ordinis, & Provincię Eccleſiis conceſſas fuiſſe, quas Proceſſiones, ut omnibus Ordinis, & Provincię prędictę Eccleſiis, de auctoritate Apoſtolica concedere dignaremur, humiliter Nobis ſupplicari fecit. Nos igitur, populorum ſaluti, omnibus, quibus in Domino poſſumus, modis conſulere cupientes, ut in omnibus prędictis Eccleſiis Provincię pręfatę Proceſſiones, cum Venerabili Euchariſtię Sacramento, more Provincię ſolito, in pręfatis omnibus feſtivis, & Dominicis diebus, fieri poſſint, vigore noſtrarum facultatum, auctoritate Apoſtolica Nobis conceſſarum, ad quarum inſertionem non tenemur, facultatem pariter, & auctoritatem tenore pręſentium concedimus, & impartimur. In quorum fidem, pręſentes, manu noſtra ſubſcripſimus, & per infraſciptum Notarium noſtrum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Cracovię in Palatio ſolitę noſtrę Reſidentię die decima Octobris, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Secundo.

Claudius Rangonus Epiſcopus Regii, & Princeps, Nuncius Apoſtolicus.

Gratis ubique.

Aloyſius Pratiſſolius Notarius Actorum.

1. *Societatum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XVII pag.* 106.

3. *Rangonus.*) Ex, antiqua nobilitate clara, ejuſdem nominis Familia Mutinenſi, quę nunc etiam floret.

Anno 1602 Die 26 Novembris.

Regulares cujuſvis Ordinis non abſolvant (1) a caſibus in Bulla Cœnæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis, vel ab iis, quos Ordinarii locorum ſibi reſervant.

CXL.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

SAcra Congregatio S. R. E. Card. negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, juſtis, & gravibus cauſis id exigentibus, ac de SS. D. N. Clementis Papę VIII ſpeciali mandato, vivę vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſecularibus, quam regularibus per univerſam Italiam, extra Urbem degentibus, ad Confeſſiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Jeſu, & generaliter quarumcunque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & pręcipit, ne quis eorum ſub prętextu privilegiorum, indultorum, & facultatum generaliter, vel ſpecifice, ſcripto, aut vivę vocis oraculo, vel per communicationem a Sede Apoſtolica, vel ejus auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſecularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias quomodocunque ſub quibuſvis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujuſvis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui cujuſvis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis tam eccleſiaſticę, quam ſecularis, etiam Regię, vel Imperialis, ab ullo ex caſibus, clare, vel dubie, in Bulla in die Cęnę Domini legi ſolita contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apoſtolicę reſervatis, aut in futurum per Sanctitatem Suam, ejuſque Succeſſores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reſervandis, nec etiam a caſibus, quos Ordinarii locorum hactenus reſervarunt, vel in poſterum ſibi reſervabunt, nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum nova, & ſpeciali Sanctitatis Suę, aut Succeſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantum reſervatos, reſpective, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cetero impendere audeat, vel pręſumat, ſed cum opus fuerit, pęnitentes ad Superiores, legitimoſque Judices ſuos accedere conſulant, ſub pęna contrafacientibus tam regularibus, quam ſecularibus, excommunicationis, privationis officiorum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confeſſiones, & ad quęcunque officia, pręlaturas, beneficia in poſterum obtinenda, ipſo facto, abſque ulla alia declaratione, incurrenda, ſuper quibus a nemine, niſi a Romano Pontifice, habilitatio, diſpenſatio ve, aut abſolutio, pręterquam in mortis articulo, poſſit impartiri. Sanctitas enim ſua, quatenus opus ſit, facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte uti caſſas, irritas haberi de cetero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcunque.

Pręterea noverint pęnitentes, abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra hujuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nulliuſque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reſervandorum caſuum competit, plurium, quam opus ſit, reſervatione, ſubditis aut Confeſſariis in animarum ſalute procuranda cooperatoribus, ſint oneroſi, monentur omnes, ut paucos, eoſque tantum, quos ad chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cujuſvis Dięceſis ſtatu, & qualitate neceſſario reſervandos eſſe judicaverint, reſervent. In quorum fidem &c. Datum Romę die IX Menſis Januarii MDCI.

Alex. Card. Florent.

Hieronymus Agucchius Secretarius.

Declaratio Decreti immediate pręcedentis.

Editum fuit alias a Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, Decretum ſuper abſolutione a caſibus reſervatis ejus, qui ſequitur tenoris, Sacra Congregatio &c. juſtis, & gravibus cauſis &c. ſub Datum Romę IX Januarii MDCI, ut ſupra.

Cum autem dubia quędam, ac difficultates circa ejuſdem Decreti interpretationem, & obſervationem emerſiſſent, eadem Congregatio, ne ullus deinceps obſcuritati ſcrupulo, ambiguitative locus relinquatur, & ut clarius appareat, in quibus caſibus, vigore ejuſdem Decreti reſervatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato ejuſdem SS. D. N. Clementis Papę VIII, ſimiliter vivę vocis oraculo ſuper ea re habito, ipſum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet, ſub ejuſdem prohibitione illos tantum in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla Cęnę Domini legi conſueta, continentur. Ac pręterea violationis immunitatis eccleſiaſticę in terminis Conſtitutionis felicis recordationis Gregorii XIV, quę incipit: *Cum alias nonnulli*: Violationis Clauſurę Monialium ad malum finem: Provocantium, & pugnantium in duello juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionem felicis recordationis Gregorii XIII: incipientem: *Ad tollendum*: Injicientium violentas manus in Clericos juxta Canonem: *Si quis ſuadente &c.* XVII q. IV, ac juris diſpoſitionem. Simonię realis ſcienter contractę, atque etiam confidentię beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſervarunt, vel in poſterum reſervabunt. In quibus omnibus jam enumeratis caſibus duntaxat, & ſublata etiam pęna inhabilitatis audiendi Confeſſiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in ſua firmitate, & priſtino robore permanere, & pręterea declarat, eos quidem Sacerdotes tam ſeculares, quam regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus, in ſupradicto Decreto expreſſis, ſuffulti fuerint, poſſe juxta eorum privilegia, indulta, & facultates uſu ante dictum Decretum receptas, & quę ſub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias, abſolvere a caſibus in pręſenti declaratione non comprehenſis, aliis vero Sacerdotibus hujuſmodi privilegia non habentibus, nihil de novo concedi. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos caſuum reſervatio ſpectat, ea in re modum excedant,

eadem

eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnopere admonendos cenſet, ut non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & graviorum criminum abſolutionem ſibi reſervent, quorum reſervatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat, in ędificationem, non autem in deſtructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pęnitentię Miniſtrorum coarctata poteſtate, Sanctę Matris Eccleſię pię menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam ne ſibi ſuperflue reſervent caſus in Bulla die Cęnę Domini legi conſueta contentos, neque alios Sedi Apoſtolicę ſpecialiter reſervatos. Facultatem vero, & licentiam abſolvendi a caſibus reſervatis, quam in ſcriptis tantum concedi permittebatur, etiam ſola viva voce concedi poſſe declarat. Ceterum ne quis Sacerdotum ſecularium, aut regularium, ſub prętextu quod per primodictum Decretum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus privilegiis derogatum, eidem Decreto ſic, ut pręfertur, declarato, contravenire audeat, Sanctitas Sua Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus in favorem quorumcunque Ordinum, ſeu Inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tam ſecularium, quam regularium editis, necnon eorundem Ordinum, ſeu Inſtitutorum, ac etiam Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum ſecularium, vel regularium locorum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, eiſdem Ordinibus, ſeu Inſtitutis, ac etiam Eccleſiis, & Monaſteriis; & Secularibus, aut Regularibus locis, aut perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata forent, pręſentibus pro expreſſis habens, quoad ea, quę pręſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogat, contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romę die XXVI Novembris MDCII.

Alex. Card. Floren. Epiſcopus Pręneſt.

Hieronymus Agucchius Secret.

1. *Abſolvant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bulgarum Tomo ultimo Tit. VII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *Legitur in Bullario Carmelitano Parte II pag.* 312.

Indulgentia pro Societate Cruceſignatorum Cremonen.

Anno 1602
Die ....

CXLI.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

OMnipotentis, & ęterni Dei immenſa altitudo providentię Nobis in Beati Petri Sede, meritis licet imparibus, conſtitutis hodie gubernacula regenda commiſit, & non modo oves paſcendi onus tradidit, ſed etiam cibum opportunum pręparavit, illiuſque diſpenſationem curę noſtrę demandavit, ut Chriſtifideles eſca ſpiritualium alimentorum, Indulgentiis nimirum, & peccatorum remiſſionibus nonnunquam allicientes, illos ad Dei cultum, & ſalutaria opera perducamus, quibus Regni Cęleſtis prę mia facilius conſequi mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia S. Dominici Cremonę una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub invocatione Cruceſignatorum, & Sanctę Crucis, ac S. Petri Martyris, canonice, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis inſtituta exiſtat, cujus dilecti filii Confratres in bonis operibus ſe ſtudent exercere. Ut igitur ipſi Confratres in hujuſmodi, & aliorum piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea in poſterum exercenda, necnon alii Chriſtifideles ad dictam Confraternitatem de cetero ingrediendam per amplius invitentur, ipſa Confraternitas ſalutaribus in Domino magis in dies proficiat incrementis, ac dicta Eccleſia in debita veneratione habeatur, & ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius ad illam devotionis cauſa confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur, & in ea recipientur, die primi illorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi Plenariam, ipſiſque omnibus, & ſingulis aliis nunc, & protempore exiſtentibus dictę Confraternitatis utriuſque ſexus Confratribus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac inde Communione refectis, qui Eccleſiam hujuſmodi in die feſtivitatis Exaltationis ejuſdem Sanctę Crucis a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei ejuſdem feſtivitatis ſingulis annis devote viſitaverint, inibique pro Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, hęreſum extirpatione, hęreticorum converſione, ac inter Principes Chriſtianos conſervanda pace, pias ad Deum preces fuderint, quo die prędicta pro tempore fecerint, Confratribus prędictis etiam Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium concedimus, & elargimur. Eiſdem vero Chriſtifidelibus non Confratribus, ut ſupra viſitantibus, & orantibus, ad quinquennium proximum tantum, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis, necnon omnibus, & ſingulis dictę Confraternitatis Confratribus, qui pariter pęnitentes, & confeſſi, ac ſumpto Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, Eccleſiam prędictam in Inventionis ejuſdem Sanctę Crucis, & S. Petri Martyris,

ac Sancti Dominici, necnon Aſſumptionis Beatę Marię Virginis feſtivitatibus devote viſitaverint, & , ut ſupra, oraverint, alios ſeptem annos, & totidem quadragenas. Poſtremo eiſdem Confratribus quoties Miſſę, ac aliis divinis officiis in Eccleſia hujuſmodi ex conſuetudine, ſeu inſtituto dictę Confraternitatis pro tempore celebrandis, & canrandis, ſeu Congregationibus publicis, vel ſecretis ejuſdem Confraternitatis interfuerint, aut etiam pauperes puellas dotaverint, vel matrimonio collocaverint, aut pauperes hoſpitio exceperint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, necnon etiam, qui corpora defunctorum, tam Confratrum, quam aliorum, ad ſepulturam eccleſiaſticam aſſociaverint, vel quaſcunque Proceſſiones per ipſam Confraternitatem quandocunque de licentia Ordinarii celebrandas, dictumque Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, quando tam ad infirmos, quam in Proceſſionibus, ac alias ubicunque, & quandocunque pro tempore defertur, comitati fuerint, ac etiam quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum dictę Confraternitatis in caritate Chriſti defunctorum recitaverint, quoties pręmiſſa, vel pręmiſſorum aliquod egerint, aut quodvis aliud pium opus fecerint, ſexaginta dies etiam de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitenriis miſericorditer in Domino, auctoritate, & tenore pręmiſſis perpetuo relaxamus, pręſentibus quoad Chriſtifideles non Confratres Eccleſiam prędictam, ut pręfertur, viſitantes ad quinquennium, ut ſupra, quo vero ad Confratres prędictos ſingula pręmiſſa peragentes perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi Confratribus, aut aliis Chriſtifidelibus prędictis ratione pręmiſſorum, aut alias aliqua alia Indulgentia perpetno, vel ad certum tempus nondum elapſum duraturam per Nos conceſſa fuerit eędem literę nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Secundo, Pridie .... Maii, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Hie. Avila.
J. Borlurault.
C. Panfilius.
Hie. Beger,
S. Jacomellus.
V. Carlettus;
J. C. Attonetus.
G. Boncompagnus.
Jo: Baptiſta Gabrielis.
Alluminatus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Cremonenſ.*

Anno 1602
Die 31 Maii.

CXLII.

Fratres Polonos laudat, quod pietatis, devotionis, & obedientiæ erga S. Sedem non obſcura præbuerint argumenta.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilectis filiis Provinciali, & Fratribus Provincię Polonię Ordinis Prędicatorum.

C L E M E N S P A P A VIII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LEgimus libenter literas veſtras, non ob eam cauſam, quod gratias Nobis agitis, ſed quia in eis elucet pietas veſtra, & devotio, & obedientia erga Nos, & erga hanc Sanctam Sedem, in qua Nos immeriti, Spiritu Sancto auctore, pręſidemus. Nos autem vos, & Provinciam iſtam, paternę caritatis affectu complectimur, in viſceribus Jeſu Chriſti, & quę pacis, & tranquillitatis veſtrę cauſa, paſtorali ſolicitudine egimus, & providimus, quę a vobis grato animo commemorantur, ea certe propenſa in primis erga vos voluntate egimus, & quę de viſitatoris noſtri zelo, prudentia, & dexteritate ſcribitis, in veſtra quiete, & concordia procuranda, ea, & noſtrę expectationi ſunt conſentanea, & valde jucunda. Quamobrem vos tanto impenſius in Domino hortamur, & paterne admonemus, ut conſtabilitam concordiam, omni ſtudio, & diligentia obſervetis, quę Deo accepta, vobis, & Provincię ſalutaris, Nobis etiam pergrata eſt. Quod reliquum eſt, filii, manete in dilectione, & caritate, quod eſt vinculum perfectionis, & ambulate in Domo Dei cum conſenſu, ſervientes illi in ſancta vocatione veſtra, in corde perfecto, & orate pro infirmitate noſtra ad Patrem miſericordiarum, ut quę illi placita ſunt, ipſo juvante, per merita etiam glorioſi Confeſſoris ſui Sancti Hyacinthi, veſtri & Regni Polonię Patroni, ſemper faciamus. Vobiſque Apoſtolicam Benedictionem noſtram benigne impartimur. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Maii MDCII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

Sylvius Antonianus, Cardinalis.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XIX pag.* 157.

De-

Declarat, quam laudabile ſtudium F. Michael Llot (1) poſuerit in negotio Canonizationis S. Raymundi.

Anno 1603 Die 18 Octobris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Dilecto filio Hieronymo Xavierre Ordinis Fratrum Prędicatorum Magiſtro Generali.

CXLIII.

C L E M E N S P A P A VIII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm, ſicut accepimus, dilectus filius Michael Llot Frater tui Ordinis Prędicatorum, qui in negotio Canonizationis Sancti Raymundi ejuſdem Ordinis Prędicatorum in Romana Curia Procuratorem laudabiliter geſſit, in hujuſmodi negotio, quod poſt diuturnam, & ſupplicem inſtantiam felicis recordationis Nicolao III, Johanni XXII, Bonifatio VIII, Paulo III, Pio V, & aliis Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus noſtris, ac Nobis etiam, Regum Aragonum, Prelatorumque, & Deputatorum Principatus Cathalonię, necnon Civitatis Barchinonen. nominibus factam, a Nobis tandem, benedicente Domino, cariſſimo etiam in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico ſupplicante, ad finem perductum eſt, & perſequendo, & ad finem perducendo, & pręcipue in apparatu, & ceremonia pro hujuſmodi Canonizatione ſplendidiſſime, & magnificentiſſime, ut decuit, factis, ingentem pecuniarum ſummam, ſupra eam, quę ſibi aſſignata extitit, neceſſario expoſuerit, eaque de cauſa grave ęs alienum contraxerit, Nos ęquitati, & rationi maxime convenire judicavimus, ut expenſarum prędictarum ratione habita creditoribus ea de cauſa prędicti Michaelis ſatisfieri debeat. Quare omnes hujuſmodi expenſas in tres partes diſtributas, illis, qui Nobis pro negotio ejuſdem Canonizationis complendo inſtiterunt per eos pro rata perſolvenda aſſignare decrevimus, jamque dicti Principatus Cathalonię deputatos, quibus unam videlicet mille octingentorum octuaginta ſcutorum aureorum ad valorem viginti, & octo ſolidorum, prout in literis Cambii dicti Fratris Michaelis libras bis mille ſexcentas triginta duas monetę Barchinonen. conſtituen., ac Civitatem Barchinonen., quibus aliam ex tribus partibus hujuſmodi, videlicet ſcutorum bis mille, & quadraginta duorum ſimilium, valorem prędictum videlicet libras bis mille octingentas quinquaginta novem ejuſdem monetę Barchinonen. conſtituentium, aſſignavimus, per noſtras in forma brevis literas requiſivimus, ut partem eis reſpective aſſignatam prompto, ac libenti animo perſolvere curarent, pręſertim cum dilectus filius nobilis vir Antonius Seſſę, & Vehennę Dux, prędicti Philippi Regis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Orator, tertiam partem, quam etiam dicto Regi aſſignavimus, prompte, ac Regia liberalitate creditoribus prędictis perſolverit. Verum quia deputati dicti Principatus pro parte eidem Principatui obventa perſolvenda, licet, re cum conſiliariis ſuis mature conſiderata, monitis noſtris prompte ſatisfacere cuperent, quia tamen extra Comitia Regia de dicta pecuniarum ſumma perſolven. deliberare Conſtitutionibus Principatus prohibebantur, Nobis per eorum literas ſignificarunt, ſe quidem, ut devotos, ac fideles obedientię filios cupere Nobis, ut decet, obtemperare, ſed non poſſe, Conſtitutionibus prędictis prohibentibus extra Comitia Regia, prout moris, & conſuetudinis eſt, partem eis deſtinatam, prout deſiderabant, perſolvere. Verum, ut eiſdem literis ſubjungebant, ſe noviſſe Priorem, & Patres pręcipuos Prędicatores Conventus Sanctę Catharinę Virginis, & Martyris Civitatis Barchinonen., in quorum Eccleſia corpus Sancti Raymundi reconditum exiſtit, conveniſſe, illiſque dixiſſe, ut ex collecta publica, & pinguiſſima, quę pro fabrica Capellę Beati Raymundi fit, aut ex mutua accepta pecunia, nunc ea pars, quę dicto Principatui eſt aſſignata, ſuo nomine ſolverent, quod prędictus Conventus facillime, & abſque ullo ſuo detrimento facere poſſet, quia cum antea ſatis eſſet dives, nunc occaſione Beati Raymundi Canonizationis factus eſt ditiſſimus, poſtea vero in primis futuris generalibus Comitiis eam pecuniam a tribus brachiis in unum junctis Prior, & Fratres dicti Conventus exigere poterunt, quam procul dubio non ſolum integram, ſed etiam cum intereſſe monetę, ſi quod eſſet, ipſe Principatus liberaliſſime elargiretur, prout in literis eorundem deputatorum fuſius continetur. Idcirco, Nos rationibus a prędictis Deputatis deductis mature perpenſis, & conſideratis, non ęgre futurum cenſuimus, ſi a prędictis Priore, & Conventu Sanctę Catharinę ſumma prędicta, prędicto Principatui aſcripta, eo nomine perſolvatur. Proinde dilectis filiis Priori, ſeu principali Pręſidenti, & Conventui domus Sanctę Catharinę prędictis per pręſentes committimus, & in virtute ſanctę obedientię diſtincte pręcipiendo mandamus, ut ſupradictam ſummam eidem Principatui pręfixam juxta literas cambii ſupradictas ſtatim perſolvi curent, & faciant, confidimus enim, ac in Domino ſperamus, non ſolum ipſos Priorem, & Conventum ſupradictam pecuniarum ſummam, ab eis prędicto nomine perſolvendam, in Regiis Comitiis proximo futuris ab ipſius Principatus tribus brachiis integre conſequuturos, ſed plurimum commodi, & emolumenti exinde etiam percepturos eſſe. Porro ſi pro illarum pecuniarum ſolutione ſupradicti deputati ejuſdem Principatus cenſualia aliqua ſummam prędictam non excedentia redimere, ac luere voluerint, volumus, & ordinamus, ut ad hunc effectum duntaxat dictus Prior, ſeu principalis Pręſidens, & Conventus pręſertim cum eiſdem Deputatis Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta luitionis, & redemptionis cenſualium hujuſmodi celebrare teneantur, illiſque cenſualia prędicta retrovendendi, ac inſtrumenta hujuſmodi celebrandi, aliaque in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi licentiam, & facultatem concedimus. Volumus tamen, ut prędicta pecuniarum ſumma pro prędicta parte Deputatis deſtinata, ſicut pręfertur, perſolvenda, Mercatori, ſeu Mercatoribus, aut aliis perſonis a prędicto Michaele Llot nominandis cum effectu conſignetur. Ceterum etiam partem, quę Civitati Barchinon en. aſſignata extitit, vel partem, quę reliqua fuerit, omnibus computatis, ſi dilecti filii communitas, & ho-

& homines dictę Civitatis illam non perſolverint, aut perſolvere recuſaverint, vel diſtulerint, a ceteris Conventibus Provinciarum tui Ordinis perſolvendam eſſe decernimus. Quare tibi, per eaſdem præſentes injungimus, & mandamus, ut tam ſupradictam Principatus partem a prędicto Conventu Sanctę Catharinę Barchinonen., quam partem Civitatis Barchinonen., ſeu quę reliqua erit; ab aliis Conventibus tui Ordinis prędictis, prout cuique facultates ſuppetunt, facta ęquali pro ratione redditαuum, cujuſque Conventus, repartitione quamprimum perſolvi, auctoritate etiam noſtra, cures, & facias, contradictores quoſcunque per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Super quibus omnibus, & ſingulis plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem tibi concedimus, & impartimur. Non obſtantibus felicis recordationis Pauli II, & aliorum Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſię non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Sanctę Catharinę, & aliorum Conventuum quorumcunque, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem S. Catharinę, ac aliis Conventibus, ac Ordini, illorumque Superioribus, & Fratribus, ac quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium pręmiſſorum quomodolibet, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores pręſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Octobris MDCIII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

1. *Michael Llot.*) Cujus meminit *Echard T. II Script. Ord. Præd. ad annum MDCXI pag. 378.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Vide præcedentes Conſtitutiones.

Anno 1603 Die . . . .

De Canonizatione S. Raymundi (1) de Peñafort.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXLIV. Dilecto filio totius Ordinis Fratrum Prędicatorum Generali (3) Magiſtro.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili totius Ordinis Prędicatorum Generalis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Canoniſatio Sancti Raymundi ex Ordine veſtro, quę tot annis a Civitate Barchinonen., & a Principatus Cathalonię deputatis, necnon etiam a Regibus Aragonum maximo deſiderio, & ſummis precibus a Nicolao III, Johanne XXII, Bonifatio VIII, Paulo III, & Pio V, ab aliiſque Prędeceſſoribus noſtris, inſtantibus etiam Archiepiſcopis tunc Tarraconen., & duobus Synodalibus Conciliis, expoſtulata ſępe ſępius fuit, jam per Dei Omnipotentis miſericordiam juxta divinam providentiam ſuam, quæ attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter, ad petitionem, & inſtantiam dilecti filii noſtri cariſſimi Philippi III Hiſpaniarum Regis Catholici, Principatus etiam prędicti deputatorum precibus, Civitatis Barchinonen., necnon etiam totius veſtri Prędicatorum Ordinis poſtulationibus aſſiduis hoc noſtri Pontificatus feliciſſimo tempore, in Baſilica nova Apoſtolorum Principis Sancti Petri cujus Nos vices in terris gerimus, ſolemniſſimo ritu, ſumptibus honorificentiſſimis, Regio ſplendore, & apparatu fulgentibus per ejuſdem Dei gratiam adimpleta eſt. Cujus rei cauſa cum dilectus filius Frater Michael Llot veſtri Ordinis, in Theologia Magiſter, ac prędictę Canonizationis legitimus procurator plus expenderit, quam ei redditum fuerat, juſtum ac rationi conſentaneum judicavimus, eas omnes expenſas in tres partes diſtribuere, & unicuique illorum, qui Nobis in prędicta Canonizatione complenda inſtantiam fecerant partem ſolvendam adjudicare, prout literis noſtris ad Civitatem Barchinonę, & ad Principatus prędicti deputatos in forma Brevis a Nobis tranſmiſſis plenius continetur. Verum cum ſtatim dilectus filius Antonius a Corduba, & a Cordona Dux de Seſſa, & de Vehenna, apud Nos pro Rege Catholico Hiſpaniarum orator, partem a Nobis Regi Catholico pręfixam, qua decebat promptitudine, integritate, ac Regia magnificentia creditoribus ſuis Romę perſolveret, reliquum erat, ut Civitas Barchinonenſis, ac Principatus Cathalonię deputati partem, unicuique illorum literis noſtris deſtinatam, elargirentur. Hęc vero pars Principatus prędicti ſummam mille octingentorum, & octo ſcutorum auri ad valorem viginti, & octo ſolidorum, prout in literis Cambii dilecti filii Fratris Michaelis Llot Canonizationis prędictę Procuratoris, monetę vero Barchinonen., MMDCXXXII libras, Civitati etiam Barchinonen. pro parte ſua duo millia quadraginta duo ſcuta auri ad valorem prędictum monetę Barchinonen. MMDCCCLIX libras efficientes obtingebant. Cujus rei gratia dilecti filii prędicti Principatus deputati rem hanc cum conſiliariis ſuis maturius conſiderantes, noſtris, immo & Apoſtolicę Sedis, mandatis obtemperare, ac obedientiam in hac expenſarum diſtributione pręſtare cupientes, cum ſeipſus Conſtitutionibus ejuſdem Principatus, ut dicebatur, ac ordinationibus aſtrictos ſe eſſe animadverterent, religionis, ac reverentię, ut filios obedientię, & vere fideles decebat, literas omni ſatisfactione refertas Barchinonę in domo ſolitę reſidentię ipſorum datas die XXII Novembris MDCII ad Nos, & ad Sanctam Sedem Apoſtolicam deſtinarunt. Quibus affectum, ac gratum, & benevolum erga Nos, & Sanctam Sedem Apoſtolicam animum patefacientes, Nobis indicarunt non poſſe, Conſtitutionibus detenti, extra comitia Regia, prout moris, & conſuetudinis eſt, partem eis deſtinatam, prout deſiderabamus, perſolvere. Verum quia, prout literis ſuis expreſſius dicebatur: noviſſime vero Priorem, ac Patres pręcipuos Prędicatores Conventus Sanctę Catharinę Virginis, & Martyris hujus Civitatis Barchinonen., ubi ſacrum corpus Beati Raymundi ſervatur con-

convenimus, illis diximus, ut ex collecta publica, & pinguiſſima quę pro fabrica Capellę Beati Raymundi fit, aut ex mutuata accepta pecunia, nunc pars ea, quę Principatui eſt aſsignata, ſuo nomine ſolvatur. Quod pręfatus Conventus facillime quidem, & abſque ullo ſuo detrimento facere poteſt. Cum enim antea ſatis eſſet dives, nunc occaſione pręfatę B. Raymundi Canonizationis factus eſt ditiſſimus. Poſtea vero in primis futuris generalibus comitiis eam pecuniam a tribus brachiis in unum junctis Prior & Fratres dicti Conventus exigere poterunt. Quam procul dubio tunc Principatus non modo integram, ſed etiam cum intereſſe monetę (ſi quod fuerit) liberaliſſime elargietur. Nos vero has, & alias prędictorum deputatorum rationes prę oculis habentes, ac apud Noſmetipſos perpendentes decrevimus, ac per Apoſtolica reſcripta ordinavimus, prout pręſentium tenore ordinamus, & pręcipimus, quatenus Prior prędictus, ſeu Principalis Pręſidens prędicti Conventus Sanctę Catharinę Martyris veſtri Ordinis Prędicatorum pręfixam ſummam dilectis filiis noſtris deputatis pro parte illorum aſſignatam a Nobis, prout in literis ſupradicti Cambii habetur, nomine totius Conventus inviolabiliter ſolvat. Confidimus enim, ac in Domino ſperamus, non parum commodi, ac emolumenti ex hac ſolutione partis deputatorum in comitiis Regiis ſuo tempore Conventum prędictum Sanctę Catharinę Martyris reportaturum. Et ſi pro illarum pecuniarum ſolutione dilecti filii prędicti deputati cenſualia alia prędicti Conventus ſummam prędictam non excedentia redimere, ac luere voluerint, ad hunc effectum duntaxat, teneantur prędictus Prior, ſeu Principalis Pręſidens, & Conventus Sanctę Catharinę Martyris veſtri Ordinis Prędicatorum eiſdem deputatis inſtrumentum, ſeu inſtrumenta luitionis cenſualium efficere, ac illis concedere, ita tamen, ut prędicta pecuniarum ſumma pro prędicta parte deputatis deſtinata perſolvenda expendatur, & mercatori, vel alteri perſonę per dilectum filium Fratrem Michaelem Llot in cauſa Canonizationis procuratorem nominandę conſignetur. Pro parte vero quę Civitati Barchinonę obtingebat, ſi Civitas prędicta eam non perſolverit, aut perſolvere recuſaverit, tibi dilecto filio totius Ordinis Prędicatorum Magiſtro Generali pręcipimus, ac auctoritate Apoſtolica committimus, & mandamus, ut eam a Conventibus Provinciarum Hiſpaniarum ejuſdem veſtri Ordinis uſque ad quantitatem mille quingentorum ducatorum auri duntaxat prout ęquum, & juſtum fuerit, perſolvi facias, nam aliud reſiduum ejuſdem partis ex eleemoſyna per dilectum olim Fratrem noſtrum Johannem Terez Archiepiſcopum Tarraconenſem in Inſula Ivicę prędicto filio Michaeli Llot cauſę Canonizationis procuratori conſignata, & ex aliis emolumentis perſolvetur. Quę omnia prędicta, prout diſpoſita, & ordinata ſunt, facies in Ordine tuo inviolabiliter, quacunque appellatione poſtpoſita, obſervari. Contradicentes vero, ſi qui fuerint, cenſuris, & pęnis in veſtris Ordinis tui Prędicatorum ſacris Conſtitutionibus expreſſis, & contentis obedire compelles. Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium &c. (4).

1. *Raymundi*.) Conſulenda *Conſtitutio XC Clementis VIII*. Legitur *Tomo V hujuſce Bullarii pag.* 580.
2. *Archivo*.) In quo exemplar.
3. *Generali*.) Is erat *F. Hieronymus Xavierre*.
4. *Contrarium &c.*) Locus, dies, & annus deſunt. Nullus tamen dubito quin datum fuerit hocce Diploma anno *MDCIII*, ut ex præcedentibus probari poteſt.

De conſtituendo Cœnobio (1) S. Magini.

Anno 1604 Die 9 Auguſti.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXLV.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Officiali Tarraconenſi, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium ab encomio Ordinis.

CUm ad uberes fructus quos dilecti filii Profeſſores Ordinis Fratrum Prędicatorum in agro militantis Eccleſię produxerunt hactenus, & producere non ceſſant, noſtrę dirigimus conſiderationis intuitum, piis fidelium votis, quę dicti Ordinis propagationem reſpiciunt, ut optatum ſortiantur effectum, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Cum itaque ruralis, & ſine cura, Eccleſia, Prioratus nuncupata, Sancti Magini Martyris, Tarraconen. Diœceſis, quę de jure patronatus laicorum, ex fundatione, vel dotatione exiſtit, per liberam reſignationem dilecti filii Henrici de Caſtro, nuper ipſius Eccleſię Rectoris, Prioris nuncupati, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad pręſens. Et, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Provincialis, & Fratrum dicti Ordinis in Regno Aragonum, ac Martini de Eſpes, & de Alagon laici, necnon dilectę in Chriſto filię Stephanię de Caſtro, & de Cervelon mulieris Cęſaraugustanę, petitio continebat, ab antiquiſſimo tempore Eccleſia prędicta ſub invocatione Sancti Magini Martyris, qui inibi Martyrii palmam conſecutus fuiſſe, dicitur, in quodam ex montibus deſertis juriſdictionis pro tempore exiſtentium Baronum de la Lacuna conſtructa, & ab eiſdem Baronibus congruis redditibus, ex nonnullis circumvicinis bonis ad eos ſpectantibus, una cum Hoſpitali eidem contiguo pro excipiendis pauperibus peregrinis, dotata reperiatur, & ad illam, devotionis cauſa, Chriſtifideles confluere, atque divinam miſericordiam erga ſe eiſdem Sancti Magini meritis experiri, & a variis languoribus, ex potu, & lotione cujuſdam aquę manantis ex uberrimo fonte, quem ipſius Sancti Magini interceſſione, ut milites, qui illum ad Martyrii locum comitabantur, gravi ſiti oppreſſi, refici poſſent, manaſſe, teſtatur antiquitas, liberari ſoleant, ob abſentiam vero pro tempore exiſtentis ipſius Eccleſię Rectoris, Prioris nuncupati, qui de hujuſmodi Eccleſię patronorum, in Civitate Cęſaraugustana, a dicto loco per centum, & viginti milliaria diſtante, domicilium habentium, familia eſſe conſuevit, ac incuria Presbyterorum, ad Eccleſię, & Hoſpitalis hujuſmodi regimen ab ipſo Priore deputatorum, populi ibidem confluentis erga ipſam Eccleſiam devotio diminui videatur, & Martinus, ac Stephania ejuſdem Eccleſię moderni patroni incolarum illarum partium, & Peregrinorum illuc accedentium, ſpirituali conſolationi, & devotionis augmento, conſulere cupientes, prope dictam Eccleſiam unam domum dicti Ordinis

in

in qua earum inſignia gentilitia apponi poſſint, conſtrui, & ędificari facere intendant, & ut dicta Eccleſia, ac in ejus Capella majori, ipſorum patronorum, & ſuorum deſcendentium duntaxat cadavera ſepeliri debeant, ipſi domui conſtruendę pro ſua Eccleſia, ita quod Fratres qui in eadem domo pro tempore fuerint, panperes peregrinos excipere, eiſque de neceſſariis juxta ipſius Eccleſię conſuetudinem providere, Miſſas, & alia divina officia celebrare, Chriſtifidelibus eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrare, verbum Dei prędicare, ac ipſos Chriſtifideles in Doctrina Chriſtiana inſtruere, aliaque pia opera exercere teneantur. Et in eventum in quem ejuſdem Sancti Magini corpus, qnod inibi ſepultum creditur, ſucceſſu temporis repertum fuerit, prędicti patroni, & ab eis deſcendentes, unam illius ſepulcbri clavem cuſtodire poſſint, altera vero clavis penes Priorem, & Fratres prędictos remanere debeat, una cum Hoſpitali prędicto, & olim Parocbiali, nnnc vero cura, Rectore, Parochianis, & fructibus carenre, ac diruta Eccleſia S. Jacobi de Rocomora dictę Dięceſis, in cujus diſtrictu una duntaxat domns, cujus habitatores pro Eccleſiaſticis Sacramentis recipiendis, ad dictam Eccleſiam Sancti Magini accedere ſoleant, concedatur, & aſſignetur, conſentire parati exiſtant, pro parte Provincialis, & Fratrum, necuon Martini, & Stephanię prędictorum, aſſerentium Eccleſię Sancti Magini, & Hoſpitalis prędictarum, ac illins forſan annexorum fructus, redditns, & proventus ducentorum ducatorum auri de Camera, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus pręmiſſis annuere, & deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dictę Religionis propagationem, & divini cultus incrementum ſinceris deſideramus affectibus, Provincialem, & Fratres, ac Martinum, necnon Stephaniam prędictos, eorumque ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos
Facultas. fore cenſentes, bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint vocandi, de pręmiſſis Nobis expoſitis te diligenter informes, & ſi per informationem eandem, ita eſſe repereris, Martino, & Stephanię prędictis unam domum dicti Ordinis, ſub invocatione ejuſdem Sancti Magini, prędictam Eccleſiam conſtrui, & ędificari, ac in ea, & qualibet illius parte ſibi bene viſa, inſignia eorum gentilitia apponi faciendi, ita tamen quod, & inſignia dicti Ordinis, ſi ita Provinciali, & Fratribus prędictis viſum fuerit, diverſa tamen Clipei figura, apponi poſſint, licentiam auctoritate noſtra concedas, ipſamque domum, poſtquam ſic conſtructa, & ędificata fuerit, in domum ejuſdem Ordinis, cum clauſtro, dormitorio, refectorio, bortis, bortalitiis, aliiſque membris, & officinis neceſſariis pro uno Priore, ac competenti numero, non minore duodecim, Fratrum Ordinis hujuſmodi, qui ibi juxta regularia eornm inſtituta vivere debeant, abſque alicujus prędicio, dicta auctoritate, perpetuo erigas, & inſtituas, illique ſic erectę, & inſtitutę, pro ſna Eccleſia prędictam Eccleſiam Sancti Magini, per reſignationem hujuſmodi vacantem, in cujus Capella majori, dictorum patronorum, & ſuorum deſcendentium duntaxat cadavera ſepeliri poſſint, cum omnibns illius bonis, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, ac Hoſpitali, & Eccleſia diruta Sancti Jacobi prefati, ita quod ipſi Prior, & Fratres inibi pro tempore reſidere, pauperes peregrinos excipere, eiſque de neceſſariis, juxta ipſius Eccleſię Sancti Magini conſuetudinem, providere, Miſſas, & alia divina officia celebrare, necnon ſecundo dictę domus habitatoribus, & aliis circumviciuis incolis alicujus Rectoris Parochialis Eccleſię juriſdictioni minime ſubjectis, prędentibus, & pro tempore, & in diſtrictu dictę Eccleſię Sancti Jacobi futuris, aliiſque ad eandem Eccleſiam Sancti Magini accedentibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, verbum Dei prędicare, ac Doctrinam Chriſtianam docere, aliaque pia opera exercere teneantur, eadem auctoritate perpetuo concedas, & aſſignes. Inſuper domui ſic ęrigendę, & inſtituendę, ac Eccleſię Sancti Magini hujuſmodi, necnon pro tempore exiſtentibus Priori, & Fratribus, ac aliis perſonis ejuſdem domus regularis, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prerogativis, indultis, ceteriſque gratiis ſpiritualibus, & temporalibus quibus alię Domus dicti Ordinis, eorumque, Eccleſię Priores, Fratres, & perſonę, de jure, uſu, conſuetudine, aut privilegio, vel aliter qnomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt qnomodolibet in futurum, pariformiter, & ſine ulla differentia uti, frui, potiri, & gandere libere, & licite valeant, auctoritate prędicta indulgeas, ac adveniente caſu quo dicti S. Magini Corpus, ſeu aliquę reliquię, Deo dante, adinventę fuerint, nullo modo alio transferri, aut aliquo modo ſeparari poſſe, ſed in ſepulchro decenter collocari, & ſub duabus clavibus cuſtodiri, earumque unam penes Priorem, & Fratres, alteram vero penes Patronos, ſive eorum deſcendentes prędictos conſervari debere. Pręſentes quoque literas, ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere, necnon ſi ſecus ſuper bis, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernas. Non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitntionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumns autem, quod anteqnam ad executionem pręſentium in aliquo procedas, verificari debeat coram te jus patronatus hujuſmodi, ex fundatione, vel dotatione exiſtere, alioquin pręſens gratia nulla ſit eo ipſo. Datum Romę apud S. Marcum, Anno Iucarnationis Dominicę MDCIV, V Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Tertio Decimo.

1. *Cœnobio.*) Juris eſt Provinciæ *Aragoniæ*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Archivo Cœnobii *S. Magini*.

Ut

Ut Moniales, quas ſupranumerarias vocant, locum ſemper extra numerum teneant (1).

Anno 1604 Die 6 Septembris.

Ex Bullario Caſſinenſi Tomo I Conſt.CCLVII pag.275.

CXLVI.

QUemadmodnm Sacri olim Canones, & noviſſime Sacrum Generale Concilium Tridentinnm ſumma ratione decrevit, ut in Monaſteriis, & Domibus, tam virorum, quam mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſterii, vel conſuetis eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari, ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quę negotiis, ac conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium pręeſt, cui antiquius nihil eſt, quam ſalutaria bujuſmodi decreta debitę executioni demandari curare, ſępius locorum Ordinariis reſcripſit, nt certum numerum in ſingulis Monaſteriis Monialium, etiam cnrę Regularium, ſeu Militiarum ſubjectis, juxta cujuſqne Monaſterii facultates pręſcriberent, & ſi quę ſupra ſtatutum numerum reciperentur, duplicem eleemoſynam adferre, & ſupranumerarium locnm tenere deberent. Verum, quia in dubium plerumqne venit, num ſupranumerarię prędictę, aliquibus ex nnmero in quolibet Monaſterio definito decedentibus, in earum locum ſubrogari poſſent, aut deberent, & Sacra eadem Congregatio, quę peculiariter ſuper ea re ſępenumero reſcripſit, providere volens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, bujus generalis decreti tenore ſtatuit, & declarat, Moniales, quę ſupra numerum in quolibet Monaſterio conſtitutum recipiuntur, in locum Monialium decedentium intra numerum, nequaquam ſubrogari, neque impedimento eſſe, quin alia in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeat, quo in ſingulis Monaſteriis Moniales intra numerum poſſunt admitti, quinimmo eaſdem, ſic ſupra numerum receptas, ſupranumerarias ſemper quoad boc remanere, etiamſi in ceteris ab aliis nihil differant, ſed illis in omnibus pares, & ęquales, juxta cnjuſque Monaſterii inſtitutum eſſe debeant. Declarat inſuper eadem Sacra Congregatio, duplicis eleemoſynę nomine intelligi ſemper debere dnplicatam ſummam ejus, quę in receptione cujuſque Monialis intra numerum, in quolibet Monaſterio conſtitutam erogari pro tempore conſueverit. Ita tamen, nt ubi ſumma, quę confertur, minor eſt ſcutis ducentis, ibi ſaltem ratione duplicatę eleemoſynę ſolvenda ſint ſcuta quadringenta, & non minus. Eadem quoque Sacra Congregatio diſtricte probibet, ne loca per obitum Monialium intra nnmerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam Puellę ad habitum regularem recipiendę concedantur, neque promittantur, niſi ſecuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis diſponi, ac in Monialis demortuę locum promiſſionem, aut receptionem in Capitulo, ſeu quovis alio modo fieri jubet, dummodo tunc temporis Puella ipſa recipienda, & ętatem babeat idoneam, & ceteras qualitates reqniſitas, quibus etiam prędita eſſe debere vult eas Puellas, quę ſupra numernm recipiendę ſunt jam tunc, cum eis loca, vel promittantur, vel dentur. Si quid vero contra a quoqnam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe decernit. Ac nibilominus Abbatiſſas, Prioriſſas, & alios quoſcunque Monaſteriorum Superiores, qui cujuſvis puellę receptioni, vel admiſſioni, aut locorum vacaturorum promiſſioni, ſeu conceſſioni, adverſus pręſentis Decreti diſpoſitionem conſenſerint, privationis vocis activę, & paſſivę, aliiſque arbitrio ejuſdem Congregationis infligendis pęnis, obſtrictos, & obnoxios fore declarat: ſalvis etiam ſemper, & in ſuo robore permanentibus aliis quibuſcunque ipſius Congregationis Decretis alias latis, pręſenti Decreto non contrariis, pręſertim circa Monialium admiſſionem, & receptionem ad habitum, & profeſſionem, & circa eleemoſynarum diſpoſitionem, ſolutionem, & erogationem in bona ſtabilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romę die VI Menſis Septembris MDCIV.

1. *Teneant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XIII.*

Recedentes, vel ejecti a Religione, profeſſione non emiſſa, poſſunt iterum recipi, ac profiteri abſque alio Novitiatu (1).

Anno circiter 1604

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag.310.

CXLVII.

COngregatio Concilii cenſuit, eum, qui anno integro probationis cauſa in Religione manſit, ac deinde non emiſſa profeſſione, inde receſſit, vel ejectus fuit, poſſe abſque alio Noviciatu in eadem Religione recipi, ac profiteri, niſi perſonę conditio, aut Religionis ſit immutata.

P. Æmilius Card. Sancti Marcelli.

Loco ✻ Sigilli.

1. *Noviciatu.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.II.*

Varia Decreta (1) S. Congregationis EE. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

CXLVIII.

Ex Bullario Caſſinenſi T.I Conſt.CCLV pag.274.

CONgregatio Concilii cenſuit, Decretum Cap 12. Verſ dies etiam Feſti. Seſſ.25. de Regul. ita eſſe intelligendum, ut Regularium Ritus illis diebus feſtis ſemper permaneat, quoad miſſas celebrandas, & cetera divina officia, tam publice, quam privatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda. Nec circa hęc ab Epiſcopis quoquomodo, quidquam in contrarium eiſdem Regularibus pręcipi poſſe, quod ſi de facto pręceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis utitur illis diebus feſtis.

Congregatio item Concilii cenſuit, Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi pędicaverint in Eccleſiis, quę ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto ejuſdem Concilii Cap 21. Seſſ.5. contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum a ſuis Superioribus Regularibus.

Congregatio Concilii etiam cenſuit, Regulares Monaſterii ultra medium milliare a Civitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad proceſſiones.

Congregatio itidem Concilii cenſuit, Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cujuſvis Decreti ejuſdem Concilii, nullam habere facultatem quovis tempore in Monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria, & cetera hujuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu Pixidem in qua Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum aſſervatur.

Hier. Card. Matthęjus.

Johann. Franciſcus Fagnanus Sac. Congregationis Concilii Secret.

1. *Decreta.*) Coſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum T. ultimo Tit.I*, & *VII.*

LEO XI.

Ab anno MDCV die I Aprilis, ad ejuſdem Menſis diem XXVII. Vide *T.V* hujuſce *Bullarii pag.630.*

PAULUS V.

Ab anno MDCV die XVI Maii, ad XXVIII Januarii MDCXXI. Vide *Tom.V* hujus *Bullarii pag.631.*

Anno 1605 Die 21 Novembris.

De Quarta (1) funerali Eccleſiæ Parochiali non præſtanda.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CI.

PAULUS PAPA V.

MArcellus Lantes, Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę SS. D. N. Referendarius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor. Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, cenſurarum, & pęnarum in eadem Romana Curia latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Vicariis, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parrochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Presbyteris, eorumque Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Clericis, Notariis, Tabellionibus publicis quibuſcunque, ubilibet conſtitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos, pręſentes noſtrę pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis quod alias felicis recordationis Sixtus Papa IV, & alii Romani Pontifices ejuſdem Sixti Prędeceſſores, & Succeſſores reſpective, & ſignanter Leo X, Clemens VII, & Paulus III, Religioni, & Ordini Fratrum Prędicatorum, illorum domibus, tam Fratrum, quam Monialium, nonnulla privilegia conceſſerunt, ne Decimas cujuſvis generis, ſive aliqua alia onera, Gabellas, Pedagia, etiam pro onere Belli, ex quibuſvis eorum prędiis, ruſticis, ſive urbanis, ceteriſque bonis ſtabilibus, ſeu ſe moventibus ſolverent, imo illos exemptos non ſolum a prędictis, ſed etiam a Novalium, & Quartę, ſeu Quintę partis funeralis, ſeu legatorum piorum ſolutione eſſe voluerunt, necnon Ordinis hujuſmodi Eccleſias, Domos, Oratoria, & loca tam recepta, quam recipienda, tanquam Sedis, & Romanę Eccleſię ſpecialia Oratoria, Eccleſię, Domus, & loca, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, prorſus ab omni oblationum perſolutione, ſeu Ordinariorum juriſdictione, ac viſitatione, perpetuo libera eſſe, ac ſub Beati Petri, & dictę Sedis protectione immediate ſubjecta fore decreverunt, & declararunt, ac

ac inſuper eiſdem Fratribus libera conceſſa facultas ſepulturę, itaut univerſi utriuſque ſexus Chriſtifideles apud eorum loca, Cimiteria, & Eccleſias, illam ſibi eligere valeant, ipſique Fratres Prędicatores fidelium corpora, quę viventes, apud loca hujuſmodi ſepeliri mandarunt, proceſſionaliter cum Cruce, Turribulo, & Aqua benedicta, cantando, ſeu legendo Officium, alienas ingredi poſſe Parrochias, indeque illa aſſumere, & ad ſuas deferre Eccleſias, prę‍ſertim quando Presbyteri, de elevatione requiſiti, hoc facere recuſaverint, & ſucceſſive Julius Papa III non ſolum prędicta omnia confirmavit, ſed cuncta privilegia conceſſa, ceteris omnibus Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, eidem Ordini Prędicatorum conceſſit, & communicavit, prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis latius continetur. Quarum tenor ſequitur, ut infra, videlicet. Julius Papa III. Ad Perpetuam Rei Memoriam. In Sacra Beati Petri Sede &c. (3) Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die X Julii MDLI, Pontificatus noſtri Anno Secundo. Quę omnia, & ſingula privilegia fuerunt, ut aſſeritur, per Paulum IV felicis recordationis confirmata, & approbata, & deinde per Clementem VIII recolendę memorię, prout in ſuis Apoſtolicis literis ſub datum Tuſculi die V Octobris MDCIV ſub Annulo Piſcatoris, ut moris eſt, expeditis, tenoris infraſcripti, videlicet. Clemens Papa Octavus. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Injuncti Nobis Apoſtolici &c. (4) Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die V Octobris MDCIV, Pontificatus noſtri Anno Decimotertio. M. Veſtrius Barbianus. Loco † Annuli Piſcatoris.

Et licet Fratres Ordinis hujuſmodi ſuper prę‍miſſis, a quoquam moleſtari minime debuiſſent, nihilominus quia forſan aliqui Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Archiepiſcopi, Epiſcopi, & locorum Ordinarii, Eccleſiarumque Rectores, & Parochi, in aliquibus locis perperam intelligentes Sacrum Concilium Tridentinum Seſſ.XXV Cap.XIII jactabant ſe velle dictos Fratres Ordinis Prędicatorum ſuper ſolutione Quartę funeralis indebite moleſtare, pretendentes privilegia prędicta per Sacrum Concilium abrogata, ideo pro parte Fratrum dicti Ordinis ad ſcandala, & lites evitandas, fuit obtenta ab Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus Sacrę Congregationis ejuſdem Concilii interpretibus deciſio tenoris ſubſequentis videlicet. Congregatio Concilii cenſuit Monaſteria Regularium, quamvis a quadraginta annis citra ędificata, non teneri ad quartam Parrochiali Eccleſię prę‍ſtandam, ſi ſint ejus Religionis, cui a Sede Apoſtolica ante quadraginta annos indultum fuerit, ut hujuſmodi Quartam ſolvere non teneantur. Paulus Æmilius. Cardin. S. Marcelli. Loco † Sigilli.

Poſt quorum quidem omnium prę‍inſertorum publicationem coram Nobis pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Pauli Ghiſlerii Rom. J. U. D. Procuratoris ſubſtituti ab Admodum Rev. Patre Fratre Marco Martianiſio Procuratore Generali totius Ordinis Prędicatorum, ac etiam pro parte, & ad inſtantiam Reverendiſſimi Patris Fratris Petri Nicolai Vicarii Inquiſitionis Avinionenſis, & in vim dictorum privilegiorum, & indultorum, ac aliorum prę‍narratorum, expoſuit, quod eorum Eccleſias, Domus, Conventus, necnon utriuſque ſexus perſonę, ac bona non potuerint, nec debuerint, minuſque poſſint, neque debeant, ab aliquo ſuper prę‍miſſis, & contra formam prę‍inſertarum literarum Apoſtolicarum, & declarationis Congregationis dictorum Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium moleſtari, vexari, perturbari, nec impediri, nihilominus Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Archiepiſcopi, Epiſcopi locorum Ordinarii, Eccleſiarumque Rectores, & Parrochi, ac nonnulli alii in executione prę‍ſentium nominan., & cognominan. in partibus ſuper prę‍miſſis, & illorum occaſione, & ſeu alias quomodolibet moleſtare, vexare, perturbare, & impedire velle, ſeſe jactarunt, & jactant, & forſan moleſtare cęperunt, & moleſtant in maximum eorum, & dictę Religionis damnum, prę‍judicium, & gravamen. Cupientes igitur iidem inſtantes ab hujuſmodi indebitis moleſtationibus, via juris eximi, & liberari, ad Nos recurſum habuerunt, & de opportuno Juris remedio requiſiverunt. Nos igitur attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & cuilibet veſtrum in ſolidum, tenore prę‍ſentium, committimus, & in virtute Sanctę obedientię diſtricte prę‍cipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis prę‍ſentibus, & poſtquam vigore prę‍ſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica Auctoritate moneatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis primo, ſecundo, & tertio, quoſcunque Illuſtriſſimos, & Reverendiſſimos DD. Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorum Ordinarios, Eccleſiarumque Rectores, & Parrochos, omneſque alios in executione prę‍ſentium nominandos, & cognominandos, quatenus infra ſex dierum ſpatium a die executionis prę‍ſentium computandorum, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, peremptorio aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub mille ducatorum auri Rev. Camerę Apoſtolicę applicandorum, & pro illis mandari executioni, & in juris ſubſidium excommunicationis, ſuſpenſionis a Divinis, aliiſque Eccleſiaſticis, etiam in dictis Apoſtolicis litteris expreſſis, & contentis, cenſuris, & pęnis, debeant, & quilibet Ipſorum reſpective debeat, dictos RR.PP. exponentes, eorumque Religionem, & Ordinem in eorum pacifica, & quieta poſſeſſione exemptionis, ac de non ſolvendo Decimas cujuſvis generis ex eorum bonis, ſive ab eis propria manu colantur, ſive colonis, ſeu affictuariis conducantur, nec aliqua alia onera quorumcunque eorum bonorum, etiam pro onere belli, nec Novales, & quartas funerales damn., & reſponden. etiam alias juxta formam, & tenorem dictarum, & prę‍inſertarum literarum, & aliorum prę‍narratorum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, manuterique, defendi, & conſervari feciſſe, & quodcunque Mandatum de manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum per Nos pronunciari, declarari, renunciari, decerni, & relaxari vidiſſe, & ſic ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, perturbationibus, inquietationibus, jactationibus, & impedimentis quibuſcunque dictis PP. exponentibus, & eorum cuilibet, de, & ſuper prę‍miſſis, & illorum occaſione, ſeu alias quomodolibet illatis, factis, & prę‍ſtitis, ac fieri, & inferri comminatis, inflictis, vel inferendis inpoſterum, ceſſaſſe, deſtitiſſe, ac ſeſe abſtinuiſſe, & abſtineri feciſſe, quodque prę‍inſertę literę Apoſtolicę, & Decretum Sacrę Congregationis Concilii Tridentini Interpretum, & prę‍ſentes ſuum habeant, & conſequantur effectum, omni ceſſante moleſtia, & impedimento poſtpoſito, prę‍ſentibuſque noſtris Monitorialibus literis omnino paruiſſe, & de paritione hujuſmodi Nos quanto citius certio-

raſſe, Et ſi quid, pręmiſſorum cauſa, & occaſione, prętendant, id coram Nobis, & per acta noſtrę Curię infraſcripti Notarii, & non alibi docuiſſe, & demonſtraſſe. Alioquin ſi in pręmiſſis ſeſe fore gravatos cenſerint, peremptorie citare curetis, pront Nos citamus eoſdem, quatenus vigeſima die juridica ab executione preſentium, immediate ſequen., compareant Romę in Judicio legitime coram Nobis, ſeu Reverendiſſimo D.N in Civilibus Locumtenente Noſtro per ſeſe, vel Procuratores ſuos idoneos, & Cauſam eorum gravaminis allegaturi in dicta cauſa uſque ad ſententiam definitivam incluſive, & ad omnia procedi viſuri, aliaſque dicturi, & facturi quicquid juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos, ſeu Locumtenens noſter prędictus ad prędicta omnia, & ſingula procedemus, ſeu procedet, eorum contumacia, ſeu abſentia non obſtante. Et inſuper modo, & forma pręmiſſis, inhibeatis, & inhibendo expreſſe pręcipiatis, & mandetis, prout Nos barum tenore inhibemus, pręcipimus, & mandamus, omnibus, & ſingulis DD.Judicibus ordinariis, extraordinariis, Delegatis, Subdelegatis, Commiſſariis, Vicariis, & quacunque auctoritate fungentibus, & functuris, & pręſertim quibuſcunque Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD.Archiepiſcopis, Epiſcopis, locorum ordinariis, Eccleſiarumque Rectoribus, & Parrochis, omnibuſque aliis in executione pręſentium nominandis, & cognominandis, ne ſub pęnis, & cenſuris antedictis audeant, ſeu pręſumant, nec eorum aliquis audeat, ſeu pręſumat, eoſdem RR. PP. inſtantes, de, & ſuper pręmiſſis quomodolibet moleſtare; vexare, perturbare, nec in judicium trahere. Quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare; & in priſtinum ſtatum reducere curabimus, juſtitia mediante. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum qui prędictas noſtras ſententias, cenſuras, & pęnas incurrerint, nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has pręſentes fieri, & per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliſque Rev.Camerę Apoſtolicę, quo in ſimilibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romę ex Ædibus noſtris Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Sexcenteſimo Quinto, Indictione Tertia, Die vero vigeſima prima Menſis Novembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli Divina providentia Papę Quinti Anno ejus Primo.

A. Guicciardinus Locumtenens.

Loco ✻ Sigilli.

Mercurius Acurſius Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius.

1. *Quarta.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex alio authentico, Typis impreſſo. Aſſervatur in Archivo Conventus *Mutinenſis.*

3. *Sede &c.*) Ut in *Conſtitutione XIV Julii III* Tomo *V hujuſce Bullarii pag.*15.

4. *Apoſtolici &c*) Ut in *Conſtitutione CXV Clementis VIII* *Tomo V hujuſce Bullarii pag.*618.

Anno 1606 Die 18 Januarii.

CII.

De feſto (1) translationis brachii S. Thomæ Aquinatis Neapoli celebrando.

Ex Archivo (2) Ordinis.

PAULUS PAPA V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Quę ad Sanctorum venerationem augendam, & Chriſtifidelium devotionem magis excitandam pertinent, ea libenter concedimus, prout piorum Chriſtifidelium vota expoſcunt, ac alias in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Expoſitum ſiquidem Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Syndicorum, & Electorum Civitatis Neapolitan. quod cum ipſi ex indulto felicis recordationis Clementis Papę VIII prędeceſſoris noſtri, Beatum Thomam Aquinaten. in unum ex Sanctis Patronis Civitatis Neapolitan. ſuſceperint, ac anniverſarium diem translationis brachii dicti Beati Thomę ex Eccleſia Sancti Dominici ad Eccleſiam Metropolitanam factę, qui vigeſimus menſis Januarii fuit, tanquam feſtum de pręcepto, ac ſub duplici officio in Civitate, & Dięceſi Neapolitan. celebrandum eſſe, idem Clemens ordinaverit, ſed quia eodem die vigeſimo Januarii dies feſtus Sancti Sebaſtiani Martyris cadit, qui pariter ſub duplici officio celebratur, eodem die feſtum translationis modo pręmiſſo commode celebrari non poſſit, & propterea Syndici, & Electi prędicti cupiant celebritatem anniverſarii dictę translationis in diem decimam nonam ejuſdem menſis, quę non erit impedita, transferri. Nos illorum piis votis favorabiliter annuere, ac illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus, eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, Inclinati, celebritatem anniverſarii translationis hujuſmodi ſub duplici officio in Civitate, & Dięceſi Neapolitan. ſingulis annis faciendam juxta pręſcriptum Breviarii Romani in diem prędictam decimam nonam Januarii, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium perpetuo transferimus. Utque in Civitate, & Dięceſi prędictis ſingulis annis in perpetuum die XIX Januarii feſtum translationis brachii Sancti Thomę de Aquino ſub duplici officio ad pręſcriptum tamen Breviarii Romani celebrari poſſit, auctoritate, & tenore prędictis concedimus, & Indulgemus. Pręterea ad augendam eorundem Chriſtifidelium devotionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, paterna caritate intenti, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui dicto die, quo in eadem Civitate Neapolitan. ſolemnis proceſſio fieri ſolet, Eccleſiam Metropolitanam, & Eccleſiam Sancti Dominici prędictas, ac in eadem Eccleſia Sancti Dominici Cappellam Sanctiſſimi Crucifixi a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,

cete-

ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Januarii MDCVI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

1. *Feſto.*) Conſulenda Conſtitutio XXVIII Pauli V. Legitur *T. V hujus Bullarii pag.657.* Videas etiam Conſtitutiones *CVIII*, *CIX*, & *CX* Clementis VIII. Leguntur ibidem *pag.610, &c.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum in codice pergameno, ubi habes etiam quatuor Conſtitutiones mox laudatas.

Anno 1606 Die 8 Martii.

CIII.

Literæ S. Congregationis, negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, de licentia audiendi confeſſiones (1) Regularibus concedenda.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Siracuſa al Veſcovo.

LI Priori Generali di tutti gl'Ordini de' Mendicanti, ſi ſono dolſuti appreſſo N. S., di venire in coteſto Regno di Sicilia aggravati dall'Ordinarj in alcune coſe. Primieramente, che per ogni leggiera cauſa, gli levano la facoltà di confeſſare. Secondo che l'impediſcono l'udire le confeſſioni de' figlioli ſpirituali nelle Caſe loro. Terzo. Gli vietano il dir la Meſſa fuori delle proprie Chieſe. Ed avendo Sua Beatitudine rimeſſo il Memoriale ſopra ciò datoli, alla Sagra Congregazione, acciò vi pigli l'opportuna proviſione, dopo eſſerſene maturamente diſcorſo, e trattato fra queſti miei Illuſtriſſimi Signori, ſi è preſa riſoluzione di ſcrivere à V.S. che quanto al primo capo delle confeſſioni, ella deve avvertire d'approvare i Regolari, che ſono idonei à tal carico, ma quando gl'ha ſemplicemente approvati, non deve, nè può, di nuovo eſaminargli per il medemo effetto, nè rivocargli la licenza, e facoltà conceſſagli, ſe non commetteſſero tali errori, che ſecondo li Sagri Canoni, meritaſſero reſtarne privi.

Pare anco alla Sagra Congregazione, che quando gli figlioli, e figliole ſpirituali, ſono infermi, ò vero per altra giuſta cauſa, deſiderano, che nella loro propria Caſa, il Padre ſpirituale aſcolti la confeſſione, V.S. non l'abbia da vietare, poiche più conviene promovere, ed ajutare l'Anime de' Fedeli, à ricevere con ſatisfazione il Santiſſimo Sagramento della Penitenza, che intorno ad eſſo procurargli alcun'impedimento, ò diſturbo &c.

Quanto alla celebrazione della Meſſa, non conoſcono queſti miei Illuſtriſſimi Signori alcuna ſufficiente ragione, per quale s'abbia dà proibire a' Regolari il celebrare fuori delle loro Chieſe, e perciò vogliono, che quando li Sopraſtanti, ò Superiori delle Chieſe, nelle quali s'hanno da dir le Meſſe ſe ne contentaranno, e che li Superiori delli ſteſſi Frati gli daranno licenza, poſſi ciaſcun Frate in ogni Chieſa celebrare il Santiſſimo Sagrificio della Meſſa, non oſtante qualſivoglia proibizione degl'Ordinarj, la quale V.S. per la parte ſua, fin'ora foſſe fatta, dovrà revocare, e ſe non è fatta, avvertirà non dover farla. Non intendendo però le Signorie loro Illuſtriſſime, comprendere in queſt'Ordine li Monaſterj delle Monache, perche a celebrare nelle Chieſe eſteriori delle Monache, devono ſolo andare per tal'effetto i Cappellani deputati, e li Frati non s'hanno d'accoſtare, ſe non per quanto permette il Decreto intorno a ciò publicato dalla Sagra Congregazione. Così eſeguirà, e Dio lo conſoli &c.

Ita reperitur in regiſtro Literarum, & Decretorum Sacrę Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę fol.24. ſub die 8. Martii 1606, & aſcultata concordat. Romę die II menſis Auguſti MDCXII.

A. Hortenſius Secretarius.

1. *Confeſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1606 Die 13 Aprilis.

CIV.

Pro Societatibus SS. Roſarii (1) Regni Poloniæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

PAULUS PAPA V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in diverſis Eccleſiis Regni Polonię, nonnullę pię utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitates, ſub invocatione Sanctiſſimi Roſarii, non tamen ex hominibus unius ſpecialis artis, canonice inſtitutę exiſtant, qui in diverſis piis caritatis, & pietatis operibus ſeſe conſueverunt exercere, Nos ut Confraternitates hujuſmodi majora in dies ſuſcipiant incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui aliquam dictarum Confraternitatum de cetero ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, plenariam, ac tum ipſis nunc, & pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis, in aliqua dictarum Confraternitatum Confratribus, in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi pariter vere pęnitentes, & confeſſi, ſacraque communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin autem, corde devote invocaverint, etiam plenariam. Necnon omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui

qui Eccleſiam, ſeu Oratorium, vel Capellam alicujus ex dictis Confraternitatibus, in prima Dominica Octobris, qua feſtum Sanctiſſimi Roſarii celebrari conſuevit, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hereſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, ac proceſſionem in eodem die a dictis Confratribus per urbium, & oppidorum majores plateas, fieri ſolitam, pie aſſociaverint, quoad Confratres pręfatos, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, quoad alios vero non Confratres decem annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis, in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Inſuper eiſdem Confratribus tantum, ſimiliter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacrs communione refectis, qui in ſingulis feriis ſextis Quadrageſimę, exercitia pietatis Chriſtianę, cum meditationibus Paſſionis Chriſti, & diſciplinis, quę, ut accepimus, in eiſdem diebus, per dictos Confratres uſque ad copioſam ſanguinis effuſionem, magna cum populi ędificatione, & hęreticorum converſione, peragi conſueverunt, abſolverint, aut Miſſę cantatę de Paſſione Domini, ante Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, ſuper Altaria majora Eccleſiarum earundem Confraternitatum, ab ortu ſolis uſque ad occaſum expoſitum, in iiſdem feriis ſextis Quadrageſimę interfuerint, necnon iis qui proceſſionem in feſto Aſſumptionis Beatę Marię Virginis per urbium, & oppidorum majorea plateas, prout in feſto Sanctiſſimi Roſaril fieri ſolitam devote aſſociaverint, & ibi, ut pręfertur, oraverint, quo die prędictarum id egerint, decem annos, & totidem quadragenas, ut pręfertur, relaxamus. Quotiea vero pręfati Confratres Miſſis, & aliis divinis Officiis quovis anni tempore in Eccleſiis, ſeu Oratoriis, vel Capellis dictarum Confraternitatum celebrandis, & pręſertim Officio Beatę Marię Virginis, ſingulis diebus Dominicis, & Feſtivis per dictos Confratres recitando, vel Litaniis ſingulis diebus Sabathi poſt Completorium ibidem decantandis, interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem cum inimicis propriis, ſeu alterius compoſuerint, vel componi fecerint, ſeu procuraverint, necnon etiam qui corpora Defunctorum, tam Confratrum, quam aliorum ad ſepulcrum aſſociaverint, vel Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum cum ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore defertur, comitati fuerint, aut, ſi ad hoc impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut demum quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum, ſexaginta dies de injunctis, ſeu alias (3), ut ſupra relaxamus. Pręſentibus, pro Confratribus perpetuo, pro aliis vero non Confratribus, ad decennium valituris. Ut autem pręſentes literę ad ſingula quęque loca opportuna, facilius deferantur, volumus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XIII Aprilis MDCVI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

1. *SS. Roſarii.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Bzovium de Propagine D. Hyacinthi Cap. XVII pag.* 108.
3. *Alias.*) Adderem. *Quomodolibet eis debitis pęnitentiis.*

Anno 1606 Die 10 Junii.

CV.

Pro Provincia (1) Poloniæ, & Congregatione Ruſſiæ.

Ex Bzovio de Propagine S. Hyacinthi Cap. IV pag. 29.

PAULUS PAPA V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Romanum Pontificem ſaluti univerſorum proſpicientem, ita par eſt, quoſdam gratiis, & favoribus ſpecialibus proſequi, ut exinde nulla turbatio pacifici ſtatus communitatis, nullumve pręjudicium juris, & juſtitię aliorum ſequatur. Quapropter, ſi aliquando contingit, ab eodem innumeris occupationibus preſſo, aliquas literas, in aliquorum pręjudicium emanare, mirandum non eſt, ſi ipſo pręjudicio cognito, literas hujuſmodi quam primum revocet, aliterque diſponat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane die ſeptima menſis Januarii proxime pręteriti, ad ſupplicationem dilecti filii Alexii de Leopoli, Congregationis Novę in Ruſſia Ordinis Fratrum Prędicatorum, confirmaveramus quędam privilegia dudum a felicis recordationis Innocentio IV, Gregorio XI, Pio II, & Sixto IV Prędeceſſoribus noſtris, Societati Peregrinantium inter gentes, ut dicitur, conceſſa, quatenus tamen eſſent in uſu, & non eſſent revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ut ſcilicet Fratres ejuſdem Congregationis, nuper, ut idem Alexius aſſerebat, reſtitutę, a Tartaris invitati, & apud Valachos, jam, ut narrabatur, verbum vitę diſſeminantes, poſſent in iis, & in aliis partibus Infidelium, Vexillum Sanctę Crucis levare ad gentes, quę Jeſum Chriſtum non cognoſcunt, & quę Sacroſanctę Romanę Eccleſię non obediunt. At quia poſtmodum, tum ex relatione dilecti filii Fratris Ludovici Yſtellę Vicarii Generalis, in abſentia Magiſtri totius Ordinis Prędicatorum, aliorumque profeſſorum ejuſdem Ordinis, tum etiam reipſa a Nobis recte examinata, intelleximus, quod hęc Societas Peregrinantium a Superioribus ejuſdem Ordinis in Capitulis Generalibus, de anno Domini MCCCCLVI apud Montem Peſſulanum, & MCCCCLIX apud Noviomagum, & MCCCCLXII Senis extincta, & ſuppreſſa fuerit, quodque nihilominus quidam Fratres Societatis Peregrinantium hujuſmodi novam erectionem a prędictis Pio II, & Sixto IV Prędeceſſoribus cum aliquibus privilegiis obtinuerint, ac ſucceſſive de anno MCCCCLXXIII in Capitulo Generali Baſileę ab Ordine Prędicatorum, auctoritate

1.

Apoſ-

Digitized by Google

Apoſtolica, ab officio Vicariatua Generalis ſuper Fratres in terris Infidelium abſolnti eſſent. Deinde, quod etiam anno Domini MDXCVI quidam Fratres Conventua Leopolienſis Provinciç Poloniç Ordinis Prędicatorum, in Capitulo Generali Valentię celebrato, diviſionem Conventuum Ruſſię, Yppodolię, & Lithuanię a Provincia Poloniç, & ex eia erectionem novę Provinciç Sancti Hyacinthi de Ruſſia ejuſdem Ordinia annuerunt, fueruntque occaſio multorum malorum, propter quę dictua Clemens VIII Prędeceſſor noſter, literia Cariſſimi in Chriſto filii Sigiſmundi Tertii Regis Poloniç, & Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, univerſorumque Principum Regni Poloniç adductua, primo per Henricum Cajetanum S. R. E. Cardinalem, ſuum, & Sedia Apoſtolicę in Regno Poloniç Legatum de latere, deinde per Congregationem S. R. E. Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatorum, & ex ejuſdem Congregationis, immo verius Sedia Apoſtolicę, commiſſione, per trea Fratres ex Ordine Prędicatorum judicea deputatos, ac poſtremo etiam per Nos, cum de numero dictorum S. R. E. Cardinalium eſſemus, & dilectum filium noſtrum Pompeium Arrigonum tituli Sanctę Balbinę Presbyterum Cardinalem, re controverſa, examinata, & judicata, dictam erectionem novę Provinciç S. Hyacinthi de Ruſſia, cum omnibus juribna, dictis privilegiis Pii II, & Sixti IV, aliorumque Romanorum Pontificnm literis nequaquam obſtantibna, revocavit, ſuppreſſit, & extinxit, & in locum ejua, propter bonum pacis, Congregationem novam in Ruſſia inſtitnit, non autem Societatem illam Peregrinantium reſtituit, aſſignatia eidem Conventibua Leopolien., Camenecen., Kijovien., Maſticen., Rubei Caſtri, & Jazlovien. Alios vero omnes in Ruſſia, Yppodolia, & Lithuania, ad Provinciam Poloniç una cum privilegiia eorundem in Conventu Leopolienſi olim depoſitatis, ad eandem Provinciam Poloniç reſtituere mandavit, ſilentiumque perpetuum ſub pęnis, & cenſuris, utrique parti impoſuit, prout plenius continetur in literia ejuſdem in forma Brevia datia Romę XXX Julii anno MDCI quę incipiunt. *Ex Paſtoralis noſtri muneris*, & in aliis datia ſub plumbo anno Domini MDCIV nono Kalend. Maii, & rurſus aliia, eodem anno ſub Annulo die XXIII Aprilis. Quamobrem ex bia, & aliis evidentibua documentis clare perſpeximua, prędictum Alexinm Procuratorem, & Fratrea dictę Congregationis in Ruſſia, qui Societatem Peregrinantium paucis ab hinc annia eſſe reſtitutam, minus recte aſſerebant, ad diviſionem de novo Provinciç Poloniç Conventuum anhelare. Ideo Nos, quibus cordi eſt, ut pax, & tranquillitas inter Religioſoa ſit, & conſervetur, quique per prędictas noſtras confirmationea dictorum Privilegiorum, ad talem, qualis Nobis data fuit, informationem conceſſaa, nemini pręjudicium inferri poſſe ſuſpicabamur, & licet ipſa confirmatio a Nobis, addita illa clauſula, quatenus ſint in uſu, nec ſint revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ſatia limitata videatur, & forſan nihil operetur, nihilominua oriri (a) ex illa aliqua dubia inter Fratrea Provinciç Poloniç, & novę Congregationis in Ruſſia, & ex hinc aliquod pręjudicium eidem Provinciç Poloniç, vel Congregationi, ſeu aliqua ſcandala, aut tumultus, occaſione eorundem oriantur, neve quiſpiam, cujuſque conditionis, & ſtatua, vigore earundem literarum, prętendat ſeparationem aliqnam, alicujus ex Conventibus Provinciç Poloniç, de mandato Clementis VIII Prędeceſſoris noſtri reſtitutis, & debitis, aut ex eis erectionem forte illiua extinctę Provinciç S. Hyacinthi de Ruſſia, vel etiam Societatis Peregrinantium inter gentes reſtitutionem, ideo prędictaa noſtras literas, quarum initium eſt: *Injuncti Nobis Apoſtolici &c.* immo, & pro potiori cautela, & pace inter dictos Fratrea Provinciç, & Congregationia prędictę firmanda, quantum opus eſt, de novo etiam, prędictorum prędeceſſorum noſtrorum literaa, videlicet Gregorii XI quę incipiunt: *Super cuncta deſiderabilia*. Romę V. Kal. Februarii Pontificatua noſtri Anno VIII, & Pii II quarum tenor incipit: *Dum levamus*. Pridie Idua Junii Pontificatua anno VI, & Sixti IV, quę incipiunt: *Apoſtolica ſervitutis officium*. Romę Kal. Aprilis, Pontificatus anno Secundo, necnon aliorum Romanorum Pontificum privilegia Societati Peregrinantium conceſſa, tenores eorum, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pręſentibus, pro expreſſis habentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & earum vigore quęcunque hactenus attentata, vel forſan ſecuta, quin, & ipſam Societatem Peregrinantium, ab, & in Ordine Prędicatorum jam olim extinctam, motu proprio, non ad alicujua ſuper hoc Nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicę, tenore pręſentium, perpetuo extinguimus, caſſamua, revocamua, irritamus, & annullamua, nullumque robur pręſertim quoad prętenſionem diviſionia Conventuum Provinciç Poloniç, qui ſunt in magno Ducatu Lithuanię, Ruſſie, & Yppodolię, atque dictę Congregationi in Ruſſia applicationia, ac ſi nunquam emanaſſent, habere volumua, ac pręſentes noſtras literas, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatia vitio, ſeu etiam intentionis noſtrę, aut quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod dictę Congregationis in Ruſſia Fratres, ſeu alii in pręmiſſis intereſſe forſan habentes, vel habere quomodolibet prętendentea, ad hoc vocati non fuerint, notari, ſeu impugnari, vel ad terminos juria reduci. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinalea, etiam de latere Legatos, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorea, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Leopolien., Epiſcopis Pręſmilien., Luceorien., Camenecen., Chelmen., & Kijovien. per pręſentes mandamus, quatenus ipſi, vel unua eorum pro parte Provincialis, & Fratrum Provinciç Poloniç requiſiti, pręſentes literas ſolemniter publicantes, in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio eiſdem aſſiſtant, neque permittant eoſdem, prętextu prędictarum literarum, in poſſeſſione Conventuum pacifica moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juria, & facti, remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibua pręmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicia, ac dictę Societatis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratia, ſtatutis, & conſuetudinibua, privilegiis quoque, ac indultis, & literis Apoſtolicis eidem Societati conceſſia, quibus omnibus, illorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſ-

expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Non denegamus tamen Fratribus dicti *Ordinis* tam Provincię Polonię, quam novę Congregationis in Ruſſia, a ſuis Superioribus deputatis, *accedendi* ad partes infidelium, illoſque ad fidem Catholicam convertendi facultatem. Quibus omnibus, & ſingulis, non tamen vigore privilegiorum Societatis Peregrinantium, concedimus, ut in locis *in quibus* nulla ſubeſt commoditas Eccleſiarum conſecratarum, etiam in Oratoriis, & ubi neceſſitas urget, *in Altaribus* portatilibus Miſſas celebrare, ac dum inter Infideles, & Schiſmaticos demorati fuerint, a *caſibus*, etiam Epiſcopis, reſervatis, quoſcunque Chriſtifideles, in illis locis tantum in quibus Epiſcopi, & eorum Officiales non fuerint, aut juriſdictionis exercitium minime babuerint, abſolvere: Domos, & Eccleſias Provincię, & Congregationis hujuſmodi, cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, in illis tamen locis, in quibus Epiſcopi, ut ſupra, non fuerint, ędificare, libere, & licite poſſint, auctoritate & tenore pręſentium concedimus. Ceterum in locis in quibus Epiſcopi fuerint, iſtos Regulares Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis inferiorum Eccleſiarum Pręlatis commendamus, ut cum alicujus Eccleſię, ſeu Monaſterii erectionem poſtulaverint, illis pro eorum juribus prompte faveant, ac in omnibus adjuvent, & protegant. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, fides adhibeatur eadem, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die X Junii MDCVI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Octavianus Veſtrius Barbianus.

5. *Provincia.*) Vide *Conſtitutionem XCIV Clem. VIII Tomo V hujuſce Bullarii pag.595.*

6. *Oriri.*) Legerem tne

Anno 1606 Die 1 Julii.

CVI.

Non licet Regularibus efferre defunctorum funera (1) ſine proprio defuncti Parocho.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag.347.

Licet in ſacro Generali Lateranenſi Concilio ſtatutum, & ordinatum fuerit, ut Fratres Ordinum Mendicantium, ceterique Religioſi regulares non poſſint intrare Parochias eum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorundem, ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius pręmonito, & requiſito, ac recuſante Parochiano Presbytero, & tunc ſine ejus, & Ordinarii pręjudicio, ſignificatum tamen eſt Sacrę Congregationi S.R.E. Cardinalium, negotiis Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę, nonnullos Fratres, pręſertim Ordinis Minorum de Obſervantia, cujuſdam conſuetudinis pretextu, quam neque antiquitate vallari, neque obſervantia viridi inniti, neque pacifica, & non interrupta poſſeſſione firmatam eſſe conſtat, contendere ſibi licere, defunctorum funera, proprio eorum Parocho abſente, eoque irrequiſito efferre, & levare, idque haud leves controverſias, & altercationes aliquibus in locis, non ſine populi ſcandalo, & Dei offenſione, excitaſſe. Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnem ejuſmodi diſſenſionum, & ſcandalorum materiam, & occaſionem pręcidere, atque in futurum providere, ut tam Parochi, quam Fratres ipſi, unanimi inter ſe voluntate, & ea qua par eſt caritate, ultima hęc Chriſtianę pietatis officia defunctis pręſtent, declarat, & hujus Decreti tenore ſtatuie, pręedictis Fratribus Minorum de Obſervantia, aliiſque quibuſvis regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium exiſtant, nullo modo licere, etiam ſpecialis alicujus conſuetudinis pręetextu, Parochias cum Cruce proceſſionaliter, aut alias ad efferenda, & levanda defunctorum funera intrare, vel illa levare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem pręſente: ſi tamen ipſe aliter fieri non conſentiat, & permittat, vel niſi requiſitus venire, expreſſe recuſet. Atque ita obſervari mandat, & diſtricte pręcipit, firmis ceteroqui, & in ſuo robore permanentibus iis omnibus, quę ſuper quarta funerali, & canonica portione, aliiſque juribus ad ſepulturas pertinentibus, a Sacris Canonibus, & Conciliorum Decretis, Summorumqne Pontificum Conſtitutionibus hactenus ſancita, & ordinata ſunt, vel alias ex particulari conſuetudine, vel alio jure obſervantur. Romę die prima Julii MDCVI.

Antonius Card. Saullus.

Berling. Cypſius Seeretarius.

1. *Funera.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

In-

Indulgentiæ recitantibus Roſarium, ceteriſque conceſſæ.

Anno 1607 Die 2 Auguſti.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CVII.

Formola dell'Indulgenze, che ſi danno dalla Santità di N. S. Papa Paolo V alle Corone, Roſarj, Medaglie, Croci, & Imagini benedette. Con dichiarazione ſopra altre, che vanno attorno, ultimamente publicate.

CHi ſarà ſolito dire con una di dette Corone, o Roſarj, o con altra dove ſia una delle dette Croci, o Medaglie benedette la Corona della Beatiſſima ſempre Vergine Madre di Diò, o il ſuo Roſario, o almeno la terza parte di eſſo, e confeſſerà i ſuoi peccati a Confeſſore approvato dall'Ordinario, e riceverà la ſacra Eucariſtia, conſeguiſca Indulgenza Plenaria una volta per ciaſcun'anno, nelle ſolennità di N. S., o della Beata Vergine, a ſuo arbitrio.

Chi ne' giorni feſtivi della Natività del Salvator noſtro Gesù Criſto, ovvero Aſſuntione della medeſima Beatiſſima ſempre Vergine Maria, dirà come di ſopra la Corona, o il Roſario, o almeno la terza parte d'eſſo, e confeſſerà a Sacerdote, com'è detto, approvato, i ſuoi peccati, e riceverà divotamente la ſacra Eucariſtia, e, ſe potrà commodamente, interverrà alla Meſſa ſolenne, o ſia Conventuale, e Sacerdote dirà, ancorche privatamente la Meſſa, e divotamente pregarà Iddio per l'eſtirpatione dell'hereſie, e ſciſmi, e per la propagatione della Fede Catholica, o per altre neceſſità della Santa Madre Chieſa, conſeguiſca Indulgenza di dieci anni, & altretante quarantene delle penitenze impoſte, & in qual ſi voglia altro modo debite.

Chi nell'altre feſte del medeſimo Signor Noſtro, e della B. Vergine, e nella Natività di S. Gio: Battiſta, e nelle Feſte de' SS. Apoſtoli, ed in quella di tutti i Santi adempirà le coſe ſopradette, ſette anni, ed altretante quarantene.

Chi nelle Domeniche, & altri giorni feſtivi farà le medeſime coſe, cinque anni, ed altretante quarantene.

E chi negli altri giorni dell'anno farà le coſe iſteſſe, ed interverrà alla Meſſa, almeno baſſa, o la dirà, cento giorni d'Indulgenza parimente conſeguiſca.

Chi nella prima Domenica di Quadrageſima per bene celebrare il digiuno quadrageſimale, ſi confeſſerà a Sacerdote approvato dall'Ordinario, e riceverà la Santiſſima Eucariſtia, ovvero eſſendo Sacerdote dirà Meſſa, pregando per la ſanta Chieſa Catholica Romana, e per la pace fra Prencipi Criſtiani, conſeguiſca Indulgenza plenaria.

Chi avanti al celebrar la Meſſa, o al ricevere la Santiſſima Eucariſtia, o al recitare l'officio del Signore, o della Beatiſſima Vergine, con divotione, farà oratione preparatoria, conſeguiſca Indulgenza di duecento giorni.

Chi ſarà ſolito di recitare la Corona, o la terza parte d'uno di queſti Roſarj divotamente, ed orare, com'è detto di ſopra, e ſtarà preſente alla Predica, o ſentirà, o dirà Meſſa ne' giorni, che non ſono di precetto, acquiſti Indulgenza di cinquanta giorni una ſol volta in quel giorno.

Chi ſarà conſueto di recitare la Corona, o Roſario, come di ſopra, e recitarà l'Officio della Beata ſempre Vergine Maria, o l'Officio de' Morti con i Veſpri, ed un Notturno almeno, e le laudi, ovvero li ſette Salmi Penitentiali con le Litanie, e preci ſeguenti, oltre le Indulgenze altre volte conceſſe dalla ſanta memoria di Pio Papa V, guadagni ancora quel giorno cento giorni d'Indulgenza.

Chi ancora averà appreſſo di ſe tal Corona, o Roſario, o Croce, o Medaglia benedetta, e veramente pentito de' ſuoi peccati, ed avendo propoſito di emendatione in futuro, farà l'eſſamine della ſua conſcienza, e tre volte dirà il Pater noſter, ed altretante Ave Maria, guadagni quel di cinquanta giorni d'Indulgenza.

Chi ancora avendo Corona, o Roſario, o Croce, o Medaglia benedetta, come di ſopra, dirà tre volte divotamente il Pater noſter, e tre volte l'Ave Maria in onore della Santiſſima, & Individua Trinità acquiſti quel di cinquanta giorni d'Indulgenza.

E chi per riverenza delle cinque piaghe del Salvator noſtro Gesù Criſto Crucifiſſo, dirà piamente cinque volte il Pater noſter, e cinque volte l'Ave Maria, guadagni parimente quel di cinquanta giorni d'Indulgenza.

Chiunque farà pietoſamente orazione per i fedeli, che ſono in tranſito di morte, e dirà almeno una volta il Pater noſter, ed una volta l'Ave Maria, guadagni ſimilmente per quel dì, Indulgenza di cinquanta giorni.

Chi avendo una di dette Corone, Croci, o Medaglie, come di ſopra, viſitarà gl'Infermi nelli Hoſpitali, overo Carcerati, ajutandoli con qualche opera pia, conſeguiſca ducento giorni d'Indulgenza.

Chi inſegnerà la Dottrina Criſtiana nelle Chieſe, overo nelle proprie caſe, a' proprj figliuoli, fratelli, ſorelle, o ſervitori, guadagnerà ducento giorni d'Indulgenza.

Colui ancora, che coſtituito in articolo di morte, avrà alcuna di queſte Corone, o Roſarj, e divotamente con la bocca, o con il cuore raccommanderà l'anima ſua a Criſto Signor noſtro, conſeguiſca Indulgenza plenaria de tutti i ſuoi peccati.

Chi averà un Croceſiſſo, Croce, o altra ſacra imagine benedetta in camera, o in altro luogo decente della caſa dove ſtara, e adempirà le coſe ſudette, facendo però l'orazioni da farſi innanzi a detto Croceſiſſo, Croce, o altra imagine, conſeguiſca le medeſime Indulgenze.

Le ſopradette Indulgenze ſi poſſano ancora applicare alle anime de i fedeli defonti per modo di ſuffragio.

Ed ha decretato, e dechiarato la Santità di Noſtro Signore, che tutte l'Indulgenze, che vanno a tor-

torno, come conceſſe dalla medeſima Santità Sua, ad iſtanza di qualſivoglia perſona à Corone, Roſarj, Croci, Medaglie, ed imagini benedette, tanto ſtampate, come non ſtampate, che non ſono ſottoſcritte di mano propria del Segretario di Sua Santità, o non ſono tranſunti autentichi delle ſottoſcritte, non ſe l'abbia d'avere fede alcuna. Dato in Roma appreſſo San Marco, il II dì d'Agoſto MDCVII l'Anno Terzo del ſuo Pontificato.

Scipione Cobelluzzi.

1. *Archivo*.) In quo exemplar impreſſum *Romæ MDCVII* typis R. Cameræ Apoſtolicæ.

Anno 1607 Die 7 Septembris.

CVIII.

Declaratio (1) ſeu Decretum Sacræ Congregationis Indulgentiarum ſuper Conſtitutione Clementis VIII: *Quæcunque*.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 357.

Molto Illuſtre, e Reverendiſſimo Monſignore.

AVendo riſoluto queſti miei Illuſtriſſimi Signori della Congregazione dell'Indulgenze, con autorità, ed ordine particolare di Noſtro Signore di levare alcune difficoltà, che ſi trovano nell'eſeguire la Conſtituzione di Clemente VIII fatta già ſopra le aggregazioni delle Confraternità, dichiarando ancora alcune coſe concernenti l'iſtitutioni antiche fatte da i Superiori delle Religioni, fanno ſapere a V.S., che ſi contentano, che i Superiori Regolari, a quali è ſtata conceſſa nuova facoltà da Sua Beatitudine d'inſtituire Confraternità ſecolari, ſecondo la forma della ſudetta Conſtituzione, poſſino confermare ſenza conſenſo delli Ordinarj de luoghi quelle Confraternità, quali ſi trovano canonicamente erette da medeſimi Superiori Regolari avanti ſi publicaſſe l'iſteſſa Conſtituzione, nelle Chieſe proprie loro Collegiate, dove ſiano almeno dodici Religioſi di famiglia ordinaria, non oſtante, che nella patente della confermazione ſi dica eſpreſſamente, farſi ciò con conſenſo dell'Ordinario, dichiarando però, che nel fare nuove Iſtituzioni nelle Chieſe tanto ſecolari, quanto regolari di qualunque ſorte, e nel confermar etiamdio le antiche erette in Chieſe ſecolari, e regolari ancora, nelle quali non ſtiano dodici Religioſi, ſi debba neceſſariamente avere il teſtimonio, e conſenſo dell'Ordinario, e ſervare tutto il reſtante, che ſi preſcrive nell'iſteſſa Conſtituzione.

Permettono ſimilmente, che i medeſimi Regolari, a quali è ſtata conceſſa la nuova facoltà d'inſtituire, poſſino confermare le Confraternite antiche, ed inſtituire di nuovo, ancorche non ſia tutta quella diſtanza de luoghi, ove ſono, o ſaranno tali Confraternite, che viene preſcritta da Brevi Apoſtolici, mentre per oltre tutti gl'altri requiſiti, concorra anche a queſto il conſenſo dell'Ordinario del luogo, che ſi doverà eſibire in ſcritto, prima che ſi diſpenſi ſopra tale diſtanza, e non altrimenti.

Permettono ancora, che ritrovandoſi diverſe Confraternite de ſecolari antiche, erette canonicamente, come ſopra, in Chieſe Regolari Collegiate di dodici Religioſi almeno, ſi poſſino confermare, ſervata però in tutto il reſto la forma data dalla medeſima Conſtituzione, e parimente, che eſſendo in una Città, o Terra, più di una Confraternità antica dell'iſteſſo nome, ed inſtituto, eretta canonicamente da Superiori Regolari, ſi poſſino confermare ſecondo la ſudetta forma, ma nell'iſtituire nuova Confraternita, vogliono le S. Signorie Illuſtriſſime, che una ſola ſi poſſi fare in qualunque Città, Terra, o luogo, eccettuando però la Compagnia del Santiſſimo Sacramento, quale concedono, anzi deſiderano in ogni Chieſa Parochiale, non oſtante che vi ſi trovi eretta qualſivoglia altra Confraternità.

E perche molti dubitano ſopra l'Indulgenze conceſſe ultimamente alle perſone Religioſe, con rivocazione delle antiche, ſe venghino revocate anche l'Indulgenze conceſſe alle loro Chieſe, ed a quei, che le viſitano, ancorche la Conſtituzione comprenda chiaramente ſolo le perſone regolari, ſenza eſtenderſi alle Chieſe loro, tuttavia la Congregazione per levare ogni dubio, dichiara, che l'Indulgenze conceſſe a quelli, che viſitano le Chieſe de Regolari, ſtanno nelle loro forze, e vigore finche la Santità Sua farà altra deliberazione, e però ſi poſſono laſciar publicare, quando non oſti altra coſa. Tutto queſto è parſo alla Congregazione di ſcrivere a V.S., acciò nell'occorrenze di coteſta Chieſa ſappia, che paſſa in queſto particolare, e lo faccia ſapere a i Veſcovi della ſua Provincia, ed io pregò a V.S. ogni vero bene.

Di Roma alli 7. Settembre 1607.

P. Card. Arrigone.

Di V.S. per ſervirla.

All'Arciveſcovo di Bologna.

a *Declaratio*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV*.

Decre-

Decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini. De Tertiariis (1).

Anno 1608
Die . . . .

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CIX.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum conſulta reſpondit, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſimiles ita demum Ordinis, cujus tertię Regulę habitum aſſumpſerunt, privilegiis potiri, & ab Ordinarii juriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter vivant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & Mulieres Virginalem, ſeu cęlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Conſtitutione Concilii Lateranen. ſub Leone X, quę habetur Seſſ. XI in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo ſcilicet paupertatis, & obedientię nequaquam includi; Quinimo hujuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, aut cęlibem ſimpliciter, expreſſeque voverint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſcorſum habitantes, ſupradictis privilegiis Ordinis, cujus tertię Regulę habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii juriſdictione frui debere, quemadmodum idem Leo poſtea declaravit Conſtitutione edita die prima Martii anni MDXVIII. Quod ſi Fratres, Sororeſque tertii Ordinis, quid amplius pretendant vigore conſuetudinis, poſſe jus ſuum proſequi in judicio ordinario.

Hieronymus Card. Pamphilius.

Locus ✱ Sigilli.

Jo: Franciſcus Fagnanus Sacrę Congregationis Concilii Secretarius.

1. *Tertiariis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *Romæ MDCVIII.*

Indulgentia pro Societate Crucesignatorum.

Anno 1611
Die 29 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CX.

P A U L U S P A P A V.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm inter ceteras, quę in Eccleſia Dei hactenus institutę reperiuntur Chriſtifidelium Confraternitates illa ad Dei Omnipotentis gloriam, & orthodoxę fidei conſervationem, & propagationem ſatis uberes fructus attuliſſe, & in dies afferre dignoſcatur, quę licet in varias partes diſperſa ſub Crucesignatorum vocabulo, ſeu Sancti Petri Martyris invocatione ad aſſiſtendum hereticę pravitatis Inquiſitoribus, auxiliumque, quando, & quoties opus eſſet, in Catholicę fidei negotiis adverſus hereticos, etiam vita ipſa pręſtandum jampridem instituta exiſtit, Nos paterna ſolicitudine, ut eadem Crucesignatorum Confraternitas eo majora ſuſcipiat incrementa, quo ſpecialibus privilegiis decorata, & cęleſtis gratię donis adjuta fuerit, providere volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui eandem Confraternitatem pro tempore ingredientur, & in ea ubicunque locorum deſcribentur, ſeu recipientur, die primo eorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, necnon tam ipſis, quam ad pręſens exiſtentibus prędictę Confraternitatis Confratribus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri potuerit, refectis, vel ſaltem contritis, in eorum mortis articulo pium nomen Jeſu corde, ſi ore non potuerint, invocantibus. Inſuper dictis Confratribus, ſimiliter pęnitentibus, & confeſſis, qui aliquam ex Eccleſiis, vel Capellis, ſeu Oratoriis ipſius Confraternitatis in Exaltationis S. Crucis, ac S. Petri Martyris feſtis diebus, ſeu eorum aliquo, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis cujuslibet dierum hujuſmodi, quolibet anno pro tempore devote viſitaverint, & ibi pias ad Deum preces pro S. Romanę Eccleſię, ac Fidei Catholicę felici ſtatu, & exaltatione, hereſumque extirpatione, Romani Pontificis ſalute, & inter Chriſtianos Principes ſervanda pace, concordia, & unione effuderint, quacunque Feſtivitate prędicta id pro tempore fecerint, ſi ſimiliter dictum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & elargimur. Pręterea eiſdem Confratribus pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis, vel Capellis, ſeu Oratoriis prędictis in Inventionis ejuſdem Sanctę Crucis, & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Annunciationis, & Aſſumptionis B. Marię Virginis, necnon omnium Sanctorum Feſtivitatibus a primis ſimiliter Veſperis uſque ad occaſum Solis, dierum Feſtivitatum earundem devote etiam viſitaverint, & ut ſupra oraverint, quo dierum Feſtivitatum hujuſmodi id egerint, necnon etiam, qui pro hereticorum capturis, vel illis captis tuto deducendis, aſſociando, ſeu alias operam pręſtiterint, aut proceſſionibus juxta eorum ſtatuta, ſeu alias de locorum Ordinariorum licentia, quandocunque, & ubicunque faciendis, intervenerint, ſeu eorum converſioni, & in Fide Catholica instructioni incubuerint, vel ad conciones, ſeu pręedicationes, quę contra illos fiunt audiendas, ac denique ad illos, eorumque fautores, receptatores, & defenſores impugnandos acceſſerint, ſeu in pręmiſſis Inquiſitoribus auxilium, conſilium, vel favorem pręſtiterint, quo die pręmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum, egerint, quadraginta annos de injunctis eis, aut alias quomodolibet debi-

debitis pęnitentiis, auctoritate, & tenore pręmiſſis, miſericorditer in Domino relaxamus in forma Eccleſię conſueta, quodque iidem Confratres ſingulis anni diebus quinque Altaria ſi totidem ibi fuerint, aut ſaltem unum Eccleſię loci, in quo ipſos pro tempore morari contigerit, devote viſitando, ac genibus flexis Pſalmum, vel quinqnies orationem Dominicalem, & Salutationem Angelicam recitando, eaſdem Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, quas conſequerentur, ſi eo die Eccleſias Urbis, in quibus Stationes babentur, viſitarent, conſequantur ſimiliter auctoritate, & tenore pręmiſſis concedimus, & indulgemus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Decernentes noſtrę intentionis exiſtere, quod pręmiſſę Indulgentię, & gratię tam ſingulis Inquiſitoribus, & eorum Vicariis, quam Conſultoribus, ceteriſque Officii Inquiſitionis hęreticę pravitatis Officialibus, Miniſtris, & Servientibus ubilibet commorantibus, & etiam in dicta Confraternitate minime deſcriptis, muneri tamen ſuo, prout quemlibet reſpective concernit, fungentibus, & alias pręmiſſa peragentibus conceſſę ſint, & cenſeantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ceteriſque in contrarium quomodolibet facientibus. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Julii MDCXI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Scipio Cobellutius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. Typis prodiit Cremonæ anno MDCXCIII.

Anno 1611 Die 10 Octobris.

Indulgentia pro Cœnobio Valentino.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXI.

PAULUS PAPA V.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris pia caritate intenti; omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam Sancti Dominici Ordinis Prędicatorum Valentin., & in ea ſitam Capellam Sancti Blaſii, die feſto ejuſdem S. Blaſii, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, ſingulis annis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die X Octobris MDCXI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

Anno 1612 Die 12 Octobris.

Ne quis Fratres moleſtiis afficiat, & ut iidem privilegiis (1) ſibi conceſſis utantur.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXII.

JOhannes Dominicus Spinula Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturę SS. D. N. Papę Referendarius, ac Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, ac cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, & Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Presbyteris, Curatis, & non Curatis, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque, ubilibet conſtitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos pręſentes noſtrę literę pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis.

Noveritis nuper coram Nobis pro parte, & ad inſtantiam R. P. D. Lucę Caſtellini Ordinis Prędicatorum Sacroſanctę Theologię Magiſtri, & totius illius Religionis Procuratoris Generalis, nomine Reverendiſſimorum Patrum, Generalis, Provincialium, & Priorum, ſeu Guardianorum, & aliorum Patrum, & ſingulorum eorum in domibus, ſeu Monaſteriis dicti Ordinis, & cujuslibet eorum tam in Urbe, quam extra commorantium, principalium, comparitum, & expoſitum fuiſſe, quod cum eorum ſacer Ordo Prędicatorum ob varia pręclare geſta, ſalutiferoſque innumeros fructus, quos in Dei Eccleſia produxit, fuit a Sancta Sede Apoſtolica, quantum ad omnes Conventus Fratrum, & Sororum, eorumque Eccleſias, & Domos ab omni juriſdictione, tam Ordinariorum, quam quorumcunque aliorum, etiam Legatorum de latere Apoſtolicorum penitus exemptus, ſubjectuſque immediate abſque ullo medio, ſoli Romano Pontifici, necnon ſub patrimonio Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſub eademmet Sede Apoſtolica benigne ſuſceptus, a qua etiam plurimis gratiis, favoribus, & privilegiis, etiam per modum communicationis inſignitus exiſtit, ut conſtat per varias Bullas, & literas Apoſtolicas, conceſſionum, & confirmationum hujuſmodi, videlicet felicis recordationis Nicolai Papę IV, Bonifatii VIII, Benedicti XI,

Ordinis encomium.

Boni-

Bonifatii IX, Nicolai III, Pauli III, Julii III, Clementis VIII, ac aliorum Summorum Pontificum. Et ſignanter Julius III inter alia privilegia illi conceſſa, motu proprio conceſſit, ut quoad omnes Superiores, & Fratres, Moniales, Sorores, perſonas, Monaſteria, Domus, Eccleſias hujuſmodi, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, & gratiis, quibus omnes quorumcunque Ordinum Mendicantes, etiam Minores, & de Obſervantia nuncupati, ac Heremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, B. Marię Servorum, & Minorum, ac aliorum quorumcunque Ordinum Congregationum, & Confraternitatum, Patribus, & perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, Oratoriis, & aliis piis locis, eorumque Prioribus, Fratribus, Sororibus, Converſis, & oblatis, corregiatis, mantellatis, ac etiam de pęnitentia nuncupatis, & aliis utriuſque ſexus perſonis per eoſdem prędeceſſores, ac etiam hactenus quomodolibet, etiam vivę vocis oraculo conceſſis, & in poſterum forſan concedendis, utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere poſſit, & debeat in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi Fratrum Prędicatorum, & aliis ſibi commiſſis Ordinibus, eorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, perſonis, & Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, locis prefatis, ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent, auctoritate, & tenore pręmiſſis decrevit, illaque eis, & eorum ſingulis communicavit, ut latius in dicto motu proprio continetur ſub die decima Julii MDLI. Cum igitur antedictus Ordo per viam communicationis, & participationis, non ſolum hactenus, ſed etiam perpetuo futuris temporibus utatur, & potiatur, prout Reverendiſs. P. Procurator Generalis, nomine quo ſupra, uti, & potiri in pręſentiarum intendit, privilegiis omnibus ceteris Religionibus conceſſis, pręſertim illis, quę hactenus reperiuntur conceſſa Congregationi B Marię Fulien., & illius Conventibus, perſonis, & Eccleſiis, per varias Bullas, videlicet, Gregorii XIII, Sixti V, Gregorii XIV, Clementis VIII, & Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli divina providentia Papę V qui inter cetera ſub certo colore, quod antedicta Congregatio Beatę Marię Fulienſis inquietabatur, vexabatur a nonnullorum locorum Ordinariis, quia in literis non erat facta ſpecialis mentio exemptionis a juriſdictione locorum Ordinarii, ideo ne dubitari de cetero ſuper hujuſmodi exemptione contingat, expreſſe mandat ſupradictam Congregationem Beatę Marię Fulien. ſub quovis quęſito colore, ſeu pręrextu, ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, Pręlatis, Abbatibus, Judicibus Ordinariis, ſeu Delegatis, Legatis Apoſtolicis, ſeu quovis alio nomine nuncupatis, in viſitando gubernando, regendo, pręcipiendo, corrigendo, aut quemvis alium actum juriſdictonis exercendo, minime moleſtari, inquietarique poſſe, ſed ſoli Romano Pontifici illam, & illius Conventus, Eccleſias, loca, & perſonas ſubjecit, & ſub immediatam ſuam, & Sedis Apoſtolicę protectionem, regimen, ſubjectionem, gubernatinnem, & obedientiam recepit, ita quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarii, Vicarii, Judices, & officiales pręfati, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei, de qua agitur, nullam in eos, & eorum aliquem, aut Monaſteria, membra, & bona pręfata, & tanquam prorſus exemptos, & exempta, juriſdictionem, correctionem, ſuperioritatem, dominium, vel poteſtatem exercere, aut excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut quaſvis alias ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas promulgare pręſumere, ſeu poſſint, aut debeant quoquomodo; Nec ipſi ſic exempti coram illius, aut ipſius Sedis Apoſtolicę delegatis, niſi in literis eis pro tempore directis, de pręſentibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, ad judicium evocari, aut quovis modo directe vel indirecte moleſtari poſſint, cum clauſula irritante, ac ſublata aliter judicandi facultate, remoto vitio obreptionis, ac intentionis, non obſtantibus, & ſub pęna excommunicationis latę ſententię a quo nonniſi in articulo mortis a Romano Pontifice pro tempore exiſtente abſolvi poſſint. Inſuper dictam Congregationem, & illius bona, & perſonas a ſolutione decimarum, taliis, aut quovis genere exactionis, etiam pręrextu cujuſque viſitationis, aut tranſitus, innovans omnia alia privilegia, exemptiones, & ut latius in dictis literis continetur. Inſuper expoſitum fuit, quod licet alias de anno MDLXXXIV die vero XIV Menſis Martii ad inſtantiam Ordinum Mendicantium Revereudiſſimorum Patrum DD. Superiorum Generalium, & Provincialium, & aliorum Fratrum Ordinum Mendicantium tunc temporis exiſtentium, fuerit expeditum monitorium a bon. mem. Matthęjo tunc Auditore Camerę per acta Pompeii Valerii Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarii, ubi enunciabantur omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & exemptiones per varias Bullas conceſſa, & conceſſas, & illarum vigore contra nonnullos malevolos, & invidos, & ęmulos, qui non verebantur perturbare dictos Ordines, & illorum loca, Conventus, Eccleſias, attentantes reprobare ſenſum ſuper eorum privilegiis, confingentes novas declarationes, & conventa perſonalia, ideo illis inhibuit ſub pęna excommunicationis, aliiſque pęnis in eo contentis, ne audeant loca, Conventus, Eccleſias, bona, & perſonas perturbare, ſeu pręſumere velle declarare indulta, privilegia, confirmationes in dictis literis contenta, nec vexare a ſolutione decimarum, taleorum, ac alterius exactionis, ut latius in eo continetur. Quod quidem monitorium licet in multis locis forſan pręſentatum, & executum fuerit, tamen non deſunt, qui temere audent velle interpretari privilegia, & indulta, ac exemptiones Apoſtolicas, licet in illis adſit clauſula, ſublata aliter judicandi facultate, cum decreto irritante, quę claudunt os omnibus, ita quod nemo poſſit niſi ſolus Pontifex os aperire, necnon uſurpare juriſdictionem, in ſuos Fratres, & eorum bona, & occupare forſan bona, & cogere indirecte ad ſolutionem fructuum decimarum, taleorum, ac alterius oneris. Cupiens modo D Procurator pręfatus, cum ſoleat magis ſpecialis proviſio, quam generalis, & memorię renovatio antiquarum pęnarum, excommunicationiſque comminatę multum prodeſſe, & temere malevolos, & parum Dei, ac Sedis Apoſtolicę auctoritatis timoratos, ut ſuis muneris eſt, eadem privilegia, gratias, & indulta, quę toti Ordini pręfato indifferenter conceſſa extant, illibata omnino, ac penitus illęſa in univerſa Prędicatorum Familia unanimiter conſervari, pręſertim cum ad eorum aures devenerit, quod aliqui locorum Ordinarii pretendunt contra formam eorundem privilegiorum, & indultorum, juriſdictionem contra dictos Fratres, & Sorores exercere, eorumque viſitare Monaſteria, & loca, dictoſque Fratres, & Sorores punire corrigere, & emendare, alii etiam ſunt, qui de redditibus, & bonis Conventuum, Fratrum, vel Monialium pręfatorum, ac de receptis, & expoſitis (3) eorundem, exigere rationem in maximum dicti Ordinis pręjudicium, ac literarum Apoſtolicarum pręfatarum contemptum, pręſumant,

Nota.

ac

ac attentent, propterea pro eorum parte in executionem prȩfatarum literarum Apoſtolicarum, Nobis a dicto Patre Procuratore Generali in forma probante exhibitarum, de opportuno Juris remedio requiſiti, vobis omnibus, & ſingulis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute ſanctȩ obedientiȩ deſtricte prȩcipiendo mandamus, quatenus, ſtatim viſis, & receptis prȩſentibus, & poſtquam prȩſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imo vero Apoſtolica auctoritate, inhibeatis, & inhibendo expreſſe prȩcipiatis, & mandetis, prout nos etiam prȩcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis, necnon aliis quibuſcunque in executione prȩſentium nominandis, & cognominandis, ne viſis, & receptis prȩſentibus, ſub quingentorum ducatorum auri in auro, locis piis, arbitrio noſtro applican., & pro illis mandati executivi, & in juris ſubſidium, quatenus opus ſit, quoad Reverendiſſimos DD. Epiſcopos ſuſpenſionis a divinis, interdicti Eccleſiaſtici, ingreſſus Eccleſiȩ, quo vero ad alios excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pȩnis, audeant, ſeu prȩſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu prȩſumat, dictos DD. inſtantes, eorumque Conventus, Eccleſias, & domos, Fratres, & Sorores contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, moleſtare, vexare, vel perturbare, aut in eos aliquam juriſdictionem ullo prȩtextu exercere, ſeu viſitare, punire, corrigere, ſeu emendare, aut de redditibus, & bonis Conventuum, Fratrum, vel Monialium prȩfatorum, aut receptis, & expoſitis (3) eorundem aliquam exigere rationem, aut quidquam innovare, ſeu attentare, ſeu innovata, & attentata proſequi in poſterum contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, per ſe, vel alium, ſeu alios, quovis prȩtextu, quȩſito colore, vel ingenio, quinimo moneatis eoſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica vobis aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pȩnis debeant, & quibuslibet Ipſorum, prout ad eos, & eorum quemlibet ſpectat, & pertinet, debeat, a quibuſvis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdem DD. Inſtantibus quomodolibet contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, & Privilegiorum (1), & exemptionum, illatis, factis, & prȩſtitis, ac ab inferendis in futurum deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſeſe abſtinuiſſe, dictiſque privilegiis, gratiis, immunitatibus, & exemptionibus quibuſcunque, ſibi per dictos Summos Pontifices conceſſis, uti, frui, potiri, & gaudere permiſiſſe, ac etiam dictis literis Apoſtolicis, & noſtris hujuſmodi monitorialibus literis in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediviſſe, deque paritione Nos certioraſſe. Alioquin prȩfatos ſic monitos, ſi in prȩmiſſis ſeſe fore gravatos ſenſerint, modo, & forma prȩmiſſis, citetis, & citare curetis, prout nos etiam citamus eoſdem, quatenus ſexageſima die poſt citationem noſtram hujuſmodi per vos eiſdem factam, immediate ſequente, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc proxime futura, compareant Romȩ in judicio coram Nobis, ſive noſtro Reverendiſs. D. Locumtenente, cauſam ſui gravaminis allegaturi, aliaſque dicturi, facturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem ſic citatos, quod ſive in dictȩ citationis termino, ut prȩmiſſum eſt, comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel R. P. D. Locumtenens noſter prȩfatus ad hujuſmodi cauſȩ deciſionem, necnon ad omnes, & ſingulos actus, & terminos judiciales, uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive, & lite non conteſtata procedemus, ſive procedet, juſtitia mediante, dictorum citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſſe prȩcipiatis, & mandetis, prout Nos etiam prȩcipimus, & mandamus, omnibus, & ſingulis DD. Judicibus Ordinariis, extraordinariis, delegatis, & commiſſariis quibuſcunque, necnon omnibus, & ſingulis in executione prȩſentium nominandis, & cognominandis. ne ſub eiſdem cenſuris, & pȩnis, audeant, ſeu prȩſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu prȩſumat, dictos inſtantes ſuper prȩmiſſis moleſtare, vexare, & perturbare, aut aliter in judicium trahere, quam coram Nobis, vel noſtro in civilibus Locumtenente, quovis prȩtextu, quȩſito colore, vel ingenio. Quod ſi ſecus fiat ultra pȩnarum prȩdictarum incurſus, id omne revocabimus, juſtitia mediante. Aſolutionem vero omnium, & ſingulorum prȩmiſſorum Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem has prȩſentes fieri, & per infraſcriptum Curiȩ noſtrȩ Notarium ſubſcribi, Sigillique Rev Camerȩ Apoſtolicȩ, quo in talibus utimur. juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romȩ ex ȩdibus noſtris anno Domini MDCXII, Indictione X, die vero XI Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli divina providentia Papȩ V. Anno ejuſdem Octavo.

Jo. Dominicus Spinula Auditor.

Antonius Palmerius Cur. Cauſarum Cam. Apoſt. Notarius.

1. *Privilegiis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo autographum, Legitur in Actis Capituli Generalis *MDCXII pag.72.*

3. *Expoſitis.*) *Expenſis.*

Anno 1614 Die 6 Junii.

Ne locorum Ordinarii viſitent (1) Confraternitates SS. Roſarii, & Nominis Dei.

CXIII.

Ex Archivo (2) Ordinis:

JOhannes Dominicus Spinola Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturȩ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papȩ Referendarius, ac Curiȩ cauſarum Camerȩ Apoſtolicȩ Generalis Auditor, Romanȩque Curiȩ Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, ac cenſurarum, tam in eadem Curia Romana, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum, quarumcunque, univerſalis, ac merus executor, ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Prȩpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus, ejuſdem Plebanis, Vi-

Vieeplebanis, Curatis, & non Curatis, necnon Clericis, Notariis, Tabellionibus publicis, quibuſcunque &c. illis &c. Salutem &c.

Pro parte, & ad inſtantiam Admodum Reverendi Patris Provincialis Provineię Calabrię inferioris, & ſuperioris, necnon RR. PP. Priorum, Fratrum, & Conventuum dictę Provincię Calabrię Ordinis Prędicatorum, fuit coram Nobis comparitum, & expoſitum, quod licet vigore Bullę Pii V Societates Sanctiſſimi Nominis Dei, necnon Sanctiſſimi Roſarii, erectę, & erigendę, ad dictos Fratres, & eorum adminiſtrationi, & gubernio ſpectent, nec ab Ordinariis locorum poſſint moleſtari, & alias prout in dictis Bullis, ſeu literis Apoſtolicis deſuper, ut moris eſt, in forma ſolita, expeditis, & in Actis, & Proceſſu Cauſę, ſi opus erit, exhibendis, & producendis, latius dicitur contineri, nihilominus, ſumpta occaſione juris viſitandi dictos Fratres in diem inquietant, & moleſtant, licet alias ſępe Sacra Congregatio Concilii declaraverit, Ordinarios non poſſe moleſtare ſupradictos Fratres, & eorum Eccleſias ratione juris viſitandi dictas Societates, & illarum Confratres, in hęc verba: Congregatio itidem Concilii, censuit Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cujuſdam Decreti ejuſdem Concilii, nullam habere facultatem quovis tempore in Monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, & cetera hujuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu Pyxidem, in qua Euchariſtię Sacramentum aſſervatur. Item Epiſcopum poſſe viſitare Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſiis Regularium exemptorum exiſtentes, non tamen eorum Capellas, vel Altaria, quę inter eaſdem Eccleſias conſiſtunt, & tamen non obſtantibus hujuſmodi Decretis Ordinarii prędicti in diem infeſtant ſupradictos inſtantes in dictis Societatibus, & Confratribus contra formam dictę Bullę Pii V. & mentem Sacrę Congregationis Concilii Tridentini, ideo ad Nos recurſum habuerunt tanquam executores literarum Apoſtolicarum, & Conſervatores, ut de opportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis pręſentibus, moneatis, & requiratis, primo, ſecundo, & tertio, & peremptorie, ut Nos etiam tenore pręſentium monemus, & requirimus omnes, & ſingulos, moleſtatores, ac ſuper pręmiſſis moleſtare, & perturbare velle ſe jactantes, in executione pręſentium nominandos, & cognominandos, ex adverſo Principales, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub quingentorum ducatorum auri applicandorum &c. mandati executivi, & excommunicationis in ſubſidium, aliiſque pęnis, debeant, & quilibet ipſorum debeat, ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, jactationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdem inſtantibus de, & ſuper pręmiſſis, & illorum occaſione, quomodolibet illatis, pręſtitis, & factis, ac ferri, comminatis, inferendiſque, & comminandis in futurum, contra formam, tenorem, & continentiam prędictarum literarum Apoſtolicarum, deſtitiſſe, ceſſaſſe, & abſtinuiſſe, ac deſiſti, ceſſari, ac abſtineri feciſſe, quodque prędictę literę ſuum ſortiantur effectum, libere ſine conditione aliqua, & impedimento, promiſiſſe, eiſdemque literis Apoſtolicis, ac pręſentibus noſtris monitorialibus literis, in omnibus, & per omnia paruiſſe, obediviſſe, & executioni demandaſſe, aliaque omnia, & ſingula, ad quę ex forma pręnarratarum literarum Apoſtolicarum tenentur, & obligantur, feciſſe, & adimpleviſſe, & ſuper pręmiſſis, cum dictus inſtans, ſi opus erit &c. coram Nobis, ſive Reverendo Bonaventura Judice a Nobis deputato, per acta infraſcripti noſtri Notarii, ad omnes actus incumbentes, etiam uſque ad ſententiam declaratoriam inſiſtiſſe, deducens propterea omne Jus, omnemque Actionem ſibi magis proficuam, & competentem, officium Judicis, & beneficium juris implorari, ac jus, & juſtitiam, ne dum pręmiſſo, ſed, & omni alio meliori modo &c. fieri, & adhiberi vidiſſe, pręſentibus paruiſſe, alioquin prędictos ſic monitos, ſi in pręmiſſis, ſe fore gravatos ſenſerint, modo, & forma pręmiſſis, & peremptorie citetis, & citari curetis, uti Nos ſic citamus, etiam per pręſentes, quatenus trigeſima die poſt pręſentium executionem juridicam, & immediate ſequenti, compareant Romę in judicio legitime coram Nobis, vel noſtro in Civilibus Locumtenente, per ſe, vel per Procuratores ſuos idoneos, & ſufficienter inſtructos, cauſam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſſe pręcipiatis, & mandetis omnibus, & ſingulis DD. Judicibus, & Commiſſariis, tam ordinariis, quam extraordinariis, quacunque auctoritate, & facultate fungentibus, & functuris, omnibuſque aliis in executione pręſentium nominandis, & cognominandis, ne ſub jam dictis pęnis audeant, & pręſumant, aut ipſorum aliquis audeat, ſeu pręſumat, dictos inſtantes ſuper pręmiſſis moleſtare, vexare, perturbare, inquietare, vel in judicium trahere, per ſe &c. quovis ſub prętextu &c. quod ſi ſecus &c. certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter pręfatus, ad pręmiſſa, & alia graviora juris, & facti remedia procedemus, juſtitia mediante, dictorum Citatorum pręſentia, vel abſentia, in aliquo non obſtante, abſolutionem vero in pręmiſſis, Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem &c. Datum Romę ex ędibus noſtris Anno Domini MDCXIV, Indictione XII, die vero VI Junii, Pontificatus SS. D. N. Pauli divina providentia PP. V Anno ejus Decimo.

M. Bonaventura.

Loco ✻ Sigilli — J. Antimus Palmerius Notarius.

Nota.

1. *Viſitent.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Conſentinoi*

Nę

Anno 1614
Die 6 Junii.

Ne Fratres Romam petant ſine facultate (1) quam Generalis duntaxat concedere poteſt.

CXIV.

Ex Archivo (2) Ordinis.

NUllos Fratres venire Superiores permittant, niſi prius a Generali duntaxat licentiam in ſcriptis impetraverint, ſi quis autem ſine hujuſmodi facultate Romam venire præſumpſerit, voce activa, & paſſiva biennio privatus exiſtat, ſubiturus, alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas, quę item omnia adverſus eos, qui ſupradictos admiſerint, & receperint ſine ulla exceptione locum habeant.

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum, Decretum hujuſmodi fel. rec. Clementis PP. VIII, in omnibus ſervandum eſſe cenſuit, & inſuper regulares, quovis modo, ad Urbem accedentes, ſi ad eorum Conventum, non vadant, carceribus eſſe mancipandos. Romę VI Junii MDCXIV.

A. M. Card. Gallus.

Loco ✠ Sigilli.

1. *Facultate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1615
Die 21 Auguſti.

De Confraternitate (1) SS. Roſarii, Epiſtola Sac. Congregationis præpoſitæ negotiis Epiſcoporum, & Regularium, ſcripta Epiſcopo Ticinenſi.

CXV.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Illuſtre, e Molto Reverendo Sig., come Fratello.

DA queſta Sagra Congregatione, e da quella del Concilio ancora più volte, è ſtato riſoluto, che le Cappelle, e gl'Altari poſti nelle Chieſe de' Regolari, ancorche fatte da qualche Confraternita de' Secolari non debano eſſere viſitati dagl'Ordinarj; Onde V.S. in virtù della lettera ſcrittali ſotto li 26 di Giugno proſſimo paſſato non può pretendere di viſitare l'Altare della Confraternita del SS. Roſario poſto nella Chieſa di codeſti Frati di San Tomaſo dell'Ordine de' Predicatori per la giuriſdizione, che in detta lettera ſi preſerva a V.S. sù la detta Confraternita, non ſi deve eſtendere alla viſita dell'Altare di quella, che così m'hanno ordinato queſti Illuſtriſſimi miei Signori, ch'io le ſcriva, e Dio la conſoli. Roma alli 21. d'Agoſto 1615.

Di V.S. come Fratello.

Il Card. Gallo.

Idem ſcriptum fuit mutatis mutandis Epiſcopo Roſſani, 15. Junii. Epiſcopo Ferrarię 17. Junii 1616. Archiepiſcopo Salerni 20. Decembris 1616. Et Epiſcopo Camerini 7. Martii 1617.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

De ſupplicatione (1) ſolemni habenda Dominico die infra Octavam Corporis Chriſti.

Anno 1615
Die 14 Novembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXVI.

Decretum Sacrę Congregationis Rituum.

Die XIV Novembris MDCXV.

SAcra Congregatio Rituum, audita relatione Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi DD. Cardinalis de Monte coram quo de mandato ejuſdem Sacrę Congregationis Rituum deducta fuerant voce, & ſcripto jura, & rationes Fratrum Prędicatorum Civitatis Piſaurenſis prætendentium, poſſe virtute literarum Clementis VIII de quibus ſupra, ampliare viam, ab illis alias electam pro Proceſſione SS. Sacramenti, facienda Dominica infra Octavam Corporis Chriſti, eadem Sacra Congregatio, audita relatione, ut ſupra, juxta formam literarum fel. record. Papę Clementis VIII, in quibus expreſſe dicitur, quod Fratres Dominicani poſſint dictam Proceſſionem SS. Sacramenti facere per vicos, plateas, & loca ab eis electa, & ſemel tantum eligenda, declaravit, dictos Fratres Dominicanos in dicta eorum Proceſſione, quam in Civitate Piſauri facere ſolent Dominica infra Octavam feſtivitatis SS. Corporis Chriſti, debere incedere per eandem viam, per quam proceſſionaliter prima vice inceſſerunt, quando dictam Proceſſionem facere inceperunt. Ita cenſuit, & declaravit, & in dicta Civitate Piſauri obſervari mandavit in futurum.

A. Maria Epiſcopus Oſtien. Card. Gallus.

Loco ✠ Sigilli.

N. Mucantius Secretarius.

Eadem Sac. Congregatio Rituum reſpondit Archiepiſcopo Brundiſii 1624. ut manutenerentur in ſua poſ-

poſſeſſione Fratres Prędicatores suę Diœceſis, circa Proceſſionem SS. Sacramenti per ipſos faciendam Dominica infra Octavam Corporis Chriſti.

1. *Supplicatione.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

2. *Archivo*,) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellinum de Electione Canonica Cap.XX pag.453.*

DECRETUM.

Quo locorum Ordinariis Regulares a confeſſionibus audiendis ſuſpendendi ratio præſcribitur (1).

Anno 1615 Die 20 Novembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXVII.

CUm Sacrę Congregationi Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Prępoſitorum innotuerit, Confeſſarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis confeſſionibus quavis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, & propterea ſępe contingere, ut ab iiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, omnibus ſimul unius Conventus confeſſariis confeſſiones audiendi facultas adimatur, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, rati vix fieri poſſe, ut hęc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re mature perpenſa, ad omnem ſcandali materiam ſummovendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt, ac decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, ad quos confeſſarios approbandi jus ſpectat, confeſſarios regulares, alias ab ipſis libere approbatos, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere poſthac minime licere, niſi ex nova cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios, confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus regularibus confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta, nullo pacto adimere poſſe. Quod quidem Decretum, ut iidem Illuſtriſs. Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent obſervari. Romę XX Novembris MDCXV.

A. Mar. Epiſc. Hoſtien. Card. Gallus.

Loco ✠ Sigilli.

V. Theatin. Secret.

1. *Præſcribitur.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VII.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar *Romæ* Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum anno MDCXV. Legitur in *Bullario Caſſinenſi Tomo II pag.537.*, & in *Bullario Carmelitano Parte II pag.372.*

Literæ Sacræ Congregationis Epiſcoporum circa acceſſum Regularium ad Monaſteria (1) Monialium.

Anno 1616 Die 31 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXVIII.

Al Veſcovo di Vicenza.

QUeſti Illuſtriſſimi miei Signori m'hanno ordinato di notificarle certi ordini più volte publicati, affinche Ella li faccia inviolabilmente oſſervare. Se V.S. averà notizia, che Frati di qualſivoglia Ordine, o Congregazione, vadano a parlare alle Monache ſenza licenza della Sagra Congregazione gli faccia incarcerare,& conſegnare a'loro Superiori per caſtigarli conforme al Decreto dell'iſteſſa Sagra Congregazione, dando ſubito avviſo quà del ſeguito. Che le Sante Reliquie, non ſi tengano a' Monaſterj, ma nelle Chieſe eſteriori, dove ſi proveda de' luoghi decenti per conſervarle ſicuramente, e con quella venerazione, che ſi deve. Che i Confeſſionarj delle Monache ſi riducano per ogni modo nelle Chieſe eſteriori, dentro a quindici giorni della ricevuta di queſta, e ſe le Monache foſſero renitenti nell'obedire, le interdica. Nelle ſtanze de' Confeſſori, così ſecolari, come regolari, non vi ſia Rota, Parlatorio, nè luogo alcuno, per il quale ſi poſſa guardar nel Monaſterio, e ſe vi ſono, ſi facciano alla ricevuta di queſta, ſubito murare a pieno. Non ſi tengano letti nelle medeme ſtanze, non dovendoſi in modo alcuno ſoffrire, che ſi dormano alcuni, nè mangino, ſe non ne' caſi permeſſi nel Decreto ſtampato, che ſi manda qui allegato.

Dovrà dunque V.S. invigilare al buon governo de' Monaſterj di queſta Città, e Dioceſi, ed all'oſſervazione di quanto ſe gl'ordina, perche eſſendo coteſte Anime commeſſe alla cura di Lei, dovrà anche darne ſtrettiſſimo conto alla M.D.E Noſtro Signore la preſervi. Da Roma alli XXXI Settembre MDCXVI Come Fratello il Card. Gallo.

Die XXIV Januarii MDCXVII.

Idemquod Vicentię, fuit ordinatum Epiſcopo Forlivii, addendo, quod parlatoria ſecularium, non habeant, unde poſſint à parte interiori, ullatenus claudi, & quod dum ſunt perſonę, in illis, maneant ita aperta, ut poſſint a tranſeuntibus videri.

Digitized by Google

Die VII Martii MDCXVII.

Idem quod ſupra fuit ordinatum Faventię, addendo, quod Fratres reperti ad *colloquendum cum* Monialibus contra formam Decreti Sixti V, duci debeant ad ſuos Superiores, qui eos *puniant juxta* Decretum, ſignificando punitionem Epiſcopo.

1. *Monaſteria.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1616 Die 20 Decembris.

Decretum ſuper ſtatu mulierum Tertii Ordinis in privatis Domibus degentium, illarumque ad habitum admiſſione (1).

CXIX.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

SAcra Congregatio Cardinalium, negotiis Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Regularium ſuper immunitate, & exemptione Tertiariarum, quę in privatis domibus degunt, vulgo *Bizzorbe*, ſeu alio quovis nomine nuncupatarum, in primis, & ante omnia in memoriam revocat ea quę Sac. Congregatio Card. Concilii Tridentini Interpretum in eandem ſententiam reſpondit, videlicet.

Sacra Congregatio Card. Concilii Tridentini Interpretum ſępius reſpondit, minime poſſe Sacerdotes regulares mulierum Tertii Ordinis, quas de Pęnitentia, vel Bizzocas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas quemadmodum nec poſſe illis Sacroſanctum Eucbariſtię Sacramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti: verum quoad ſepulturam, atque alia privilegia, Fratres Tertiarios, mantellatos, corrigiatos, alioſque ſimiles, ita demum Ordinis cujus Tertię Regulę habitum aſſumpſerunt, privilegiis potiri, & ab Ordinarii juriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter vivant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cęlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Conſtitutione Concilii Lateranen. ſub Leone X, quę habetur Seſſ. XXI in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, ſcilicet paupertatis, & obedientię nequaquam includi, quinimo hujuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, ſeu cęlibem ſimpliciter expreſſeque voverint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis privilegiis Ordinis cujus Tertię Regulę habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii juriſdictione frui debere, ut idem Leo poſtea declaravit Conſtitutione edita prima Martii 1518. An autem prędictę qualitates in hujuſmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci eſſe judicium.

Pręterea, ſi contingat aliquas ex prędictis Tertiariis ſine ſepulturę electione decedere, eas ſic decedentes, ita demum in Eccleſiis Ordinis, cujus habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur, ſin minus, in Eccleſiis Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autem Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Capuccinis exceptis) licere mulieres ad hujuſmodi habitum recipere, atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatę vitę, ac bonis moribus prędıtas, atque in ętate ſaltim quadraginta annorum conſtitutas, quę de proprio habeant unde ſufficienter vivere poſſint, & non cum aliis viris, quam cum conſanguineis, vel affinibus, in primo tantum gradu ſibi conjunctis, cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prędictis proprio examine diligenti ſibi conſtiterit.

Verum in hujuſmodi habitu concedendo, & reſpective deferendo, omnino a velo ſupra caput, quod ſuperjectum, vocant, a pectorali, quod vulgo dicitur *Sottogola*, & a patientia abſtinendum eſſe, quinimo eas que ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſę fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras eccleſiaſticas ab Ordinariis locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis vero decretis mulieres Tertii Ordinis, quę collegialiter vivunt non comprehendi, quinimo eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pii Papę V editę Romę Anno MDLXVI, IV Kal. Julii, quę incipit (*Circa Paſtoralis*) penitus ſubjacere expreſſe declarat. Non obſtantibus quicuſcunque in contrarium facientibus.

Datum Romę XX Decembris Anni MDCXVI.

Antonius Card. Saulius.

Locus ✱ Sigilli.

V. Theatinus Secret.

1. *Admiſſione.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar, *Romæ* Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *MDXIX*. Legitur in *Bullario Carmelitano Parte II pag.* 373.

De

Anno 161- Die 7 Januarii.

De confeſſionibus (1) excipiendis.

Ex Caſtellino de Electione Canonica Cap. XX pag. 460.

CXX

Decretum Sacrę Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, de SS. D. N. Pauli Papę V mandato editum.

QUoniam Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, ac Regularium prępoſitorum nuper accepit, quamplures regulares tantum facultatis, ſeu privilegii ab Apoſtolica Sede ſibi conceſſum profiteri, ut etiam a caſibus locorum Ordinariis in eorum Diœceſibus reſervatis abſque alia ipſorum Ordinariorum licentia pęnitentes abſolvere minime dubitent, nonnulloſque alios in Decreto prohibitionis abſolutionis a caſibus Sedi Apoſtolicę, vel locorum Ordinariis reſervatis die 9. Januarii 1601. felicis recordationis Clementis Papę VIII juſſu edito, necnon in declaratione illius, eodem Clemente Pontifice jubente, die 26. Novembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinariis prędictis reſervatas, minime comprehenſas aſſerere, unde fit, ut metus, quo homines a peccando coercentur, abſolutionis facilitate exoleſcat. Ideo Sacra eadem Congregatio, de S.D.N. Pauli Papę V ſpeciali mandato, vivę vocis oraculo deſuper habito, decretum hujuſmodi, illiuſque declarationem, necnon cenſuras, & pęnas, in eiſque contenta omnia, confirmanda, atque innovanda, opere pretium duxit prout per pręſentes confirmat, atque innovat, ab omnibuſque Sacerdotibus tam ſecularibus, quam regularibus, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, aut cujuſvis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter obſervari, ac inſuper, ut nulli ex Sacerdotibus prędictis, quibuſcunque privilegiis, indultis, & facultatibus ſuffulti, ab excommunicationibus, vel a caſibus eiſdem Ordinariis, vel Sedi Apoſtolicę reſervatis, tam ad forum contentioſum eorundem Ordinariorum deductis, quam non deductis, pręterquam in mortis articulo, abſolvere audeant, vel pręſumant, vel eorum aliquis audeat, vel pręſumat, ſub eiſdem cenſuris, & pęnis, eo ipſo, & abſque alia, declaratione incurrendis, mandat, ac pręcipit. Non obſtantibus omnibus quę idem Clemens VIII in Decreto, & declaratione hujuſmodi voluit non obſtare. Datum Romę VII Januarii Anni MDCXVII.

Antonius Card. Saulius,

V. Theatinus Secret.

1. *Confeſſionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*

Anno 1617 Die 7 Julii.

Superioribus Regularium non licet, ſine Capituli Generalis, aut Provincialis, conſenſu, alicui peccato in Conſtitutione Clem. Papæ VIII de caſibus reſervatis non contento, excommunicationem annectere; ejuſque abſolutionem ſibi reſervare (1).

CXXI.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CUm a nonnullis regularibus dubitaretur, an in decreto fel. rec. Clementis Papę VIII anno 1593. 26. Maii ſuper qualitate caſuum ab eorundem regularium Superioribus reſervandorum edito, cenſurę etiam comprehenderentur, itaut iiſdem Superioribus, abſque Capituli Generalis, aut Provincialis conſenſu, aliquibus peccatis, in decreto hujuſmodi non contentis, excommunicationem annectere, ejuſdemque abſolutionem ſibi reſervare, liceat. Sac. Congregatio Cardinalium negotiis regularium prępoſitorum, Illuſtriſſimo Bandino referente, cenſuras in ſupradicto decreto comprehendi cenſuit. Romę VII Julii MDCXVII.

A. Mar. Epiſc. Hoſtien. Card. Gallus.

V. Theatinus Secret.

1. *Reſervare.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Carmelitano Parte II pag.* 375.

Anno 1618 Die 15 Maii.

Indulgentia pro Valentino Cœnobio.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXII.

P A U L U S P A P A V.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Valentin., & in ea ſitam Capellam Beatę Marię de bono ſucceſſu nuncupatam, tertia Dominica Menſis Novembris, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum

concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus, dictam Eccleſiam viſitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam, conceſſerimus, pręſentes, nullę ſint. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo *Piſcatoris* die XV Maii MDCXVIII, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

Anno 1618 Die 8 Junii.

CXXIII.

Decretum Congregationis Regularium declarans Fratribus noſtris deberi præcedentiam (1) ſuper aliis.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CUm S. Dominici, necnon Carmelitarum loci Turris Gręci, Neapolitanę Diœceſis, Ordinum Regulares, ſuper jure pręcedendi in Proceſſionibus, aliiſque actibus, tum publicis, tum privatis, quod hi ex pręſcripto Conſtitutionis felicis recordationis Gregorii XIII, illi vero ex conſuetudine, eis competere pretendebant, apud Sacram Congregationem Cardinalium negotiis Regularium prępoſitorum contenderent, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, Illuſtriſſimo Camporio referente, conſuetudine hujuſmodi attenta, ſupradictis Regularibus S. Dominici, pręcedentiam competere cenſuerunt. Romę VIII Junii MDCXVIII.

A. M. Epiſcopus Oſtien. Card. Gallus.

Loco ✠ Sigilli.

1. *Præcedentiam*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar.

Anno 1619 Die 26 Januarii.

CXXIV.

Non licet locorum Ordinariis Monaſteria, & Eccleſias Regularium viſitare (1).

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 378.

Perilluſtri, & Reverendiſſimo Domino, uti Fratri, Domino Archiepiſcopo Januen.
Perilluſtris, & Reverendiſſime uti Frater.

CUm actum fuerit in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum: An liceat Amplitudini Tuę pergere in quaſi poſſeſſione Eccleſias Regularium viſitandi, Illuſtriſſimi Patres, perſpectis ſcripturis huc ab Amplitudine Tua non ita pridem delatis, cenſuerunt debere eam abſtinere ab hujuſmodi viſitatione Monaſteriorum, atque Eccleſiarum Regularium exemptorum, quibus cura animarum perſonarum ſecularium non imminet, itemque Monialium iiſdem Regularibus ſubjectarum in his, quę ad ipſarum clauſuram non pertinent. Reliquum eſt, ut Amplitudo Tua Sacrę Congregationis reſponſo prompte, quod ſuis literis pollicetur, adhęreat. Et diu valebit in Domino. Romę die XXVI Januarii MDCXIX.

Amplitudinis Tuę Perilluſtris, ac Reverendiſſimę.

Uti Frater Studioſiſſimus
Hor. Card. Lancellottus.

1. *Viſitare*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. V.*

Anno 1620 Die 8 Auguſti.

De Confraternitate (1) SS. Roſarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXXV.

JOhannes Dominicus Spinola Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę Referendarius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, & literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, Parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Vicеplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, ceteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque, illiſque, ad quos pręſentes noſtrę literę pervenerint. Salutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Pro parte, & ad inſtantiam Admodum Reverendorum Priorum, & Fratrum Conventuum, & Monaſteriorum Ordinis Prędicatorum, in Regno Caſtellę, tam conjunctim, quam diviſim, & alias omni meliori modo principalium exponentium, primo, ipſos vigore privilegiorum, & indultorum, per diverſos Summos Pontifices ipſis, dictęque eorum Religioni, conceſſorum, fuiſſe, & eſſe ab omni, & quacunque juriſdictione locorum Ordinarii, ſive Ordinariorum, liberos, immunes, & exemptos, & ſoli Sanctę Sedi Apoſtolicę immediate ſubjectos, & ſucceſſive exponentium, ipſos vigore ſimilium privilegiorum, Brevium, & Indultorum per felicis recor-

recordationis Pium Papam V, & alios Summos Pontifices pręcipue ſuper erectione Venerabilis Societatis Sanctiſsimi Roſarii ſimiliter conceſſorum, & alias de antiqua, & laudabili conſuetudine fuiſſe, & eſſe in pacifica, & qnieta poſſeſsione, vel quaſi, faciendi, ſuis congruis loco, & temporibus, Proceſsionem, ſive Proceſsiones ejuſdem Sanctiſsimi Roſarii abſque alicujus impedimento. Nihilominus quidam Curati, ſive Parochi, & forſan alii in executione pręſentium nominandi, & cognominandi, neſcitur, qno jure ſuffulti, in dictis Proceſsionibus ſeſe intromittere volentes, cum eorum Cruce pręcedere in eiſdem Proceſsionibus contra tenorem, & formam ſupradictarum Conſtitutionum, Brevium, & Indultorum, necnon antiquiſsimę, & immemorabilis conſuetudinis ad ſavorem ejuſdem Ordinis Prędicatornm, ac alias diverſimode, pręmiſſorum occaſione, ipſos inſtantes moleſtare, & impedire, ſeſe velle jactarunt, & jactant, & forſan adhuc moleſtarunt, & impedierunt, moleſtantque, & impediant de pręſenti, contra omne juris debitum, ac contra formam dictorum privilegiorum, ac in grave damnum, & pręjudicium eorundem Dominorum inſtantinm, illorumque jurium, & ſeu alias, prout latius in actis, ac in proceſſu cauſę, & cauſarum hujuſmodi, ſi, & cum opus fuerit, demonſtrabitur, & verificabitnr, inſtanter, & debite requiſiti, tenore pręſentium, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis committimus, & in virtute ſanctę obedientię mandamus, quatenus ſtatim, requiſiti, ſeu aliquis veſtrum requiſitus ſuerit, moneatis, & requiratis primo, ſecundo, tertio, & peremptorie, prout Nos monemus, & requirimus per pręſentes pręnominatos Reverendos Dominos Curatos, & Parocbos Regni Caſtellę, ex adverſo principales, omneſque alios, & ſingulos, in executione pręſentium nominandos, & cognominandos, eiſdemque ſic monitis, & requiſitis pręcipiatis, & mandetis, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino in canonica monitione aſſignetis, prout nos aſſignamus. Eiſdem per pręſentes ſub his mille ducatorum auri de Camera, locis piis arbitrio noſtro applicandorum, ac pro illis mandati executivi, ac in juris ſubſidium excommunicationis, ac ſuſpenſionis a divinis, & interdicti eccleſiaſtici, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, etiam in pręfatis Apoſtolicis literis comprehenſis, debeant, & ipſorum quilibet reſpective debeat, eoſdem inſtantes in ſua pacifica, & quieta, ac antiqua poſſeſſione, vel qnaſi, proceſſionem. & proceſſiones Sanctiſſimi Roſarii indictas, & ſtatutas, ſuis loco, & tempore, ac juxta antiquam, & laudabilem conſuetndinem babendi, & faciendi, aliaſque, & alia in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu qnomodolibet opportuna fieri, & exerceri ſolita, & conſueta faciendi, & exercendi, omni meliori modo manutenniſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, manutenerique, deſendi, & conſervari feciſſe, vidiſſe, & audiviſſe, dictaſque literas, Privilegia, Brevia, & Indulta Apoſtolica in omnibus, & per omnia juxta illarum continentiam obſervaſſe, adimpleviſſe, ac debitę executioni demandaſſe, ac per alios obſervari feciſſe, & euraſſe, & quod ſnum plenarium, & integrum ſortiantur effectum, libere permiſiſſe, & ſic ab omnibus, & quibuſcunque moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, jactationibus, & impedimentis quibuſcunque, de, & ſuper pręmiſſis, vel alias quomodolibet, pręmiſſorum oceaſione, pręſtitis, illatis, & ſactis, fierique, & inferri comminatis, ac inferendis in futurum, deſtitiſſe, ceſſaſſe penitns, & abſtinuiſſe, ac abſtineri feciſſe, nnllamque moleſtiam, & impedimentum dediſſe, nec intuliſſe. Immo ſi quid in pręmiſſis pętendunt, aut eorum aliquis pręendit, id totum eoram Nobis, & non alibi deduxiſſe, jurique ſtetiſſe, ac de pręenſionibus ſuis maxime circa delationem Crucis, & pręcedentiam Parochi, de quibus ſupra, legitime docuiſſe, aut ipſos Dominos inſtantes ab hujuſmodi moleſtiis, & jactationibus abſolvi, & liberari, ipſiſque adverſariis perpetuum ſilentium deſuper imponi, aliaſque & alia in pręmiſsis neceſſaria quomodolibet opportuna dici, & fieri vidiſſe, & audiviſſe, mandatumque, ſive mandata, de manutenendo, & obſervando, & executivum reſpective, & aliud quodcunque neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, necnon eiſdem inſtantibus, qui deducunt omnem actionem ſibi quomodolibet competentem, jus, & juſtitiam, non ſolum pręmiſſo, ſed omni alio meliori modo miniſtrari vidiſſe, & audiviſſe, dictiſque Apoſtolicis, ac pręſentibus monitorialibus literis in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediviſſe realiter, & cum effectu. Et inſuper inhibeatis eiſdem ſic monitis, & monendis, univerſiſque, & ſingulis Dominis Judicibus, Commiſſarlis, Delegatis, & Subdelegatis, omnibuſque, & aliis &c. ne viſis, & receptis pręſentibus, ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pęnis, audeant, ſeu pręſumant, nec eorum aliquis andeat, ſeu pręſumat eoſdem inſtantes ſuper dictis Proceſsionibus, ac illas, ſuis debitis loco, & tempore, habendi, & faciendi, antiqua poſſeſsione, vel quaſi, nec alias qnomodolibet pręmiſſorum occaſione in partibus, nec alibi pręterquam coram Nobis moleſtare, inquietare, nec impedire, nec dictis Apoſtolicis, ac pręſentibus monitorialibus literis contravenire, nec moleſtari, aut impediri, neque contraveniri facere, nec aliud quicquam attentare, ſeu innovare, per ſe, ſeu alios, quovis ſub pręextu, ingenio, vel qnęſito colore. Alioquin eoſdem ſic monitos, & monendos, & ſi in pręmiſsis ſeſe fore gravatos ſenſerint, peremptorie citetis, prout Nos eoſdem citamus per pręſentes, quatenus ſexageſima die poſt pręſentium executionem, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin prima die jnridica, tunc immediate ſequenti, compareant Romę in judicio coram Nobis, cauſam eorum gravaminis allegaturi, & juſtitię complementum conſequnturi. Certificantes eoſdem, quod ſive in dicto termino comparuerint, ſive non, nihilominus ad ulteriora procedetur, juſtitia mediante. Abſolutionem pręmiſſorum &c. Nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem &c. Datum Romę ex ędibus noſtris Anno a Nativitate Domini Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo. Indictione tertia, die vero octava Menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli divina providentia Papę V. Anno Decimoſexto.

Lucas Antonius Virilis Locumtenens.

Loco ✠ Sigilli pendentis.

Dominicus Amadeus cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę Notarius.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

GRE-

GREGORIUS XV.

Ab Anno MDCXXI die IX Februarii, ad VIII Julii MDCXXIII. Vide *Tom. VI hujus Bullarii pag. 1.*

Anno 1621
Die 23 Maii.

XVIII.

De electione (1) canonica.

Ex Caſtellino de Electione Canonica Cap. XVII.

Die XXIII Maii MDCXXI.

Illuſtriſsimi, e Reverendiſsimi Signori.

SI deſidera ſapere dalle Signorie Voſtre Illuſtriſsime, e Reverendiſsime, ſe nell'elezzione delle Priore o delle Badeſſe de Monaſterj di Monache, maſsime in caſo di diviſione tra le Monache, alle quali compete l'eleggere la Priora, o Badeſſa, poſſano i Superiori di quelle, e gli Scrutatori dare il voto loro in ſimile elezione pro bono pacis del Monaſtero. Ed in caſo paſsi in elezione alcuna di quelle Madri in virtù de voti dati dal Superiore, o Scrutatori, ſe l'elezione ſia buona, e legitima, sì, o nò, che il tutto ſi riceverà per grazia particolare dalle Signorie VV. Illuſtriſsime. Quas Deus &c.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum cenſuit. Neqnaquam licere Monialium Superioribus, aut Scrutatoribus, dare votum in electione Abbatiſſę, atque electionem in vim hujuſmodi voti celebratam vires aliquas non obtinere.

B. Cardinalis Ubaldinus.

1. *Electione.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

Anno 1621
Die 7 Junii.

XIX.

Indulgentia pro feſto S. Ægidii (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XV.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtis Eccleſię theſauris pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam domus Fratrum Ordinis Prędicatorum loci de Sanctarem Ulyxponen. Diœceſis, & in ea ſitam Capellam Sancti Ægidii die feſto ejuſdem Sancti Ægidii a primis veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus, aliam aliquam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſimus, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Junii MDCXXI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Ægidii.*) De quo dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellinum De certitudine Glorię Sanctorum pag. 484.*

Anno 1621
Die 20 Septembris.
XX.

De Conſervatoribus (1) eligendis.

Ex Bullario Romano Conſt. IX.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Gregorius divina providentia Papa XV ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum moventibus, & de voto Venerabilium Fratrum ſuorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, partim felicis recordationis Clementis Papę VIII (a) Prędeceſſoris ſui veſtigiis inhęrendo, revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit, omnes, & quaſcunque Judicum Conſervatorum electiones, nominationes, ſeu deputationes, tam in vim literarum conſervatoriarum, juxta formam in quinterno Cancellarię deſcriptam, quam in vim quorumcunque privilegiorum perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeu alias quocunque jure, vel titulo, hactenus factas, pro quibuſcunque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Johannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis quibuſvis piis, tam ſecularibus, quam cujuſvis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti, vel Societatis Regularibus, locis, quantumvis exemptis, etiam de neceſſitate exprimendis, ſeu illorum perſonis, cujuſvis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant. In futurum vero Sanctitas Sua hac generali, & perpetuo valitura

Conſ-

Conſtitutione ſtatuit, & decrevit, ut Judices Conſervatores hujuſmodi, ſive principales, ſive ſubrogati, eligi, nominsri, aut deputari non poſſint, niſi non ſolum habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis recordationis Boniſatii Papę VIII, etiam Prędeceſſoris ſui, quę incipit: *Statutum* (3); itaut vel dignitate eccleſiaſtica prędíti, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant, ſed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxta Decretum Concilii prędicti, Judices electi, ſeu deſignati ſint. Quodque deinceps literę conſervatorię per Sedem Apoſtolicam concedendę ſupraſcriptis tantum dirigantur, & ſiquę literę aliter expedientur, illę, ac deputationes hujuſmodi, omniaque exinde ſequenda, nullius ſint roboris, vel momenti. Et nihilominus, qui ſecus, quam juxta formsm ſuperius pręſcriptam, Conſervatores hujuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis uti auſi fuerint, Regulares quidem voce activa, & paſsiva, ſint, ipſo jure, privati, adeo ut habilitationem a nemine, pręterquam a Romano Pontifice conſequi valeant, reliqui vero aliis pęnis arbitrio Sanctitatis Suę coerceantur, & prędictorum omnium Conventus, Monaſteria, ac loca hujuſmodi, eorumque perſonę, ac bona careant Conſervatore ad annum, itaut illorum cauſę interea coram locorum Ordinariis duntaxat cognoſci, ac definiri debeant. Ceterum, ut latius pateat Conſervatorum hujuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas Sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœceſanis, quamplures perſonas ex habentibus qualitates in prędicta Conſtitutione ejuſdem Boniſatii Prędeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas, deſignari procurent, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum Conſilio Capituli alium in ejus locum uſque ad futuram Provincialem, aut Diœceſanam Synodum. Inſuper Sanctitas Sua, inhęrendo hac in parte Decreto ſimilis recordationis Gregorii Papę XIII, etism Prędeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinavit, ut Regulares, ac perſonę hujuſmodi in Italia infra duos, extra Italiam vero, infra ſex Menſes a die publicationis in Urbe pręſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere, ſeu aſſumere Conſervatores juxta formam ſuperius propoſitam. Ejuſque electionis, ſeu aſſumptionis documentum infra tempus hujuſmodi penes Acta Curię Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur, alioquin, eo termino elapſo, quandiu Conſervatores ſecundum formam pręſentis Conſtitutionis non elegerint, coram eiſdem Ordinariis conveniantur. Quodque Conſervatores hujuſmodi ſemel legitime deputati, niſi ex legitima cauſa, a Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinariis, prout iiſdem Regularibus, & aliis ſupradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio a die deputationis, amoveri, aut mutari nullatenus poſsint, aut valeant. Ad hęc, ſtatuit Sanctitas Sua, ut coram ipſis Conſervatoribus, Regulares, ac perſonę ſupraſcriptę conveniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios convenire, aut trahere non poſsint, itaut memorati Conſervatores in Cauſis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorſus juriſdictionem habeant, ſed in iis tantum, in quibus rei extiterint, neque extra Civitates, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcunque procedere pręſumant. Si qua vero inter Judices Conſervatores hujuſmodi, & locorum Ordinarios controverſia ſuper competentia juriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos ſuper juriſdictionis competentia fuerit judicatum. Quod ſi qui Conſervatores, ſive in hac parte, ſive alias quomodolibet ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio Conſervatoris hujuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quę hoc fieri procuraverit, ſententiam excommunicationis incurrat, juxta formam alterius Conſtitutionis ejuſdem Boniſatii Prędeceſſoris, quę incipit: *Hac Conſtitutione* (4), quam Sanctitas Sua in omnibus, quę pręſenti Conſtitutioni non adverſantur, innovavit, & innovat. Per hoc tamen non intendit Sanctitas ſua prohibere, quominus Regulares, & alii ſupradicti in caſibus a jure permiſſis petant Judicem non ſuſpectum a Principibus, ſeu Magiſtratibus ſecularibus, dum tamen hęc tria copulative concurrant, videlicet, ut Regulares, & alii prędicti ſint Actores, non autem rei, utque agant contra laicum, non autem contra eccleſiaſticum, vel alias a juriſdictione ſeculari exemptum, atque ut cauſa, in qua Judex deputatur, fuerit profana, non autem eccleſiaſtica, & in ea juxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, ut pręfertur, eligendus, Judex competens exiſtat. Quę omnia, & ſingula in pręſenti Conſtitutione contenta Sanctitas Sua voluit inviolabiliter obſervari, decernens ſic in iis, ceteriſque omnibus pręmiſſis per quoſcunque &c., etiam Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ſublata &c. judicari &c. necnon irritum, & inane &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis conſervatoriis, quas omnes ad formam pręſentis Conſtitutionis reduxit, in favorem quorumcunque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Johannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujuſvis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac piorum quorumcunque tam ſecularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla Aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quibus quoad ea, quę pręſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum, ut pręſens Conſtitutio facilius omnibus innoteſcat, Sanctitas Sua voluit, & mandavit, ut non ſolum in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Florę publicetur, illiuſque exempla in iiſdem locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellarię inter Conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.

Pla-

Placet, publicetur, & deſcribatur A. (5)

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitutio in Cancellaria Apoſtolica ab altero ex R. P. D. Majoris Pręſidentię Abbreviatoribus die XX Menſis Septembris Anno Incarnationis Dominicę MDCXXI, Pontificatus vero prelibati Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Gregorii Papę XV Anno Primo. Et poſtmodum die, & Anno ſupradictis in quinterno ejuſdem Cancellarię inter alias Conſtitutiones Apoſtolicas deſcripta, & annotata fuit.

Nicolaus *Urſinus Procuſtos*.

In Dei nomine Amen. Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti MDCXXI. Indictione quarta, die vero XX Septembris, Pontificatus vero Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Gregoriii divina providentia Papa XV, Anno Primo, retroſcripta Conſtitutio Apoſtolica, affixa, & publicata fuit in valvis Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Florę per me Auguſtinum Braccherium Apoſtolicum Curſorem. Octavianus Spada Magiſter Curſorum.

Sequitur aliquod dubium ſuper iſta Conſtitutione exortum, cum ſua declaratione.

In Conſtitutione de Conſervatoribus, edita a ſanctę memorię Gregorio XV, ex ſententia Sacrę Congregationis Concilii, inter cetera ſtatutum eſt, ut coram Conſervatoribus regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios convenire, aut trahere non poſſint, itaut memorati Conſervatores in cauſis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorſus jurisdictionem habeant, ſed in iis tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc. An per hęc verba ſublata ſit facultas, quam habent Conſervatores defendendi regulares, & alios a manifeſtis injuriis, & violentiis, quę illis de facto inferuntur, dum a ſuis poſſeſſionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, & frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum cenſuit, ejuſmodi verbis minime ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſervatores defendendi Regulares a manifeſtis injuriis, ac violentiis, dummodo obſervent formam pręſcriptam Conſtitutionibus Innocentii IV, & Bonifatii VIII relatis in Cap. I, & fin. de officiis deleg. in 6.

C. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Sacrę Congregationis Secretarius.

1. *Conſervatoribus*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*
2. *Clementis Papę VIII.*) Conſtitutione CXVIII data XIX Martii MDXCII. Legitur hoc in volumine pag. 214.
3. *Statutum*.) Legitur in ſexto Decretalium.
4. *Hac Conſtitutione*.) Legitur ibidem.
5. *A.*) *Alexander*, ſic enim *Gregorius XV* ante Pontificatum vocabatur.

Anno 1621 Die . . . .

Ut Fratres Mendicantes ſtipem cogere poſſint.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XXI.

Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini.

GEnerales Procuratores Ordinum Mendicantium, conqueruntur, quod Fratres eorum, a nonnullis Epiſcopis, & locorum Ordinariis interpellantur, quominus eleemoſynas quęrant in ipſamet Dięceſi, ubi quis illorum Conventus exiſtit, inſuper aliqui ex ipſis, etiam prohibent, quin iidem Fratres, eleemoſynas in ſua Dięceſi extra Conventus locorum, niſi per quinque, aut ſex miliaria petant.

Cum autem id privilegiis Apoſtolicis adverſari videatur, cedatque in grave Religionum detrimentum, ſupplicant iidem Procuratores, ut declaretur. An hęc fieri poſſint ab Epiſcopis, nec ne?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cenſuit, Fratres Ordinum Mendicantium, nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quominus per ſe ipſos, in Dięceſibus, ubi habent Conventus, eleemoſynas quęrant, ſed tantum ſi extra loca, ubi Monaſteria exiſtant, quęritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere.

R. Card. Ubaldinus.

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Concilii Secret.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex alio typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſo Romæ Anno MDCXXI.

Anno 1622 Die 19 Aprilis.

Indulgentia pro Cœnobio Valentino.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XXII.

GREGORIUS PAPA XV.

Univerſis Chriſt fidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam Domus Ordinis Fratrum Prędicatorum Civitatis Valentin., necnon in ea ſitam Capellam, ſeu Altare Sancti Eraſmi, die feſto pręfati Sancti Eraſmi, a primis veſperis uſque ad occa-

occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, duraturam conceſſerimus, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIX Aprilis MDCXXII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

Decretum Congregationis Rituum approbans Miſſam Sanctiſſimi Roſarii (1) pro Fratribus noſtris.

Anno 1622 Die 25 Junii.

XXIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

MIſſam hanc Sacratiſſimi Roſarii quam pię fidelium mentes Sac. Rituum Congregationi examinandam nuper exhibuere, eadem Congregatio, viſis SS. Pontificum privilegiis Ordini Patrum Prędicatorum conceſſis, referente Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, Regularibus dicti Ordinis omnino permittendam eſſe cenſuit, dum tamen per hoc Indulgentias, quę in fine recenſentur, quouſque de iis legitime conſtet, non cenſeatur approbare, ſecularibus vero, niſi aliud appareat, non eſſe interim permittendam, atque ita decretum eſt die XXV Junii MDCXXII.

Franciſcus Maria Card. a Monte.

Jo. Bap. Rinucci Secret.

1. *SS. Roſarii.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Huc ſpectat ſequens inſtrumentum.

DI FUORI.

Illuſtriſſimo D. Secretario S. C. Rituum MDCXXII.

PRO

Miſſa Sanctiſſimi Roſarii.

DI DENTRO.

LA Meſſa del Santiſſimo Roſario è ſtata anticamente, e modernamente approvata dalla Santa Sede Apoſtolica, ed ultimamente del MDCI per ordine ſpeciale di Clemente VIII è ſtata eſaminata, e corrette alcune parole della prima Colletta dal Cardinal Baronio a ciò deſtinato da ſua Beatitudine come appariſce dal Breve dell'iſteſſo Clemente ſpedito a' due d'Aprile MDCII, nel quale ſi fa menzione dell'approvazione delle Meſſe frà le quali vi è quella del Santiſſimo Roſario, che ſi contengono nel Meſſale ſecondo il Rito de' Predicatori ridotto alla forma del Meſſale Romano ſolamente quanto all'Evangelj, ed Epiſtole, il che anco approvò Giulio III.

Della quale approvazione di Giulio III ſe ne fà menzione ſpeciale nel ſudetto Breve di Clemente VIII.

Le quali approvazioni vengono confermate de verbo ad verbum da Paolo V con un ſuo Breve ſpeciale ſub Annulo Piſcatoris ſpedito ſotto li XX di Gennaro MDCVIII.

Li quali Brevi ſono ſtati viſti inſieme con la Meſſa del Santiſſimo Roſario, che nelli Meſſali dell'Ordine de' Predicatori ſi trova, e bene eſaminate dall'Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Signori Cardinal Creſcenzio, e Sacrati per ordine della Sagra Congregazione de' Riti.

Quali hanno ritrovato in alcune poche coſe differente la Meſſa ſudetta ſtampata nelli Meſſali de' Frati Predicatori da quella ſtampata in Venezia in un foglio ſeparato, della quale per queſto s'intende ſi ſervono i Preti ſenza però ſaputa, nè conceſſione alcuna della Religione di S. Domenico.

La Religion di San Domenico, ſe ben per via di communicazione fatta da molti Sommi Pontefici Sisto IV, Leone X, Clemente VII, Paolo III, e Giulio III partecipa il privilegio conceſſo da Aleſandro IV, e Sixto IV alli Frati Minori, quale è ut in Miſſis Spiritus Sancti, & Virginis Marię Gloria in excelſis Deo dici poſſit non obſtante ſtatuto generali: non dimeno nella riforma delle Meſſe del Meſſale del ſudett'Ordine de' Predicatori fatta come di ſopra vi è la Rubrica, che Gloria in excelſis dicatur ſi regulariter dicatur.

Quanto poi al privilegio della liberazione d'un'Anima dal Purgatorio s'aſpetta l'autentico di Cremona, dove dicono trovarſi nel Convento de' Frati Predicatori del quale ſe ne farà eſibizione, come ſi è fatto delle coſe ſopradette.

Fidem facio qualiter ſupraſcripta ſcriptura reperitur in Archivo Sacrorum Rituum Congregationis inter alias datas Anno MDCXXII, & MDCXXIII, & facta collatione concordat, in fidem &c. Hac die X Januarii MDCLXIV.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congr. Secr.

Anno 1622 Die 22 Septembris.

De Feſto B. Jacobi Salomonii (1) in univerſo Prædicatorum Ordine celebrando.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XXIV.

Forolivien. XVII Septembris MDCXXII.

PRopoſita in Saera Rituum Congregatione, Sereniſſimę Reipublieę Venetę, unaque totius Ordinis Prędieatorum petitione, qua B. Jacobi Salomonii feſtivitatem, quę fel. record. Clementis VII primum, ac deinde Julii III conceſſione, in Civitatę Forolivien. nuper vero ex indulto Pauli Papę V, ae voto ejusdem Congregationis, Venetiis quoque celebratur, in omnibus eorundem Fratrum Eceleſiis, ae Provineiis eelebrari poſſe ſupplicabant. Eadem Congregatio, votum Illuſtriſſimi Cardinalis Saerati, referentis, amplexata, petitum indultum, ſi S.D.N. placuerit, cenſuit concedendum. Deeere ſcilicet arbitrati ſunt Illuſtriſſimi Patres, iis qui vitę ſanctitatem longa temporis diuturnitate comprobarunt, non in ſolo natali, vel iis in locis duntaxat, ubi corpora eorum aſſervantur, ſed etiam ubique ab omnibus, qui idem cum iis profitentur inſtitutum, venerationem deberi. Idem vero ſanctiſſimus, audita Saerę Congregationis in B. Virum propenſione, pręſens indultum Apoſtolieo Beneplacito roboravit, die XXII Septembris MDCXXII.

Franeiſcus Maria Card. a Monte.

Loco ✱ ſigilli.

Jo: B. Rinuee. Secretarius.

1. *B. Jacobi Salomonii.*) De quo ſæpius dictum fuit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.. Legitur apud *Caſtellinum de Canonizatione Sanctorum Cap. II pag.* 142.

URBANUS VIII.

Ab Anno MDCXXIII die VI Auguſti, ad XXIX Julii MDCXLIV. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag.* 25.

Anno 1623 Die 16 Octobris.

De ſtudio (1) linguarum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXII.

QUoniam a Coneilii Viennenſis celebratione uſque ad initia Pontificatus fel: ree: Pauli PP. V experientia comprobavit, linguarum ſtudia, aut non fuiſſe ab iis, quibus pręceptum fuerat, inſtituta, aut poſt inſtitutionem paulatim neglecta, omnino periiſſe. Et noviſſime hoc idem compertum eſt, ex iis, quę poſt ejusdem Pauli Conſtitutionem, & S. Congregationis de Propaganda Fide, Deereta contigere. Eadem S. Congregatio dolens, opus ad animarum ſalutem neceſſarium, tam facile negligi, pręſertim ab iis, qui ad illam procurandam fuere a Sanctis Regularium Ordinum Fundatoribus deſtinatis cupienſque Coneilium, Conſtitutionem, ac Deereta prędicta executioni demandari, ut Evangelicos operarios, linguis inſtructos habeat ad meſſem Domini ampliſſimam opportune mittendos, pręſenti Decreto de ſpeeiali S.D.N. Urbani VIII, mandato, iterum Regularium, & cujusvis inſtituti, Societatum, & Congregationum Generalibus, ae aliis Superioribus pręeipit, ut linguarum, videlicet Hebraicę, Gręcę literalis, & vulgaris, Arabieę, Chaldaieę, & Illyricę ſtudia inſtituant, inſtitutaque conſervent, & ubi fieri poterit, ampliora efficiant, alioquin ſi poſt ſpatium trium Menſium, in Monaſteriis, & Conventibus Almę Urbis, & ſex eitra Montes, & octo ultra Montes, a die publieationis hujus Deereti inchoandum, in Monaſteriis, & Conventibus earum Civitatum, in quibus eelebriora gymnaſia, ſeu Univerſitates, conſtitutę ſunt, videlicet Bononie, Patavii, Pariſiis, Tholoſę, Valentię, Viennę Auſtrie, Ingolſtadii, Colonię, Lovanii, Salamanticę, & Compluti, & denique in iis in quibus generalia, & inſigniora Regularium Studia erecta ſunt, mandatum hoc non impleverint, in ejuſque obſervatione non perſeveraverint, ſi Generales fuerint, eo ipſo ſuſpenſionem a Divinis, Sedi Apoſtolicę reſervatam, incurrant. Et ſi per tantundem temporis ab executione hujus mandati, deſtiterint, ipſo Jure, & facto, etiam ab Officio ſuſpenſi exiſtant, & interim officium ipſum a Procuratoribus Generalibus, ad Summi Pontificis, ae ejusdem Sedis beneplacitum adminiſtretur. Si vero Generalibus inferiores Pręlati in adimplendo hoc mandato negligentes, ut ſupra, fuerint, primo ſuſpenſionem a Divinis, ut pręfertur, reſervatam, deinde pęnam inhabilitatis ad Majores Religionis gradus, & dignitates eo ipſo ineurrant, a qua inhabilitate, nonniſi per Sedem Apoſtolicam abſolvi poſſint. Verum quia non ſatis eſt, Superiores Regularium, ſuum in hac re preſtare officium, ſi qui linguis ſtudere debent, opus hoc vere pium detrectent, & negligant, eadem Saera Congregatio de ejuſdem Sanctiſſimi ſpeciali mandato pręcipit, ne elapſo triennio, ab inſtitutis linguarum ſtudiis inchoando, regulares, qui tunc non excedent quadragesimum ętatis annum, ae illi, qui in poſterum perpetuis, & futuris temporibus ad Religionum in quacunque ętate recipientur, ad Magiſteria, vel alios gradus ſuarum Religionum, ſeu, ubi non ſunt Magiſteria, & gradus, ad dignitates a Superioribus eorum admit

admmittantur, niſi ultra conſuetum Theologię ſtudium, & alia ab earundem ſuarum Religionum Conſtitutionibus requiſita, etiam per biennium, uni ſaltem ex prędictis linguis operam dederint, eamque ſufficienter calluerint, ſuper qua a perſona per Congregationem deputanda, examinari debeant, priuſquam ad ea, eos, eaſve aſſumantur. Quod ſi contra pręſenti decreti diſpoſitionem ad Magiſteria, ſeu gradus, vel dignitates prędicta admiſſi fuerint, Magiſteriorum, ſeu graduum, vel dignitatum prędictarum collatio nulla ſit, & Superiores, qui tranſgreſſi fuerint, paſſiva voce ſint perpetuo privati. Quoniam autem multi pręmio magis ad virtutes incitantur, quam pęnis, eadem Sacra Congregatio mandavit, Regulares, qui linguis ſtudebunt, iis potiri, & frui privilegiis, quibus Sac. Theologię candidati, in ſua quiſque Religione, potiuntur, & gaudent. Eos vero, qui per biennium, uni ex prędictis linguis operam dederint, eamque ſufficienter experimento, ut ſupra, facto, calluerint, ad gradus, ſeu Magiſteria, juxta conſtitutum in ſua Religione Ordinem promoveri, & in electionibus ad officia, & dignitates regulares, ceteris paribus, juxta dicti Pauli V Conſtitutionem, aliis omnino pręferri, alioquin electio ante facta irritetur. Ceterum ne decretum boc vetuſtas unquam infringat, aut oblivio aboleat, ejuſque ignorantiam quiſquam prętendere poſſit, eadem Congregatio de ejuſdem Sanctiſſimi ſimili mandato pręcipit, ut in ſingulis Capitulis Generalibus, & Provincialibus, quę in poſterum convocabuntur, illud legatur, & ſuper ejus obſervatione a Generalibus, & Provincialibus ante ſoluta Capitula juretur ſub pęna privationis vocis activę, & paſſivę, ſi alterutrum horum omittatur, ipſo facto incurreoda. Non obſtantibus Conſtitutionibus, ac Ordinationibus Apoſtolicis quibuſcunque, privilegiis, indultis, etiam marimagno, vel alias quomodolibet nuncupatis, univerſitatibus, Collegiis Congregationibus, vel perſonis, tam ſecularibus, quam regularibus quibuſcunque, & cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, aut conſiſtorialiter, vel alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & ſępius innovatis, etiamſi de ipſis in ſpecie, vel in individuo eſſet facienda mentio, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam legitime pręſcriptis, ſeu immemorabilibus, ceteriſque pręſenti decreto contrariis, quibus de plenitudine poteſtatis derogatum eſſe intendit. Hujus autem decreti exempla Romę, vel alibi impreſſa, manu Secretarii Congregationis, vel alicujus Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę obſignata, tam ubique locorum, & gentium fidem faciant, quam originale ipſum, ſi eſſet particulariter exhibitum, vel oſtenſum. Datum Romę die XVI Octobris MDCXXIII.

1. *Stadio.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Caſſinenſi T.I Conſt. CCXCI pag.306.*

De rebus Regularium non alienandis (1).

Anno 1624 Die 7 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXIII.

SAcra Congregatio Concilii Tridentini Interpretum, rerum experimento edocta, quantum Religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebro faciunt Regulares, Apoſtolicis privilegiis innixi, ac proinde opere pretium putans, illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere, ſpeciali Sanctiſſimi Domini noſtri juſſu, Generalibus, & Provincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuſcunque aliis Superioribus Regularibus cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Inſtituti infra fines Europę exiſtentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretioſorum mobilium alienationem, omneque pactum per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, conceſſionem in feudum, vel emphytheuſim, pręterquam in caſibus a jure permiſſis, fieri perpetuo prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Congregationis Concilii expreſſa licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pęna privationis omnium officiorum, quę tunc obtinebunt, vociſque activę, & paſſivę, ac perpetuę inbabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quam ipſo facto abſque alia declaratione incurrant, ſublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate, pęnis nihilominus Apoſtolicarum Conſtitutionum, & pręſertim felicis recordationis Pauli II, quę incipit: *Ambitioſę*, in ſuo robore permanſuris. Alienationes vero, pacta, cenſus, hypothecas, locationes, conductiones, & conceſſiones quaſcunque, contra hujuſmodi prohibitionem faciendas, Sanctitatis Suę auctoritate, ipſo jure nullas atque irritas decernit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque Perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Jo. Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujuſvis alterius inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcunque, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ac formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, & aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet: tenores hujuſmodi pręſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quę pręſenti Decreto, ac probibitioni adverſantur, illis alias in

ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe, Sanctitatis Suę auctoritate, derogat, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum (3) Romę die VII Septembris MDCXXIV.

Coſmus Card. de Torres.

Loco ✠ Sigilli.

Proſper Fagnanns Sac. Cong. Secretarius.

1. *Alienandis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Carmelitano Parte II pag.409.*

3. *Datum.*) Huc ſpectat ſequens Decretum.

Dub. An prohibitione nnper edita de rebus Regularinm non alienandis comprehendatur hypotheca generalis, nec ne?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum cenſuit non comprebendi.

Coſmus Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Secret.

Anno 1624 Die 21 Septembris.

CXXIV.

Decreta Sac. Congregationis Concilii de Regularibus Apoſtatis, & Ejectis (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

Innovat Decreta Clementis VIII.

Uno excepto circa Novicios.

Nullus Regularis tranſeat ad Religionem arctiorem ſine licentia Superioris.

Apoſtatæ carceri mancipentur.

Quandonam sbſolvendi.

Incorrigibiles tantum ejici pnſſunt a Religionibus.

Sacra Congregatio Cardinalium, Coneilii Tridentini Interpretum, Regularium ejectorum, fugitivorum ſtatui conſulere, illorumque ſcandala ſubmovere, & ſuccreſcentem numerum frangere, opere pretium exiſtimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentiſſime perpenſa, communicato etiam conſilio cum S.D.N. Urbano VIII, atque ex peculiari Sanctitatis Suę facultate, infraſcripta Decreta edidit. Ac primo, ut inſecta ſemina e quibus pravi ejuſmodi fructus potiſſimum prodeunt, deinceps ne ſerantur in vinea Domini, cenſuit eſſe innovandas, & Sanctiſſimi auctoritate innovat Conſtitutiones, & Decreta San.Mem. Clementis VIII ad Regularium reformationem, ac Noviciorum receptionem, profeſſionem, atque inſtitutionem ſpectantia, diſtricteque pręcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exacte obſervent, atque, ut obſerventur, efficiant, ſub pęnis ſtatutis in eiſdem Conſtitutionibus. A quibus tamen excipiendum cenſuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conventibus, ſeu Monaſteriis ad Novicios recipiendos hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, Novicii ad habitum ullatenus recipi poſſint, niſi prius a Congregatione Reformationis Apoſtolicę, vel a propriis locorum ordinariis expreſſe, & nominatim approbati fuerint. A cujus quidem Decreti obſervatione Sacra Congregatio juſtis de cauſis cenſuit, Regulares eſſe abſolvendos, prout auctoritate Sanctiſſimi Domini noſtri, abſolvit, atque exemit. Deinde, ut apoſtatandi opportunitas Regularibus pręripiatur, ſtatuit, ut de cetero nullus permittatur ad arctiorem religionem tranſire, niſi prius ſuperiori legitime conſtiterit, eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentiam petit, tumque Regularis recta ſe transferat ad arctiorem. Quod ut re ipſa adimpleatur, idem Superior omni ſtudio, ac diligentia invigilet. Rurſus ſtatuit, ut fugitivi, & Apoſtatę, ſive habitum regulare deferant, ſive non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus Regularibus conſignari, ſecundum regularia inſtituta puniendi, utque ipſi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, ſalva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa decreto Concil. Cap. III Seſs. VI. Quod ſi Apoſtatę hujuſmodi citra montes infra quatuor, ultra montes vero infra octo menſes, a pręſentis Decreti publicatione inchoandos, ſua ſponte ad ſuam quiſque Religionem redierit, tum pęnarum omnium ipſis propter Apoſtaſiam inflictarum, aut infligendarum, remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur. Ita tamen ut debeant a Superiore abſolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, Superior vero e contra benigne illos teneatur ab hujuſmodi pęnis abſolvere, & paterna caritate complecti. Ad hęc, ut in poſterum a Religionibus nullus legitime profeſſus ejici poſſit, niſi ſit vere incorrigibilis, vere autem incorrigibilis minime cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quę ad hoc ex juris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte Statutis, & Conſtitutionibus cujuſcunque Religionis, & Ordinis, etiam a Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, verum etiam unius anni ſpatio in jejunio, & pęnitentia probetur in carceribus, proindeque unaquęque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem Provincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre ejici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantum, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumque nonniſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu, & plene probatis cauſis expulſionis, ad Sacrorum Canonum pręſcriptum. Interea tamen uſque ad primum generale Capitulum, ſeu Congregationem proxime celebrandam, ſi quempiam ex juſtis, & neceſſariis cauſis expellere oportebit, electio fieri poſſit a Generali, cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſupra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menſes a pręſentis Decreti publicatione, ſervata tamen in reliquis forma ſuperius pręſcripta. Sic vero ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci juriſdictioni, & obedientię ſubſint, proindeque Generalis illico expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Ceterum Sacra Congregatio Religionum Superiores ſerio admonet, ac per Jeſu Chriſti viſcera obteſtatur, ut memores paternę caritatis, & manſuetudinis quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas Fratrum ſuorum fere in profundum malorum delapſas, antequam graviſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur, Idque eo magis, quod Subditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officii immemorum Pręlatorum regi-

regimine peribunt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ſupremo Dei judicio (3) de eorundem Prelatorum manibus ſit requiſiturus. Pręterea ſtatuit, ut iidem Superiores nemini ex Religioſis expulſis literas teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem. Item, ut ejecti extra Religionem degentes, ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi. Ac poſtremo cenſuit, eſſe innovandam, & Suę Beatitudinis auctoritate innovat Conſtitutionem fel. rec. Gregorii IX relatam in cap. fin. extra de regul. ac pręterea declarat, eam Conſtitutionem in iis quoque vendicare ſibi locum, ſervandamque eſſe, qui juſte, definitiveque, ac juris ordine ſervato, expulſi fuerint, dummodo tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis ex literis ſaltem teſtimonialibus Ordinarii, cujus conſcientiam in his literis concedendis Sac. Congregatio ſerio oneravit.

Expulſis literæ teſtimoniales non dentur. Ejecti ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio Ordinum.

Ne qua vero difficultas in ſupraſcriptis Decretis, & Ordinationibus exequendis ſuboriatur, Sacra Congregatio, Sanctiſſimo D.N. annuente, atque approbante, univerſis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Prędentibus, Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcunque aliis Superioribus quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium ubique locorum exiſtentium injungit, ſerioque mandat, ut illa diligenter obſervent, atque obſervari procurent, in omnibus Cęnobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac Domibus, quorumcunque Monachorum, ac Regularium ubique locorum exiſtentibus, efficiantque ut tam Decreta ſupradicta felicis recordationis Clementis VIII, quam pręſentes ordinationes, in ſingulis ejuſmodi locis, bis ſaltem in anno legantur in publica menſa. Si quis vero ipſorum adverſus ea, quę ſuperius pręſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquomodo facere, vel moliri pręſumpſerit, ipſo facto pęnam incurrat privationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, vociſque activę, & paſſivę, ac perpetuę inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, pęnaque hujuſmodi ſit Sanctitati Suę, ac Sedi Apoſtolicę reſervata, iiſdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, ſeu relaxandi, poteſtate penitus interdicta, & nihilominus ſit irritum, & inane quidquid ſecus a quoquam actum extiterit.

Pœnæ contra tranſgreſſores.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, Domorum, ac locorum regularium quorumcunque, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis & privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa, vel titulo oneroſo, vel in limine fundationis, conceſſis, etiam Mari Magno ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quę ſupradictis quomodolibet adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe Sanctitatis Suę auctoritate derogat, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę die XXI Septembris MDCXXIV.

C. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus.

1. *Ejectis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *In Bullario Romano* eſt *XXVIII.*

3. *Supremo Dei judicio*) Fortaſſis *ſuprema diei judicio.*

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide pro Novitiis Diverſarum Nationum, ac linguarum a Regularibus recipiendis (1).

Anno 1624 Die 17 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXV.

NIhil tam magnę curę eſt Sacrę de Propaganda Fide Congregationi, quam ut operarios plures linguis inſtructos habeat, quos in meſſem Domini, pręſertim ſub Hęreticis, & Infidelibus Principibus conſtitutam mittere poſſit. Proinde animadvertens, aliam quoque eſſe eoſdem multiplicandi, & augendi breviorem viam; Generales omnes, annuente S.D.N., admonendos eſſe cenſuit, ut pręter ſtudia linguarum, alias a Sacra Congregatione Regularibus indicta, ſpeciali ſuo decreto pręcipere velint, ut in Noviriorum receptionibus in poſterum faciendis, aliqui ſemper ex variis Nationibus, & linguis pro modulo dictarum ſuarum Religionum, una cum aliis, qui hactenus recipi conſueverunt, ad habitum aſſumantur, qui peracto ſtudiorum curſu, vel in ſimplici Sacerdotio conſtituti, vel Epiſcopali dignitate ornati, ad eorum Provincias, propagandę Fidei gratia, mitti poſſint: Nam ſic facientes certo ſciant, ſe Chriſto Domino obſequium gratiſſimum, & acceptiſſimum pręſtaturos, & Fidei Catholicę, ac ſuarum Religionum honori, & amplificationi ſummopere eſſe conſulturos. Datum Romę die XVII Decembris MDCXXIV.

Octavius Card. Bandinus.

Franciſcus Ingolus Secr.

1. *Recipiendis.*) Conſulendus *Tractatus de conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *Legitur in Bullario Caſſinenſi Tit. 8. pag. 307.*

De

Anno 1625
Die . . . .

CXXVI.

De electione (1) Canonica,

Ex Archivo (2) Ordinis.

QUęritur an in electione Superiorum Regularium Pręſidens Capituli poſſit pręcipere Serutatoribus ſub pręcepto Sanctę Obedientię, & pęna exeommunieationis latę ſententię, ne reeipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus ultra certum numerum electioni inſufficientem, ſed eo completo dicant electoribus ad aures, ut ſervari dieitur, ut dent aliis eorum vota?

Et an electio hoc modo celebrata ſit valida?

Sacra Congregatio Cardinalium Coneilii Tridentini interpretum, hane eligendi rationem, quę libertati electionis, ac naturali conſenſui adverſatur, omnino improbavit, eenſuitque electiones hactenus celebratas, ſi Serutatores pręeepto Superioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro eanonicis non haberi,

F. Card. S. Suſannę.

Locus ✱ Sigilli.

Proſper Fagnanus.

1. *Electione.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellinum de Electione Canonica.*

Anno 1625
Die 1 Februarii.

CXXVII.

Decretum Sacræ Congregationis Rituum de Feſto celebrando, & officio ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam ſecularibus, perſolvendo, in honorem S. Hyacinthi (1) Ordinis Prædicatorum, ſub ritu Duplici, die XVI Auguſti.

Ex Archivo (2) Ordinis.

PEtitione Sereniſſimi Uladiſlai Polonię, ac Svetię Prineipis, in Sacra Rituum Congregatione, de mandato S. D. N. propoſita, Illuſtriſſimi PP. auctoritate ſibi attributa, Principem de Chriſtiana Religione optime meritum, ae nuper e longinqua paterni Regni ad Saeroſanctam B. Petri Sedem humillime provolutum, ſpecialibus gratiis proſequentes, unanimiter eenſuerunt, Officium S Hyaeinthi Confeſſoris Ordinis Prędieatorum, de communi Confeſs. non Pontifie. in Breviario Romano inſerendum, ſub Ritu dupliei recitari debere, lectioneſque ſuprapoſitas in ſecundo Nocturno ejuſdem Offieii reponendas approbarunt, I Februarii MDCXXV. Facta vero de hoc relatione, placuit Sanctiſſimo.

F. M. Card. a Monte.

Loco ✱ Sigilli.

Jo. B. Rinueeinus Seer.

1. *Hyacinthi.*) Vide *Conſtitutionem XXXIV Clementis VIII.* Legitur *Tomo V pag. 512 hujus Bullarii.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud *Caſtellinum De certitudine Gloriæ Sanctorum cap. II pag. 150.*

Anno 1625
Die 17 Aprilis.

CXXVIII.

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, pro lectione linguarum Illyricæ, & Græcæ &c. in Monaſteriis Regularium inſtituenda (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

QUoniam impoſſibile eſt ſine linguarum notitia Fidem Catholicam in exteris propagare Nationibus: hanc vero notitiam in Religioſorum familias introdueere difficillimum eſt, ſine pręeipua Generalium, & aliorum Superiorum cura, & diligentia. Sacra de propaganda Fide Congregatio, Religionum Generales omnes, ae alios Superiores in Domino obteſtatur, ut ſeeum eogitantes, quod hęreſibus, & erroribus, pleręque Terrarum Orbis Nationes laborent, & in quantis ignorantię tenebris Populi pene innumerabiles verſentur, quia non habent, qui eos inſtruant, & in via ſalutis opportune dirigant, omnibus modis velint ſtudia linguarum a ſaero Viennenſi Concilio, & felicis recordationis Pauli V Conſtit. pręſeripta, & aliarum etiam, quę magis ex uſu eſſe videntur, ut Illyrieę, & Gręeę vulgaris, in iis Monaſteriis, & Conventibus erigere, ac inſtituere, & erecta, ae inſtituta eonſervare, in quibus Religioſi, Artibus, ae Theologię operam navant, quę quidem ſtudia ex ſententia ejuſdem Saerę Congregationis Generales, & alii Superiores facile inſtituent, ſi in modo, forma, & ordine, ipſorum eonſtituendis infraſcripta obſervari pręcipue mandaverint, Deeretis. Primo, ut ſi non in quolibet, ſaltem in pluribus ex prędictis Mo[illegible]aſteriis, & Conven[illegible]ibus, certus Religioſorum mag[illegible]s idoneorum numerus, linguarum ſtudiis [illegible]ddicatur ſub aliquo Rel[illegible]g[illegible]oſo, ubi ſtudii Pręfectus non extiterit, qui ſtudiorum hujuſmodi promoven[illegible]orum euram, & ſolicitudinem habeat, qui ut muneri ſuo ſerius incumbat, iiſdem privilegiis, quibus Magiſtri, & Studioſi, fruatur. Secundo, ut certę Regulę, & Conſtitutiones, quibus numerus, & ſpeeies linguarum, tempora lectionum, ſtudii, repetitionumque, ae alia hujuſmodi a Magiſtris, & Stu-

Studioſis diligenter obſervanda preſcribant, quarum Conſtitutionum obſervandarum cura predicto Religioſo, vel Studii Prefecto, committi poterit, qui ſi ſuo deerit officio, pro modo culpe in Capitulis Provincialibus, vel Generalibus graviter puniatur, in quibus etiam preſens Decretum publice legatur. Tertio denique, ut premia, pene, preſertim Magiſtris, & Studioſis proponantur, que vehementius eorum animos movere poſſint ad linguas alacrius, & diligentius addiſcendas, & Sacra Congregatio, cum ob inſtitutorum, & Religionum diverſitatem, ea definire viſum non fuerit, Generalium, & aliorum Superiorum prudentie, & judicio committenda eſſe cenſuit, quos etiam novo precepto ad hec ſtudia inſtituenda, & conſervanda conſtringere noluit, ſed eos tantum admonere in diſtricto Dei judicio rationem eſſe reddituros, ſi Decretum hoc, quod pro Divine Majeſtatis gloria, & ſalute animarum promulgatum eſt, obſervare contempſerint, vel neglexerint. L. Card. Ludoviſius. Franciſcus Ingolus Secret.

Aliud Decretum Sacre Congregationis de propaganda Fide habite die XI Aprilis MDCXXV.

Sacra Congregatio ad promovenda ſtudia linguarum juxta Conſtitutionem felicis recordationis Pauli V, & Decreta alias per ipſam ad Generales Religionum tranſmiſſa, mandavit ſingulis Generalibus Capitulis Religioſorum, Rome, vel alibi hoc anno celebrandis, Conſtitutiones predictas intimari, & Capitularibus precipi, ut in electionibus ad officia, & dignitates, etiam Generalatus, faciendis, callentes aliquam ex linguis exteris in ea Conſtitutione expreſſis, aliis, qui ſolam latinam ſciunt, ceteris paribus, juxta prefate Conſtitutionis tenorem omnino preferantur. Die XVII Aprilis MDCXXV S.D.N., referente Illuſtriſſimo Card. Bandino, mandavit omnino intimari Conſtitutionem Paulinam, necnon Decretum Congregationis, tam Generalibus, quam Ordinum Capitulis. L. Card. Ludoviſius. Franciſcus Ingolus Secretarius.

1. *Inſtituenda.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Art. VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Caſſinenſi Tom. I pag.* 308.

Anno 1625 Die 26 Maii.

CXXIX.

Declarationes (1) Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium Præpoſitorum ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & Interpretum Sacri Concilii Tridentini, confirmatæ a D.N.D. Papa Urbano VIII, quæ mandantur exequi ab Illuſtriſſimo D. Cardinali Bandino nomine totius Congregationis Præſidente Sacræ Congregationis Regularium, per ſpecialem commiſſionem factam Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo DD. Julio Sacchetti Nuncio Apoſtolico, Epiſcopo Gravinen., S.R.E. nunc Cardinali, & ſunt numero Nonaginta novem.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Admodum Illuſtri, & Admodum R. D. uti Fratri Epiſcopo Gravinen. Nuncio Domini Noſtri. Matriti. Admodum Illuſtris, & Admodum R. D. uti Frater. Ab hac Sacra Congregatione ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, facta fuerunt alligate reſolutiones, & decreta diverſis temporibus, occaſionibus, & locis, nuncque remittuntur Dominationi veſtre de Mandato Dominorum meorum Illuſtriſſimorum, ad inſtantiam Patris Magiſtri Fr. Dominici de Molina Procuratoris Generalis omnium religionum ipſorum regnorum, ut in omnem eventum, illa faciat inviolabiliter obſervari abſque ullo ſubterfugio, & ſub illis Cenſuris, & penis, quas judicabit eſſe neceſſarias, faciens ſuper hoc ad eum effectum omnes illas proviſiones, que fuerint neceſſarie. Placeat igitur ſic attendere, & Deus eam ſervet. Rome XXVI Maii MCDXXV. R. M. V. uti Frater addictiſſimus Cardinalis Bandinus. Loco ✝ Sigilli.

I. Regularibus pro parte Patris Dominici de Molina Magiſtri, Ordinis Predicatorum, & Procuratoris Generalis omnium Religionum Mendicantium, & non Mendicantium Provincie Bethice, ſtante Conſtitutione felicis recordationis Gregorii XV. revocatoria oraculorum vive vocis, petitur declarari: an gratie, & Privilegia, vive vocis oraculo facta Magiſtris Generalibus, Vicariis Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, conceſſis eorum ordinibus, que ſortita fuerunt effectum ante revocationem, licet effectus habeat tractum ſucceſſivum, vel alias reſpiciant particulares Perſonas, ut ſunt Preſentature, vel Magiſteria, non obſtante predicta revocatione, maneant in ſuo robore, & valida cenſeantur, uti in dicta revocatoria Conſtitutione non comprehenſa, vel aliqua indigeant revalidatione, tam in Temporalibus, quam in ſpiritualibus? *De vivæ vocis oraculis.*

II. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis regularium prepoſita, Illuſtriſſimo de Cremona referente, predictas gratias, & Privilegia in dicta revocatoria Conſtitutione, non comprehendi, nullaque revalidatione indigere, proindeque valida fore, & eſſe, eiſdemque ſecure uti poſſe cenſuit, prout alias fuit reſponſum Rome die XI Aprilis MDCXXV. Ita reperitur in regiſtro Sacre Congregationis Cardinalium negotiis regularium prepoſite, & collationata concordant meliori &c. In quorum fidem &c. Datum Rome die II Junii MDCXXV. Pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino meo Epiſcopo Diaz Epiſcopo Caſertano predicte Sacre Congregationis &c. Johannes Oliverius de mandato.

III. Ex regiſtro regularium Anni MDCXVI fol. 21. Mexican. Archiepiſcopo. Cum elapſis Menſibus, Sanctiſſimo nuntiatum fuerit, amplitudinem tuam, varias pretexentem cauſas, ſepius tentaſſe, Fratres Ordinis S. Dominici, S. Franciſci de obſervantia nuncupati, nec non Eremitarum S. Auguſtini in iſto regno degentes, tue ſubjicere Juriſdictioni, placuit Sanctitati ſue remittere ad Sacram Congregationem Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Prefectorum. Quocirca Illuſtriſſimi ejuſdem Sacre Congregationis Patres has litteras ad amplitudinem tuam dari juſſerunt, quibus ei injungunt, ut Privilegia ab Apoſtolica Sede predictis Fratribus conceſſa nullatenus violare, aut aliqua ex parte poſthac ime- *Ne Fratres moleſtiis afficiantur.*

Iam Fratrum,

imminuere tentet, cum illi ob multos in Chriſtiana religione in iſtis regnis propaganda perpeſſos labores de Apoſtolica Sede optime meriti teneantur. Hęc igitur exequetur amplitudo Tua, cui ego bona omnia ex animo precor. Romę.

IV. Ex eodem regiſtro in Congregatione habita die VIII Novembris fol. 139. Archiepiſcopo *Salernitan.*, Religioſi S. Dominici queruntur maxime, quod V. D., ejuſque Vicarius, eos gravent *infra dictis* Capitibus, quę licet non credantur integre, nihilominus, caſu quo vera ſint, facta eſt reſolutio cujuslibet, prout V. D. videbit, & antequam perveniamus ad dicta Capita, volunt hi mei Domini Illuſtriſſimi, quod V. D. advertat procedere cum ciſcumſpectione cum dictis Fratribus, niſi velit ſe multis Cenſuris irretiri, quatenus fortaſſe jam non ſit, quia novit eos habere infinita Privilegia, & non eſſe ſubjectos Ordinario.

De pileo ab ipſis geſtando.

V. In primis dicunt, quod V.D., non vult, ut illi ferant pileum in Proceſſionibus, quod ipſis, nec poteſt, nec debet vetare, veluti alias ei ſcriptum fuit.

Orationi quæ XL horis fit in Eccleſia Cathedrali intereſſe non tenentur.

Secundo, quod veſtra Dominatio eos jubeat accedere ad Cathedralem ad intereſſendum quadraginta horis, & quod pejus eſt, hora noctis quinta, quod ſi verum eſſet, valde inconveniens foret, cum non habeat V.D. facultatem illos vocandi ad ſuam Eccleſiam, nec illi tunc temporis debeant ire, & ita eis ordinatum eſt, & debet ſufficere, quod orent in ſuis Eccleſiis illa hora, quam V. D. pręſcripſerit, uti hic Romę in uſu eſt, & etiam alibi, abſque ulla violentia, & quoniam ſupponitur, quod ſit proceſſum ad mandata etiam pęnalia, V. D faciet illa revocare, pręcipiendo ſuo Vicario, ne ideo moleſtet Priorem, nec quemquam Fratrum, ſeu Religioſorum, & ſi verificatum fuerit, quod idem Vicarius appoſuerit Interdictum in Eccleſia dictorum Religioſorum, ſciat, quod forſitan contra illum procedetur, quo diſcet alias circumſpectiorem eſſe.

De litibus ipſis illatis.

Tertio. Queruntur, quod prędictus Vicarius ipſis Juſtitiam non adminiſtret in aliquibus Cauſis, quę coram illo pendent, qui videtur magis attendere, ad facienda Decreta ob lucrum pecuniarum, quam ad finiendas Cauſas, & ideo, ſi ita eſt, D.V. nullo modo ſufferat, ſed ſtatuet, quod Cauſę cito expediantur cum juſtitia.

Nihil ſolvere debent pro literis ad confeſſiones excipiendas dandis.

Quarto. Queruntur, quod admittendo Confeſſarios ad audiendas Confeſſiones, vis illis infertur, ut capiant Caſus reſervatos V D., impreſſos in quodam folio, & ſimul ut ſolvant duos Carolinos, quod non poteſt ſub fide cadere, nimium enim ſordidum eſſet.

Nec pro ſtipe roganda.

Quinto. Quod ipſorum Conventus nuncupatus Aquemolę in tua Dięceſi, multum pauper, obligatur ad ſolvendos ſingulis trimeſtribus quatnor Carolinos pro licentia petendi eleemoſynam, & ſuppoſito, quod verum eſſet, nullo pacto fieri poteſt, nec ipſi egent licentia, ad petendum eleemoſynam, cum ad id teneantur ex ſuo Inſtituto Mendicantium, quibus dictum eſt, ne amplius hujuſmodi licentiam petant, ſicut nunc ſignificatur D V., pręcipiat ſuo Vicario, & aliis ſuis Miniſtris, ne in eo amplius ſe intromittant, ſed ſinant eos, & libere eleemoſynam petere, & pecunię pro licentiis ſupradictis inique exactę ſunt.

De Cœnobiis conſtruendis.

Sexto Graviter offenſi remanent, quod V.D. noluerit conſentire, ut ipſi Conventua ęd ficarent in locis de Caſtiglione, & Turino, quo vocabantur cum plurima devotione ab illorum Univerſitatibus, ſuper quo dicit Congregatio, quod D. V. debeat exponere cauſas, propter quas noluit conſentire, alias dabitur eis licentia, abſque conſenſu V. D., quam tamen non eſt veriſimile moveri abſque cauſa legitima, licet Religioſi dicant ipſam iratam eſſe contra eos, quia Provincialis noluit eam *Hoſpitio excipere*, prout volebat, in Conventu S. Dominici Neapolis in cubiculis, quę erant parata Generali. Iſta fuerunt creditu difficillima, ſed aſſeverando illa ipſemet Provincialis, non potuerunt omittere hi mei Domini Illuſtriſſimi, quin reſponderent ſupradicta, ex quo non debet ipſa turbari, quoniam ſcit, quod omnia dicuntur cum caritate, ſed debet diligenter attendere, ut provideatur juxta hic ordinata. Nolui pętermittere in pręſenti occaſione, propter amorem, quem erga V. D. gero, quin de duabus aliis rebus certiorem facerem, quę intellecta ſunt aliunde, quam a Religioſis. Primo. Quod illa, ut plurimum Neapoli commoratur cum plurimo damno ſuę Eccleſię, deinde, quod hoc anno ii, qui acceſſerunt ad Civitatem Salernitan. die feſto S Matthęi, ad dictam Eccleſiam devotionis cauſa viſitandam, invenerunt *illam* clauſam eſſe, non obſtante, quod eſſet dies Feſti illius, & fertur illi imminere ruinam: nec deſuper *pro*videri.

Arbitrio Magiſtri Ordinis remittuntur aliquæ cauſæ.

Ex Regiſtro Regularium anni MDCXI in Congregatione habita die XXIX Aprilis fol. 50. S. Dominici Generali. De mandato Sacrę Congregationis, mittitur, ad veſtram Paternitatem allegatum Memoriale, & Scripturę pręſentatę nomine Marchionis de Ayamonte, & Provincialis Bethicę Ordinis Prędicatorum, ad effectum, ut quando viſitet dictam Provinciam, & Conventum, provideat in dicto negotio, prout ſibi videbitur expedire, ſignificando dictę Sacrę Congregationi.

Ita reperitur in regiſtris Sacrę Congregationis Cardinalium Epiſcoporum, ac Regularium negotiis prępoſitę Annorum MDLXXXI, MDCIV, & MDCXI reſpective, & collationata concordant meliori &c. In quorum fidem &c. Romę die XIV Martii MDCXXV. A. Epiſcopus Caſertus Secretarius. Loco ✱ Sigilli.

An Regulares poſſint ab Ordinariis impediri ne audiant Confeſſiones in domibus infirmorum.

An Ordinarii poſſint prohibere Regularibus ne accedant ad alias Eccleſias pro celebratione officiorum.

An Ordinarius poſſit impedire Populum ne adeat Eccleſias Regularium.

Reſponſio Sacræ Congregationis.

VI. Conventuali Memoriali Religioſorum Sardinię qui petunt infraſcriptas declarationes. Primo: Quod Ordinarii nequeant prohibere Religioſia approbatia ad confeſſiones, quod non eant confeſſum Infirmos in domibus privatis, quando vocantur.

Secundo; Quod non poſſint prohibere, quod non celebrent in qualibet Eccleſia Parochiali, Societate, Congregatione, Oratorio, & Capella, & ibidem deducant ſuas Muſicas ad cantandum Miſſas, & officia, quando vocantur.

Tertio. Quod non poſſint impedire Populum, quo minus adeat feſtivis, aut aliis diebus ad Eccleſias, ad audiendas Miſſas, conciones, & alia officia divina,

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium prępoſita cenſuit ſuper pręmiſſis capitibus in hunc ſequitur modum reſcribendum.

Ad primum Ordinarii non debent impedire regulares approbatos ad audiendas confeſſiones, quominus illas

llas audire poſſint in Domibus Pęnitentium ęgrotorum, quando ab eis vocantur, verum iidem Ordinarii poſſunt pręcipere ſub pęna ſuſpenſionis a facultate audiendi confeſſiones, quod unuſquiſque regularis faciat eodem die certiorem Parochum infirmi, de audita a ſe confeſſione.

Ad primum negative.

Ad ſecundum, quando regulares vocantur ad prędictas Eccleſias a Parochis, vel illarum Pręſidentibus, aut de ipſorum conſenſu ab aliis perſonis, non poſſunt Ordinarii illis inhibere, quod non accedant ad dictas Eccleſias cum Muſicis, ad effectum celebrandi Miſſas, & officia, pro quibus fuere vocati, exceptis tamen Monialium Eccleſiis, ad quas regulares etiam pro celebratione Miſſarum accedere non debent, niſi quatenus eis per Decretum Sacrę Congregationis ſuper hujuſmodi acceſſu alias publicatum permittitur.

Ad ſecundum negative.

Ad tertium, Populus libere poteſt in diebus Dominicis, aut aliis Feſtivis accedere ad Eccleſiam Regularium pro audienda Miſſa, neque in hoc Ordinarii valent aliquod impedimentum Regularibus, vel Populo pręſtare.

Ad tertium negative.

Ad quartum, quando funera deferuntur ad Eccleſias regularium poterunt Canonici Eccleſiarum Metropolitanarum, ſeu Cathedralium, in Civitatibus, in quibus hujuſmodi conſuetudo viget, dum cadavera in Eccleſiis exiſtunt, recitare reſponſorium, & non debent a regularibus impediri, quin hujuſmodi conſuetum munus exerceant, & ita Romę die prima Julii MDC.

Canonici Eccleſiarum Cathedralium, dum viget conſuetudo, poterunt recitare reſponſorium ſupra cadavera.

VII. 1616. 15. Januarii fol. 9. Toletan. Hiſpaniarum Nuntio. S.D.N. ejus in Hiſpaniarum Regnis Nuntio literas dari mandavit, ut omnes Archiepiſcopos, alioſque Ordinarios inferiores, tam ſeculares, quam regulares, Monialium Monaſteria in eiſdem Regnis habentes, certiores faciat, ne abſque Sedis Apoſtolicę auctoritate, Monialibus e Monaſterii ſeptis egrediendi, licentias ullatenus concedant, minuſque eaſdem de uno ad aliud Monaſterium, tribus caſibus in Bulla ſa. mem. Pii V nominatim expreſſis, exceptis, transferant.

Ordinarii nequeunt licentiam concedere Monialibus egrediendi Monaſteriis, minuſque tranſeundi de uno ad aliud.

VIII. 1616. 22. Januarii fol. 15. Conventualibus. Epiſcopo Terracinen. Sacra Congregatio pluries reſolvit, ut Capellę, & Altaria in regularibus Eccleſiis, etſi per ſecularium Confraternitates erectę, per Epiſcopum nullatenus viſitari valeant.

Altaria, & Capellæ erectæ in Eccleſiis Regularium non viſitentur ab Ordinariis.

IX. Ex regiſtro regularium Anni MDCXV fol. 36. Conventualibus. Epiſcopo Camerinen. Non placuit hiſce DD. meis Illuſtriſſimis, quod Dominatio tua abſque rationabili cauſa recuſaverit propagari Fratri Octavio Terraglia Conventualium Sancti Franciſci Oppidi de Fabriano licentiam exercendi miniſterium confeſſionis, idcirco juſſerunt me ſcribere, ut eam proroget, aut ipſi de novo concedat, & Deus &c.

De Confeſſionibus excipiendis.

X. Ex regiſtro regularium Anni MDCXXV ſub die XIV Januarii. S. Dominici. Fr. Filadelphus Macali Dominicanus, per unum vivę vocis oraculum felicis recordationis Pauli PP. V habitum, mediante Domino Fratre Raphaeli Riphoz, tunc Vicario Generali Ordinis, obtinuit transferri filiationem ſuam a Conventu loci Centini ad Conventum Sancti Dominici Siracuſan., ac etiam a quatuor Annis in poſſeſſione illius exiſtit, & quoniam dubitatur, an ſit comprehenſum in revocationibus oraculorum factis a felicis recordationis Gregorio Papa XV, ſupplicat humiliter Illuſtriſſimis dominationibus veſtris pro confirmatione, & revalidatione dictę gratię, quatenus opus ſit.

De vivæ vocis oraculis.

XI. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis regularium prępoſita, Illuſtriſſimo de Cremona referente, gratiam, ut premittitur, ab Oratore obtentam, & executam, prędicta revocatione, ac revalidatione non indigere cenſuit Romę &c. Ita reperitur in ſupradictis regiſtris Sacrę Congregationis Cardinalium, Epiſcoporum, ac Regularium negotiis prępoſitorum, & collationata concordant meliori &c. In quorum &c. die ultima Februarii MDCXXV. A. Epiſcopus Caſertus Secr.

XII. Regularibus. Pro parte P. F. Dominici de Molina Magiſtri Ordinis Prędicatorum, & Procuratoris Generalis omnium Religionum Mendicantium, & non Mendicantium Provincię Bethicę, ſtante Conſtitutione felicis recordationis Gregorii XV revocatoria oraculorum vivę vocis, petitur declarari, an gratię, & privilegia vivę vocis oraculo facta Magiſtris Generalibus, Vicariis Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, conceſſa eorum Ordinibus, quę ſortita fuerunt effectum ante revocationem, licet effectus habeat tractum ſucceſſivum, vel alias reſpiciant particulares perſonas, ut ſunt Pręſentaturę, vel Magiſteria, non obſtante prędicta revocatione, maneant in ſuo robore, & valida cenſeantur, uti in dicta revocatoria Conſtitutione non comprehenſa, vel aliqua indigeant revalidatione, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus.

XIII. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis regularium prępoſita, Illuſtriſſimo de Cremona referente, prędictas gratias, & privilegia in dicta revocatoria Conſtitutione non comprehendi, nullaque revalidatione indigere, proindeque validas, & valida fore, & eſſe, eiſdemque ſecure uti poſſe, cenſuit, prout alias fuit reſponſum. Romę die XI Aprilis MDCXXV.

Ita reperitur in regiſtro Sacrę Congregationis Cardinalium negotiis regularium prępoſitę, & collationata concordant meliori &c. In quorum fidem &c. Datum Romę die II Junii MDCXXV. Pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. meo Diaz, Epiſcopo Caſertano, prędictę Sacrę Congregationis Secretario Jo. Olivarius de mandato.

Ad tollendas omnes ambiguitates, & controverſias juriſdictionales, quę inter appellationum, & prioris inſtantię Judices, non ſine partium diſpendio, curſuſque Juſtitię impedimento, ac ſępe cum ſcandalo oriuntur, Sacra Congregatio cauſis Epiſcoporum prępoſita, facta prius relatione Sanctiſſimo D. N. Clementi Papę VIII, ac de Sanctitatis Suę mandato, vivę vocis oraculo deſuper habito, in hunc, qui ſequitur, modum ab omnibus, ad quos ſpectat, in poſterum fieri, ac ſervari debere mandavit, & mandat. Metropolitani Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchę in ſuffraganeos, eorumve ſubditos, non judicent, niſi in caſibus a jure expreſſis, nec alii quivis Superiores, etiam Nuntii, vel Legati de latere, ſpecificam facultatem majorem non habentes, cauſas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes, ad ſe non avocent, niſi per viam legitimę appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum juriſdictionibus, quoad alias cauſas, eximere non poſſint.

Nullæ cauſæ a Metropolitanis, Patriarchis, atque Archiepiſcopis judicentur niſi a jure expreſſæ.

Appellationes nunquam recipiantur, niſi per publica documenta, quę realiter exhibeantur, prius conſ-

Appellationes non recipiantur niſi juris Ordine ſervato.

conſtiterit, appellationem a ſententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivę, aut a gravamine, quod per diffinitivam reparari non poſſit, in caſibus a jure non prohibitis, per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe interpoſitam, ac proſequutam, ne dum cauſę coram inferioribus Judicibus pendent ante diffinitivam ſententiam, vel vim diffinitivę habentem, de gravamine illato, Superiores cognoſcere valeant, licet citra prę̨judicium curſus cauſarum, ſe id facere conteſtentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſignificare mandatum, ut ipſis copia Proceſſus tranſmittatur, etiam expenſis appellantis. Inhibitiones poſt appellationem, ſicut prę̨mittitur, receptam, non concedantur, niſi cum inſertione tenoris ſententię, aut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivę habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quę̨cunque ſint ipſo jure nulla, eiſque impune non parere liceat. Si appellans aſſerat ſententię, aut appellationis exemplum authenticum, culpa Judicis, a Notario, vel Actuariis habere non poſſe, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, ſed eis tantum ad quos pertinet, injungi poterit, ut ſoluta condigne mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamen Judex, a quo, ne, ſi vere appellatum fuerit in cauſa appellabili, interim aliquid in prę̨judicium appellantis attentet, & ſi per actum publicum, aut per Teſtium depoſitiones conſtiterit, acta denegari appellanti, tunc Mandato tradendi acta, poſſit Judex appellationis adjicere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur. A ſententia, etiam diffinitiva, contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quę̨vis proviſio, quandiu appellans in hujuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur. Ab executione decretorum Sacri Concilii Tridentini, aut viſitationis Apoſtolicę, appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec ſi Epiſcopi virtute ejuſdem Sacri Concilii procedunt uti Sedis Apoſtolicę delegati in cauſis, quę ſub eorum juriſdictione Ordinaria, non comprehenduntur, ſalva tamen hoc caſu Legatorum, & Nuntiorum Apoſtolicorum auctoritate. In cauſis vero viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum, admittantur, niſi de gravamine per diffinitivam irreparabili agatur, vel Viſitator, citata parte, & adhibita cauſę cognitione judicialiter procedat, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſivum, ut cum a gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, ut indebitę carcerationis, vel torturę, aut excommunicationis etiam comminatę, appellatum, nonniſi viſis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel proviſio aliqua concedatur. Cauſa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperietur, cavere permanebit, quoad Judex, ad quem appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita, aliter decreverit, & tunc ſi a Judicis, ad quem, decreto vim diffinitivę habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro ſui directa executione attentare poterit, donec per Judicem ſuperiorem aliud fuerit ordinatum. Acta originalia Proceſſuum primę inſtantię ad Judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, aut ſuſpicio incidat, quę judicialiter objicitur, & tunc, terminata cauſa, remittenda ſunt ad Ordinarium, ut in ſuo Archivio conſerventur. Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis, non poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita. Tunc ſi conſtiterit, eam juſtam eſſe, ad Judicem, qui excommunicavit, appellans remittendus eſt, ut ab ipſo juxta Sacros Canones beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit, debitamque emendationem prę̨ſtiterit, obtineat: ſi vero injuſta, dari appareat, Superior abſolutionem impendat: ſi dubitetur, honeſtius eſt, ut ad Excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum ei prę̨figendum, abſolvendus remittatur, licet etiam Superior hoc caſu id ipſum prę̨ſtare per ſe jure poſſit: abſolutio ad cautelam, nonniſi cum parte citata, & viſis actis, ſi dubitetur de nullitate excommunicationis ab homine prolatę, vel a jure, ſi occurat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & prę̨ſtita per excommunicatum cautione de parendo juri, & mandatis Eccleſię tantum, & ſi juxta formam a jure prę̨ſcriptam apparebit, quem ob manifeſtam offenſam excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatisfactionem prę̨ſtare, & ſi ob contumaciam manifeſtam, expenſas ſatisfacere, & cavere de judicio ſibi coram Excommunicatore quis tenebitur, priuſquam ad cautelam abſolvatur. Romę die XVI Octobris MDC. Ita reperitur in regiſtris Sacrę Congregationis Cardinalium, Epiſcoporum negotiis prę̨poſitę, & collationata concordant meliori &c. In quorum &c. Romę die X Martii MDCXXV. A. *Epiſcopus* Caſert. Secretarius.

Hoc eſt tranſumptum nonnullarum declarationum, & aliarum rerum inferius inſertarum bene, & fideliter Romę per me Jacobum Morei, auctoritate Apoſtolica Notarium publicum, in Archivio Romanę Curię deſcriptum, ſumptum a duobus libris impreſſis, quorum primus intitulatur Nova Collectio, & compilatio privilegiorum Apoſtolicorum Regularium Mendicantium, & non Mendicantium prę̨ſertim, in quibus ipſę Religiones communicant, edita a Fratre Emmanuele Roderico Luſitano, Provincię S. Jacobi Patre, & S. Theologię Lectore, & penes Didacum a Cuſſio Salmanticę impreſſa, auctorizata, & authentica ſub forma vidimus auctoritate Johannis de Salzedo Canonici Salmantini, Proviſoris, Officialis, & Vicarii Generalis in ſpiritualibus, & temporalibus Civitatis, & Diœceſis Salmantini pro Reverendiſſimo D. Ludovico Fernandez a Cordua Salmantin. Epiſcopo, Regioque Conſiliario, illiuſque propriis manu, & ſigillo, munita ſub datum Salmantin. die XXIX Octobris MDCV, Pontificatus felicis recordationis Pauli Papę V Anno Primo. Et per Philippum Salgado Notarium Apoſtolicum publicata, & in forma Inſtrumenti publici redacta, ipſiuſque Philippi manu, & ſigno ſubſcripta, & ſubſignata. Secundus vero liber intitulatur, Summa Ordinationum, tum Generalium, tum Provincialium Capitulorum Provincię utriuſque Lombardię Ordinis Prę̨dicatorum a Concilio Tridentino citra editarum, additis Decretis Summorum Pontificum, & ſac. Congregationum impreſſa Brixię in Ædibus Policreti Turlini de anno MDCIII, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua illius parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carens, quorum omnium tenores per ordinem ſequuntur, ut infra, videlicet, ex primodicto vero libro pag. 1014 extraxi, quę ſequuntur.

XIV. Proponuntur quędam declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Concilium Tridentinum pro Regularibus ſuper Seſs. XXIII de refor. Cap. VIII.

Ibi

Ibi temporibus &c. privilegium ſuſcipiendi Ordines extra tempora, per hoc Decretum, non eſt ſublatum. Ibi ordinetur &c. De omnibus Ordinibus, tam ſacris, quam minoribus, intelligendum, Gregorius XIII cenſuit, quod Regulares ſuſcipientes Ordines ſacros ab Epiſcopis, in quorum Diœceſi ſunt Monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, vel Dimiſſorias ab eis accipiant juxta hoc Decretum. De mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti V auditi fuerunt Procuratores Ordinum ſuper declarationem a felicis recordationis Gregorio XIII, & ex ſententia Congregationis edita, quod Regulares teneantur ſuſcipere Ordines ſacros, vel Dimiſſorias ab Epiſcopis, in quibus Diœceſibus ſunt Monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, idem Sanctiſſimus ex ſententia Congregationis, dixit, Regulares poſſe concedere Dimiſſorias ad Epiſcopum Diœceſanum, qui ſi abfuerit, ad quemcunque, dummodo ab Epiſcopo, qui Ordines contulerit examinetur quoad Doctrinam. Regulares poſſunt concedere Dimiſſorias ad EpiſcopumDiœceſanum, qui ſi abfuerit, ad quemcunque.

Ex pagina 1199 ejuſdem libri extraxi etiam, quę ſequuntur. Decretum Sacrę Congregationis Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium Sacroſancti Concilii Tridentini interpretum ſuper intelligentia, & obſervatione Cap. XII verſ. Dies etiam Feſti Seſs. XXV de Regular., & quędam alię Deciſiones ejuſdem Congregationis ad Regulares ſpectantes.

XV. Congregatio Concilii cenſuit, Decretum Cap. XII verſ. Dies etiam Feſti Seſs. XXV de reg., ita eſſe intelligendum, ut Regularium ritus illis diebus Feſtis ſemper permaneat, quoad Miſſas celebrandas, & & cetera Divina Officia, tam publica, quam privata ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda, nec circa hęc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus pręcipi poſſe, quod ſi de facto pręceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad Populum habuerint, debere ſe conformare Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis utitur illis diebus Feſtis. De feſtis celebrandis.

XVI. Congregatio item Concilii cenſuit Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prędicaverint in Eccleſiis, quę ſuorum ordinum non ſunt, tametſi Decreto ejuſdem Concilii Cap. XXI Seſs. V, contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum a ſuis Superioribus Regularibus. Regulares prędicantes in Eccleſiis non propriis abſque licentia puniendi ſunt a ſuis Superioribus.

XVII. Congregatio etiam Concilii cenſuit, Regulares Monaſterii ultra medium milliare a Civitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad Proceſſiones. Regulares ultra medium milliare a Civitate diſtantes nequeunt compelli, ut ad Proceſſiones accedant.

XVIII. Congregatio Concilii itidem cenſuit, Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cujuſvis Decreti ejuſdem Concilii, nullam habere facultatem quovis tempore in Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria, & cetera hujuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu Pixidem, in qua Sacratiſſimę Euchariſtię Sacramentum aſſervatur. Ordinarii nullatenus poſſunt viſitare Eccleſias Regularium quibus non imminet cura animarum.

Ex altero autem, & ſecundo dicto Libro intitulato Summa Ordinationum, ut ſupra pag. 79. extraxi ſequentia, videlicet, uſque, & per totam paginam 84 incluſive hoc modo.

Decreta Sacrę Regularium Congregationis pro reſolutione controverſiarum inter Regulares Civitatis Mediolani, & ejuſdem Archiepiſcopum die II Julii MDLXXXI.

XIX. Liceat Regularibus in eorum propriis Eccleſiis, & intra ſepta Monaſteriorum ſuorum Sanctiſſimę Euchariſtię Sacramentum proceſſionaliter circumferre, & ſuper Altare publice ad orandum exponere, ex quavis publica, ſive privata cauſa. Regularibus licet exponere SS. Sacramentum publice.

XX. In Miſſę Sacrificio is ſervetur ritus in omnibus Eccleſiis, etiam Sanctimonialium, qui hucuſque ſervari conſuevit, itaut uti Ambroſianus, non Romano, uti Romanus, non Ambroſiano ritu, a quoquam celebretur. In Miſſæ Sacrificio ſervetur ritus conſuetus.

XXI. Regulares ad forum Ordinarii in cauſis civilibus non trahantur, niſi in caſibus a Tridentina Synodo, Conſtitutionibuſve Pontificiis permiſſis. Regulares in cauſis civilibus non trahantur ad forum Ordinarii.

XXII. In cauſis Regularium, tam coram Ordinario, quam coram conſervatore, aut alio quovis Judice Delegato ſervari debeat, tam per Judices ipſos, conſervatores ſuos, quam Notarios, Conſtitutio Pontificia ea de re edita. In reliquis attendatur tenor literarum conſervatorialium, ita tamen, ut conſervatores ſemel electi, mutari non poſſint, niſi per Capitulum Provinciale, eorum denique nomina, infra Menſem a die electionis, Ordinariis indicari debeant, prout a Congregatione interpretum Sancti Concilii Tridentini ſervandum eſſe declaratum fuit, qui denique conſervatores, cum uti ſuſpecti recuſantur, non procedant, niſi ex pręſcripto Concilii Tridentini Cap. V Seſs. XIV de Reform. De Conſervatoribus.

XXIII. Curam animarum in Eccleſiis Regularium exercentes, tam regulares, quam ſeculares, juriſdictioni ſubſint in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem tantum, juxta formam Sacri Concilii Tridentini. Regulares curati ſubſint juriſdictioni Ordinariorum in iis, quæ ſpectant ad curam animarum.

XXIV. Ordinarii neminem Regularium ad ordines promoveant, niſi qui teſtimoniales literas ſui Superioris de vita, & moribus obtulerint. Ordinarii nequeunt Regulares ad Ordines promovere ſine literis teſtimonialibus ſuorum Superiorum.

XXV. Tertio, Ordinarii in cognitionibus cauſarum Fratrum Mendicantium, tam civilium, quam criminalium minime ſeſe ingerant, pariter, nec in viſitatione eorundem Fratrum, vel Eccleſiarum ſuarum, niſi quatenus eis per Concilii Tridentini Decreta conceditur. Ordinarii non ſe ingerant in cauſis, vel viſitationibus Regularium.

XXVI. Quarto, Ordinarii non impediant Fratres pulſare campanas, ad Matutinum, ad horas, & ad Miſſam, antequam pulſetur campana majoris Eccleſię, pręterquam in die Sabathi Sancti. Ordinarii nequeunt impedi-

Seſs. XXIII Cap. XV. Decreta Congregationis Concilii ad Regulares pertinentia.

XXVII. Congregatio Concilii cenſuit. Decretum Cap. XII verſ. Dies etiam Feſti Seſs. XXV de regular., ita eſſe intelligendum, ut regularium ritus illis diebus Feſtis ſemper permaneant, quoad Miſſas celebrandas, & cetera Divina Officia, tam publice, quam privatim, ab ipſis regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda. Nec circa hęc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem regularibus pręcipi poſſe, quod ſi de facto pręceperunt, regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri, verum quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare cum Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis utitur illis diebus Feſtis.

XXVIII. Congregatio itidem Concilii cenſuit, Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, vigore cujuſdam De-

ſæ Regularibus ne ſuſeant campanas.

Decreti ejuſdem Concilii, nullam habere facultatem quovis tempore in Monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis regularinm exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, *viſitandi* ſacriſtias, vaſa ſacra, Altaria, & cetera bujuſmodi, aut etiam Tabernaculum, ſeu Pixidem, *in qua* Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum aſſervatur.

Hieronymus Cardinalis Matthęus. Locus † Sigilli. Johannes Franciſcus Fagnanus *Sacrę Congregationis* Concilii Secretarius.

Ordinarii nequeunt impedire Regulares circa eorum ritus.

Item ex pag 86, uſque, & per totam 87 ejuſdem libri, extraxi ſequentia.

Ordinarii nullam habent juriſdictionem viſitandi Eccleſias, aut Sacraria Regularium.

Decretum Congregationis regularium pro Confeſſariis Monialinm.

Abſente Priore, Confeſſarius Sanctimonialium fit Vicarius ipſarum.

XXIX. Abſente Priore a Conventu, Confeſſor Sanctimonialium, non autem Supprior, vel Vicarius Conventus, ſuum debet Monaſterium gubernare, & illius curam gerere.

Decretum Congregationis Concilii circa ingreſſum Monaſterii Monialium.

Licentiæ ingrediendi intra ſepta Monaſterii ex neceſſitate tantum concedantur a Superioribus Regularium.

XXX. Congregatio Concilii cenſuit licentias ingrediendi intra ſepta Monialia ex vera tantum neceſſitate concedendas, quoad Monaſteria, regularibus ſubjecta, pertinere tantum ad ipſos Superiores regulares, & non ad Ordinarium.

Sumptum quarundam literarum a Reverendiſſimo Patre Generale ſcriptaram Admodum Reverendo Patri Provinciali.

Novicii poſſunt recipi ad ordinem abſque approbatione Ordinariorum.

XXXI. Admodum Reverende P. Provincialis, ſupplicavi Sanctiſſimo Domino Noſtro circa Decretum ultimo emanatum, quoad nequeant recipi Novicii ad Habitum, & Profeſſionem, niſi prius eſſent approbati ab Ordinario, & illud ſuſpendit, ſicque ſuſpenſum manet, vernm poſſunt recipi ad babitum, & facere profeſſionem abſque alia approbatione Ordinarii uſque ad novos ordines, & his ad hoc ſcriptis orationibns ſuis me commendo, cum ſociis Romę XXIII Julii MDCII. Conſervus in Domino Frater Hieronymus Xaviere Magiſter Ordinis Prędicatorum.

Et eędem literę interpretatę per me dictum, & infraſcriptum Notarium, quia bene, & fideliter, ac facti ſubſtantia in aliquo non mutata, eas traduxi &c.

Copia cujuſdam Epiſtolę Miſſivę a R.P.D. Achariſio Fiſcali, ac Secretario reformationis Apoſtolicę, ſcriptę Admodum R.P. Provinciali.

Novicii Converſi non ſunt educandi in Noviciatibus.

XXXII. Admodum Rev. Pater mi obſervandiſſime. Cum pro parte P.V. inſtatum fuit, ut declararetur ab hac noſtra Congregatione, an Converſi comprehendantur ſub Decretis de educatione Noviciorum publicatis, ſeu editis de ordine Sanctiſſimi, fuit declaratum, Converſos non teneri educari in Noviciatibus, nec comprehendi ſub Decretia, de hoc loquentibus, cum ipſi debeant inſervire officiis manualibus, & aliis ſimilibus eorum Religionis, & hac de cauſa eſſe alios Converſos, & Fratres, qui eos in talibus exercitiis inſtruant, in eorum autem admiſsione ad habitum debet fieri aliqua diligentia, ne habeant aliquid contrarium Bullę Sixti V, & excedant viginti annorum ętatem, & quod ſciant Doctrinam Chriſtianam, ſic itaque poterunt obſervare. Romę XX Julii MDCII. Achariſius Fiſcalis, & Proſecretarius reformationis Apoſtolicę.

Quod quidem tranſumptum fuit bene, & fideliter extractum, & cum ſuis originalibus legitime comprobatum, eum qoibus, prout atteſtor, concordat. in quorum omnium, & ſingulorum fidem ego dictus Notarius ſuper premiſsis, hoc publicum confeci Inſtrumentum, inſtatus, & requiſitus ab Admodum R. P. Magiſtro Fratre Dominico de Molina Ordinis Prędicatorum. Procuratore Generali Religionum Mendicantium, & non Mendicantinm Provincię Bethicę. Actum Romę. Jacobus Morer Notarius publicus Apoſtolicus.

XXXIII. Confirmatio declarationnm Congregationis Concilii ſuper cognitione cauſarum regularium.

Paulus Papa V. Ad Futuram Rei memoriam.

Religioſornm ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulan. &c. Datum Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Auguſti MDCVII, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Scipio Cobellutius.

Moniales ex illegitimo thoro procreatæ omnia Monaſterii munia ſubire poſſunt.

XXXIV. 1592 fol. 17. Moniales ex illegitimo Thoro procreatę Conſtitutione felicis recordationis Sixti V contra regnlares illegitimos edita, non comprehenduntur, quominus ad officium, aut dignitatem Abbatiſſę, aliave Monaſterii munia eligi poſſint.

Sacrarium comprehenditur ſub clauſura Monialium.

XXXV. 1605. 18 Aprilis, circa clauſuram Monialium, extat Conſtitutio Pii V, & ſub ea *comprehenditur* Sacriſtia.

Decreta ante Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi Wlpii Secretariatna officium edita, ſed ad pręſena innovata.

Prioriſſæ expleto officio nequeunt de novo eligi ad idem officium.

XXXVI. Primo, Abbatiſſę, aut Prioriſſę expleto officiorum ſuorum triennio, non eligantur de novo ad eadem officia abſqne Sedis Apoſtolicę, aut Sacrę Congregationis licentia.

In eodem Monaſterio duæ duntaxat Sorores gaudeant voce activa, & paſſiva.

XXXVII. Secundo, non poſſint ultra duas Sorores in eodem Monaſterio habitum regularem ſuſcipere, ac profeſſionem emittere, abſque Sacrę Congregationis licentia, & ſi hac licentia tertia Soror ad habitum admittatur, voce activa, & paſſiva tandiu careat, quouſque altera ex eiſdem duabus Sororibus vitam cum morte commutaverit, dotemque duplicatam ſolvat.

Altaria Confraternitatum erecta in Eccleſiis Regularium nequeunt ab Ordinariis viſitari.

XXXVIII. 1616. 21 Januarii. Conventualibus. *Al Veſcovo* di Terracina. Sacra Congregatio pluries reſolvit, ut Capellę, & Altaria in regularibus Eccleſiis, etſi per ſecularium Confratres erecta per Epiſcopum. nullatenus viſitari valeant.

XXXIX. 1581 fol. 94. Quartam Legatorum exigere non poteſt Ordinarius a regularibus, niſi eam ſolvere ſint ſoliti ab hinc qnadraginta annis juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini.

XL. 1593. 23 Julii Lugdun. Decreto generali, quo regularibus acceſſus ad Monialium Monaſteria prohibetur, non comprehendere Capucinos Gallię, Congregatio reſolvit.

XLI. 1599 fol. 34 Milano. Non comprehenduntur in eodem Decreto Provinciales, ant Miniſtri Provinciarum, neque alii Superiores pro ſnis Monaſteriis Monialium duntaxat, quę eorum curę ſunt ſubjecta.

Non tenentur Regulares ſol-

XLII. 1594. 20 Septembris. Al Generale de Carmelitani. In Eccleſiis exterioribus Monaſteriorum, in quibus hactenus viguit conſuetudo ſepeliendi Moniales, permittatur.

XLIII. Ex

XLIII. Ex regiſtro regularium anni MDCXVIII in Congregatione habita die IX Februarii fol. 37.

XLIV. Siviglia al P. Generale de S. Domenico. Eſſendo venuto nella Sacra Congregazione una commiſſione del P. Provinciale de Andaluzia, privando la Priora del Monaſtero delle Monache dello Spirito Santo de Alcaraz luogo della Dioceſi de Siviglia, del carico, che teneva, vi abbia fatto transferire una Monaca della Città di Giaen, e datogli il medeſimo carico de Priora con tutto che in quello de Alcaraz vi foſſero altri ſoggetti abili, m'hanno queſt'Illuſtriſſimi miei Signori ordinato, di ſcrivere a V.P., che quando ciò ſia vero, faccia in ogni maniera reſtituire al ſuo Monaſtero de Giaen la ſudetta Monaca tranſferita a quello di Alcaraz, e che poi faccia eleggere Priora una Monaca dell'iſteſſo Monaſtero de Alcaraz, la quale eleaione ſi celebri capitolarmente, e per voti ſecreti, e conforme alla diſpoſizione del ſacro Concilio di Trento, ordinando, che la detta Monaca nel ritorno, ſia accompagnata da parenti ſtretti, o in loro diffetto, da altre Matrone grave, e pie, e vada a drittura da un Monaſtero all'altro, ſenaa divertire, o pernottare altrove, eccetto, che in occaſione degli alloggiamenti, i quali in ogni caſa dovranno farſi in caſa delle perſone, delle qualità ſudette, e di più prohibirà aſſolutamente coteſte, o ſimili translaazioni di Monache, eſſendo diretto contro la Bolla della Santa Memoria di Pio V, e farà intendere al medeſimo Provinciale, ed agl'altri Fratri, che hanno ordinato, o cooperato a ſimile translazione, che proveggano alle coſcienze loro per le cenſure, nelle quali ſono incorſi, e Dio &c.

Ita reperitur in regiſtro Sacrę Congregationis Cardinalium negotiis regularium prępoſitę anni MDCXVIII, & collationata concordant meliori &c. In quorum &c. Romę die XXV Martii MDCXXV. Pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. meo Diaz Epiſcopo Caſertano Secretario. Jo: Olivarius ſubſt. de mandato.

vere Ordinariis Quartam Legatorum.

Sub Decreto de non acceſſu Regularium ad Monaſteria non comprehenduntur Capucini Galliæ.

Neque ſub eodem decreto comprehenduntur Superiores.

Moniales poſſunt ſepeliri in Eccleſiis exterioribus.

Provinciales nequeunt licentias concedere Monialibus tranſeundi de uno ad aliud Monaſterium.

XLV. Ex regiſtro regularium anni MDLXXXI in Congregatione habita die XX Junii fol 87.

Papien. Epiſcopo. Religioſi Servorum S. Marię Miſericordię Oppidi de Vigevano conqueſti ſunt cum incluſo Memoriali, quod veſtra Dominatio contra conſuetudinem antiquam prohibuerit, ne amplius poſſint eleemoſynam quęrere in loco de Gropello iſtius Dięceſis, quod ſi veritate niteretur, ſimpliciter uti expoſitum fuit, cenſent iſti Domini mei Reverendiſſimi, quod V.D., id nequeat ullo modo facere, ita reſpectu conſuetudinis, quemadmodum etiam, & multo efficacius, quoniam cum iſti ſint Religioſi Mendicantes, qui ex inſtituto obligantur petere eleemoſynam, nemo debet, neque poteſt id eis impedire ubilibet locorum.

Regulares nequeunt impediri ab eleemoſynis petendis.

XLVI. Ex regiſtro regularium anni MDXCVII fol. 107.

Epiſcopo Caſalis. Regulares Mendicantes, qui ex conceſſione Apoſtolica habent facultatem, & inſtitutum quęrendi eleemoſynam pro illorum victu, non egent, ut ipſis concedatur nova licentia, & facultas ab Epiſcopis ad id faciendum, uti intelligitur prętendere Dominatio Tua, nolens permittere, ut quęrant eleemoſynam abſque ſua licentia in ſcriptis, ideo animadvertat non prohibere illis tale exercitium, ſufficit enim ad tollendam omnem fraudis, & ſuppoſitionis occaſionem, quod ſe pręſentent Parochis, aut aliis Superioribus eccleſiaſticis locorum, ad hoc, ut pro talibus cogniti adjuventur, & ab ipſis populo commendentur, ita curabit D. T. exequi, & obſervare in poſterum.

XLVII. Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Generales Procuratores Ordinum Mendicantium conqueruntur, quod Fratres eorum a nonnullis Epiſcopis, & locorum Ordinariis interpellantur, quominus eleemoſynas quęrant in ipſamet Dięceſi, ubi quis illorum Conventus exiſtit, inſuper aliqui ex ipſis etiam prohibent, quin iidem Fratres eleemoſynas in ſua Dięceſi extra Conventus locum, niſi per quinque, aut ſex milliaria petant. Cum autem id privilegiis Apoſtolicis adverſari videatur, & cedat in grave religionum detrimentum, ſupplicant iidem Procuratores, ut declaretur, an hęc fieri poſſint ab Epiſcopis, nec ne?

XLVIII. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, cenſuit Fratres Ordinum Mendicantium, nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quominus per ſe ipſos in Dięceſibus, ubi habent Conventus, eleemoſynas quęrant, ſed tantum ſi extra loca ubi Monaſteria exiſtant quęritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere. R. Card. Ubaldinus. Proſper Fagnanus Sacrę Congregationis Concilii Secretarius. Loco ✻ Sigilli.

XLIX. Eleemoſynę in Eccleſiis Regularium, & in concionibus, ad Monaſteriorum, Eccleſiarumque ſuarum commodum collectę, diſpoſitioni ipſorum, libere remaneant.

Quę vero ad aliorum locorum, ſeu perſonarum neceſſitates ſublevandas ad eorum conciones colliguntur, inter eos erogentur uſus, eiſve diſtribuantur perſonis, & locis, quę, Ordinarii juſſu, & mandato, in concionibus commendata fuerint, ita tamen, quod cogi non poſſint extraneos commendare. Regularibus concionatoribus in eorum propriis Eccleſiis concionandi hora a quoquam non pręſcribatur, ſed liberum ſit eiſdem, quandocumque officium prędicationis peragere.

Ordinarii nequeunt pręſcribere Regularibus horam concionandi.

L. Secundo: Fratres Mendicantes nullatenus a quęſtuatione, quę de licentia ſuorum Superiorum ſit, & in dies fieri contiget, prohibeantur.

De ſtipe roganda.

LI. Ex eodem regiſtro in Congregatione habita die X Julii fol. 94 Epiſcopo Sinnen. Patres iſti Sancti Dominici alias habuerunt recurſum ad hanc Sacram Congregationem, conquerentes, quod V.D., contra omne Jus, & conſuetudinem, volebat quartam Canonicam legatorum piorum, quę legabantur Eccleſię, & Conventui eorundem, ſuper quo, prout illa meminiſſe debet, fuit ei ſcriptus ſub ultimo Februarii modus, qui obſervari debebat, ſicut mihi ordinaverant dicti mei DD. Illuſtriſſimi, qui ſibi perſuadebant, omnia quieta eſſe, quoniam nihil aliud intellectum fuerat. Verum dato iterum incluſo Memoriali, in quo eadem querela eſt cum deterioribus circumſtantiis, ſi verę forent, voluerunt iidem DD. mei Illuſtriſſimi, ut ipſi dicerem, quod niſi fuerit infra quadraginta Annos Concilii recuperata quarta Canonica, non introducat hunc novum uſum, uti ordinat, & diſponit, & eſt Mens dicti Concilii, ſed ſi fuerit conſuetudo eam ſolvendi, V.D. amplectatur id, quod tunc ei ſcriptum eſt, & nunquam procedat via indirecta, quoties poteſt procedere via ordinaria ad conſequendum quod ſuum eſt, ſed ſi habet aliquid in contrarium, mihi ſignificet, quoniam non minor ſuis rationibus habebitur ratio, quam Fratrum.

Ordinarii nequeunt recipere a Regularibus Quartam Legatorum.

LII. Ex regiſtro Regularium Anni MDCIV in Congregatione habita die 12 Januarii.

De Sepultura.

Decre-

Decretum circa ſepulturas. Licet in Sacro generali Laterao. Concilio ſtatutum, & ordinatum fuerit, ut Fratres Ordinum Mendicantium, ceterique Religioſi Regulares, non poſſint iotrare Parochias cum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud Eccleſias Domorum, & locorum eorundem, ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius pręmonito, & requiſito, ac recuſante Parochiano Presbytero, & tunc ſine ejus, & Ordioarii prejudicio, ſignificatum tamen eſt Sac. Congregationi S.R.E Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & regularium prępoſitę, nonnullos Fratres, pręſertim Ordinis Minorum de Obſervaotia, cujuſdam conſuetudinis prętextu, quam neque antiquitate vallari, neque obſervantia viridi inniti, neque pacifica, & non interrupta poſſeſſione firmatam eſſe conſtat, contendere, ſibi licere Defunctorum funera, proprio eorum Parocho abſeote, eoque irrequiſito, efferre, & levare, idque haud leves controverſias, & altercationes, aliquibus in locis, non ſine populi ſcandalo, & Dei offenſione excitaſſe. Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnium ejuſmodi diſſenſionum, & ſcandalorum materiam, & occaſionem pręcidere, atqoe in futurum providere, ut tam Parochi, quam Fratres ipſi uoanimi interſe voluntate, & ea, qua par eſt, caritate, ultima hęc Chriſtianę pietatis officia Defunctis pręſtent, declarat, & hujuſmodi decreti tenore ſtatuit, prędictis Fratribus Ordinis Minorum de Obſervaotia, aliiſve quibuſvis regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium exiſtant, nullo modo licere, etiam ſpecialis alicujus conſuetudinis prętextu, Parochias cum Cruce proceſſiooaliter, aut alias ad efferenda, & levanda Defunctorum funera intrare, vel illa levare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio Defuncti Parocho, eoque ibidem intereſſente, ſi tameo ipſe aliter fieri non conſentiat, & permittat, vel oiſi requiſitus venire expreſſe omnino recuſet, atque ita obſervari mandat; & diſtricte pręcipit, firmis ceteris in ſuo robore permanentibus iis omnibus, quę ſuper Quarta fuoerali, & canonica portione, aliiſque juribus ad ſepulturas pertinentibus, a Sacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificum Conſtitotionibus hactenus ſancita, & ordioata ſunt, vel alias ex particulari conſuetudine, vel alio jure obſervantur. Romę &c.

LIII. Epiſcopo Nicoteran. Alias declaratum fuit a Sacra Congregatione, quod Parochi poſſint intervenire in aſſociatione Defunctorum, qui deferuntur ad Eccleſias regularium. Verum, quod poſtea, cum pervenerint ad Eccleſiam, aut eam ingreſſi fuerint, regulares celebrent officium, abſque eo, quod Parochi licet pręſeotes, quicquam agant. Ideo juſſerunt hi mei Illuſtriſsimi Domini, ut ſcriberem V. D.; quod in caſibus aſſociandi, & ſepeliendi Defunctos, idem faciat obſervari in controverſia, quę intercedit inter Fratres Minores obſervantes, & Clerum regularem iſtius Civitatis, quando deferuntur mortui Eccleſię ſepulturę tradendi ad Eccleſiam exteriorem iſtarum Monialium Ordiois Sanctę Clarę ſubditarum dictis Religioſis, & Deus &c Romę V Junii MDCXV.

LIV. Vicario Baren. Alias ex mandato hujus Sacrę Congregationis ſub die II Octobris MDXCV, fuit ſcriptum Vicario illius temporis tuo Anteceſſori, quod quando ferentur cadavera Defuoctorum ad ſepelienda ea in Eccleſiis regularium, & pervento cadavere ad Eccleſiam ipſorum, nequiret Clerus ſecularis ulteriorem deſuper functionem peragere, quod Sacerdotes ſeculares, nil aliod haberent, quam quartam funeralem Cerę Parochię debitę, quod eadem cadavera via recta ferentur ad Eccleſiam regularium, in qua debeant ſepeliri, abſque eo, quod prius fereotor ad Eccleſiam Parochialem, ad accipiendum ultimum vale, & ultimo, quod feratur ſola Crux Eccleſię, in qua ſit ſepultura, & oborta jam differentia inter Clerum de Modugno loci ipſius Dięceſis, & Religioſos Domioicanos dicti loci ſuper dictis capitibus, hi mei DD. Illuſtriſsimi, proponente Domino Cardinali Seneo., juſſeruot, ut ſcriberem, quatenus exequi facias dicta decreta, etiam in pręſenti controverſia, ſi tamen ex parte Cleri de Modugno, non probaretur legitime, quod conſuetudo in contrarium ſit caoooice pręſcripta, & Deus te ſervet. Romę XIX Julii MDCXVI

Ita reperitur in regiſtris Sacrę Congregationis Cardioalium Epiſcoporum, ac regularium negotiis prępoſitę Aooorum MDXCII, MDCVI, MDCXV, MDCXVI reſpective, & collationata concordaot meliori &c. In quorum &c. Romę die XI Martii MDCXXV. A. Epiſcopus Caſert. Secret.

LV. Ex eodem regiſtro fol, 62. Obſervan. Epiſcopo Nicoteran. Alias declaratum fuit a Sacra Congregatione, quod Parochi poſſint intervenire ſepeliendis mortuis, qui deferuntur ad Eccleſias Regularium, ſed quod poſtquam pervenerint ad Eccleſiam, vel eam ingreſſi fuerint, Regulares celebrent officium, abſque eo quod Parochi, etiam pręſentes, q icquam agant. Propterea hi mei DD. Illuſtriſſimi juſſerunt, ut ſcriberem D.T., quod in caſibus aſſociaodi, & ſepeliendi mortuos, idem faciat obſervari in controverſia, quę intercedit inter Fratres Minores de Obſervantia, cum Clero Secolari iſtius Civitatis, quando deferuntur mortui Eccleſię ſepulturę tradeodi ad Eccleſiam exteriorem iſtarum Monialium S. Clarę ſubjectarum dictis Fratribus, & Deus &c.

LVI. S. Auguſtini Cervię. D. Cardinali Bevilaqna. Alias declaratum fuit ab hac Sacra Congregatione, quod Parochi poſſunt intervenire ſepeliendis mortuis, qui deferuntur ad Eccleſias Regularium, ſed poſtquam pervenerint ad Eccleſiam, aut eam ingreſſi fuerint, Regulares celebrent Officium, abſque eo quod Parochi, licet pręſentes, ſe iotromittant in re qoapiam, quare conqueſti ſunt Prior, & Fratres Sancti Auguſtini, iſtius Civitatis, quod occaſione unius Cadaveris, quod delatum eſt ad ſepelieodum ad eorom Eccleſiam, volens Clerus Secularis officium celebrare in dicta Eccleſia contra voluntatem Fratrum, qui reſtiterunt, primo ad verba deveniſſent, & deinde ad verbera inter ſe. Hi mei Illuſtriſſimi Domini, has Literas V.D. Illuſtriſsimę dandas eſſe cenſuerunt, ut ſibi placeat obſervari facere, quod a Sacra Congregatione pluries reſolutum fuit, & in reliquo pro ſua prudentia hujuſmodi exceſsibus providebit, & V. Illuſtriſsimę D. ſuppliciter manue deoſcolor.

LVII. Ex eodem regiſtro fol. 168. Obſervantibus Reformatis Nepeſio. Cum inter Fratres Reformatos Ordinis Minorum Obſervaotię S. Fraociſci, nec non pro tempore exiſtentem Archipresbyterum, ſeu Parochum loci Fiani, Nepeſin. Dięceſis, in ſepeliendis ejuſdem Ordinis Tertiariis diverſę ut plurimum orirentur controverſię, ſupplicatum fuit nomine Patris Cuſtodis eorundem Fratrum Provincię Romanę, ab hac Sacra Congregatione Cardinalium negotiis Regularium prępoſita infraſcriptas reſolvi petitiones.

Pri-

Digitized by Google

Primo, An Tertiariorum ſui Ordinis Cadavera in Eccleſiis pariter ſuę Religionis ſint ſepelienda.

Secundo, An in iiſdem etiam Eccleſiis ſepelienda ſint Cadavera eorum, qui dicti Ordinis habitu induti ex hac vita migrarunt.

Tertio, Num & illi, qui coram Teſtibus duntaxat, licet abſque ſcriptura in iiſdem Eccleſiis ſepulturam ſibi elegerint, ibidem ſint ſepeliendi.

Quarto, An tam ſupradictorum, quam aliorum quorumcunque Cadavera in alterius Parochia exiſtentia, & in Eccleſiis eorundem Fratrum ſepelienda, prius ad Eccleſiam Parochialem, ad benedictionem, ac ultimum vale a Parocho recipiendum, deferri debeant, num vero ab Ædibus defunctorum, ad dictas Fratrum Eccleſias, recto tramite ſint transportanda. Illuſtriſsimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, Illuſtriſsimo de Ara-Cęli referente, peritis auditis, reſponderunt in hunc, qui ſequitur, modum.

Ad primum, Tertiarios hujuſmodi, ſi qualitatibus in Bulla felicis recordationis Leonis Papę X pręſcriptis, ſint prędíti, videlicet, ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter vivant, mulieres vero virginalem, vel cęlibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu, vitam ducant, poſſe, & debere, etiam invito, ac minime requiſito Parocho, in ſupradictis Fratrum Eccleſiis ſepeliri, ſecus vero ſi ſupradictis qualitatibus careant, ac niſi ſubſequentis ſecundi capitis diſpoſitione comprehendantur.

Tertiariorum cadavera ſunt ſepelienda in Eccleſiis ſui Ordinis.

Ad ſecundum. Si conditiones in Bulla Aurea felicis recordationis Pii Papę IV contentas in ipſis, adimpletas eſſe conſtiterit, videlicet, quod a Guardiano Domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio Superiore, vel ab altero, cui id Superior committendum duxerit, habitum receperint, ac prędicti Guardianus, vel alius Superior, habitum hujuſmodi recipientes pręmonuerint, eorum Cadavera propter habitus conceſsionem, ac receptionem, penes ipſos Fratres, quorum habitum geſtant, eſſe ſepelienda, eo caſu cum habitu religionis decedentes in Eccleſiis pariter ejuſdem religionis Eccleſiaſticę ſepulturę eſſe tradendos.

Corpora defunctorum geſtantium habitum alicujus Religionis in Eccleſiis ejuſdem Religionis ſunt ſepelienda dummodo conditiones in Bulla Aurea contentæ ſervatæ fuerint.

Ad tertium: in ſupradictis Eccleſiis eſſe ſepeliendos, ſine prejudicio tamen jurium Parochialium.

Illi, qui coram teſtibus ſine ſcriptura in aliqua Eccleſia ſepulturam ſibi elegerint ſunt in eadem ſepeliendi.

Ad quartum: Cadavera hujuſmodi ad prędictorum Fratrum Eccleſias recto tramite deferri poſſe, ab iiſdem tamen Fratribus monendum eſſe prius, & requirendum, ac exſpectandum proprium Defunctorum Parochum, quo requiſito, expreſſe venire recuſante, licere eiſdem Fratribus, etiam ipſo invito, ſupradicta Cadavera ad eaſdem Eccleſias transportare. Romę &c.

Regulares tenentur monere, & expectare Parochum pro aſſociatione cadaverum.

LVIII. Ex regiſtro regularium anni MDCXVII fol.30. Obſervan. Hiſpal. Cum ex parte Procuratoris Generalis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, a Sacra Congregatione Cardinalium, negotiis regular. prępoſita, quęſitum fuiſſet, an Clero Seculari Hiſpalen., poſtquam Chriſtifidelium Cadavera in Fratrum hujuſmodi Eccleſiis ſepelienda aſſociaverit, in iiſdem Eccleſiis ſuper ipſis Cadaveribus Officium Deſunctorum, Pſalmos, reſponſoria, aliaſve preces, vel Orationes recitare, aut pſallere liceret? Illuſtriſſimi ejuſdem Sac. Congregationis Patres, non licere, ſed ab ipſis Fratribus duntaxat hęc omnia peragenda eſſe, cenſuerunt. Romę &c.

Clerus ſecularis nequit in Eccleſiis Regularium ſuper cadaveribus officia perſolvere.

LIX. Quarto: quod quando feruntur defuncti ad Eccleſias Religioſorum, non poſſunt Canonici Cathedralium, & Collegiatarum, & alii Parochi, dum nondum Cadaver exiſtit in Eccleſia, recitare reſponſorium, & poſtea diſcedere.

LX. Quinto. Quo autem ad quartam Funeralium ſervetur Decretum Sac. Conc. Tridentini. Fr.M. Bonellus Card. Alexandrinus. Georgius Palearius Secretarius.

Quoad quartam funeralium ſervetur decretum S C. Trid.

LXI. Ex regiſtro Epiſcoporum Anni MDCXVII fol. LXXXI. Caſſano Vicario Capitulari. Cum Illuſtriſſimus D. meus Cardinalis Lant. retuliſſet in Sacra Congregatione, id quod in tuis ſubdatis 11 Novembris proxime pręteriti ſcribis, circa controverſias, quas Communitas, & homines de Majethea iſtius Diœceſis, habent cum Archipresbytero, & Clero ejuſdem loci ratione ſepulturę mortuorum, hi mei Illuſtriſſimi Domini ordinarunt, ut tibi ſcriberem, quod prohibeas Archipresbytero, & Clero ſupradictis, ne pro quarta Funerali, Parochiali, Epiſcopali, vel alia, poſſint recipere pluſquam octodecim Carolinos illius monetę pro quolibet defuncto. Quod ſub prętextu cujuslibet compoſitionis, non permittas ullo modo retardari, ſeu impediri ſepulturam mortuorum: quod hęredes defunctorum poſſint vocare numerum Sacerdotum ſibi beneviſum ad aſſociandum mortuum ad ſepulturam: quod pro pedagio, ut ipſi vocant, dentur duo Carolini Parocho, vel Archipresbytero, & Carolinum cuilibet Sacerdoti, qui vocatus interfuerit: quod hęres defuncti arbitrio ſuo ſubminiſtret ceram ad aſſociandum Cadaver ad ſepulturam, nec a Paroco ſub quovis prętextu poſſit cogi ad ſubminiſtrandum majorem quantitatem, quam voluerit; quod pauperes ſepeliantur gratis, & quod circa mercedem Campanę, ſolitum obſervetur. Sic igitur exequi facias per modum proviſionis abſque pręjudicio jurium partium, & donec ab Illuſtriſsimis Dominis meis aliud ſtatuatur. Vale.

Quid dandum Parochis pro aſſociatione mortuorum.

LXII. Ex regiſtro regularium Anni MDCXVIII fol.18 S. Dominici. Epiſcopo Civitatis Pennorum. Alias declaratum fuit ab hac Sacra Congregatione, quod Parochi, & alii Sacerdotes ſeculares, poſſint intervenire ſepulturis mortuorum, qui feruntur ad Eccleſias Regularium, ſed poſtquam pervenerint ad Eccleſiam, & eam ingreſsi fuerint, Regulares peragant officium, abſque eo quod Clerus ſecularis, licet pręſens, ſe intromittat in re quapiam, quare queſti ſunt eidem Sacrę Congregationi iſti Religioſi S. Dominici, quod a Clero ſeculari hęc reſolutio Sacrę Congregationis, non obſervetur, ideo his litteris tuę dominationi ordinandum cenſuerunt, ut faciat eam obſervari, & Deus &c.

Parochi, & Clerus ſecularis nequit peragere officia ſuper corpora defunctorum ad Eccleſias Regularium delata.

LXIII. Liberum ſit hęredibus Deſuncti, unum, plurave officia pro Deſunctis in Eccleſiis Regularium celebrari facere, nec non tot ex Regularibus ejuſdem Conventus vocare, quot eis videbitur.

Hæredes defuncti poſſunt vocare tot Regulares quot ipſis videbitur.

LXIV. Parochi a Regularibus, in quorum Eccleſiis Parochianos ſepeliri contingit, non plus portione ipſis vere, ſeu conſuetudine, debita, quę quarta nuncupatur, exigatur.

Parochi non exigant a Regularibus niſi quartam funeralem.

Si corpora mortuorum ſepelienda in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum deferuntur, Parochis non liceat corpora ad Eccleſias prędictas deferre, niſi de conſenſu ejuſdem Monaſterii, Superioris, ſeu Confeſſarii, qui tunc pręſens aderit, hęredes autem minime adſtringentur, Regulares, quibus Monaſterium ſubeſt, ad funus evocare.

LXV.

Digitized by Google

Corpora defunctorum non deferatur a Eccleſia Monialium ſubjectatum Regularibus ſine Superiorum licentia.

Decretum Concilii Trident. de quartis funeralibus non intelligitur de quartis legatorum.

Parochus nequit intervenire ſepulturæ Monialium.

Parochi non poſſunt petere niſi quartam funeralem a Regularibus.

De Cruce Regularium deferenda.

De verbo Dei prædicando, & confeſſionibus etiam Monialium excipiendis.

LXV. 1585. 17 Novembris. Decretum Sacri Concilii Tridentini Seſs.25. de reform. Cap.13. *diſponens* de quartis funeralibus, non intelligitur de quartis legatorum piorum.

LXVI. 1603. 7 Januarii. Nullum jus competit Parocho interveniendi ſepulturę Monialium, ſed Confeſſario duntaxat.

LXVII. 29 Julii 1616 fol.113. S. Dominico. Al Vicario di Bari. Pendente lite inter *Clerum Modugni* Rutę Baren. ex una, & Fratres S. Dominici ejuſdem loci, de, & ſuper quarta funerali, *& cujuſvis delatione*, occaſione cadaverum in dictorum Fratrum Eccleſias humandorum, partibus, *ex altera*, *eadem Congregatio* cenſuit, Presbyteros ſeculares quartam funeralem Parochi debitam, duntaxat prętendere *poſſe*, & Crucem Eccleſię eorundem Fratrum, ubi ſit ſepultura, tantum deferri debere.

LXVIII. Archiepiſcopo Conſentin. Queſtus eſt Pater Procurator ordinis S. Franciſci de Paula, quod T. D. prohibuerit generaliter Regularibus, per univerſam ſuam Diœceſim, ne prędicent in eorum Eccleſiis, licet ſint approbati a ſuis Superinribus, & quoniam, ut noſti, illis conceſſum eſt, dummodo approbati ſint a ſuis Superioribus, poſſe prędicare in Eccleſiis ſui ordinis, petendo ſolum antea benedictionem ab Ordinario, qui nnn poteſt eam denegare, niſi ex canſa ratinnabili, & evidenti, dignabitur T.D., ſi tamen vera ſunt narrata, gubernare ſe in his cum obſervantia Sacri Concilii Tridentini Cap. a. Seſs 5. utendo in eis ſua ſolita caritate, & ſignificando mihi, ſi occurrerit ſpecialis caſus cum Religioſis dicti Ordinis S. Franciſci de Paula. cauſas, ob quas decreverit, ne prędicent in Eccleſiis ſui Ordinis, & Deus &c. Romę VIII Novembris MDXCII.

LXIX Epiſcopo Ripętranſonen. Inſtiterunt in Sacra Congregatione religioſi Dominicani, & Auguſtiniani, ordinari, quod tua dominatio non neget illis benedictionem, quando volunt prędicare in Eccleſiis ſuorum Ordinum, & quod ſimiliter admittat ad confeſsiones eos, quos juxta diſpoſitionem Sacri Concilii reperiet idoneos. Hinc eſt, quod hi mei Illuſtriſſimi DD. juſſerunt, me ſcribere, ut placeat ſignificare cauſam, cur, negando benedictionem dictis religioſis, & ſpecialiter Dominicanis ad hunc effectum a ſuis Superiorioribus deſtinatis, impediat, quominus concionentur verbum Dei iſtis animabus, & quod non deneget facultatem audiendi confeſſiones ſacramentales illis, qui poſt examen fuerint approbati, & pro idoneis habiti, aut vero, ut ſimiliter ſignificet cauſam, quę illam movet denegandam, & Deus &c. Romę XII Auguſti.

LXX Ex particulis Memorialium regularium XII Martii, VIII Novembris. Genuę Archiepiſcopo petente per Sacram Congregationem declarari, num ſibi liceat deputare Monialibus ſub regularium regimine degentibus confeſſarios extraordinarios, eadem Sacra Congregatio, negative, reſpondit, ſed ad ipſos Superiores regulares id pertinere declaravit.

LXXI. 1594. die 13. Martii regulares reperti idonei, & habiles ad confeſſiones audiendas, admittantur in genere, & non ad tempus limitatum.

LXXII. 1593 fol.98. Veronę. Ultra confeſſarium Ordinarium, alter extraordinarius bis, ſive quotannis in communi, non autem in particulari Monialibus deputetur.

LXXIII. 1593. die 10. Martii Iidem confeſſarii Monaſteriorum, in quibus degunt, a religionis oneribus pro eo tempore duntaxat quo confeſſionibus audiendis occupantur, excuſentur.

LXXIV. 1615. Conſtituatur certa merces annua confeſſori Monialium, quę ſecundum morem, & qualitatem regionis victui ſufficiat, eademque merces Monaſterio, in quo degit idem confeſſarius, ſi regularis ſit, perſolvatur, a Sacra Congregatione ſub Clem. VIII annuente reſolutum, & quod ultra hanc mercedem, idem confeſſarius, a Monialibus nihil aliud accipiat, & id pręcipiatur a Superioribus.

LXXV. Ex regiſtro regularium MDCXVIII In Congregatione habita die XXII Junii fol 200. Gebennen. Epiſcopo. Cum ad Sac. hanc Congregationem Cardinalium, negotiis regularium prępoſitam, perlatum fuerit, Monialibus, quę in iſta Diœceſi Patribus Ciſtercien. Ordinis ſubjectę ſunt, quęque Patrum Minorum de Obſervantia regimini ſubjiciuntur, extraordinarios confeſſarios ad pręſcriptum Sacroſancti Concilii Tridentini minime deputari, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, id nonniſi in ſpiritualem perniciem prędictarum Monialium cedere poſſe cognoſcentes, has literas ad prędictam *Amplitudinem* tuam, dandas eſſe decreverunt, quibus eis injungunt, ut ſpirituali earundem *Monialium* conſolationi, opportune conſulens, extrardinarios confeſſarios, ad prędicti Sacri Concilii *normam*, Monialibus hujusmodi ab earum Superioribus reſpective deputari omnino curet. Hoc igitur exequetur amplitudo tua, cui ego interim proſpera quęque a Deo Opt. Max. precor. Romę &c.

LXXVI. Ex regiſtro regularium anni MDCXX. In Congregatione habita die 2. Auguſti fol.234. Nolan. Epiſcopo. Suppoſita penuria, quę in iſta Civitate eſt Sacerdotum ſecularium aptorum exercendo muneri confeſſariorum Monialium, ſubjectarum curę, & regimini D. T., uti ſuo nomine expoſitum fuit Sacrę Congregationi, jubetur ab his DD. meis Illuſtriſſimis, quod poſſit ad hunc effectum uti opere regularium, non obſtante decreto ejuſdem Sacrę Congregationis, quo prohibetur Epiſcopis, ne utantur confeſſariis regularibus ad confeſsiones Monialium Ordinariis ſubjectarum audiendas, dummodo tamen provideatur de Patribus qualificatis, & exemplaribus ętatis ultra quadraginta quinque annos, & idoneis ad dandam ſatisfactionem, & conſolandum Moniales, in ſuis neceſsitatibus ſpiritualibus, & dummodo iidem regulares non continuent in hujuſmodi munere ultra triennium, & Deus &c. Ita reperitur in regiſtris Sac. Congregat. Cardinalium negotiis regularium prępoſitę annorum MDCXVIII, MDCXX reſpective, & collationata concordant meliori &c. In quorum &c. Romę die XXV Martii MDCXXV. Pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino meo Diaz Epiſcopo Caſert. Secretario. Jo. Olivarius ſubſtitutus de mandato.

LXXVII. Ex regiſtro regular. MDXCVII. In Congregatione habita die XVIII Junii fol.67.

Venetiis Illuſtriſſimo Priolo. Pluries hęc Sacra Congregatio, & etiam illa Sacri Concilii Tridentini, declaravit, quod regulares ſemel examinati, & approbati pro idoneis ad audiendas Confeſſiones, nequeunt ab eodem Ordinario, de novo examinari, nihilominus cum queſti fuerint quidam, quod in

Tribu-

Tribunali D. V. Illuſtriſſimę, non ſit placeat committere, quod deinceps obſervetur.

LXXVIII. Ex regiſtro (3) regularium anni MDCXV in Congregatione habita die XX Nov. fol.148. Regularibus. Decretum circa Confeſſores. Cum Sacrę Congregationi Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Prępoſitorum, innotuerit, Confeſſarios regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, ab audiendis confeſſionibus quavis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, ac pręterea ſępe contingere, ut ab eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, omnibus ſimul unius Conventus Confeſſariis confeſſiones audiendi facultas adimatur, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, rati, vix fieri poſſe, ut hęc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re mature perpenſa, ad omnem ſcandali materiam ſubmovendam, & quo magis Spirituali piarum mentium conſolationi, conſulatur, ſtatuunt, ac decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, ad quos Confeſſarios approbare ſpectat, Confeſſarios regulares, alias ab ipſis libere approbatos, ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendere poſthac minime licere, niſi ex nova cauſa, eaque ad confeſſiones pertinente, aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper, eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios, confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta, nullo pacto adimere poſſe, quod quidem Decretum, ut iidem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent obſervari. Romę:

Ita reperitur in Regiſtris Sacrę Congregationis Cardinalium, Epiſcoporum, ac Regularium negotiis prępoſitę annorum MDXCVII, MDCXV reſpective, & collationata concordant meliori &c. In quorum &c. Romę die XX Martii MDCXXV pro Illuſtriſſimo Domino meo Diaz Epiſcopo Caſert. ita eſſe affirmo ego Jo. Olivarius de mandato.

LXXX. Ex eodem regiſtro fol.101. Ripętranſonen. Epiſcopo. Inſtiterunt Sacrę Congregationi Fratres Dominicani, & Auguſtiniani ordinari, quod V.D. non deneget ipſis benedictionem, quando volunt concionari in Eccleſiis ſuorum Ordinum, & quod ſimiliter admittat ad Confeſſiones illos, quos juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini inveniet idoneos, ideirco hi mei Illuſtriſſimi Domini mei juſſerunt me ſcribere, ne ſit illi grave ſignificare cauſam, quare negando benedictionem dictis Religioſis, & pręſertim Dominicanis, deſtinatis ad hunc effectum a ſuis Superioribus, impediat, ne concionentur verbum Dei illis animabus, & quod non deneget facultatem audiendi Confeſſiones Sacramentales illis, qui examinati, & approbati fuerint, & habiti pro idoneis, aut ut ſimiliter ſignificet cauſam, quę eam movet ad illam denegandam, & Deus &c.

LXXXI. Ex regiſtro fol.548 Regularibus. Decretum ſuper Confeſſarios. Cum Sac. Congreg. Cardinalium, negotiis Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, innotuerit, Confeſſarios regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis Confeſſionibus quavis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, ac pręterea ſępe contingere, ut ab iiſdem Archiepiſcopis, & locorum Ordinariis omnibus ſimul unius Conventus Confeſſariis audiendi facultas adimatur, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis PP. rati, vix fieri poſſe, ut hęc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie, contingant, re mature perpenſa, ad omnem ſcandali materiam ſubmoven., & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt, ac decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis, ad quos, Confeſſarios approbandi jus ſpectat, Confeſſarios Regulares, alias ab ipſis libere approbatos, ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendere poſthac minime licere, niſi ex nova cauſa, eaque ad Confeſſiones pertinente, aut ob non ſervatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios, confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta, ullo pacto adimere poſſe: Quod quidem Decretum, ut iidem Illuſtriſsimi PP:, opportunum, & neceſſarium duxerunt, & ita inviolabiliter jubent obſervari. Romę die XX Novembris.

LXXXII. Ex regiſtro Epiſcoporum Anni MDCXV fol.88. Terviſan. Omiſsis aliis, quod Cappellanus ſemel examinatus, & approbatus ab Ordinariis, nulli in poſterum quoad ſcientiam examini ſe ſubjicere teneatur.

LXXXIII. Super eadem Seſs. Cap.5. Sanctiſſimus D N. Gregorius XIII declaravit, tempore Jubilęi poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas Confeſſiones, in Bulla enim fit mentio de Ordinario eorum, qui audiunt confeſſiones non autem de ordinario Pęnitentium.

LXXXIV. An Pręlati Regulares, ſive alii Religioſorum Confeſſores, poſſint audire Confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, aut alias deſerviunt in eorum Monaſteriis abſque licentia, ſeu approbatione Epiſcoporum, de quo in hoc Capitulo, Congregatio Concilii cenſuit, audire poſſe confeſſiones ſecularium, qui ſunt de Familia, & continui Commenſales, non item eorum, qui deſerviunt in eorum Monaſteriis.

LXXXV. Licentiam concionandi regularibus in Eccleſiis, quę ſui ordinis non erunt, Ordinarius concedat, prout ſibi magis expedire videbitur, & Concionator, ea obtenta, in Eccleſia ſibi aſſignata, abſque ulteriori Rectoris licentia, munus ſuum libere exerceat: qui vero non in particulari Eccleſia, ſed libere concionandi licentiam obtinuerit in tota Diœceſi, nulla ulteriori licentia petita a Rectoribus, libere concionari valeat, Rectore vero contradicente, niſi Ordinarius aliud juſſerit, non prędicet.

LXXXVI. Concionatoribus vero approbatis a ſuis Superioribus, liceat in quibuſcunque Eccleſiis ſui Ordinis concionari &c.

LXXXVII. Regulares, qui ad Confeſſiones audiendas, idonei generaliter ab Ordinariis, eorumve Examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtincte, abſque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis perſonarum, admittantur in Diœceſi propria, de ceteris vero, qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint, ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Si autem in domibus pro-

propriis Laicorum confeſſiones, ex cauſa andierint, ſtatim Parochnm admonere teneantur, & fidem auditę confeſſionis pro Medico adveniente relinquere ſignatam. Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus, & ſubſcripta, Georgius Palearius, & ſigillata in eera rubea, & ſubſcripta hoc modo videlicet &c.

LXXXVIII. Congregatio regularium, decrevit, Regularibus concionantibus in eorum *propriis* Eccleſiis, concionanti hora a quoquam non pręſcribatur, ſed liberum ſit eiſdem, quandocumque *officium* prędicationis peragere, die II Julii MDLXXXVII Card. Alexandrinus. Georgius *Palearius Secretarius*.

Decreta pro Fratribus Mendicantibus die VIII Junii MDLXXXVII.

LXXXIX. Lecto in Sacra Congregatione Regularium memoriale, oblato nomine totius Familię Fratrum Mendicantium quarumcunque Provinciarum Regni Neapol. conquerentium, qualiter contra formam ſuorum privilegiorum, Sac. Canonum, Concilii Tridentini, & ordinationum Apoſtolicarum, in quampluribus ab Ordinariis locorum gravantur, prout ejuſdem memorialis ſeries continebat. Illuſtriſſimi DD. Cardinales, iis mature conſideratis, ſtatuerunt, & decreverunt, ut infra ab iiſdem locorum Ordinariis, perpetuo, & inviolabiliier obſervari debere.

XC. Pr mo: Quod circa ſecularium confeſſiones ab ipſis Fratribus Mendicantibus audiendas, ſervetur deciſio Congregationum Sacri Concilii, & Epiſcoporum, eorripianturque Ordinarii, qui in articulo mortis id probibent fieri, vel in licentiis conceſſis excipiunt.

XCI. Congregatio item Concilii cenſuit, Regulares, qui abſqne lieentia Epiſcopi prędicaverint in Eccleſiis, quę ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi Decreto ejuſdem Concilii Cap. XXI ſeſſ. V contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum a ſnis Superioribus Regularibus.

De ſolemnibus ſnpplicationibus.

XCIII. Congregatio Concilii etiam cenſuit Regulares Monaſterii ultra medium miliare a Civitate diſtan., non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad Proceſſiones.

XCIV. Ex eodem regiſtro in Congregatione babita VI Novembris fol. 48. Epiſcopo Cremonen. Introductio a regularibus iſtius Civitatis faciendi Proceſſiones ſingulis menſibus ſub prętextu *Societatis Sanctiſſimi* Nominis Jeſu, B. Virginis de Monte Carmelo, Annunciatę, & aliarum diverſarum Devotionum exeundo e propriis limitibus, & ingrediendo Parocbias alienas, extendendo ſe per Civitatem, velut in Proceſſionibus generalibus, & jubendo ferri Imaginem B. Virginis, aliorumque Sanctorum a Virginibus Puellis, duodecim, vel quindecim annorum, eomitantibus plerumque pueris habitu Angelorum indutis licet pręſeferat ſpeciem bonitatis, & fortaſſis aliquam in populo excitet pietatem, nihilominus tot poſſunt exoriri inde inconvenientia, & exceſſus, ut majus reſultet damnum, quam utile, ultra quod faciendo id abſque licentia Epiſcopi, & immittendo pedem in alienas Parochias, abſque Parochorum licentia, neceſſe eſt, nt exinde procedant inquietudines, & impediant aliquando celebrationem Divinorum Officiorum in aliis Eccleſiis. Quare viſum eſt Sacrę Congregationi, illud moderari ita ut remanere poſſit in populo eadem devotio, & provideatur inconvenientibus, ideoque determinavit, ordinare V. D. per meas pręſentes literas, ut ipſa nomine borum DD. meorum Illuſtriſſimorum, debeat probibere in poſterum, ne fiat, neque extendatur aliqua harum Proceſſionum extra proprias Parochias, vel eas, in quibus ſunt ſiiuatę Eccleſię Regularium, & quod nullo modo poſſint proceſſionaliter intervenire puellę cujuslibet ętatis, etiam eum propriis veſtibus, niſi quando inceſſerint cum aliis mulieribus loco ſolito, nec etiam pueri in habitn Angelorum, aut aliis generibus veſtium extraordinariarum. Ita igitur debebit exequi, & ad effectum ordinem hujuſmodi obſervari faciendi, pręſentium vigore, *particularis facultas ei tribuitur*, procedendi juridice contra Regulares eujuſvis Ordinis, qui fuerint inobedientes, & Dominus eam conſervet.

XCV. Ex eodem regiſtro fol. *63*. S. Dominico. Hiſpal. Archiepiſcopo. Fratres Ordinis S. Dominiei de Ecya, & Oſſunę, iſtius Dięceſis, Sac. huic Congregationi expoſuerunt, nonnullos Parochos pręte ndere, non lieere cuiquam elevata Cruee per ipſorum Parochias incedere, conarique eos impedire, quominus in Dominica infra octavam Corporis Chriſti, publicas ſupplicationes faciant, in eiſque Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ferant, quamvis felicis recordationis Pius Papa V. hoc ipſis conceſſerit. Quoniam vero eadem Sacra Congregario, non modo de Privilegiis a prędictis Summis Pontificibus eiſ*dem* Fratribus conceſſis certior facta eſt, verum etiam in pluribus Hiſpanię locis, pręcipue autem in *Civitate* Barchinon., & Valentin., necnon in Oppido de Alicante ejuſdem Regni, itemque in Luſi*tania in* Civitate Ulyſſiponen., eandem conſuetudinem a prędicti ordinis Regularibus ſervari, accepit, Illuſtriſſimi Patres has litteras ad amplitudinem tuam dandas eſſe cenſuerunt, quibus ei injungunt, ut contra prędictos Fratres S Dominici, nibil omnino hae in re innovari patiatur, hoc igitur exequi amplitudini tuę non ſit grave, cui ego interim omnia bona precor. Romę &c.

XCVI. Ad publicas Proceſſiones tantum regulares ab Ordinario accedere jnxta formam Concilii Tridentini compelli poſſint, ad alias vero, quę Mediolani ab univerſo Clero ſeculari fieri conſueverunt, ut ſponte accedant, hortentur.

XCVII. Cenſuit Sacra Congregatio Regularium, ſervandam eſſe conſuetudinem, quę ab annis decem retro ſervata fuit in Proceſſionibns faciendis in quatuor Feſtivitatibus B. Virginis pro Roſario per totam Civitatem, ſeu terram. Die XVI Decembris MDICI, Cardinalis Alexandrinus. Georgius Palearius Secretarius.

De Conſervatoribus.

XCVIII. In Conſtitntione de Conſervatoribus edita a S. Mem. Gregorio XV ex ſententia Sacrę Congregationis Concilii, inter eetera ſtatutum eſt, ut coram Conſervatoribus, Regulares conveniri quidem aut trahi debeant, ſed alibi convenire, aut trahere non poſſint, itant memorati Conſervatores in cauſis, in quibus regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorſus juriſdictionem habeant, ſed in iis tantum in quibus rei ſteterint. Dubitatur nunc, an per hęc verba ſublata ſit facultas, quam habent Conſervatores defendendi Regulares, & alios a manifeſtis injuriis, & violentiis, quę illis de facto inferuntur dum a ſuis poſſeſsionibus dejiciuntur, & bonis propriis nti, ac frui impediuntur?

XCIX. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum eenſuit, ejuſmodi verbis minime ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſervatores defendendi Regulares a manifeſtis injuriis,

ac

Digitized by Google

ac violentiis, dummodo obſervent formam præſcriptam in Conſtitutionibus Innocentii IV, & Bonifacii VIII. relatis in Cap. I, & fin. de offic. deleg. in 6. Coſmus Cardinal. de Torres, Proſper Fagnanus Sacræ Congregationis Secretarius. Loco ✻ Sigilli.

1. *Declarationes.*) Idem titulus legitur in exemplari cujus tenor hic exhibetur. Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Prodiit Romæ typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum Anno MDCXXIV.

3. *Regiſtro.*) Hic incuria, vel amanuenſis, vel typographi deeſt numerus LXXIX: & iſte LXXVIII idem ferme eſt, ac numerus LXXXI. Inferius etiam deeſt numerus XCII.

De celebratione Miſſarum.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Anno 1625. Die 21 Junii.

CXXX.

CUm ſæpe contingat in quibuſdam Eccleſiis tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, ut illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen nova onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur, indeque fiat, ut depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragiis priventur, Eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſtifideles gravi ſcandalo affecti, plerumque a ſimilibus caritatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cetera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent, illas brevi ad pauciorem numerum a Superioribus reductum iri, aut quod Eccleſiis, forte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum abſque ullo emolumento, aut quod eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic ſe muneri ſubjicere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterii adeo exigui, ut Sacerdos pro neceſſaria ſua ſuſtentatione novis ſe oneribus obſtringere compellatur, Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum animadvertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, caritatique, ac juſtitiæ maxime conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum e Chriſtiana Republica convellere, atque eradicare, Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani divina providentia Papæ VIII auctoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta decreta edidit. Ac primo diſtricte prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit. Deinde ubi pro pluribus Miſſis, etiam ejuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia quantumcunque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive a pluribus perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum, Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, domibus, & locis piis quibuſcunque, tam ſecularibus, quam regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione divini judicii mandat, ac præcipit, ut abſolute tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimo graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. Id vero, ut deinceps obſervetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac locis piis, tam ſecularibus, quam regularibus cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, vel aliquibus collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat. Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat. Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum in perpetuo impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, adimplendis, eo tepidiores, ac ſegniores reddantur, quod onera hujuſmodi, cum nulla, aut parva ſint utilitate conjuncta, ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus tam ſecularibus, quam regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda, a die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penes ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus, idoneam, ad effectum illa, ſeu illorum pretium, quamprimum inveſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur. Ac, ſi eadem bona immobilia, auctoritate Apoſtolica, deinceps alienari contigerit, eorundem pretium ſub eadem pœna, ut ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat. Ad hæc Sacra Congregatio quibuſvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tam ſecularium, quam regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtricte prohibet, ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidem ſine Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii, regulares vero ſine Generalis, vel Provincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, alioquin ſecularis, qui hujus prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo. Regularis vero pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, vociſque activæ, ac paſſivæ abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas vero manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis, ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis] ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſcipere valeant, alio-

alioquin omnino abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa: Eleemoſyna pro Miſſis: vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtentur. Epiſcopus vero, ſeu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſię, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus, nec antea aſſenſum hujuſmodi, aut licentiam prębeant, quam eis legitime conſtiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri ſuſcipiendo, quam antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe; pręcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adjunctis, ſecundum morem cujuſque Civitatis, vel Provincię, intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in noviſſimo die ſe hujus prętermiſſi muneris rationem eſſe reddituros. Poſtremo Illuſtriſſimi Patres non ſine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quę regularem diſciplinam evertunt, ac pręcipue nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori regularium numero, quam ferant redditus, & eleemoſynę cujuſque Monaſterii, inhęrentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decretis hac de re editis, SS D. N auctoritate pręcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Commiſſariis, Miniſtris, Pręſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcunque aliis Superioribus, Monaſteriorum, Conventuum, ac Domorum regularium, bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italię, & Inſularum adjacentium, ut ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obventiones, tam communes Monaſteriorum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provincię, quam etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem uſum deinceps conferendas, decem annorum immediate pręcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoſcant, iis omnibus detractis, quę reparationes, pręſtationes, grandines, ſterilitates, aliave cujuslibet generis
Nota. onera conſueverunt abſorbere. Eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipſomet Capitulo, ſeu Congregatione deligendis, proponat, qui, computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus, ut ſupra, detractis, ſedulo examinent, quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus, in unoquoque Monaſterio, Conventu, & Domo regulari juxta regionis, & proprii inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant ſuſtentari. Tum eorundem bonorum, redditũum, eleemoſynarum, & onerum pręciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cujuſque familię, Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis in ſingula quaque Provincia certus earum tantum perſonarum numerus, Patrum Capitularium voto, pręfigatur, quę redditibus, eleemoſynis, & obventionibus, ut ſuperius, ſufficienter ali poſſint. Ne vero Superiores, qui id pręſtare debent, ſerius, aut remiſſius, quam par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sacra Congregatio, ut infra annum, poſt proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta, ad ſacram ipſam Congregationem Concilii ſinguli mittant, numerumque familię, ſingulorumque Conventuum, Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi regularium, Capituli, ſeu Congregationis Generalis, vel Provincialis ſententia, & auctoritate pręfinitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam locales perpetuo ſervare omnino teneantur, nec poſſint illum quoquomodo augere, etiam pretextu augmenti redditũum, abſque ſacrę ipſius Congregationis licentia. Superiores autem hujuſmodi, qui prędicta omnia in pręfixo termino non pręſtiterint, vel numerum, ut ſupra pręſcriptum, quovis modo augere pręſumpſerint, privationis omnium officiorum, quę tunc temporis obtinebunt, vociſque activę, ac paſſivę, & ad omnia ſuę Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apoſtolica infligendis ſacra Congregatio ſubjacere voluit, & declaravit. Deinceps vero Mo-
Nota. naſterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu regularium, nullibi recipiatur, niſi, pręter alia ad id requiſita, in ſingulis ejuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, ut ſupra detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad pręſcriptum decreti felicis recordationis Gregorii XV hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodę juriſdictioni ſubjecta eſſe intelligantur. Porro ne ullo unquam tempore hęc in oblivionem, ſeu deſuetudinem abeant, Superiores locales cujuſque Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pęna privationis officii, vociſque activę, & paſſivę ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum, ſexto quoque menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam
Nota. Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt octavam Corporis Chriſti pręſentes ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus tam Eccleſiaſticis perſonis cujuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocunque honore, ac poteſtate, prędītis, pręſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta. Non obſtantibus, quod ſupraſcripta omnia, & ſingula in pręſentibus decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Johannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque, tam ſecularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & li-

& literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulls Aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogstoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eornmque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clsuſulas generales, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nibil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, pręſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quę pręſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſacra Congregatio, Sanctitatis Suę auctoritate, ſpecialiter, & expreſſe derogat, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et ne pręmiſſorum ignorantia, a qnoquam pretendi poſſit, voluit esdem ſacra Congregatio, ut pręſentes ordinationes in valvis Baſilicarum S. Jo. Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in Acie Campi Florę, ut moris eſt, affixę, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuiqne perſonaliter intimatę fuiſſent. Utque earundem pręſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę die XXI Junii MDCXXV.

Coſmus Cardinalis de Torres.

Proſper Fagnanns S. Congr. Secret.

Anno D.N.J.C. MDCXXV Indictione VIII, Pontificatus autem in Chriſto Patris, & D.N.D. Urbani divina providentia Papę VIII, Anno ejus III, die vero XXII Menſis Septembris ſupraſcripta decreta, affixa, & publicata fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Jo: Lateranen., & Principis Apoſtolorum, ac in Acie Campi Florę, ut moris eſt, per Nos Camillum Fundatum, & Fabium Æmilianum SS. D. N. Papę Curſores.

Brandimartes Latinus, pręlibati SS.D.N. Papę, ac S. Romanę, & univerſalis Inquiſitionis, pro Mag. DD. Curſ.

Sequuntur dubia, ac declarationes aliquę Sacrę Congregationis Concilii, SS.D.N. Urbani PP. VIII auctoritate, editę ſuper Decretis de celebratione Miſſarum.

Super primo Sacrę Congregstionis Decreto, de celebratione Miſſarnm, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Dięceſans Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, ant poſt idem Concilinm impoſita, aut in limine fundationis.

Quęritur, quid ſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit qui velit onus illi injunctum ſubire, &, ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis?

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari?

Secundo. Super ſecundo ejuſdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſę quot ad rationem tributę eleemoſynę pręſcriptę fuerint.

Quęritur, an verba illa (pręſcriptę fuerint) intelligenda ſint de pręſcriptione facta ab offerente, vel sb ordinario?

Tertio. An cum Ordinarius pręſcripſerit eleemoſynam congruam juxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sscerdotes accipientes ſtipendium minus congruo, teneantur Miſſas illis ab offerente pręſcriptas celebrare?

Quarto. An Sacerdotes qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellę, legati, aut ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſynam, pro Miſſis votivis, aut defunctorum, recipere, & unico Miſſę Sacrificio utrique oneri ſatisfacere?

Quinto. Poſito, quod Teſtator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Miſſę, abſque ulla pręſcriptione eleemoſynę. Quęritur, an liberum ſit hęredibus, eleemoſynam ſibi bene viſam pręſcribere, an vero esdem eleemoſyna pręſcribenda ſit ab Ordinario?

Sexto. Super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebrstione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Quęritur. An verba (In futurum ſuſcipiendis) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt Privilegium?

Septimo. Super quarto ejuſdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdotl qni ſuſcepit Miſſam cum certa eleemoſyna, ne eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynę ſibi retenta, celebrandam committat.

Quęritur. An permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, ut retineant aliqnam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſię, Altarium, inſervientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtię, & ſimilium?

Octavo. An hoc decretum habeat locum in beneficiis, quę conferuntur in titulum, ideſt, an Rector beneficii, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redituum beneficii?

Decimo. An Sacerdotes, qnibus aliqnando offertur eleemoſyna major ſolita pro celebratione Miſſę, debeant dare eandem integram eleemoſynam iis, qnibus Miſſas celebrandas committunt. An vero ſatis ſit, ut dent eelebrantibus eleemoſynam conſuetam?

Undecimo. Super quinto ejuſdem Congregationis decreto, quo inter cetera ſtatuitur in hęc verba (eleemoſynas vero manuales, & quotidisnas pro Miſſis celebrandis), ita demum iidem accipere poſſint,

ſi one

ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant, alioqu*in omnino* abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis, in futurum recipiendis, & *capſulas* auferant &c.

Quęritur. An hoc decretum prohibeat abſolute, quo minus accipiant novas eleemoſynas *ii*, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid, ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?

Duodecimo. Quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat, ut Sacerdos Miſſam celebret cum primum poterit?

Decimotertio. An pęna interdicti, & alię appoſitę in eodem decreto, afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi pręſcriptam, quam eos qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem pręcipitur?

Decimoquarto. An hoc decreto comprehendantur illę capſulę, quę apponi ſolent *in* Eccleſiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur (*Caſſe de morti*)?

Decimoquinto. An adminiſtratores Eccleſię, magnę devotionis, & concurſus, poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne alias cultus Eccleſię, & devotio, ac concurſus fidelium, ut aiunt, minuantur?

Decimoſexto. Quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tam ſecularium, quam regularium, Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (& aliis ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoſeptimo. Super ſeptimo ejuſdem Sacrę Congregationis decreto, quo cavetur, ut in ſingulis Monaſteriis Religioſorum pręfigatur numerus qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari.

Quęritur. An ubi hęc pręfixio facta jam fuit in vim ſimilis decreti ſan. mem. Pauli V, abſque tamen computatione redditum cujuſque religioſi, ſit denuo facienda, nec ne?

Decimo octavo. An Novitii ad habitum regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſteriis, in quibus, habita, ut ſupra, pręfixione numeri, commode ali non poſſunt?

Decimonono. Super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus regularium, niſi pręter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, itaut alioquin ſubſint juriſdictioni Ordinarię.

Quęritur. An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quę non conſueverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Jeſu?

Ultimo. An idem decretum, ubi diſponit, ut nullibi recipiantur Monaſteria, niſi &c. habeat locum in Italia, duntaxat, ad quam eſt reſtrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

Subſequuntur Declarationes, ſeu Reſponſiones ad ſupradicta Dubia.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate ſibi a Sanctiſſimo Domino noſtro attributa, ad ſingula dubia ſuperius propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum, etſi legatum ſit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut ſupra impoſiti, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quę abſque ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino e re eſſe judicaverit. Veruntamen ſi in ipſa beneficii erectione expreſſe cautum fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam.

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de preſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario, quod ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non pręſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere quot pręſcripſerit Ordinarius, ſecundum morem Civitatis, *vel Provincię*.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellę, legati, aut ſalarii, ſi elemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere.

Ad quintum, cenſuit, ubi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo pręſcribendam eleemoſynam congruam, quę reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundum morem Civitatis, vel Provincię.

Ad ſextum, ita eſſe intelligenda.

Ad ſeptimum reſpondit, permittendum non eſſe, ut Eccleſia, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum ullam, utcumque minimam, portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſię, & loca pia, alios non habent redditus, quos in uſum earundem expenſarum erogare licite poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quę pro ipſomet tantum Miſſę Sacrificio neceſſario ſunt ſubeundę, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, ut ex pecuniis, quę ſuperſunt, expenſis, ut ſupra deductis, abſolute tot Miſſę celebrentur, quot pręſcriptę fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

Ad octavum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, ut Rector beneficii, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam ſecundum morem Civitatis, vel Provincię, niſi in fundatione ipſius beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere abſolute integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad

Ad undecimum, reſpondit, non prohibere abſolute. Ac propterea, etſi oneribus jam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen nova etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad duodecimum, quamvis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, ut illę tunc demum celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro iiſdem Miſſis juxta benefactoris conſenſum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pęnas non habere locum, niſi in ſuſcepturis onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad decimumquartum, comprehendi.

Ad decimumquintum, non poſſe niſi de conſenſu eorum qui eleemoſynas tribuunt, ut ſupra in reſponſione ad duodecimum.

Ad decimumſextum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimumſeptimum, numeri pręfixionem eſſe iterum faciendam, ſervata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad decimumoctavum, eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi alias habiles exiſtant, ac deinde in aliquo Monaſterio ejuſdem Religionis eſſe collocandos ubi commode ali poſſint.

Ad decimum nonum, cenſuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secret.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. *In Bullario Romano* eſt *XLV.*

Anno 1625 Die 30 Junii

Decretum Congregationis Sacræ Apoſtolicæ Viſitationis de mandato Sanctiſſimi D. PP. Urbani VIII, quo prohibetur, nulla ædificia, aut Altaria, Fratres, aut Moniales cujuslibet Ordinis conſtruere poſſe niſi juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini.

CXXXI.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

DE mandato Sanctiſſimi D. N Urbani Divina Providentia PP. VIII vivę vocis oraculo ei facto (2) pręcipit omnibus, & ſingulis Superioribus Regularium Mendicantium, & non Mendicantium, quocunque nomine nuncupatis, cujuſvis gradus, conditionis, dignitatis, Ordinis, Congregationis, Inſtituti, Societatis, Monaſterii, ſeu Religioſę Domus, Hoſpitalium, vel locorum piorum exiſtant, tam virorum quam Mulierum, etiamſi ſpeciali denominatione egerent, ne alicui eorum liceat quodvis ędificium de novo conſtruere in eorum Eccleſiis, Monaſteriis, ſeu Domibus, nec Sacella, aut nova Altaria erigere, neque ullam inſolitam Imaginem, quę devotionem, ac pietatem non pręſeferat in eiſdem Eccleſiis, Sacellis, ſeu Altaribus ponere, niſi juxta pręſcriptum Sacri Concilii Tridentini, ac exbibito prius eidem Congregationi exemplari, ſeu, ut vulgo dicitur, il Modello, cum dimenſionibus ipſius fabricę conſtruendę, pręvia etiam, ſi opus fuerit loci, viſitatione. Item nec feneſtras, in viam publicam proſpicientes efficere poſſint, niſi ad lucem tantum, nullo autem modo ad proſpectum. Quę omnia, & ſingula ſub pęnis privativis officiorum, ac vocis activę, & paſsivę, eo ipſo incurren., aliiſque ejuſdem Congregationis arbitrio, inviolabiliter obſervari mandat, quibuſcumque contrariis non obſtantibus. In quorum &c. Datum Romę in loco conſueto Congregationis Die XXX Menſis Junii Anni Jubilei MDCXXV.

O. Epiſcopus Cobellionen. Sac. Viſitationis Secretarius.

Odoardus Tibaldeſcus Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar, *Romæ* typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum Anno *MDCXXV.*

2. *Ei facto.*) Addetem *S. Congregatio.*

Anno 1625 Die 30 Julii.

Confeſſiones (1) excipiendæ ſunt in Eccleſia.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXXII.

COngregatio S. Apoſtolicę viſitationis de mandato Sanctiſſimi D.N. Urbani VIII, vivę vocis oraculo ei facto, juſtis de cauſis, pręcipit omnibus, & ſingulis Confeſſariis, tam ſecularibus, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam de neceſſitate exprimendę, Regularibus, quocunque nomine nuncupatis, cujuſvis gradus, & dignitatis in ſuo ordine, ne in poſterum, tam virorum, quam mulierum, cujuslibet qualitatis, vel conditionis exiſtant, pręterquam, ſi gravi infirmitate detenti, vel detentę ſint, Sacramentales Confeſsiones in illorum, ſeu illarum, vel etiam alienis ędibus audiant, niſi de licentia Illuſtriſsimi Cardinalis Urbis Vicarii, ſeu Reverendiſsimi Domini ejus Viceſgerentis in ſcriptis concedenda (exceptis Illuſtriſsimorum, & Reverendiſsimorum Cardinalium, Principum, necnon etiam Ducum, ac Romani Pontificis, qui fuerunt, vel pro tempore erunt, Nepotum) hoc etiam addito ut iidem Confeſſarii in mulierum hujuſmodi Sacramentalibus Confeſsionibus audiendis cubiculi januam apertam, ac velum levatum ſemper habeant, itaut conſpici, non autem audiri poſsint, Sacramentumque

Con-

Confeſsionis hujuſmodi Confeſſarii ſeculares, cum ſuppelliceo, & ſtola, Regulares vero cum ſtola *miniſtrent* in Eccleſia, niſi ex rationabili cauſa audire aliquos in Sacrario, ſeu alio decenti loco, quandoque occurrat. Contrafacientes non ſolum ſuſpenſionis a Confeſsionibus audiendis, verum etiam alias pęnas arbitrio ejuſdem Sacrę Congregationis eo ipſo incurrant: inſuper Confeſſariis hujuſmodi ſub eiſdem pęnis injungitur, ut ſi eos vigore facultatum eis conceſſarum confeſsiones infirmorum hujuſmodi in privatis domibus audire contigerit, Parochum dictorum infirmorum, ante, vel ſaltem eadem die, qua Confeſsionem audierint, abſolutionemque infirmis impartiti fuerint, certiorem reddere debeant. In quorum &c. Datum Romę in ſolitę Congregationis loco die X Julii MDCXXV.

1. *Confeſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1625 Die 18 Septembris.

De libris Romæ, & alibi typis edendis.

Ex Bullario (1) *Romano in Urbano VIII Conſt. LIX.*

CXXXIII.

In Generali Congregatione S.R., & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D. N. Urbano Divina providentia Papa VIII, ac Illuſtriſs., & Reverendiſs. DD. S.R.E. Cardinalibus adverſus hęreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SAnctiſſimus Dominus Noſter pro debito ſui paſtoralis officii corrigere volens abuſus nonnullorum, in ſtatu Sedi Apoſtolicę mediate, vel immediate ſubjecto exiſtentium, qui libros a ſe compoſitos extra prefatum ſtatum, abſque ulla Ordinariorum, & Inquiſitorum loci, ubi degunt, approbatione, imprimendos, tranſmittunt, ſtatuit, & decrevit, ut in poſterum nemo in ſtatu prędicto degens, cujuſvis conditionis, & gradus, ordinis, & dignitatis exiſtat, libros de quavis materia tractantes, & ubicunque compoſitos, audeat alio deferre, vel mittere imprimendos, ſine expreſſa in ſcriptis approbatione Illuſtriſs., & Reverendiſs. D. Card. S D. N. Vicarii, & Magiſtri Sacri Palatii, ſi in Urbe exiſtat, ſi vero extra Urbem exiſtat, ſine Ordinarii, & Inquiſitoris loci illius, ſive ab iis deputatorum facultate, & licentia, operi pręfigenda. Libros autem, quos contra prę ſentis decreti tenorem imprimi contigerit, prę ter alias pęnas arbitrio Suę Sanctitatis inſligendas, abſque alia declaratione, ex nunc prohibet, & pro expreſſe probibitis haberi vult, & mandat. Contrariis quibuſcunque non obſtantibus &c.

Jo. Antonius Tomaſius S. R., & Univerſalis Inquiſit. Notarius.

1. *Bullario.*) Conſulendus *Fontana in Theatro Dominicano pag.* 413.

Anno 1626 Die 21 Martii.

Decretum EE., & RR. DD. Cardinalium, Epiſcoporum, ac Regularium negotiis Præfectorum. Quod non liceat Regularibus pecunias mutuo, vel ad cambium recipere, cum ſolutione alicujus lucri, abſque Sedis Apoſtolicæ facultate.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXXIV.

CUm poſt editum decretum, de rebus regularium non alienandis compertum ſit, regulares, qui eodem Decreto probibentur cenſus imponere ſuper bonis ad eorum Monaſteria pertinentibus, loco cenſuum hujuſmodi, pecunias ad cambium, vel mutuo accipere, cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis. Cumque ex hujuſmodi contractu eludatur mens Sacrę Congregationis, cui in primis in votis fuit, conſulere Religionum indemnitati, quę ex impoſitione cenſuum hujuſmodi plurimum lęduntur, Sanctiſſimo D.N. approbante, decrevit, ac declaravit, hujuſmodi contractus eſſe contra mentem decreti, ut ſupra editi. Ideoque non licere regularibus, pecunias, ut proponitur, accipere, ac ſi acceperint, in ipſius decreti pęnas ipſo facto incidere. Datum Romę die XXI Martii MDCXXVI.

Coſm. Card. de Torres.

P. Fagnanus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar, Legitur *in Bullario Caſſinenſi T. I pag.* 310.

Moni-

Contra imponentes gravamina Monaſterio Sanctæ Catharinæ Martyris Auguſtæ,

Anno 1626 Die 14 Julii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXXV.

GRegorius Narus Protonotarius Apoſtolicus, Sanctiſſimi D.N. PP., nec non Curię canſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Anditor, Romanęque Curię Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque, univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, Parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, ceteriſque Presbyteris, & Cleria, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque, illique, vel illis, ad quos pręſentes pervenerint, ſalutem in Domino, & pręſentibus noſtris hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis, nuperrime a nobis pro parte, & ad inſtantiam admodum R.P. Magiſtri Fr. Lucę Caſtellini totius Ordinis Pręadicatorum Procuratoris Generalis, emanatas fuiſſe litteras monitoriales, ac inhibitoriales, illaſque ad partes fuiſſe tranſmiſſas pro tutela, ac defenſione Monaſterii S. Catbarinę Martyris Auguſtę ab omni onere, & gravamine contributionis, exactionis, ſubſidii, vel collectę, cujuſcunque prętextu, ingenio, vel colore, a quacunque perſona, cujuſvis gradus, aut dignitatis extiterit, imponendorum, vel impoſitorum, a quibus omnibus dictum Monaſterium una cum ceteris Monaſteriis univerſi Pręadicatorum Ordinis, tam virorum, quam fęminarum, eorumque locis, & domibus, quam plurimorum Summorum Pontificum privilegiis, gratiis, ac indultis, eſt exemptum, ac omnino liberum, proque indultorum, ac privilegiorum Apoſtolicorum hujuſmodi obſervatione, executione, & adimplemento. Nunc autem illum eundem jam dictum P. Admodum R. Procuratorem Generalem coram Nobis comparuiſſe, & renunciaſſe ad illius notitiam fuiſſe deductum, Sanctiſſimum D.N. Urbanum VIII feliciter regnantem, conceſſiſſe literas Apoſtolicas in forma Brevis datas, Romę ſub Annulo Piſcatoris die XVI Junii MDCXXV ſub initio proemiali. Ad Futuram Rei Memoriam. *Militantis Eccleſię regimini diſponente Domino prę ſidentes*. De, & ſuper nova proviſione decimarum, ſemel per annum. Quarum literarum vigore, nonnulli in executione pręſentium nominandi, ſub variis prętextibus prętendunt, ſibi licere prędictum Monaſterium Sanctę Catharinę, inter alia Eccleſiaſtica, ac regularia loca, quę ſolutioni jam pręmemoratę decimę, ex memorati Sanctiſſimi Domini Noſtri ordine, ac diſpoſitione, ſubjiciuntur, comprehendere. Verumtamen, quia in quampluribus Apoſtolicis reſcriptis in pręmemoratis noſtris nuperrimis monitorialibus, ac inhibitorialibus literis patentibus mentionatis per quam plurimos Romanos Pontifices, ſingulari gratia, favore, ac privilegio clare invenitur, & expreſſe cautum, quod etiam vigore quarumcunque literarum Apoſtolicarum a pręfato Pręadicatorum Ordine, eorumque Conventibus, locis, & domibus utriuſque ſexus, niſi de illis, in dictis literis fiat expreſſa mentio, nullo prętextu, ingenio, vel quęſito colore poſſit exigi, vel colligi aliqua taxa, collecta, vel contributio, in inſerto autem pręfato Sanctiſs. D. N., nulla penitus de dicto Ordine fit mentio, imo potius Ordines Mendicantium utriuſque ſexus, intra quorum ambitum Ordinem Pręadicatorum includi, & comprehendi nemo dubitat, idem Sanctiſſimus exemptos, & liberos eſſe voluit. Proinde vobis omnibus, & ſingulis committimus, quatenus moneatis omnes, quos in pręmiſſis noſtris monitorialibus literis, moneri juſſimus, & mandavimus, eiſque ſic monitis, & requiſitis, pręcipiatis, & mandetis, prout Nos Apoſtolica auctoritate illis pręcipimus, & mandamus, quatenus intra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac canonica monitione aſſignetis, & aſſignare curetis ſub decem millium ducatorum auri Camerę Apoſtolicę applicandorum, ac pro illis mandati executivi, & in juris ſubſidium, quoad Reverendiſſimos Dominos Epiſcopos interdicti ingreſſus Eccleſię, quoad alias perſonas excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis debeant, & quilibet ipſorum reſpective debeat, realiter, & cum effectu, ſupradicta Apoſtolica indulta, gratias, & privilegia in omnibus, & per omnia, prout in eis continetur, & habetur, obſervaſſe, attendiſſe, & adimpleviſſe, ac debitę, plenarię, & omnimodę executioni demandaſſe, & pro vero, & reali executionis hujuſmodi effectu ceſſaſſe, receſſiſſe, deſtitiſſe, & abſtinuiſſe ab omnibus, & quibuſcunque taxis, collectis, ſubſidiis, & contributionibus, quacunque cauſa, vel prętextu, etiam ratione militum pro patria ab hoſtibus defendenda, ac propugnanda, ſuſtentationis, a prędicto Monaſterio Sanctę Catharinę requiſitis, vel exactis, aut requirendis, vel exigendis, vidiſſeque dictas moleſtias, onera, & gravamina dicto Ven. Monaſterio, ut dictis Apoſtolicis indultis, ac privilegiis contraria, nullas, & nulla, indebita, injuſta, de facto illata, & pręſumpta, declaraſſe, & tanquam talia revocaſſe, & extinxiſſe, & pro caſſis, revocatis, & extinctis habuiſſe, nullumque omnino damnum, ſive moleſtiam intuliſſe, ſibique perpetuum ſilentium impoſuiſſe, non obſtante quacunque poſſeſſione in contrarium, uno, vel pluribus actibus, hactenus introducta, atque firmata, imo vero dictum Ven. Monaſterium, Prioriſſam, & Moniales, in eorum prędicta exemptione, immunitate, & libertate, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, obſervarique, attendi, adimpleri, executioni demandari, ceſſari, deſiſti, abſtineri, caſſari, revocari, manuteneri, defendi, conſervari, ſeque ad hęc, & alia omnia in proceſſu cauſę, & cauſarum hujuſmodi, tam principaliter, quam incidenter, conjunctim, ſeparatim, & in ſolidum, ante, & poſt litem conteſtatam deducenda, ſupradictas, & alias ob cauſas, & rationes, ſi, & cum opus fuerit, deducendas, oſtendendas, omnibus viis, ac juris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis, aſtringi, cogi, & compelli, & mandatum de obſervando, & aliud quodcunque deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, & relaxari, juſque, & juſtitiam fieri, & adminiſtrari, atque omne jus, omneque remedium

dicto Ven. Monaſterio, Prioriſſę, & Monialibus Sanctę Catharinę, ac ſuis prędictis, utilius, & *expeditius* deduci, beneficiumque juris, ac nobile officium judicis implorari, prémiſſaque, & alia omnia deſuper neceſſaria, & opportuna, ſic & alias meliori modo fieri, & interponi, vidiſſe, inquiſiiſſe, & audiviſſe, expenſaſque reſeciſſe, &, ſi quid prętendunt, aut eorum aliquis prętendit, id totum coram Nobis, & non aliis, deduxiſſe, jurique ſtetiſſe, ac de prętentionibus ſuis legitime docuiſſe, dictiſque Apoſtolicis indultis, & prędentibus noſtris monitorialibus literis, in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediviſſe, realiter, & cum effectu &c. Inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſſe pręcipiatis, & mandetis, prout Nos Apoſtolica auctoritate pręcipimus, & mandamus, eiſdem ſic monitis, & monendis, & univerſis, & ſingulis judicibus, commiſſariis, delegatis, ſubdelegatis, cęteriſque juſtitię Miniſtris, ne viſis, & receptis pręſentibus, ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pęnis, audeant, ſeu pręſumant, nec eorum aliquis audeat, ſeu pręſumat, idem Ven. Monaſterium Sanctę Catharinę, illius Prioriſſam, ac Moniales, ac illarum RR. Pręfectos, ac dicti Monaſterii bonorum adminiſtratores, colonos, & miniſtros in, & ſuper antedicta indulta, gratias, & privilegia, immunitates, & exemptiones, ab omni, & quacunque ſolutione cujuſvis impoſitionis, contributionis, exactionis, ſubſidii, & collectę, & omni, & quocunque alio onere, & gravamine, quovis reſpectu, & prętextu, petatur, moleſtare, vexare, perturbare, inquietare, & impedire, nec moleſtari, vexari, perturbari, aut impediri facere, nec aliud quidquam in pręjudicium dicti Monaſterii, & Monialium attentare, ſeu innovare, quovis ſub prętextu, ingenio, cauſa, vel quęſito colore, non obſtante quacunque poſſeſſione, etiam per plures actus contra dictum Monaſterium quomodolibet introducta. Alioquin eoſdem ſic monitos, & monendos, ſi prędmiſſis ſe ſenſerint gravatos, peremptorie, citetis, & citare curetis, prout Nos illos citamus, quatenus ſexageſima die juridica poſt pręſentium executionem, compareant Romę in judicio legitime coram Nobis, vel noſtro in foro in civilibus Locumtenente, cauſam eorum gravaminis allegaturi, & juſtitię complementum conſecuturi, abſolutionem prędmiſſorum Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervantes. In quorum fidem &c. Datum Romę in Ædibus noſtris Anno a Nativitate Domini MDCXXVI, Indictione nona, die vero XIV Julii, Pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia PP. VIII Anno Quarto, & die XII menſis Septembris Anni ejuſdem.

Dominicus Amadeus Cauſ. Cur. Cam. Apoſtolicę Notarius.

Camillus Mellius Locumtenens.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1626 Die 1 Octobris.

CXXXVI.

Regulares quoſcunque, quibus a Sac. Inquiſitionis Officio pœnitentiæ impoſitæ ſunt (ſalutaribus exceptis) ad omnes ſuorum Ordinum gradus, & dignitates, etiam poſt elapſum pœnitentiæ tempus, inhabiles cenſendos, nec ab alio niſi a Summo Pontifice, vel ab eadem S. Officii Inquiſitionis Congregatione, ſpecialiter habilitandos fore conſtituit, Promotiones eorum invalidat, ac promoventes inhabilitationem ad gradus, & dignitatum privationes incurriſſe declarat (1).

Ex Bullario Caſsinenſi Tom. I pag. 310.

FEria V, prima Octobris MDCXXVI. In generali Congregatione S.R., & univerſalis, Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram SS. D. N. D. Urbano divina providentia PP. VIII ac Illuſtriſs, & Reverendiſs. DD. S. R. E. Cardinalibus in univerſa Republica Chriſtiana adverſus hęreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Sanctiſs. D. N. juſtis de cauſis animum ſuum moventibus, decrevit, & ſtatuit, ut in poſterum Regulares omnes, cujuſvis Ordinis, Religionis, Societatis, & Inſtituti, quibus pro delictis ad Sanctę Inquiſitionis Officium ſpectantibus, pęnitentię genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pęnitentiis exceptis) eo ipſo ad omnes Religionis ſuę gradus, & officia inhabiles cenſeantur, & deinceps (etiamſi pęnitentię tempus expleverint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoveri nullatenus poſſint, niſi prius obtenta a Sanctiſſimo D. N., vel ab hac Sacra Congregatione coram Sanctiſſimo habenda, ſpeciali, & expreſſa rehabilitationis gratia. Alias promotio quęlibet nulla ſit, & promoventes ipſi privationem ſuorum Officiorum, ac pręterea vocis activę, & paſſivę ipſo facto incurrant, ad quę reſtitui, niſi ab eodem Sanctiſſimo D. N., vel ab eadem Sacra Congregatione coram Sanctiſſimo habenda non poſſint. Pręſens autem Decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandavit idem S. D. N. Thomas de Federicis S. Romanę, ac univerſalis Inquiſitionis Notarius ſubſtitutus de mandato &c.

1. *Declarat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

Generalis Subditos ſuos poteſt a Confeſſionibus (1) excipiendis ſuſpendere.

Anno 1627 Die 2 Julii.

CXXXVII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Signori.

IL Generale di Teatini ſupplica hnmilmente le Signorie voſtre Illuſtriſſime a degnarſi di dichiarare s'egli poſſa ſoſpendere i ſuoi ſudditi, approvati da Generali ſuoi Anteceſſori alle confeſſioni, per delitti anco occulti, & a lui noti, anco eſtragiuditialmente, come è ſtato ſenſo del Capitolo Generale, che facci per il buon governo della ſua Religione, Che &c.

Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium prępoſita, cenſuit, Generalem poſſe ſuos ſubditos ex quacunque canſa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, a Confeſſionibus audiendis ſuſpendere. Romę die ſecunda Julii MDCXXVII.

Laudivius Card. S. Sixti.

Loco ✱ Sigilli.

P. Fagnanus Secretarius.

1. *Confeſſionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ* ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ *MDCXLVII.*

Indulgentia pro Valentino Cœnobio.

Anno 1629 Die 10 Octobris.

CXXXVIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus, pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſsis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Civitatis Valentin. die feſto S. Philippi Nerii a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis feſti bujuſmodi ſingulis annis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſsionem miſericorditer in Domino concedimus, pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus, dictam Eccleſiam viſitantibus, aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, duraturam, conceſſerimus, quodque ſi pro pręſentatione, admiſſione, ſeu pnblicatione pręſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, ipſę pręſentes nullę ſint eo ipſo. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X Octobris MDCXXIX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino.*

Ne Fratres Ordinis SS. Trinitatis Cappas deferant (1) noſtris conſimiles.

Anno 1630 Die 13 Julii.

CXXXIX.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

URBANUS PAPA VIII.

Ad Perpetnam Rei Memoriam.

EX incumbenti Nobis Apoſtoliei muneris debito, in id potiſsimum vigilantię noſtrę partes, operoſis ſtudiis, intendimus, per quę regulares perſonę, divinis obſequiis mancipatę, ſnb proprio eorum inſtituto ſerviant Domino, & in pacis amęnitate reddant ei abundanter fructus ſuos. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Ordinis Prędicatorum Provincię Aragonię, quod, licet Fratres Ordinis Sanctiſsimę Trinitatis Redemptionis Captivorum, ex eorum Regula, & inſtituto cappas bruni coloris, cum Cruce tam in cappis, quam in pectore geſtare teneantur, quamplurimi Fratres illorum in dicta Provincia, non brnni, ſed nigri, vel adeo fuſci, & obſcuri coloris cappas geſtant, ut per viginti paſſus diſcerni nequeant, an primo, vel ſecundo dicti Ordinis profeſſores exiſtant, quin etiam ſępe ſecundo dicti Ordinis Religioſi, per plateas inveniantur abſque Cruce in cappa, & non raro a parte poſteriori ſcapularis, cui ſcilicet Crux non eſt affixa, anterius poſita, contra eorum regulam, & inſtitutum hujuſmodi, & cum notabili Fratrum ipſius primodicti Ordinis hac in parte prejudicio. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, felicis recordationis Gregorius Papa XI Prędeceſſor noſter, ſpeciali ejus privilegio, primodicto Ordini conceſſo, & a pię memorię Sixto IV, aliiſque Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus noſtris confirmato, expreſſe inhibuerit, ut nullus, ſive ſit Religioſus in Ordine, ſive extra Ordinem conſtitutus, habitum ipſius primodicti Ordinis, aut ita conſimilem, quod propter eum Fra-

Frater Prędicator credi poſsit, deferre valeat, abſque mandato Sedis Apoſtolicę ſpeciali, & ut dicta inhibitio majorem conſequatur effectum, ſtatuerit, ut illi, qui dictum habitum, aut ei conſimilem prędicto modo deferre pręſumpſerint, ad deponendum ipſum habitum, per Diœceſanos locorum, monitione pręmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur, proindeque primodicti Fratres, ſibi per Nos, in pręmiſsis opportune provideri ſummopere deſiderent. Nos, qui Religioſorum omnium proſperum ſtatum, felicemque directionem, ſinceris deſideramus affectibus, Fratres primodictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtant, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus, illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium prępoſitorum, conſilio, omnibus, & ſingulis ſecundodicti Ordinis Fratribus, cujuſvis gradus, ſtatus, & pręeminentię exiſtant, per pręſentes, Apoſtolica auctoritate, injungimus, ut de cetero cappas bruni duntaxat coloris, per eorum Conſtitutiones deſignati, cum Cruce in eiſdem cappis, ac in pectore appoſita deferant, ſi qui vero reperti fuerint cappas Fratrum Prędicatorum Sancti Dominici deferre, vel adeo conſimiles, ut Fratres ejuſdem Ordinis Prędicatorum exiſtimari poſſint, eos Ordinarii locorum, ſub cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, omni appellatione poſtpoſita, ad illas deponendas juxta prędictas Gregorii, & Sixti Prędeceſſorum prędictorum Conſtitutiones, ad favorem eorundem Fratrum Prędicatorum emanatas, omnino compellant. Quocirca, eiſdem Ordinariis, per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Prędicatorum hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra, pręmiſſa, ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pęnas hujuſmodi, appellatione, ut pręfertur, poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi fuerit opus, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus recolendę memorię Bonifatii Papę VIII, etiam Prędeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio Generali edita, de duabus dictis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate pręſentium, in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, ſecundodicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Julii MDCXXX, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Deferant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino* .

Anno 1631 Die 5 Decembris.

CXL.

Miſſionarii in omnibus ſunt ſubjecti Superioribus, excepta remotione a Miſſionibus (1) ſi a S. Congregatione fuerint delegati.

Ex Archivo (2) Ordinis.

IN quadam Epiſtola Romę data X Decembris MDCXXV habentur hęc, quę ſequuntur. Ad P. M. Brottecorium. Miſſionarii Ordinis Prędicatorum, qui laborant in Hollandia in prędicatione verbi Dei, & in hęreticorum converſione, literas patentes Sacrę Congregationis de propaganda fide habentes, Provinciales, inconſultis ejuſdem Sacrę Congregationis Patribus, illos a Miſſione nullo modo amovere poſſunt, ſępe enim eadem Sacra Congregatio, tum Nunciis Apoſtolicis, tum Provincialibus diverſarum Religionum in eandem ſententiam reſcripſit. Si vero Miſſionarii pręfati a ſuis tantum Superioribus obedientias habeant, nullam iidem Superiores habent prohibitionem, quominus pro libito ſuę voluntatis eos removere valeant a Miſſionibus &c. ſubſignatum erat. Octavius Cardinalis Bandinus, & ſubſcriptum Franciſcus Ingolus Secretarius. Inſcriptio erat Admodum R.P.D. Jacobo Brottecorio Dominicano. Antuerpiam.

Decretum Sacrę Congregationis de propaganda Fide habitę XXV Novembris MDCXXXI.

Referente Eminentiſſimo Cardinale Bentivoglio, controverſiis, quę inter Regulares Miſſionarios a Sacra Congregatione de propaganda Fide conſtitutos, ac eorum Superiores ſępe exoriuntur, Eminentiſſimi illius Patres, providere volentes. In primis Decretum alias editum de Miſſionariis pręfatis, ut videlicet ſuis Superioribus, in omnibus, & per omnia ſint ſubjecti, excepto caſu remotionis eorum a Miſſione, confirmarunt. Deinde pręcipiendum eſſe cenſuerunt, prout pręſenti Decreto diſtricte pręcipiunt Superioribus pręfatis, ne, eadem Sacra Congregatione inconſulta, quovis pętextu, cauſa, aut quęſito colore, directe, vel indirecte, eoſdem Miſſionarios a ſuis removeant Miſſionibus.

Pręfectis vero, qui in ſingulis Regularium Miſſionibus, ſcilicet Sacra Congregatione, conſtitui ſolent, etiamſi Provinciales ſint, non liceat, ipſa ſimiliter inconſulta, Miſſionarios ſuę Pręfecturę ſubjectos a ſuis

Digitized by Google

a ſuis removere Miſſionibus, niſi in caſu pręſentis, aut imminentis, publici ſcandali, de quibus quamprimum eandem Sacram Congregationem quantocius certiorem facere teneantur, non obſtantibus &c.

Decretum S. Congregationis de propaganda Fide habitę die V Decembris MDCXXXI coram Sanctiſſimo Domino.

Referente Eminentiſſimo D. Cardinale Ubaldino, Decretum de ſubjectione Miſſionariorum in pręcedenti Congregatione examinatum, & approbatum SS.D.N. auditis ſententiis Eminentiſſimorum PP. confirmavit, & ab omnibus quorum intereſt obſervari mandavit. Franciſcus Ingolus.

1. *Miſſionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1633 Die 15 Decembris.

CXLI.

Decretum, ut omnes Regularium Superiores ſuos Subditos, & Religioſos perſæpe commoneant de injuncta omnibus obſervantia, & executione Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem pertinentium.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Feria quinta, XV Decembris MDCXXXIII. In Generali Congregatione S. Romanę, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico coram SS. Domino Noſtro Urbano Divina Providentia Papa Octavo, ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus adverſus hęreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Sanctiſſimus Dominus Noſter ſedulo incumbens, ut ea, quę ſalubriter Apoſtolicis Decretis, & Conſtitutionibus, ſtatuta, & ordinata ſunt, pręſertim, quę ad S. Officium Inquiſitionis contra hęreticam pravitatem pertinent, & inviolabiliter obſerventur, & omnimodam ſortiantur executionem, diſtricte mandat, & pręcipit: Ut omnes Superiores cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimendę, Regularis, aut cujuſvis alterius inſtituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, etiam per ampliſſima privilegia cum clauſulis, ne comprehendantur in literis, Decretis, Ordinationibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, non facientibus plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, nedum de ipſis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, ſed etiam de hujuſmodi exemptione, privilegio, vel indulto mentionem, quibus hac vice, & ad effectum pręſentis Decreti duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe, & ad formam generalis Conſtitutionis Sue Sanctitatis incipientis: *Cum ſicut accepimus*: Datum Romę die V Novembris MDCXXXI, Sanctitas Sua derogavit, & derogat, ceteriſque contrariis quibuſcunque, teneantur ſub pęna privationis officii, ac vocis activę, & paſſivę, ipſo facto incurrenda, aliiſque arbitrio Sanctitatis Suę infligendis pęnis, in perpetuum, ſemel ſaltem in anno, ideſt feria VI poſt octavam Aſſumptionis B. Marię Virginis in publica menſa, vel in Capitulo, ad hoc ſpecialiter convocato, & inſuper in quocunque Generali, ac Provinciali Capitulo, Conventu, Dieta, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari congreſſu, ſuos Subditos, ac Religioſos commonere de injuncta omnibus obſervantia, & executione earundem Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad S. Officium Inquiſitionis adverſus hęreticam pravitatem pertinentium, ac pręſertim Julii III Conſtitut. XI. incipit: *Licet a diverſis*: contra impedientes Inquiſitores hęreticę pravitatis in eorum officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe ingerentes, eorumque complices, & fautores, & contra ipſos Inquiſitores admittentes laicos ad criminis hęreſis cognitionem, & Pii V Conſtitutionis LXXXII. incipit: *Si de protegendis*. Contra occidentes, verberantes, dejicientes, aut perterrefacientes quemvis ex Miniſtris S. Officii Inquiſitionis, vel Epiſcoporum id munus in ſua Dięceſi, vel Provincia obeuntium, ſeu Accuſatorem, Denunciatorem, aut Teſtem in cauſa fidei quomodocunque productum, vel evocatum, necnon contra diripientes, expugnantes, invadentes, incendentes, expilantes, aliove exportantes alicujus prędictorum bona, libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliave inſtrumenta, ſive publica, ſive privata, ubicunque poſita, eorumque complices, & fautores, & contra eſtringentes carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel privatam, extrahentes, vel emittentes victum, prohibentes capiendum, captumve eripientes, recipientes, occultantes, ſeu facultatem effugiendi dantes, ſeu id fieri jubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non ſequuto, nullatenus excuſandos, niſi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes, & contra intercedentes pro pręfatis delinquentibus: Inflictis contra quemlibet prędictorum pęnis, quę damnatis ex primo capite legis Julię Majeſtatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata revelantibus impunitate. Pii IV Conſtitutionis XXXI. incipit: *Cum ſicut nuper*: contra Sacerdotes, qui pęnitentes mulieres in actu Sacramentalis confeſſionis ad inhoneſtos actus provocare, & allicere tentant, & ſollicitant. Et Gregorii XV Conſtitutionis XXXIV. incipit: *Univerſi Dominici gregis*: ampliativę circa hujus criminis probationes, & extenſivę contra Confeſſarios, qui perſonas (quęcunque illę ſint) ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſive ante, ſive poſt immediate, ſeu occaſione, vel prętextu Confeſſionis, vel extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario, aut alio loco ad audiendam Confeſſionem electo, ſollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint. Et contra Confeſſarios non monentes eos quos ſciunt ab aliis Confeſſariis ſollicitatos eſſe, ut Inquiſitoribus, vel Ordinariis, ſollicitantes denuncient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri. Gregorii XIII Conſtitutionis XXI incipit: *Officii noſtri partes*: De juriſdictione Inquiſitorum hęre-

hęreticę pravitatis in eos, qui ad ordinem Presbyteratus non promoti Miſſas celebrant, & ſacramentaliter Confeſsiones audiunt. Clementis VIII Conſtit. LXXXI: incipit: *Etſi alias*: declaratorię pęnę contra eos infligendę per Judices laicos pręvia eorum degradatione, & Sanctitatis Suę Conſtit. LXXIX: incipientis: *Apoſtolatus Officium*: extenſivę ad minores XXV annis, dummodo vigeſimum ętatis annum compleverint. Sixti V Conſtit. XVII: incipit: *Cęli, & terrę Creator*. Contra exercentes artem Aſtrologię judiciarię, & alia quęcunque Divinationum genera, libroſve harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suę Conſtitut. CXIII. incipit: *Inſcrutabilia judiciorum Dei*. Extenſivę ad alia, & cum gravioribus pęnis. Clementis VIII Conſtit. XLII: incipit: *Cum ſicut*: Contra Italos, ne extra Italiam proficiſcantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, ſive uſus Catholicę Religionis non exiſtat, minuſque eis in locis habitent. Et Gregorii XV Conſtit. XXVIII; incipit: *Romani Pontificis*: Contra hęreticos, ne in locis Italię, & inſularum adjacentium quovis prętextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores. Pauli V Conſtitutionis XXVI: incipit: *Romanus Pontifex*: Revocatorię facultatum Superioribus quorumcunque Ordinum, & Religioſorum quoqnomodo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum Subditorum ad Officium Sanctę Inquiſitionis quomodolibet pertinentes. Ejuſdem Conſtitutionis XCVII: incipit: *Regis pacifici*: Innovatorię Conſtitutionum a Sixto IV, & Pio V de Conceptione B. Marię Virginis editarum: impoſitionis majorum pęnarum in tranſgreſſores, a locorum Ordinariis, & hęreticę pravitatis Inquiſitoribus puniendos. Et Gregorii XV Conſtit. XXIX: incipit: *Sanctiſſimus Dominus Noſter auditis*: Ampliativę, & declaratorię prohibitionis aſſerendi B. Mariam Virginem conceptam eſſe in peccato originali. Gregorii XV Conſtit. XXVII: incipit: *Romanus Pontifex in ſpecula*: Revocatorię quarumcunque conceſſionum vivę vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suę Conſtitutionis extenſive ad quoſcunque, quantumvis privilegiatos, & exemptos. incipit: *Alias felicis recordationis Gregorius Papa XV*: ſub datum Romę XX Decembris MDCXXXI. Ejuſdem Conſtit. XL: incipit: *Apoſtolatus Officium*: Et Sanctitatis ſuę Conſtit. CXIV: incipit eo modo: revocatorię licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos. Sanctitatis Suę Conſtit. XXXVIII: incipit: *Sanctiſſimus Dominus noſter ſolicite animadvertens*. De imaginibus nondum a Sede Apoſtolica Canonizatorum, vel Beatificatorum, cum radiis, ſplendoribus, aut laureolis, non proponendis: Tabellis, aut luminaribus ad eorum ſepulcra non apponendis: eorumve geſtis, miraculis, revelationibus, beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis. Pariter Sanctitatis Suę Conſtit. L: incipit: *Sanctiſſimus Dominus Noſter pro debito ſui Paſtoralis Officii*. De libris ubicunque compoſitis, de quacunque materia tractantibus, ab his, qui degunt in ſtatu Eccleſiaſtico non tranſmittendis alio, ut imprimantur, ſine Vicarii, & Magiſtri Sacri Palatii in Urbe, vel extra eam ſine Ordinarii, & Inquiſitoris, aut ab eis deputatorum licentia. Et ejuſdem Sanctitatis Suę Conſtitutionis ſub datum Romę die V Novembris MDCXXXI incipientis: *Cum ſicut accepimus*: quod Conſtitutiones Apoſtolicę in concernentibus fidem Catholicam, & Sacrę Inquiſitionis Officium hactenus editę, & in poſterum etiam ſuper quacunque alia re edendę, omnes regulares quomodolibet privilegiatos comprehendant, niſi in edendis illis ſpecialiter excipiantur. Et inſuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conſerventur ita, ut ab eiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commode queant: deque hujuſmodi commonitione publico documento ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſſimę Inquiſitionis in Urbe. Et nihilominus voluit, ut Decretum hujuſmodi ſeu illius exemplum, intimatum Procuratori Generali cujuſcunque Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, ut ſupra in Urbe degenti, vel ad valvas Baſilicarum S. Johannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Urbis, & in Acie Campi Florę affixum, etiam abſque intimatione prędicta, infra duos citra montes, ultra vero montes infra quatuor menſes ex tunc proximos, omnes, & ſingulos eorundem Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, Religioſos perinde arctet, & afficiat, ac ſi commonitio, & affixio prędictę executę eſſent, & unicuique hoc ipſum Decretum exhibitum, ac perſonaliter intimatum foret. Et ita mandat, & pręcipit Sanctitas ſua.

Jo. Antonius Thomaſius S. Rom., & Univerſalis, Inquiſitionis Notarius.

Anno Milleſimo Sexcenteſimo Trigeſimoquarto, Indictione ſecunda, Pontificatus S.D N.D. *Urbani* Divina Providentia Papę Octavi, die vero V Januarii ſupradictę literę, ſive Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicarum S. Johannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Urbis, ac in acie Campi Florę, ut moris eſt, per me Antonium Bardum pręlibati S. D. N. Papę Curſorem.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *CLXV*. Huc ſpectat ſequens Decretum, quod legitur in Bullario Caſſinenſi.

IN generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis in Palatio Apoſtolico apud S Petrum coram Sanctiſsimo D. N. D. Urbano Divina Providentia Papa VIII, ac EE., & RR. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hęreticam pravitatem Inquiſitoribus generalibus a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Lecto memoriali Procuratoris generalis Canonicorum Regularium Lateranenſium, petentis extenſionem diei pręfixi in Conſtitutione Sanctiſsimi emanata anno MDCXXXIII circa publicationem faciendam Conſtitutionum Apoſtlicarum, & Decretorum ad S. Officium ſpectantium. Sanctiſsimus tempus in dicta Conſtitutione determinatum pro Feria ſexta poſt feſtum Aſſumptionis Sanctiſsimę Virginis, extendit per totum reſiduum menſis Auguſti. Quam gratiam omnibus Regularibus ſuffragari voluit. Johannes Antonius Thomaſius S. R., & Univerſalis, Inquiſitionis Notarius.

Decre-

Decretum pro præcedentia Magiſtri Ordinis ſuper Generalem Congregationis S. Georgii in Alga.

Anno 1634 Die 1 Aprilis.

CXLII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

URBIS.

PRO Eminentiſsimo Burgheſio abſente, referente Eminentiſſimo Cęſarino, petitionem Generalis S. Dominici circa pręcedentiam in Cappella Pontificia ſupra Generalem Congregationis S. Georgii in Alga.

Sacra Congregatio reſpondit, ad Generalem S. Dominici ſpectare pręcedentiam ſupra Generalem S. Georgii in Cappella Pontificia, & ab ipſo Generali S. Georgii non poſſe moleſtari Generalem Sancti Dominici in ſua quaſi poſſeſsione pręcedendi. Die Prima Aprilis MDCXXXIV.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

De recipiendis (1) in Provincia Aragoniæ.

Anno 1635 Die 9 Septembris.

CXLIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

LAurentius Campegius, Dei. & Apoſtolicę Sedis, gratia Epiſcopus Senogallien., Sanctiſs. D.N. Urbani divina providentia Papę VIII, dictęque Sedis in Hiſpaniarum Regnis cum poteſtate Legati de Latere Nuncius, juriumque Camerę Apoſtolicę collector Generalis. Diſcretis viris Provinciali, aliiſque Superioribus, & Pręlatis Ordinis Prędicatorum, nunc, & pro tempore exiſtentibus Provincię Aragonum, ſalutem in Domino. Ex parte Religioſorum Ordinis, & Provincię pręfatorum fuit Nobis nuper expoſitum, quod alias per felicis recordationis Paulum Papam III, ac alios Summos Romanos Pontifices ſancitum fuit, ne deſcendentes a Judęis, vel condemnati per hęreticę pravitatis Inquiſitores, ad habitum, & profeſſionem in pręfata Religione recipiantur, nec recepti ad officia admittantur, ac uſum hujuſmodi lapſu temporis prętermiſſum fuiſſe, nobiſque humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus deſuper opportune, ut infra, Apoſtolica auctoritate, providere dignaremur. Nos igitur ſcandalis, quę in dicta Religione, facile, ex receptione ſimilium perſonarum, exoriri poſſunt, obviare, ac honori, quieti, & ſtatui hujuſmodi Ordinis, ſalubriter in Domino providere cupientes, illorum ſupplicationibus inclinati, ipſoſque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, dummodo in illis per annum non inſorduerint, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, vobis per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus, conſtitutiones, ordinationes, ac omnia, & quęcunque decreta, felicis recordationis Clementis VII, Pauli III, Pauli IV, Pii V, & Gregorii XIII Summorum Romanorum Pontificum diſponentia, de cetero neminem deſcendentem ex patre, aut avo, vel proavo Judęo, vel ab Inquiſitoribus hęreticę pravitatis condemnatum; ad dicti Ordinis habitum in Provincia veſtra recipi debere, nec vos ad illos recipien., ſeu eis officia Ordinis dandum, a quoquam, quavis cauſa, cogi, & compelli, illoſque qui ſunt uſque ad pręſentem diem recepti, tam ex pręfata ſtirpe, & genere, quam aliqua nota Inquiſitionis infecti, ad Provincialatus, ſive Prioratus, aut alia veſtri Ordinis officia aſſumi, vel eligi ſub pęnis, & cenſuris in conſtitutionibus ſupradictis contentis, non poſſe, obſervetis, & adimpleatis, & ab his ad quos ſpectat, & quomodolibet in futurum ſpectabit, & pertinebit, obſervari, & adimpleri faciatis, & veſtrum quilibet obſervet, & adimpleat. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facien. quibuſcunque. Datum Matriti Toletan. Dięceſis Anno Domini Milleſimo Sexconteſimo Trigeſimo Quinto, quinto Kal. Septembris, Pontificatus pręfati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Anno ejus Decimo Tertio.

1. *Recipiendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Decretum (1) S. Congregationis Concilii, de Novitiis, & Profeſſis contra formam Decretorum Clementis VIII.

Anno 1636 Die 5 Januarii.

CXLIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

SAnctiſſimus Dominus Noſter Urbanus Divina Providentia Papa VIII, ad occurrendum motibus, qui poſſent in Religionibus oriri occaſione receptionis Novitiorum, & profeſſionis per eos emiſſę in Conventibus non deſignatis, contra formam decretorum ſan. mem. Clem. VIII de Novitiis ad habitum regularium, & profeſſionem non admittendis, niſi in Conventibus deſignatis, audita ſuper hoc ſententia Sacrę Congregationis Concilii, declaravit, & decrevit, hujuſmodi receptos, & profeſſos contra formam dictorum decretorum, allegantes propterea nullitatem receptionis, & profeſſionis, non poſſe ſuper hujuſmodi nullitate poſt lapſum quinquennii quoquomodo audiri. Quod ſi aliqui contra formam pręfatorum decretorum recepti, & profeſſi, e Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam ref-

reſpective illos ejicere voluerint, eadem Sanctitas Sua decrevit, ut tam ipſi Profeſſi, quam *Superiores*, reſpective teneantur, jura, quę ſibi favere viſa fuerint, prius deducere coram eadem Sacra *Congregatione*, quę ex ſpeciali etiam Suę Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa providebit. Inhiben. *propterea* Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus *juriſdictionem* exercentibus, ac quibuſcunque Judicibus Ordinariis, & Delegatis, etiam cauſarum Palatii *Apoſtolici* Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de Latere Legatis, Sediſque Apoſtolicę Nunciis, *ne in* poſterum in hoc quoquomodo ſe ingerant abſque ſpeciali ejuſdem Sanctitatis commiſſione, ſub pęna ipſo facto incurrenda, quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates, interdicti ab ingreſſu Eccleſię, quoad Abbates, Prelatos inferiores, ac alios Judices prędictos excommunicationis latę ſententię, quo vero ad Nuncios, & ad S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, indignationis Suę Sanctitatis, & pęnarum arbitrio ejuſdem ponendarum. Si vero iidem, ut ſupra recepti, & profeſſi, juribus ſuis minime deductis coram Sacra Congregatione Concilii, & ſine illius expreſſa licentia, e Religione exire, vel Superiores Religionis eos ejicere auſi fuerint, ipſi recepti, & profeſſi, tanquam Apoſtatę puniantur, & pro talibus habeantur, necnon contra eoſdem juxta formam decreti de Regularibus Apoſtatis, & ejectis, ejuſdem Sanctitatis Suę juſſu ab eadem Sacra Congregatione ſub die XXI Septembris MDCXXXIV editi, procedatur, & Superiores qui ejecerint, pęnam ſuſpenſionis a divinis, necnon privationis omnium officiorum, quę tunc obtinebunt, ac perpetuę inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, vociſque activę, & paſſivę, ipſo facto, abſque alia declaratione, incurrant. Datum Romę die V Januarii MDCXXXVI.

F. Card. Veroſpius.

Franciſcus Paulutius Sac. Congr. Conc. Secret.

1. *Decretum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. *Legitur in Bullario Caſſinenſi Tom. I pag. 320.*, in *Bullario Romano* cit. *V.*

Anno 1637. Die 29 Auguſti.

CXLV.

Contra Religioſos, & Eccleſiaſticos quoſcunque, quæſtuoſas artes exercentes.

Ex Archivo (1) Ordinis.

DECRETUM.

Cum non deceat, eos, qui divino miniſterio adſcripti ſunt, in ſecularibus negotiis nimium eſſe implicatos, quęſtuoſas artes exercendo, Sacra Congregatio Apoſtolicę Viſitationis, ad tollendos varios abuſus, qui in diverſis Urbis, ejuſque diſtrictus Monaſteriis irrepſerunt, dum iidem Religioſi per ſe, vel a Communitatibus, aut aliis ſecularibus requiſiti, diverſas mechanicas, ſeu venales artes exercere ſtudent, quod omnino ab eccleſiaſtica diſciplina alienum eſſe debet, cum præſertim in grave hoc artium, & pauperum artificum, eorumque familiarium in Urbe, ejuſque diſtrictu, exiſtentium, prejudicium cedat, ſtatuit, decrevit, atque inhibendo mandavit, omnibus, tam Superioribus, quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium in Urbe, ejuſque diſtrictu exiſtentium, quam particularibus Religioſis, & Eccleſiaſticis quibuſcunque, ne in poſterum, ſive religionis nomine, ſive particulari, audeant, vel pręſumant, per ſe, vel per alios, exercere in ſuis Conventibus, aut alibi, in quocunque loco, ullam venalem artem, ſive Aromatoriam, Piſtoriam, Lanificium, Textrinum, aut aliam quamlibet, pręterquam pro ſuis Religioſorum, aut Alumnorum uſibus, nec ullo modo ſecularibus, aut aliis Religioſis, & Eccleſiaſticis, pharmaca, panem, carnes, aut alia quęlibet opificia, quomodocunque elaborata, & ornata, vendere, etiam pretextu amicitię, & familiaritatis, abſque ſpeciali licentia in ſcriptis obtinenda, etiam ab iis Religioſis, quibus ex particulari ſuę Religionis inſtituto id alias liceret.

Si quis vero ipſorum aliquid contra hoc Decretum quoquomodo facere, vel moliri pręſumpſerit, Ipſo facto pęnam ſuſpenſionis a divinis, privationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, ac perpetuę inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, vociſque activę, & paſſivę, abſque alia declaratione, incurrat.

Et nihilominus contra eos Generalis Theſaurarius procedat, tanquam contra illicitos negociatores confiſcando omnia lucra, & capitale dictas artes, & opificia ſpectantia.

Non obſtantibus quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in pręſenti Decreto contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum, ſive Congregationis Caſſinenſis, Fratrum Prędicatorum, Societatis Jeſu, Minimorum, aut aliorum quorumcunque, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cujuſlibet alterius inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, aut aliorum quorumcunque regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibus quoad ea, quę pręſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio, Sanctitatis Suę auctoritate, ſpecialiter, & expreſſe derogat, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Et ne pręmiſſorum ignorantia a quoquam pretendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut pręſentes ordinationes in valvis Baſilicarum S. Johannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Florę, ut moris eſt, affixę, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimatę fuiſſent. Utque earundem pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem pror-

Digitized by Google

prorſus fidei adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę die XXIX Auguſti MDCXXXVII.

J. B. Epiſcopus Cam. Viceſgerens, & Secretarius.

Odoardus Tibaldeſcbus ejuſdem Viſit. Apoſtolicę Notarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar, ex alio typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſo *Romæ*.

Anno 1637 Die 13 Octobris.

Fidei præcones in Armeniam miſſos Perſarum Regi commendat.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CXLVI.

Illuſtri, ac potentiſſimo Regi Perſarum.

URBANUS PAPA VIII.

Illuſtris, ac potentiſſime Rex, Salutem, & Lumen Divinę Gratię.

NOn nnius Europę finibus concluditur Pontificia ſolicitudo, ſed ad omnes etiam remotiſſimas regiones, ſedulo ſe profert, pręcipuam Romani Pontificatus gloriam in eo ſtudio conſtituens, quo ęternę quarumcunque gentium ſaluti conſultum ſit. Proinde cum trecentis ab hinc annis in Nexivanenſi Provincia, nounulli ex Ordine Sancti Dominici ritus latini verſati fuerint, ad illos identidem Summi Pontifices, mittere conſueverunt ex eorum Fratrum familia Italos Sacerdotes, ſcientiam ſalutis edoctos, a quibus de ſingulis, quę ad Chriſtianam Religionem pertinent, tum etiam, quę ad regularis diſciplinę conſervationem ſunt neceſſaria, erudirentur. Nos, qui erga ampliſſimum iſtud Regnum caritate, ac juvandi deſiderio, nulli ex deceſſoribus noſtris concedere profitemur, ne paſtorali muneri aliqua ex parte defuiſſe videamur, pium ipſorum inſtitutum proſequentes, mittimus dilectum filium Thomam Vitalem de Monte Regali, virum pietate, prudentia, ceteriſque virtutibus inſtructum, ut Collegii Armenorum in Alingia (a), Rectorem, atque Magiſtrum agat. Non terrent illum longiſſimi itineris diſcrimina, quin iſtuc ſe conferat ad veritatem Evangelicam promulgandam, & nomen Domini portandum coram gentibus, eique hoc unum votum eſt, & negotium, immortali animorum bono conſulere, & ſemina ſpargere cęleſtis verbi, quibus, Deo incrementa dante, aliquando verę felicitatis fructus colligantur. Non dubie ſperamus fore, ut ei celſitudinis tuę patrocinium ſuffragetur. Exploratum enim re ipſa habemus, quibuſnam benevoli animi documentis alios exceperis, quos ad late patentis tuę ditionis loca non ſemel allegavimus. Quare dubitandum non eſt, ne pari Regalis clementię ſignificatione in poſterum quoque tui ſimilem te prębeas. Illum tamen tibi ſerio commendamus, atque a celſitudine tua majorem in modum petimus, ut ei patrocinii tui vi communito, libere ubique, & abſque aliquo impedimento muneris ſui functionibus operam dare permittatur. Non minori diligentia Chriſtianos omnes tibi commendamus, qui in iſto Regno commorantur, eos enim licet tam longa locorum diſtantia remotos Apoſtolicę caritatis brachiis peramanter complectimur. Quod ſi quemadmodum de animi tui celſitudine Nobis pollicemur, pręſtiteris, illos nulla ętas arguet beneficiorum immemores, ſed celſitudinem tuam, quam ſummis laudibus proſequuntur, continenter extollent. In primis autem piis ſupplicationibus, & ſacrificiis tibi incolumitatem, & perenne bonum a divina clementia enixe precabuntur. Nos interim veram celſitudini tuę fauſtitatem exoptantes, plurimum cupimus tibi illuceſcere ſolem juſtitię orientem ex alto, Denuque illum oramus, qui dat ſalutem Regibus, ut te non ſolum terrena felicitate diutiſſime perfrui velit, ſed ad eam etiam ſemitam clementer advocet, unde ſedes paratur in ęternę beatitudinis Principatu. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Octobris Anno MDCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Quintodecimo.

1. *Archivo.*) In quo autographum. Legitur in Actis Capituli Generaliſſimi *Romæ* celebrati anno MDCXLIV *pag.* 81.

a. *Alingia.*) Fortaſſis *Aleppi*, aliis Hierapoli, vulgo *Aleppo*, in Syria

Anno 1638 Die 11 Martii.

Ne Parochi plus percipiant ex Sepolturis (1), quæ fiunt in Eccleſiis Fratrum, quam ex is, quæ fiunt in Eccleſiis propriis, vel aliorum Clericorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXLVII.

URBANUS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm ſicut dilectus filius Blaſius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, diverſę extorſiones exceſſivę a dilectis filiis Capitulo, & Canonicis ſecularis, & Collegiatę loci de Veglie Brunduſinę Diœceſis, necnon etiam a diverſis Parochis aliorum locorum, fiant pro impedienda libertate electionis ſepulturę in Eccleſiis Ordinis hujuſmodi, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut de opportuno in pręmiſſis remedio providere, de be-

de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum exponentem ſpecialibus favoribus, & gratiis, proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium prępoſitorum, conſilio, Ordinariis locorum per pręſentes committimus, ut provideant omnino, ne diutius abuſus hujuſmodi tolerentur, & decernant, ne Parochi plus percipere poſsint in ſepulturis, quę fiunt in Eccleſiis Regularium, quam in eis, quę fiunt in propriis, ſeu aliorum Clericorum, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI Martii MDCXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

M. A. Maraldus.

1. *Sepulturis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.IX.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria *Romæ* Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſa anno *MDCXL*. In *Bullario Romano* eſt *CCXXIII.*

Anno 1639 Die 10 Septembris.

CXLVIII.

Nequeunt Epiſcopi ſuffragia (1) Monialium Regularibus ſubjectarum exquirere, vel recipere in electione Abbatiſſæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Die X Septembris MDCXXXIX Sacra Congregatio Eminentiſsimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, Epiſcopum in electione Abbatiſſę Monaſterii Monialium Regularibus ſubjectarum, non poſſe exquirere, ſeu recipere vota Monialium, ſed illa exquiri, & recipi debere a Superiore Regulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo.

Jo. B. Card. Pamphilius.

Franciſcus Paulutius Sac. Congreg. Secretarius.

1. *Suffragia.*) Conſulendus *Tractatus deConſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.III.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur *in Bullariis Caſſinenſi Tomo I pag 328*, & *Carmelitano Parte II pag.*480.

Anno 1639 Die 10 Decembris.

CXLIX.

Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ inhibitivum ſuis miniſtris ne moleſtent Fratres noſtros circa adimpletionem onerum Miſſarum.

Ex Archivo (1) Ordinis.

IN Nomine Domini Amen. Pręſenti publico Inſtrumento, cunctis ubique pateat evidenter, & notum ſit, quod anno ab ejuſdem Domini Noſtri Nativitate MDCXL, Indictione octava, die vero XVII Februarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Urbani divina providentia Papę VIII Anno XVII, pro Venerabili Religione S. Dominici, contra quoſcunque in officio mei &c. Admodum R.P. Fr. Franciſcus Galaſſinus dictę Venerabilis Religionis Procurator Generalis, ex facto produxit inhibitionem in pergameno obtentam in Tribunali Venerab. Fabricę S.Petri ſubſcriptam ab Illuſtri, & Admodum Excellenti D.Virgilio Veſpignano Judice illius, per acta Claudii Roncii ejus Notarii, tenoris ſequentis videlicet. Collegium Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium S. C. Fabricę Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe pręfectorum, univerſis, & ſingulis DD. quarumcunque Civitatum, Caſtrorum, Terrarum, & aliorum locorum, S. R. E. mediate, & immediate ſubjectis, & ſubjectis Ordinariis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Vicariis, Commiſſariis, tam ordinariis, quam extraordinariis, etiam noſtris, cujuſcunque auctoritatis, Baricellis quoque, & Executoribus, Subexecutoribus, Notariis, Mandatariis, & aliis juratis Nunciis per Civitatem, & Diœceſim Caſſanen., & alias ubilibet conſtitutis, vel cui, ac quibus pręſentes oſtenſę fuerint, vel alias quomodolibet pręſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis fuiſſe ſub infraſcripta die, coram infraſcripto noſtro Generali Auditore, & dictę Fabricę Judice Ordinario, comparitum pro parte Admodum R.P.Magiſtri Fr. Franciſci Galaſſini Venerabilis Religionis Sancti Dominici Generalis Procuratoris, & expoſitum, quod die XXII Aprilis MDCXXVI, ſeu &c. cauſa, & occaſione quarundam moleſtiarum, quę tunc per aliquos ejuſdem Fabricę Commiſſarios inferebantur aliquibus Ven. Conventibus, & Fratribus dictę Venerabilis Religionis per Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos Dominos Cardinales ejuſdem S. C., fuit ordinatum, prout infra: Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinales Fabricę S. Petri de Urbe in Congregatione Generali habita die dicta, inter alia, revocarunt omnia, per D. Andream Lilli Commiſſarium dictę Fabricę, prout in Memoriali in ea porrecto geſta, tanquam injuſta, & mandarunt ſcribi Revigliono, ut provideat, & Commiſſarii abſtineant ſe a publicatione talium edictorum ſuper reviſione celebrationis Miſſarum, & aliis per dictum Commiſſarium in pręmiſſis, male, & nulliter geſtis, & alias, prout continentur in eo, & conſequenter non potuiſſe, nec poſſe per aliquos ejuſdem Fabricę Commiſſarios dictam Venerabilem Religionem, ejuſque Conventus, & Monaſteria, ac Fratres moleſtari, nec modo aliquo inquietari. Nihilominus dictus Commiſſarius ejuſdem Fabricę in Civitate Altimontis, ſive alterius nominis nuncupata, Caſſanen. Diœceſis, reſidens, ſe in pręmiſſis ingerere, & eandem religionem, ejuſque Fratres S.Dominici Altimontis, Caſſanen. Diœceſis, ſuper dicta reviſione computorum celebrationis Miſſarum, alio-

aliorumque divinorum Officiorum moleſtare, & inquietare, cedulones que contra eos affigere, affigique facere, ſibique victum, & habitationem ſubminiſtrari facere, & alia gravamina inferre eiſdem contra formam dictę reſolutionis in grave damnum, & prejudicium dictę Religionis, Conventuſque, & Fratrum S. Dominici Altimontis, quorum indemnitati providendo eadem D. S., inſtante, & petente dicto Domino Procuratore Generali, pręſentante, inhibitionem de nihil contra dictum Conventum, & Fratres S. Dominici dicti Loci Altimontis, deſuper, & infradictum innovando, & aliter, ut infra concedendum fore, & eſſe duxit, & conceſſit, ſicuti Nos etiam concedimus, & ſervari mandamus reſpective per pręſentes, quo circa auctoritate Apoſtolica Nobis conceſſa, & qua fungimur in hac parte, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet, ceteriſque nunc, & pro tempore in dicta Civitate, & Dięceſi Caſſanen. pro ipſa Fabrica reſidentibus Commiſſariis, & aliis in exequutione pręſentium nominandis, inhibemus, & inhibendo expreſſe pręcipimus, & mandamus, ut viſis, & receptis pręſentibus, ſub centum ducatis eidem Fabricę applicandis, & pro illis mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, audeatis, ſeu pręſumatis, aut aliquis veſtrum audeat, ſeu pręſumat, dictum Venerabilem Conventum, & Fratres S. Dominici Altimontis quoquomodo ad inſtantiam ipſius Fabricę, illiuſque Officialium, & aliorum ab ea facultatem, nunc, & pro tempore haben., in, & ſuper reviſione compntorum celebrationis Miſſarum, aliorumque divinorum Officiorum moleſtare, nec moleſtari facere, minuſque contra eos cedulones, alioſque affigere, affigique facere, nec eoſdem cogi, cogique facere ad alicui Fabricę pręd ctę, nunc, & protempore in dicta Civitate Caſſanen., ejuſque Dięceſi, reſidenti, victum, & habitationem pręſtare, ſeu pręſtari facien., minuſque aliquid aliud contra eos innovare &c. ſub quovis pretextu &c. quod ſi ſecus &c. abſolutionem &c. in fidem &c. Datum Romę ex Collegio hac die X Decembris MDCXXXIX. Virgilius Veſpignanus Judex. Pro D Claudio Ronerio Secretario, Victorius Juſtinianus Proſecretarius. Locus ✱ Sigilli. Super quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, petitum fuit a me R. C. A. Notario infraſcripto, ut pręſens conficerem, & traderem Inſtrumentum. Ego Bartholomęus Brunorus R. C. A. Notarius, de pręmiſſis rogatus pręſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi requiſitus. Locus ✱ Signi.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Filii impuberes ſepeliuntur (1) ad libitum parentum in quacunque Eccleſia, etiam Regularium.

Anno 1640 Die 20 Januarii.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 481.

CL.

SAcra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium prępoſita ſępius cenſuit, licere parentibus, in quacunque Eccleſia voluerint, etiam Regularium, eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum pervenerunt, eligere ſepulturam, nec a Parochis locorum impediri poſſe, aut debere, pręſertim vero ſi in dictis regularium Eccleſiis ſepeliri conſueverint, vel in eis habeant ſepulcrum Majorum. Romę XX Januarii MDCXL.

Fr. Ant. Card. S. Honuphr.

L. Archiepiſcopus Theb. Secret.

1. *Sepeliuntur.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

Decretum S.C. Fabricæ S. Petri inhibens omnibus etiam ſuis miniſtris, ne moleſtent Fratres noſtros ſuper adimpletione Miſſarum.

Anno 1640 Die 1 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CLI.

QUeſto Tribunale della Fabrica di S. Pietro di Roma, ordina di nuovo a tutti, e ſingoli Commiſſarj, Suſtituti, e ſuſtituendi da eſſo Tribunale, che in conformità degl'ordini già dati, non s'intromettano, e neſſuno di eſſi s'intrometta a viſitare in generale l'obligo delle Meſſe perpetue, o temporali, ai quali foſſero obligati li RR. PP. della Religione di S. Domenico, ſeu de Pręd catori, quali ſi aſſeriſcono Mendicanti nel Memoriale dato all'Illuſtriſſimi Signori Deputati di detta Fabrica in Roma inſerto nella retroſcritta lettera, e ordine, venendo quello ſcritto dall'infraſcritto Segretario, ſotto la data della preſente. Pero in eſecuzione del retroſcritto ordine di detti Signori Illuſtriſſimi, e così del preſente, ſi proibiſce a ciaſcuno di loro la ſudetta viſita di Meſſe non celebrate, ordinandoſi, che per quelle non ſi debba moleſtare detti RR. PP. ſotto pena di cinquecento ſcudi contenta nella loro ſicurtà data, e da darſi, mentre contraveniſſero a quanto ſe gli ordina per la preſente.

E perche l'originale non ſi può a tutti notificare, s'ordina ſimilmente, che s'abbia da dar fede alle copie autentiche roborate col ſigillo di detta Religione, come ſe foſſe l'iſteſſo originale, e ſe alcuno di eſsi teneſſe atti, o ſcritture concernenti a viſita generale di detti Monaſterj, inviandone relazione, ſi manderà a detti Illuſtriſsimi Signori, acciò ſi prenda quella reſoluzione, che meglio commanderanno.

Verum riſpetto delli Legati particolari, che foſſero detti Padri obligati ſodisfare per li peſi impoſteli da Teſtatori, o altri per l'Eredità, benche poſſedano con peſo di maritaggio, o altre opre pie, ſe ne dovranno inviare le cauſe a queſto Tribunale, acciò inteſe le Parti, ſe gli poſſa far giuſtiaia, come s'oſſerva, e ſi è oſſervato per il paſſato. Ma ſe foſſero laſciati con peſo, tantum di Meſſe, giache ſi preſupongono

celebrate per eſſere queſto l'officio, ed obligo loro, non occorre far altra diligenza, ed *in conformità*, dovrà ciaſcuno oſſervare. Remanendo ſingulis vicibus la preſente, o copia autentica alli *Preſentanti*, retenta copia, ſe la voranno, ſenza pagamento, e N. S. D. guardi le loro perſone. In Napoli *XIII* Maggio MDCIV. Melchior Reviglionus Secretarius.

Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Signori. Il Procuratore Generale dell'Ordine de Predicatori, umilmente eſpone alle Signorie loro Illuſtriſſime, come più volte le Signorie loro hanno ordinato per *lettere* alli Miniſtri della Reverenda Fabrica del Regno di Napoli, che non moleſtaſſero li Padri dell'Ordine ſudetto, quali ſono Mendicanti, non di meno, perche le ſudette lettere reſtano in mano delli ſudetti Miniſtri, ſpeſſo ſono moleſtati li poveri Fratri, da queſti Commiſſarj, che vanno attorno, non avendo coſa alcuna in mano da poter moſtrare, per levarſeli d'avanti, ſono sforzati darli alcuna ſomma di denari; che pigliono contro coſcienza, però il detto Procuratore ſupplica gli facciano gratia d'un ordine, qnale reſti in mano loro, acciò non ſia levata a torto la robba de Conventi.

Io Melchiore Reviglione Secretario, ho viſto, e riviſto il preſente Memoriale, e proviſto juxta ordinem XIII Maii MDCIV.

Molti Eccellenti Signori, come Fratelli. Mandamo il congionto Memoriale delli Frati dell'Ordine de Predicatori, ed avendo Noi ſcritto altre volte, che non foſſero moleſtati detti Padri, ne loro Monaſterj per le Meſſe non celebrate, ci par ſtrano, che ogn'ora per oſſervanza de noſtri ordini, ſia biſogno replicar l'iſteſſo. Però ſia più diligente in avvenire, acciò non abbiamo cauſa di dolerci di lei, e la graaia del Signore ſtia con lei. Da Roma I di Maggio MDCXL, a piacer di V. S. molto Eccellente C. M. Lante Deputati C. D. Arcuc.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

Anno 1640 Die 18 Maii.

CLII.

Decretum Sacræ Congregationis ad favorem Conventus Sancti Dominici de Bugella, necnon Confraternitatis (1) Sanctiſſimi Roſarii ejuſdem Civitatis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Cum conqneſti fuiſſent in Sacra Congregatione Cardinalium, negotiis Regularium Prępoſita, Fratres Ordinis Prędicatorum loci de Biella, quod Epiſcopus Vercellen., ſub prętextu quod ipſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum exponerent abſque ejus licentia, & proceſſiones facerent extra ambitum proprii Conventus, ingrediendo fines Parochię Curatorum illius loci ſine eorum licentia, ac impedirent ne Procuratores Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarii in ipſorum Eccleſia erectę coram ipſo redderent rationes ſuę adminiſtrationis, rebuſque aliis &c. eidem Confraternitati interdictum appoluiſſet, Fratres ipſos ab audien. confeſſionibus ſacramentalibus a celebratione Miſſarum, & concionandi facultate ſuſpendens, inhibendo eiſdem Fratribus, & Confratribus, ne auderent in poſterum Coronam Sanctiſſimi Roſarii in eorum Eccleſia recitare, proceſſiones extra ambitum ſui Conventus dirigere, & facere, perſonis tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis utriuſque ſexus, ne ſub pęna interdicti eleemoſynas eiſdem Fratribus attribuant, neve ipſi tam in loco pręfato, in quo ipſorum Ordinis Conventus exiſtit, quam in aliis locis ſuę Dięceſis eleemoſynas ipſas quęrant; Eadem Sacra Congregatio, viſa relatione ejuſdem Epiſcopi, auditis partibus, & negotio mature diſcuſſo, ad relationem Eminentiſſimi Cęſarini, cenſuit, reſtituendum eſſe, prout tenore pręſentis decreti reſtituit pręfatis Fratribus facultatem audiendi confeſſiones, concionandi Quadrageſimalis jejunii tempore per turnum juxta ſolitum in eorum Eccleſia, Miſſas, tam in propria, quam in aliis Eccleſiis, & Oratoriis approbatis celebrandi, ac preces Sanctiſſimi Roſarii publice recitandi, aliaque Societati pręfatę conceſſa, privative quoad alias Societates ejuſdem nominis, in eodem loco poſtea erectas, exercendi, & tam in prima Dominica Octobris, quam in aliis Dominicis, & feſtis diebus proceſſiones facere extra ambitum eorum Eccleſię, & Conventus, abſque alia licentia Parochorum, quorum Parochię fines ingrediuntur, ſtante conſuetudine hucuſque abſque contradictione per eos obſervata, nec potuiſſe, nec poſſe ab Epiſcopo, ſeu ejus Officialibus prohiberi, quominus in loco pręfato, & aliis ſuę Dięceſis, ubi habent Conventus, eleemoſynas quęrant, ſed tamen ſi extra loca, ubi ipſorum Ordinis Conventus exiſtunt, quęritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Epiſcopo oſtendere, ac demum revocandam, prout revocat, prohibitionem factam, ne eiſdem ſub pęna interdicti eleemoſynę attribuantur. Et ſic in poſterum obſervari debere mandat, & pręcipit: pręmiſſis, ceteriſque contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romę die XVIII Maii MDCXXXX.

Fr. Antonius Card. S. Honufrii.

Locus ✱ Sigilli.

L. Archiepiſcopus Theb. Secretarius.

1. *Confraternitatis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar typis impreſſum. Legitur etiam in *Bullario Confraternitatum Ord. Præd. pag.* 148.

De Confeſſionibus (1) Secularium ægrotantium excipiendis a Regularibus. Anno 1641 Die 13 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Signori. CLIII.

PEr parte (3) de' Frati Oſſervanti di San Franceſco, ſi rappreſenta all'Eminenze Voſtre, come Monſig. Voſcovo di Narni, ed altri d'altri luoghi contro li Decreti di queſta Sagra Congregazione, reſtringono la facoltà a' Regolari di confeſſare infermi ſecolari, e ne pongono la proibizione nelle patenti di confeſſione, che danno loro mentre gl'approvano. Si ſupplica per tanto d'opportuno rimedio vertendo queſto in pregiudizio de' poveri Infermi, e d'eſſi Regolari, che &c. quas &c.

Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium prępoſita, inhęrens declarationibus alias deſuper editis, cenſuit, regulares pręd ictos a locorum Ordinariis ad audiendas perſonarum ſecularium confeſsiones approbatos, non poſſe ab eiſdem Ordinariis prohiberi, ne earundem perſonarum ęgrotantium in propriis illarum domibus confeſsiones audire poſsint abſque licentia Parochorum; dummodo relinquant ſchedulam, vel notificent ipſis Parochis, quod pęnitentię ſacramentum hujuſmodi fuerit ab eis miniſtratum. Romę die XIII menſis Septembris MDCXLI.

Fr. Ant. Card. S. Honuph.

Loco ✻ Sigilli.

L. Archiep. Theb. Sec.

1. *Confeſſionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ* MDCXLI typis Reverendæ Cam. Apoſtolicæ.
3. *Pro parte.*) In alio exemplari ejuſdem Decreti ſic legitur.

I Procuratori Generali de' Regolari Mendicanti unitamente eſpongono all'Eminenze VV., che i Confeſſori delle loro Religioni, benche approvati dall'Ordinarj vengono da queſti impediti in diverſi luoghi, come Urbania Dioceſi Sipontina, ed altri, di non potere aſcoltare le confeſſioni de' loro penitenti infermi nelle proprie caſe, non oſtante laſcino in eſſe la poliza da conſegnarſi al proprio Paroco della loro aſcoltata confeſsione, ſupplicano per tanto le medeme EE. VV. dell'opportuno rimedio. Che &c. Sequitur Decretum, ut ſupra.

Regulares non poſſunt pecunias mutuo accipere, vel ad cambium. Anno 1643 Die 19 Septembris.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CUm poſt editum decretum de rebus Regularium non alienandis, compertum ſit, regulares, qui eodem decreto prohibentur cenſus imponere, & alios contractus facere ſuper bonis ad eorum Monaſteria pertinen. loco cenſuum, & contractuum hujuſmodi, pecunias accipere mutuo, etiam ſine alicujus lucri ſolutione, vel ad cambium cum ſolutione alicujus lucri, etiam ceſſantis, vel damni emergentis, cum obligatione, ſeu hypotheca bonorum, aut dato pignore, cumque ex hujuſmodi contractibus eludatur mens Sacrę Congregationis, cui in primis in votis fuit conſulere Religionum indemnitati, quę ex dictis contractibus plurimum lęduntur, Sanctiſsimo Domino Noſtro approbante, decrevit, & declaravit, non licere regularibus pecunias, ut ſupra proponitur, accipere, & ſi acceperint, in ipſius decreti pęnas ipſo facto incidere. Datum Rome XXI Martii MDCXXVI, quod innovatur hac die XIX Septembris MDCXLIII. CLIV.

Jo. B. Card. Pamphilius.

Franciſcus Paulutius Sac. Congr. Concil. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Caſſinen. T.I pag.* 310: in Bullario Carmelitan. Parte II pag. 409, & in Collectione Conſtitutionum, & *Decretorum Apoſtolicorum &c.*

Ne Fratribus omnibus unius Conventus adimatur facultas confeſſiones (1) excipiendi. Anno 1643 Die 13 Novembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CLV.

PErilluſtris, & Reverendiſsime Domine, uti Frater. Decreto generali Sacrę Congregationis, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę, cautum eſt, locorum Ordinarios omnibus ſimul unius Conventus regularibus, confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta, facultatem audiendi confeſsiones nullo pacto adimere poſſe, ut amplitudini tuę cognitum eſſe putant Eminentiſsimi Patres. Quo circa cum Prior, & Fratres Conventus Ordinis Pręd icatorum iſtius Civitatis, conqueſti ſint omnes eorum Conventus confeſſarios, & Pręd icatores, per amplitudinem tuam fuiſſe ſuſpenſos, ex eo quod Sanctiſsimum Euchariſtię Sacramentum in Die Sancti Dominici, juxta ſolitum, in eorum Eccleſia expoſuerunt abſque licentia, iidem Eminentiſsimi PP. rei veritatem, ab amplitudine tua, ſciſcitari operę pretium duxerunt. Et interim, quando res ita ſe habeat, ad audiendas confeſsiones, & ver-

& verbum Dei prędicandum rehabilitet, ſic itaque amplitudini tuę exequi placeat, & *bene valebit in* Domino. Romę XIII Novembris MDCXLIII.

1. *Confeſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*

3. *Archivo.*) In quo exemplar. Nomen *Epiſcopi*, cui litera ſcripta fuit, deſideratur.

Anno . . . . Die . . . .

CLVI.

Regulares Monialium Superiores tenentur diem electionis (1) Abbatiſſæ intimare illis Epiſcopis, qui expreſſe declaraverint, ſe velle eidem electioni intereſſe, eoſdemque expectare ad præfatam electionem faciendam.

Ex Bullario (2) *Caſſinenſi Tom. I pag.* 310.

AN liceat Epiſcopo in vim Conſtitutionis ſan. mem. Gregorii XV de exemptorum privilegiis, punire regulares, qui ad Abbatiſſę electionem procedunt, ante tempus ipſi Epiſcopo ſignificatum, aut die electionis eidem nullatenus prenunciata.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, reſpondit, Regulares ex eadem Conſtitutione ita demum teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſſę, eumque uſque ad prefinitum tempus expectare, ſi antea ipſe expreſſe declaraverit, ſe uti velle facultate ſibi hac in parte attributa, Abbatiſſarumque electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac preſidere. Poſt eam vero declarationem licere Epiſcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prenuntiata, ad Abbatiſſę electionem procedunt.

Coſ. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Sae. Congreg. Secretarius.

1. *Electioni.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

2. *Bullario.*) Legitur in Bullario Romano ad calcem *Conſtitutionis XVIII Gregorii XV.*

INNOCENTIUS X.

Ab Anno MDCXLIV die XIV Septembris, ad VII Januarii MDCLV. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag.* 144.

Anno 1644 Die 15 Octobris.

XXIV.

Pro Valentina Confraternitate S. Raymundi.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

COnſiderantes noſtrę mortalitatis fragilitatem, & humani generis conditionem, diſtrictique ſeveritatem judicii, percupimus, fideles ſingulos, judicium ipſum, bonis operibus, & piis precibus prevenire, ut per illa eorum peccata deleantur, ipſique ęternę felicitatis gaudia facilius conſequi mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia domus Sancti Dominici Valentin Ordinis Fratrum Predicatorum, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, ſub invocatione Sancti Raymundi, ad Dei Omnipotentis laudem, proximique ſubventionem, canonice, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, inſtituta exiſtat, cujus dilecti filii Confratres, multa pietatis opera exercere conſueverunt. Nos igitur, ut dicti Confratres in bujuſmodi, & aliorum piorum operum exercitio confoveantur, necnon alii Chriſtifideles, ad dictam Confraternitatem de cetero ingrediendam, per amplius inviteutur, dictaque Eccleſia in debita veneratione habeatur, ipſaque Confraternitas ſalutaribus in Domino, magis in dies proficiat incrementis, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere penitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur, die prima eorum ingreſſus, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, ipſique, ac omnibus, & ſingulis aliis, nunc, & pro tempore exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, pro tempore ubilibet decedentibus, & vere penitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri poterit, refectis, in eorum mortis articulo, pium nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, invocantibus. Preterea ipſis Confratribus, etiam vere penitentibus, & confeſsis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam predictam, & Capellam, vel Oratorium dictę Confraternitatis, in feſtivitate principali ejuſdem Confraternitatis, quę ſemel in anno fit, & in die, quę non variatur, contingit, dicitur (2) Paſchatis Reſurrectionis Dominicę in primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei feſtivitatis hujuſmodi, ſingulis annis pro tempore, devote viſitaverint, & inibi pro S. M. E. exaltatione, hereſum extirpatione, infidelium converſione, ac inter Chriſtianos Principes ſervanda pace, concordia, & unione, necnon Romani Pontificis ſalute, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem perpetuo concedimus, & impartimur, ac etiam ejuſdem Confratribus, vere penitentibus,

& con-

& confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam, & Capellam, vel Oratorium hujuſmodi, in Beatę Marię Virginis, & Sancti Johannis Baptiſtę Nativitatum, ac Sancti Michaelis Archangeli, dedicationis, necnon Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli feſtivitatibus, etiam devote viſitaverint, & ut prędicitur, oraverint, qua die hujuſmodi quatuor poſteriorum feſtivitatum id fecerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Poſtremo eiſdem Confratibus, quoties divinis officiis, aut Congregationibus publicis, vel ſecretis ipſius Confraternitatis, pro quocunque opere pio exercendo interfuerint, aut ipſum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aſſociaverint, vel qui impediti, campanę ad id ſigno dato, genibus flexis, ſemel Orationem Dominicam, vel Salutationem Angelicam, pro eodem infirmo recitaverint, aut proceſſionibus, vel ſepeliendo mortuis officioſe interfuerint, aut pauperes peregrinos huſpitio receperint, vel pacem cum inimicis compoſuerint, ſeu devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, vel ignorantes Dei pręcepta, & ea, quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam prędictas, pro animabus Confratrum dictę Confraternitatis, in Chriſti caritate defunctorum, recitaverint, toties pro quolibet pręmiſſorum operum hujuſmodi exercitio, ſexaginta dies, de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pęnitentiis, miſericorditer in Domino perpetuo relaxamus, pręſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alia ratione, pro illius indulgentiis conſequendis, aut de illis participandis, uniatur, vel alias quomodolibet inſtituatur, priores, ſeu quęvis alię literę deſuper obtentę, pręter pręſentes, nullatenus ei ſuffragentur, ſed ex tunc prorſus nullę ſint eo ipſo. Quod ſi dictis Confratribus, ratione pręmiſſorum, vel alias, aliqua indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus, non dum elapſum, duratura per Nos conceſſa fuerit, eędem pręſentes literę nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexceteſimo Quadrageſimo Quarto, Idibus Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Valentino*. 2. *Contingit, dicitur*.) Aliquid deeſt.

Indulgentia pro feſto S. Dominici in Soriano.

Anno 1645 Die 10 Aprilis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA X.

XXV.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtis Eccleſię theſauris pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verę pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam Sancti Dominici Civitatis Valentin., die feſto ejuſdem Sancti Dominici de Soriano XV Septembris celebrari ſolito, a primis veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus, in quacunque anni die, dictam Eccleſiam, ſive Capellam, aut Altare in ea ſitum, viſitantibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, vel ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium, aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint eo ipſo. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die X Aprilis MDCXLV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ea autographo *Valentino*.

Moderatio Decreti Epiſcopi Piſaurenſis, circa adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ (1).

Anno 1645 Die 22 Septembris.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag.498.

XXVI.

All'Illuſtre, e molto Reverendo Monſignore, come Fratello Il Veſcovo di Peſaro.

Illuſtre, e molto Reverendo Monſignore, come Fratello.

IL Decreto fatto da V. S. a tutti li Confeſſori della ſua Dioceſi, così ſecolari, come regolari, e le ordinazioni, che in eſſo ſi contengono circa il modo, luogo, e tempo, ed abito, col quale devono amminiſtrare il Sacramento della Penitenaa, è ſtato ſentito volontieri dalla Sacra Congregazione, ed è parſo buona materia. Ma non potendoſi generalmente adattare con tutti, e potendo venire de caſi improviſi, o di preciſa neceſſità, o di congruenza, ne quali per non perder l'occaſione di ſalvar l'anime, non convenga di aſpettar la commodità di quell'ore, e luoghi preciſi, o per altro riſpetto non ſi poſſa opportunamente mettere in prattica, queſti Eminentiſſimi miei Signori, udito quel che V. S. ne ſcrive, e quanto è ſtato dedotto per parte de Regolari, doppo matura conſiderazione, han riſoluto, che ella dichiari, e moderi il medeſimo Decreto nella ſeguente forma cioè: Che

Digitized by Google

Che li Confeſſori così ſecolari, come regolari, volendo amminiſtrare queſto Sacramento a *perſone* ſecolari di qualſivoglia ſeſſo, o età ſi ſiano, debbano farlo in Chieſa con la Stola al collo alla *feneſtrella* del Confeſſionario, quale abbia i forami così anguſti, che non poſſa paſſarvi il deto auricolare, eccettuati però i caſi d'infermità, o d'altra preciſa neceſſità, o congruenza morale, ne quali *poſsino* confeſſare nella Sagriſtia, o altro loco decente col ſolo abito regolare, e così anche per ſervitio *degl'infermi* nelle loro caſe, ſenza la precedente licenza del Parocho, purche laſcino in ſcritto, o *notifichino al medemo* Paroco d'averlo fatto.

Che la viſita de Confeſsionarj V. S. l'incharichi a i loro Superiori regolari, e rimova dal ſuo *Decreto* quelle parole, che ſpecificano certo genere di perſone, come ancora le pene pecuniarie, non ſolite a pratticarſi coi Regolari, e Mendicanti, e la pena della ſoſpenſione ipſo facto, ſtimata troppo rigoroſa, e facile a cagionare molti ſcrupoli.

Così dunque eſeguiſca, e quando abbia notizia, che alcun regolare abuſi di queſto Sagramento, proceda contro di eſſo conforme alla facoltà, che ſe le concede da Sagri Canoni, e dalle Coſtituzioni Apoſtoliche. E Dio la proſperi. Di Roma a XXII Settembre MDCXLV.

Di V.S.

Come Fratello
M. Cardinali Ginetti.

G. Arciveſcovo di Patraſſo Secret.

1 *Pœnitentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VII.*

Anno 1645 Die 21 Novembris.

XXVII.

Contra erectores novæ Confraternitatis SS. Roſarii (1) in Civitate Bituntina abſque licentia Magiſtri Ordinis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CHriſtophorus Vidman Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę Sanctiſſimi D. N. PP. referendarius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra, univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo D. N. PP. ſpecialiter deputatus, univerſis, & ſingulis RR. DD Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu omnibus earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, ceteriſque Presbyteris, necnon Clericis, Notariis, Tabellionibus quibuſcunque &c. illi, vel illis &c. Salutem in Domino &c. Noveritis nuper pro parte Admodum RR. PP. Ordinis Prędicatorum, ac Ven. Conventus Sancti Dominici Civitatis Bituntin, ac Ven. Societatis Sanctiſsimi Roſarii in dicta Civitate Bituntin. in Eccleſia Sancti Dominici, a Religione dictorum RR. inſtantium erectę, ac Confratrum dictę Societatis, fuiſſe coram Nobis comparitum, & expoſitum, quod alias felicis recordationis Pius PP. V per ſuas literas Apoſtolicas in forma Brevis ad requiſitionem R. P. Magiſtri Provincialis dicti Ordinis, tunc Provincię Neapolitanę, ſtatuit, quod nulli licitum eſſet, minuſque aliquis. Capellam Sanctiſsimi Roſarii in quacunque Eccleſia, ſeu loco erigere poſſet, niſi per Reverendiſsimum D. P Magiſtrum Generalem, aut alios deputatos, ac omnes prę miſsis contravenientes, indulgentiis, ac peccatorum remiſsionibus dictis Confratribus conceſsis privavit, & privatos eſſe, ac indignos effici decrevit, prout in ejus Conſtitutione tenoris ſequentis, videlicet. Pius Papa V. Ad Futuram Rei Memoriam. Inter deſiderabilia cordis noſtri illud intentis deſideriis &c. (3) Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Junii MDLXIX, Pontificatus noſtri Anno Quarto F. de Torres. A. Mileti. Et licet Confraternitas Sanctiſsimi Roſarii hujuſmodi, ab alio, quam a dicto Reverendiſsimo P. Magiſtro Generali, ſeu per eum deputato, erigi non poſsit, neque debeat in dicta Civitate Bituntin., ejuſque Dięceſi, & alibi, ac erecta exiſtere non poſsit, nihilominus nonnulli in executione prę ſentium nominan., & cognominan., neſcitur quo jure ducti, Societates ejuſdem Sanctiſsimi Roſarii in Eccleſia Sancti Benedicti, & in Eccleſia Sancti Blaſii Civitatis Bituntin. abſque conſenſu, & auctoritate dicti Reverendiſsimi P. Magiſtri Generalis, vel ab eo deputati, & contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, in damnum, & prę judicium dicti Ordinis Prędicatorum (4). Quocirca cupientes prędicti inſtantes ab hujuſmodi indebitis moleſtiis jure medio ſeſe liberari, ac dictam Confraternitatem in dicta Eccleſia S. Dominici erectam manuteneri, defendi, conſervari, ac Confraternitates aſſertas Sanctiſsimi Roſarii in dictis Eccleſiis S. Benedicti, & S. Blaſii tolli, ad Nos recurſum habuerunt, debita cum inſtantia requirentes, quatenus in prę miſsis opportune providere dignaremur. Nos igitur Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor prędictus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore prę ſentium committimus, & in virtute ſanctę obedientię ſtricte prę cipiendo mandamus, quatenus ſtatim receptis prę ſentibus, & poſtquam vigore prę ſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica auctoritate moneatis, & requiratis, primo, ſecundo, tertio, ultimo, peremptorio termino, prout Nos monemus, & requirimus omnes, & ſingulos Confratres Societatis, ſeu Societatum Sanctiſsimi Roſarii in dictis Eccleſiis S. Benedicti, & Sancti Blaſii nulliter erectis, earumque Officiales, & Miniſtros, ac alios quoſcunque in executione prę ſentium nominan., & cognominan., quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, duos pro tertio, & ultimo peremptorio termino monitione canonica aſsignamus, & vos aſsignetis etiam per prę ſentes, ſub quingentorum ducatorum auri in usu R. C. Apoſtolicę applican.,

pro

Digitized by Google

pro illis mandati executivi in juris ſubſidium excommunicationis, interdicti Eccleſiaſtici, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, debeant, & unuſquiſque eorum debeat dictas literas Apoſtolicas, ac in illis contenta adimpleviſſe, obſervaſſe, & debitę executioni demandaſſe, ſuoſque plenarios effectus ſortiri feciſſe, & permiſiſſe, dictamque Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarii in dicta Eccleſia S. Dominici canonice erectam manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, aliaſve Confraternitates in Eccleſiis SS. Benedicti, & Blaſii, contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, & abſque conſenſu dicti Reverendiſſimi P. Magiſtri Generalis, vel alterius ab eo deputati, nulliter erectarum, abſtuliſſe, amoviſſe, annullaſſe, & non retinuiſſe, nec officia, & actus hujuſmodi Societatis feciſſe, neque exercuiſſe, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, ac ab omnibus, & ſingulis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, impedimentis in pręmiſſis illatis, & pręſtitis, inferendiſque, & pręſtandis, & a dictis Societatibus Sanctiſſimi Roſarii, ac ab earum actibus, & exercitio, ac officio in dictis Eccleſiis S. Benedicti, & S. Blaſii deſtitiſſe, ceſſaſſe, ac ſe abſtinuiſſe, ceſſarique, deſiſti, ac ſe abſtinere, feciſſe, damna, expenſas, & intereſſe, paſſa, facta, & liquidata, ac facien., patien., & liquidan. non feciſſe, mandatumque de manutenendo, ac aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, concedi, relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, dictiſque literis Apoſtolicis, ac pręſentibus &c. paruiſſe, & ſi quid ab eiſdem exponentibus quoquomodo pretendatur, id totum coram Nobis deduxiſſe, & ..... alioquin per vos ſic monitos, ſi in pręmiſſis ſe fore gravatos, ſenſerint, modo, & forma pręmiſſis, peremptorie citetis, & citari curetis, & faciatis, prout Nos citamus, & citari mandamus eoſdem per pręſentes, quatenus decimaquinta poſt pręſentium executionem proxima, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin prima die juridica, immediate ſequenti, compareant Romę in judicio legitime coram Nobis, ſive infraſcripto Locumtenente noſtro per acta infraſcripti noſtri Notarii, vel Procuratores ſuos idoneos, & legitime conſtitutos, cauſam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, & juſtitię complementum recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes ſic ut ſupra citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, ſive infraſcriptus Locumtenens noſter ad pręmiſſa, & alia graviora juris, & facti remedia procedemus, ſeu procedet, juſtitia mediante, citandorum contumacia, vel abſentia, in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, pręcipiatis, & mandetis, prout Nos inhibemus, pręcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis R. D. Judicibus, & Commiſſariis tam ordinariis, quam extraordinariis, Delegatis, & Subdelegatis quacunque auctoritate, & facultate fungen., & functuris, necnon omnibus &c. & ſingulis Confratribus Sanctiſſimi Roſarii in dictis Eccleſiis SS. Benedicti, & Blaſii, eorumque Officialibus, Miniſtris, & aliis in executione pręſentium, nominan., & cognominan., ne ſub dictis ſententiis, cenſuris, & pœnis audeant, ſeu pręſumant, nec ipſorum aliquis audeat &c. dd. inſtantes in & ſuper pręmiſſis, & pręmiſſorum cauſa, & occaſione, moleſtare, vexare, perturbare, & inquietare, ac in judicium trahere, ſeu moleſtari &c. ac in judicium trahi facere, per ſe, vel alium, ſeu alios, poſſit, pretextu &c. Quod ſi ſecus &c. abſolutionem &c. in quorum fidem &c. Datum Romę ex Ædibus noſtris Anno Domini MDCXLV. Indictione XIII, die XXI Novembris, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentii divina providentia PP. X Anno Secundo.

Angelus Locumtenens.

Dominicus Fonthia Notarius.

1. *Roſarii.*) Conſulendus *Tractatus de cenſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*
2. *Archivo.*) In quo autographum.
3. *Deſideriis.*) Ut in *Conſtitutione LXX S. Pii V Tomo V hujuſce Bullarii pag.* 214.
4. *Prædicatorum.*) Addunt *erigere tentarunt.*

De Miſſione Guadaluppæ (1).

Anno 1645 Die 5 Decembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Decretum Sacrę Congregationis de Propaganda Fide habitum die V Decembris MDCXLV. XXVIII.

Referente Eminentiſſimo D. Cardinali Albernotio ſtatum Inſulę de Guadaluppe ex relatione, Nuncio Galliarum tranſmiſſa, Sacra Congregatio Miſſionem Dominicanorum ad Inſulam prędictam confirmavit, & facultates antea expeditas pro Patre Armando a Pace Pariſienſi dictę Miſſionis Superiore, quem illius Prefectum declaravit, ad eundem Nuncium mitti juſſit, ut illas ad prędictum Patrem deferri curet.

A. Cardinalis Capponius.

Locus ✠ Sigilli.

Franciſcus Ingolus Secretarius.

1. *Guadaluppæ.*) In America. Vide *Notas ad Conſtitutionem LXX Benedicti XIII Tomo VI hujuſce Bullarii pag.* 609, ubi Nota III delendum nomen iſtud *La Grandterre*, & hæc addenda: *L'Anſe de Haye*, ſeu *Le Gros-Morne*, & *Le Grand-cul-de Sac*. In Inſula Granatenſi duæ ſunt, quarum una ſita eſt in loco dicto *Le Grand-Pauvre*, ubi præcipua domus Fratrum; & altera in loco, quem vocant *L'Anſe a Goyave*, uti me monuit vir clariſſimus *R. A. P. Andreas Maur*; qui Miſſiones illas Americanas magnæ cum laude regit, ut ipſemet vidi, dum per annos circiter ſex ibidem commoratus, ardens illud ſtudium, quo ſalutem animarum proſequitur, & mirem, qua præſtat, prudentiam, pluries expertus ſui.
2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1647
Die 1 Junii.

De Quarta funerali (1) non ſolvenda.

XXIX.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CHriſtophorus Vidman, Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę SS. D. N. Papę Referen-
darius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex
Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam lata-
rum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, ac merus executor, ab eodem Sanctiſ-
ſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis,
Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parrochialiumque, &
Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Vice-Rectoribus, earum Plebanis, vel Viceplebanis, Cu-
ratis, & non Curatis, ceteriſque Presbyteris, necnon Clericis, Notariis, & Tabellionibus quibuſcun-
que &c. Ex parte, & ad inſtantiam Venerabilis Conventus, & RR. Fratrum, Montis Leonis, Ordinis Prę-
Nota. dicatorum principalium inſtantium Decretum Sacrę Congregationis EE. DD Cardinalium Concilii Tri-
dentini interpretum Nobis pręſentatum fuit ſub infraſcripto tenore, videlicet: Sacra Congregatio Con-
cilii cenſuit, Monaſteria Regularium, quamvis a quadraginta annis citra ędificata, non teneri ad Quar-
tam Parochialem Eccleſię pręſtandam, ſi ſint ejus Religionis, cui a Sede Apoſtolica ante quadraginta an-
nos indultum ſuerit, ut hujuſmodi Quartam ſolvere non teneatur. Et aliud Decretum ejuſdem Sacrę
Congregationis, tenoris ſequentis, videlicet: Sacra Congregatio Concilii cenſuit, non comprehendi
Monaſteria ędificata a quadraginta annis citra, aut quę in dies ędificantur, vel in futurum ędificabuntur,
pręſuppoſito, quod hujuſmodi Monaſteria ſint ejus Religionis, cui a Sede Apoſtolica indultum ſit, ut
Quartam funeralium, non debeat ſolvere Epiſcopo. Poſt quarum pręſentationem, ex parte eorundem
inſtantium coram Nobis infraſcripta die comparitum, & expoſitum extitit, quod cum dictum Venera-
bile Monaſterium ſit de comprehenſis in pręfatis Decretis, nec teneatur ſolvere Quartam Funeralium,
prout nunquam antea perſolvit, nec ſuper pręmiſſis, a quoquam de jure moleſtari poſſit, neque debeat,
tamen ad Nos relatum extitit, quod Reverendiſsimus D. Epiſcopus Civitatis Mileti, aliique forſan in
executione pręſentium nominan., & cognominan., neſcitur quo jure ducti, quave ratione ſuffulti, ſe jacta-
runt, & jactant, velle pręfatos DD inſtantes, de, & ſuper pręmiſsis in partibus moleſtare, & inquie-
tare, contra formam pręinſertorum Decretorum, & forſan moleſtant, in grave ipſorum inſtantium damnum,
& pręjudicium, ideo de opportuno juris remedio requiſiti, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, &
veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore pręſentium committimus, & in virtute ſanctę obedientię ſtricte pręce-
cipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis pręſentibus, & poſtquam vigore pręſentium fue-
ritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica auctoritate
moneatis, & requiratis, primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino, prout Nos tenore pręſen-
tium, monemus, & requirimus, omnes, & ſingulos pręedictos in executione pręſentium nominan., & co-
gnominan., tam conjunctim, quam diviſim, & alias omni &c. quatenus infra ſex dierum ſpatium, quo-
rum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos, pro tertio, ultimo, & peremptorio termino
monitione canonica aſsignamus, & vos aſsignetis eiſdem ſub pęnis antedictis, ac reſpective excommuni-
cationis, necnon mille ducatorum auri, aliiſque &c. pęnis. Si ſecus &c. debeant pręinſertis Decretis, in
omnibus, & per omnia obtemperaſſe, ac ab omnibus, & ſingulis jactationibus, moleſtationibus, pertur-
bationibus, & inquietationibus pręedictis, inſtantibus, de, & ſuper pręmiſsis, in partibus, tam illatis,
quam inferri comminatis, deſtitiſſe, & ceſſaſſe, deſiſtique, & ceſſari, mandare, dictaſque jactationes, &
moleſtationes, fore, eſſeque nullas, indebitas, & injuſtas, nulliterque, indebite, & injuſte illatas, ipſoſ-
que DD. inſtantes, ad dictam Quartam Funeralium non teneri, nec obligatos eſſe, pręinſertaque Decreta
fore, eſſeque exequenda, debiteque executioni demandanda, declarari vidiſſe, ac de omnibus damnis, ex-
penſis, & intereſſe, pręmiſſorum occaſione, tam paſsis, & factis, quam in futurum patiendis, & faciendis,
integre ſatisfeciſſe, & in illis ſe condemnari vidiſſe, & quaſcunque ſententias, decreta, ſeu mandata in pręe-
miſsis neceſſaria, & opportuna, aliaque de jure quomodolibet requiſita fieri, ferri, decerni, & relaxari, vi-
diſſe, & audiviſſe ad favorem ſupradictorum DD. inſtantium, deducentium in pręmiſsis omne jus, omneque
remedium pręedicto, & omni alio meliori modo &c. Et inſuper inhibeatis eiſdem, prout Nos tenore pręſen-
tium inhibemus, & inhibendo expreſſe pręcipimus, & mandamus, ne viſis, & receptis pręſentibus, ſub pęnis,
& cenſuris antedictis, audeant, ſeu pręſumant, aut aliquis ipſorum audeat, ſeu pręſumat, quidquam de, &
ſuper pręmiſsis in partibus innovare, ſeu attentare, aut innovari, & attentari facere, ſive pręfatos DD.
inſtantes, de, & ſuper dicta Quarta Funeralium moleſtare, & impedire, ſeu moleſtari, & impediri facere,
ſub quovis pretextu, quęſito colore, cauſa, vel ingenio, quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare,
& in priſtinum ſtatum reducere curabimus, alioquin pręedictos ſic monitos, ſi in pręmiſſis ſe fore gravatos
ſenſerint, modo, & forma pręmiſſis, & peremptorio termino citetis, & citari curetis, prout Nos cita-
mus, eoſdemque pręſentes, quatenus octava die poſt pręſentium executionem, ſi dies ipſa juridica fue-
rit, alioquin prima die juridica ex tunc proxime compareant Romę in judicio legitime coram Nobis, vel
noſtro in civilibus R. D. Locumtenente per ſeſe, vel Procuratores ſuos idoneos, & ſufficienter inſtructos,
cauſam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dicta-
verit rationis. Certificantes eoſdem, ſic monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino,
comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter pręfatus, ad pręmiſſa, & alia gra-
viora juris, & facti remedia opportuna procedemus, juſtitia mediante, abſolutionem vero omnium, &
& ſingulorum pręmiſſorum Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem &c.
Datum Romę ex Ædibus noſtris Anno Domini MDCXLVII, Indictione Decimaquinta, die vero prima
Junii

Junii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Innocentii divina providentia PP. X, Anno Tertio.

F. M. Baramlinus Locumtenens.

Loco ✻ Sigilli.

Pro D. Antonio Rainaldo Notario.
Cęſar Columna.

1. *Quarta funerali.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo autographum.

Indulgentia (1) conceſſa viſitantibus ſeptem Altaria Eccleſiæ Conventus Valentin.

Anno 1650 Die 10 Junii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

INNOCENTIUS PAPA X.

XXX.

Univerſis Chriſtifidelibus, pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui ſeptem Altaria, quatenus ſita ſint in Eccleſia domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Valentin., per Ordinarium loci ſemel tantum deſignanda, duodecim vicibus pro quolibet anno, per eundem Ordinarium, ſemel tantum eligen., devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, qua vice prędictorum id egerint, ut eas omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſsiones, ac pęnitentiarum relaxationes conſequantur, quas conſequerentur, ſi ſeptem Altaria in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe perſonaliter, & devote viſitarent, miſericorditer in Domino concedimus. Non obſtantibus regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Pręſentibus ad ſeptennium, citra annum jubilęi, tantum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint eo ipſo. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X Junii MDCL, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Indulgentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

Pro Confraternitate (1) Sancti Dominici de Soriano.

Anno 1653 Die 11 Junii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XXXI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in Eccleſia Domus Fratrum Ordinum Prędicatorum Oppidi de Almagro Toletanę Dięceſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub Invocatione S. Dominici de Soriano nuncupata, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice erecta, ſive erigenda exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores, quam plurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt, Nos, ut Confraternitas hujuſmodi, majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem ingredientur, poſtquam erit canonice erecta, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, plenariam, necnon tam deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis in eadem Confraternitate Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere ſint pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, Nomen Jeſu, ore, ſi potuerint, ſin autem corde, devote invocaverint, etiam plenariam, ac ipſis nunc, & pro tempore Confratribus, & Conſororibus, vere quoque pęnitentibus, & confeſſis, atque ſacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium die feſto principali ipſius Confraternitatis a primis veſperis, uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer concedimus in Domino. Inſuper eiſdem vere pęnitentibus, & confeſſis, atque ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium hujuſmodi in quatuor anni feſtis diebus, per eoſdem Confratres ſemel tamen eligendis, & ab Ordinario approbandis, ut prędictum eſt, viſitaverint, & oraverint, quo die prędictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas, quoties vero Miſſis, atque aliis divinis officiis in dicta Eccleſia, vel Capella, ſeu Oratorio, pro tempore celebrandis, & recitandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis, ipſius Confraternitatis, ubivis faciendis, interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu procuraverint, vel componi fecerint, ac etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum,

qnam Conſororum hujuſmodi, & aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimumque Euchariſtię ſacramentum, tam in proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut, ſi impediti, Campanę ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Conſororum prędictorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis deduxerint, & ignorantes Pręcepta Dei, & ea quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum ſexaginta dies, de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus, pręſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus, aliqua alia Indulgentia, perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque etiam ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, aut aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę, illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo prorſus nullę ſint. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XI Junii MDCLIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

G. Gualterius.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2: *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1653 Die 21 Junii.

XXXII.

De Apoſtatis, & Ejectis (1):

Ex Bullario Ordinis de Mercede Redemptionis Captivorum pag. 299. Num. I.

PRocurator Generalis Ordinis Beatę Marię de Mercede Redemptionis Captivorum, mediante interceſſione Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo Protectoris, ſupplicat pro ſua, ut inquit, & aliorum Superiorum regularium inſtructione, per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad infraſcripta ſuper decreto de Apoſtatis, & ejectis, juſſu Summi Pontificis ex ſententia ejuſdem Sacrę Congregationis, edito anno MDCXXIV, & impreſſo in Bullario novo Tom IV pag. 267. verſ. *ad hac*.

Primo. An regularis conſtitutus in carceribus ſpatio unius anni in jejunio, & pęnitentia, ad finem, ut tanquam incorrigibilis a Religione ejiciatur, ſi e carceribus fugiat (dicto incarcerationis anno nondum expleto) & deinde ſit captus, poſſit tunc uti incorrigibilis ejici, an vero quid aliud faciendum ſit.

Secundo. An regularis, pluribus interpolatis vicibus pro iteratis delictis in diverſis temporibus commiſſis in carceribus detentus, poſſit uno carcerationis anno, (ut ſupra interpolate expleto) tanquam incorrigibilis a religione ejici, ſi poſt dictum annum carcerationis interpolatum animo indurato in ſua pertinacia perſeverans iterum delinquat?

Tertio An Generalis Ordinis poſsit delegare facultatem ejiciendi a Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio ſit a Generale facienda in quolibet caſu, an vero indefinite in omnibus caſibus?

Quarto. An ſex Patres, de quorum conſilio, & aſſenſu ejectio fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, an potius ſufficiat ex qualibet Provincia, ſeu Regno?

Quinto. Quod ſi a Religione hujuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu Congregatione Generali, quid faciendum ſit uſque ad primum Capitulum Generale?

Sexto. An ſufficiat, ut prelatus Conventualis, ſeu Provincialis conficiat proceſſum, ſtylo Religionis ſervato, & illius ſummarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per literas eiſdem Generali, ſeu Delegato?

Septimo. An Generalis, ſeu Delegatus poſsit ferre ſententiam ejectionis a Religione, quando a tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum majori parte dicta ſententia approbatur? An potius ſit neceſſarium, ut omnes ſex dent votum, ita ut defectu voti, etiam unius, non poſſit ſententia valide fieri?

Reſpondet Sacra Congregatio.

Die XXI Junii MDCLIII Sacra Congregatio Eminentiſsimorum Cardinalium Concilii Trident. Interpretum, omnibus mature perpenſis.

Ad primum reſpondit, regulares delinquentes, ut incorrigibiles ejici non poſſe a Religione anno carcerationis nondum expleto.

Ad ſecundum reſpondit, non ſufficere annum carcerationis interpolate expletum, ſed requiri ſpatium unius anni continuum, & integrum.

Ad tertium reſpondit, Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem ejiciendi a Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus.

Ad quartum, inhęrendo declarationi alias factę die IX Auguſti MDCXXV, a ſan. mem. Urbano VIII approbatę, reſpondit, ſex Patres eligi poſſe in unaquaque Provincia, ſeu Regno.

Ad quintum, recurrendum eſſe ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad ſextum, Proceſſus eſſe conficiendos juxta ſtylum, & Conſtitutiones Religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittendum ad ſingulos ſex Patres electos, qui per literas poſſunt votum dare.

Ad

Ad ſeptimum, ſententiam ejectionis a Religione fieri debere ſaltem de voto majoris partis ſex Patrum electorum.

Petrus Aloyſius Cardinalis Carafa Pręfectus.

Loco ✱ Sigilli.

Franciſcus Paulutius Sac. Congr. Concilii Secret.

1. *Ejectis.*) Conſulendus *Tractatus de Cenſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit. XII.*

Declaratio nullitatis literarum Senatus Mediolani, & edicti Gubernatoris Status Mediolanen. ſuper obſervatione feſtivitatis Sancti Dominici in dicto Statu.

Anno 1653 Die 6 Octobris.

XXXIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm nuper ad notitiam noſtram uon ſine gravi animi noſtri moleſtia pervenerit, quod dilecti filii Seuatus Mediolani per literas circulares datas die XX Junii proxime pręteriti, & dilectus filius nobilis vir moderuus Gubernator Status Mediolani per edictum publicatum die XXX ejuſdem menſis Junii, mandaverint obſervari diem feſtum Sancti Domioici die quarta Menſis Auguſti cujuslibet anni in toto illo ſtatu, pręcipientes, ut populi, & ſubditi illius ſtatus abſtineant ab operibus ſervilibus, & Artifices, tabernas, & apothecas clauſas teneant, prout ſervatur ceteris diebus feſtis ex pręcepto, & ulterius io edicto prędicto exprimatur, feſtivitatem eſſe celebrandam cum omni devotione, ac pietate Chriſtiana. Nos quibus univerſalis Eccleſię regimen a Domino commiſſum eſt, conſiderantes, quam pernicioſum auctoritati Eccleſiaſticę id eſſe poſſit, cum Principes laici, quibus, in rebus Eccleſię, obſequendi potius manet neceſſitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem, indicendi dies feſtos in honorem Sanctorum, de Venerab. Fratrum noſtrorum S.R E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum, quibus hoc negotium diſcutiendum commiſimus, conſilio, prędictas literas, ac edictum emanatum auctoritate laicali ſuper obſervatione prędictę feſtivitatis Sancti Dominici, fuiſſe, & eſſe omnino nulla, nulliuſque roboris, & momenti, nec aliquo modo ſervanda, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, declaramus. Sicque, & non aliter, in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoſvis alios quacunque auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri, debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S.Mariam Majorem ſub Anoulo Piſcatoris die VI Octobris MDCLIII, Pontificatus noſtris Anno Decimo.

G. Gualterius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico.

Ut in Provinciæ Portugalliæ Congregationibus intermediis, Magiſtri, ac Præſentati poſſint (1) acceptari.

Anno 1654 Die 6 Martii.

XXXIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

PRo noſtri paſtoralis muneris debito ad ea libenter intendimus, per quę proſpero Religioſorum Ordinum quorumcunque ſtatui, directionique opportune conſulitur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Prior Provincialis Provincię Portugallię Fratrum Ordinis Prędicatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis de anno MDCXI in Civitate Pariſien. celebrato decretum fuit, quod in iis dicti Ordinis Provinciis, quę Priorem Provincialem, quadriennalem habebant, & Capitulum intermedium celebrare minime conſueverant, una Congregatio intermedia fieri poſſet, quod decretum, prout in eo diſponitur, in Capitulo Provinciali ejuſdem Provincię de anno MDCXIV celebrato immediate poſt ipſum Generale Capitulum Pariſien. acceptatum fuit. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dubium oriatur, an in pręfata Congregatione intermedia promoti ad Magiſterii, & Pręſentaturę gradus dicti Ordinis acceptari poterant, quia quibuſdam ſan. mem. Pii PP. V Prędeceſſoris noſtri literis de anno MDLXVIII emanatis cautum reperiretur, quod hujuſmodi acceptationes in Capitulis Provincialibus fierent, Nobis propterea dictus exponens humiliter ſupplicari fecit, ut pręmiſſis per aliquod opportunum declarationis noſtrę miniſterium providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem exponentem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſ-

noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, quibus hoc negotium examinandum commiſimus, conſilio, vigore prænarrati decreti Capituli Generalis de dicto anno MDCXI Pariſiis celebrati poſſe in Congregationibus intermediis Magiſtros, & Præſentatos acceptari, prout fieri ſolebat in Capitulis Provincialibus, dummodo vocentur ad ferendum ſuffragium omnes ii quibus ex vi præfatarum dicti Pii prædeceſſoris literarum, ac Conſtitutionum Provinciæ Luſitaniæ hujuſmodi jus competit, acceptandi Magiſtros, nec admittantur niſi, qui functi fuerint munere ſuo pro gradu Magiſterii in eadem Provincia, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, declaramus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate eorundem Cardinalium. Decernentes præſentes literas, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum, inviolabiliter & inconcuſſe obſervari, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI Martii MDCLIV, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Poſſint.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico *Libro Martii fol.* 119.

Anno 1654 Die 27 Maii.

XXXV.

Non eſſe ſupprimendum Conventum in Oppido Trebæ Spoletan. Diæceſeos.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

All'Illuſtre, e Molto Reverendo Monſignore, come Fratello, il Veſcovo di Spoleto.

Illuſtre, e Molto Reverendo Monſignor, come Fratello.

Ancorche il Convento di San Domenico di Trevi di coteſta Dioceſi, ſia ſoppreſſo, e ſecolarizato, e non abbia di preſente entrate baſtevoli, a mantenere il numero di ſei Religioſi preſcritto nel Decreto di Noſtro Signore ultimamente publicato, niente di meno alla morte di Monſignor Lucarini Veſcovo della Città della Pieve, dovrà conſeguire un capitale di ſcudi circa dodici mila per legato fattogli già dalli Virginio Lucarini, & Sempronio Manſueti. In queſta conſiderazione piacque a Sua Santità, di ridurlo al primo ſtato regolare, e di concederlo di nuovo alla propria Religione. Siche non dovrà rimanere ſoggetto a nuova ſuppreſſione, per non avere il detto numero di Religioſi, ſe non doppo che ſarà fatto luogo al detto Legato. Dovrà nondimeno rimanere ſoggetto alla Giuriſdizione, all'Ordinario, come Delegato della Sede Apoſtolica, conforme all'iſteſſo Decreto. Significo tutto ciò a V.S. per ordine di queſta Sagra Congregazione, affinche in queſta conformità ſi regoli, ed il Signore Iddio la proſperi. Di Roma a' XXVII Maggio MDCLIV.

D.V.S. come Fratello.

A. Cardinal Spada.

P. Fagnani Segret.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

ALEXANDER VII.

Ab Anno MDCLV die VII Aprilis, ad XXII Maii MDCLXVII. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag.* 178.

Anno 1655 Die 11 Maii.

LIV.

De recipiendis (1) in Ordine Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Ad propagandam in Ordine Prædicatorum regularem obſervantiam, quæ Novitiorum inſtitutioni, & educationi præcipue innititur, Sacra Congregatio deputata ſuper ſtatu regularium, de mandato Sanctiſſimi D. N. Alexandri PP. VII, in ſingulis Italiæ Provinciis, & Congregationibus ejuſdem Ordinis, præſenti decreti vigore deſignat, ac deputat pro Novitiatibus Conventus infraſcriptos, videlicet in Provincia Lombardiæ Conventus Sancti Dominici de Janua, Sancti Dominici Mantuæ, Sancti Dominici Cremonæ, & Sancti Dominici Anconæ. In Provincia Romana Conventus Sanctæ Mariæ ſuper Quercum Viterbii, & Sancti Marci Florentiæ. In Provincia Regni Conventus Sancti Dominici Neapolis, & S. Mariæ in Porta Salerni. In Provincia Apuliæ Conventus S. Dominici Monopoli, & S. Dominici Foggiarum. In Provincia utriuſque Calabriæ Conventum S. Dominici in Soriano. In Provincia Aprutina Conventus Jeſu Mariæ Neapolis, & S. Dominici Aquilæ. In Provincia S. Petri Martyris, Conventus S. Euſtorgii Mediolani, & S. Dominici de Cherio. In Congregatione Sanitatis Conventum S. Mariæ Sanitatis Neapolis. In Congregatione S. Marci Conventum S. Mariæ Quercus Majoris, & pro Ordine in

in communi Conventum S. Sixti Romę. In quolibet autem ex pręnominatis Conventibus pro Novitiatibus ſupra deſignatis eadem Sacra Congregatio impartitur licentiam recipiendi hac vice tantum ſeptem Clericos, & duos Converſos, excepto Novitiatu S. Dominici Soriani Provincię utriuſque Calabrię, in quo recipi poſſint quatuordecim Clerici, & quatuor Converſi, ita tamen, ut hęc, quę ſequuntur inviolabiliter obſerventur. Primo, ut induendus, habita prius licentia Magiſtri Ordinis, vel Provincialis Provincię, vel Vicarii Generalis Congregationis in cujus Novitiatu recipiendus eſt, a tribus Fratribus ad id muneris a Capitulo Conventus electis, publice coram Patribus a conſiliis diligenter examinetur, nedum an linguam latinam calleat, ſed quo ſpiritu, qua mente, & voluntate id regularis vitę genus elegerit, quem ſibi finem propoſuerit, num zelo perfectioris vitę, & ut Deo liberius famulari poſſit, vel levitate, vel humano effectu, aut inordinato animi motu ducatur, &, ſi ſpectatis natalibus, ętate, ut ſaltim decimumquintum annum expleverit, vita, & moribus anteactis, corporis habitudine, aliiſque juxta Ordinis Conſtitutiones neceſſariis, idoneus per ſecreta PP. ſuffragia repertus fuerit, Capitulo Conventus proponatur, ut ab eodem per ſimilia vota ſecreta acceptetur, vel etiam ſi eidem idoneus viſus non fuerit rejiciatur. Quibus peractis, mox, qui ſub prędicta forma fuerit examinatus, & approbatus, tranſmittatur in babitu ſeculari ad Conventum Novitiatus ſibi deputatum, ut in eo habitum Religionis recipiat, & lapſo anno poſt ſuſceptum habitum ad profeſſionem admittatur, ſub exacta tamen vita communi ad prędcriptum Regulę, cum ſolita proteſtatione, quod profeſſio ſua eundem obligabit ad tria vota ſecundum regulam Beati Auguſtini, & Conſtitutiones Ordinis, & non ſecundum, quod hodie bic, vel ibi ſervantur, necnon ſervata forma Sacrorum Canonum Concilii Tridentini, Conſtitutionum Apoſtolicarum, & pręcipue Decretornm San. Mem. Clementis PP. VIII, ac ſtatutorum prędicti Ordinis, Fratres vero Converſi juxta ipſius Ordinis Conſtitutiones recipiantur prius ad habitum Tertiariorum, vel ad habitum Converſorum, ita tamen, ut non admittantur ad annum probationis niſi fuerint ętatis pręſcriptę a Clemente VIII. Quod ſi aliquem ex prędictis Clericis, vel Converſis, poſtquam receptus fuerit, ante profeſſionem a Religione diſcedere, vel expelli contigerit, alius in ejus locum ſubrogari poſſit, ſervatis tamen omnibus ſuperius pręſcriptis. Poſt profeſſionem vero emiſſam, Novitii Clerici, vel maneant in eodem Novitiatu, vel in profeſſorio babente requiſita ad Novitiatum, in eodem, vel altero Conventu, ibique permaneant juxta Conſtitutiones Ordinis uſquequo ad Sacerdotium promoti fuerint, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debebunt, literarum ſtudiis operam navare, ſub directione, & regimine Magiſtri, qui eas qualitates habeat, quibus Magiſtrum Novitiorum prędituni eſſe oportet, quemadmodum ipſius Clementis Decreto provide ſancitum eſt. In ipſis autem Conventibus non collocentur, niſi Religioſi graves, devoti, exemplares, & regularis obſervantię, & puritatis regulę ſtudioſi, pręcipue vero caveatur, ne ibi ponatur aliquis, qui non conſentiat ſervare vitam communem, quę in prędictis Conventibus ad regulę pręſcriptum exacte cuſtodiatur, indeque amoveantur, qui tam ſanctę ordinationi contradicere, aut quoquo modo ſe opponere, auſi fuerint, contrariis quibuſcunque non obſtantibus &c. Datum Romę die XI Maii MDCLV.

B. Card. Spada.

Loco ✻ Sigilli.

P. Fagnanus Sac. Congregationis Secretariua.

1. *Recipiendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria.

Anno 1658 Die 18 Septembris.

LV.

Conventus S. Sabinæ de Urbe Novitiatus conſtituitur.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

SAnctiſſimus Dominua Noſter Dominus Alexander divina Providentia Papa VII pro reformatione obſervantię regularia in Ordine Fratrum Prędicatorum pręſentis decreti vigore inſtituit, ac deputat Conventum S. Sabinę de Urbe pro alio Novitiatu Provincię Lombardię, in quo Regula, & Conſtitutionea Ordinis cum omni vigore ab omnibus illic degentibus ad unguem obſerventur, nec cum aliquo ibi commorante in carnibus, vel aliis regulari vitę repugnantibus, quoquomodo, aut quovis prętextu, vel colore, niſi propter actualem infirmitatem duntaxat, diſpenſari poſſit, quemadmodum ipſius Ordinia Conſtitutionibua ſalubriter eſt cantum, & in eodem Conventu impertitur licentiam Superioribus regularibus, ad quos pertinet, ut hac vice tantum octo Clericos, ſeu Choriſtas, & tres laicos, ſeu Converſos, ad babitum probationis recipere, & finito tempore Novitiatus, ad profeſſionem admittere libere, & licite valeant, ſervatis tamen omnibus, & ſingulis, quę continentur in decretis de mandato Sanctitatis Suę editis die XI Maii MDCLV pro Novitiis in prędicto Ordine recipiendis. Datum Romę die XVIII Septembris MDCLVIII.

B. Card. Spada.

Loco ✻ Sigilli.

P. Fagnanus Secretariua.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1659 Die 3 Februarii.

Ut librorum typis edendorum examen committatur viris eruditis auctori ignotis, & alterius Ordinis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Decretum Sacrę Congregationis Indicis. Feria II die III Februarii MDCLIX.

LVI. In Sacra, & generali Congregatione Indicis Romę habita in Palatio Apoſtolico Quirinali coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus a Sanctiſſimo D.N. Alexandro Papa VII, ſanctaque Sede Apoſtolica, ad Indicem Librorum, eorundemque permiſſionem, prohibitionem, expurgationem, & impreſſionem in univerſa Republica Chriſtiana ſpecialiter deputatis.

Sacra Congregatio animadvertens, fędam, ac peſtiferam malorum librorum ſegetem ſumma cum fidelium offenſione, ac periculo in vinea Domini, quotidie creſcere, ac propagari, ejuſque vitii culpam apud illos reſidere potiſsimum quorum curę pravi hujuſmodi ſeminis extirpatio committi ſolet, dum in probandis novorum operum impreſſionibus cautelas, & monita, pręſertim vero per noviſsimam Lateranenſem, ac Tridentinam Synodos comparata, in exequendo ſuo munere adhibere non curant; ſtatuit graviſsimo huic incommodo, &, ni mature ſubveniatur, in certiſsimam peſtem animarum, atque perniciem erupturo, quantum, adjuvante Domino, ſperari ab ope humana fas eſt, convenienti remedio occurrere, ac providere, ne impuri impotentium ingeniorum fętus paſsim, & ſine delectu, prodire in publicum, inque hominum luce, qua prorſus indigni ſunt, verſari cernantur. Quapropter, habito prius verbo cum Sanctiſsimo Domino Noſtro, omnes, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, eorumque Vicarios, & Officiales, Inquiſitores hęreticę pravitatis, Regularium cujuſcunque Ordinis Superiores, omneſque alios, qui librorum editioni, publicationi, impreſsioni aſſentiendi, ordinariam, aut delegatam, auctoritatem exercent, admonendos, decrevit, prout tenore pręſentium diſtricte illos, & ſerio admonet; ut dent operam diligenter, ne ad examen librorum hujuſmodi perſonas affectui auctorum quomodolibet addictas, pręſertim vero propinquitate illos, aut alia (quantumvis a longe petita ea ſit) veri, & ſinceri judicii corruptrice neceſsitudine, contingentes admittant. Super omnia autem ab oblatis ſibi in hanc operam per eoſdem auctores cenſoribus caveant, ſed iis demum utantur, quos doctrina, morumque integritate probatos, ab omni ſuſpicione gratię intactos, ac, ſi fieri poteſt, auctoribus ipſis ignotos, & unius boni publici, Deique glorię ſtudioſos cognoverint. Quo vero ad Auctores Regulares cujuſcunque Ordinis, & inſtituti ſint, illud pręterea inviolabiliter obſervandum injungit, ne eorum ſcripta, vel opera aliis ejuſdem Inſtituti Regularibus a pręfatis imprimendi facultatem impertientibus (exceptis tamen quibuſcunque eorundem auctorum Regularium Superioribus Regularibus, quos Sacra Congregatio in eo duntaxat librorum examine, quod intra illorum Ordinem fieri debet, hac parte pręſentis Decreti comprehendere non intendit) examinanda committantur, ſed viri in id extra eam familiam, atque alterius Ordinis, pii, doctique, & a partium ſtudio, atque ab amoris, & odii ſtimulis prorſus remoti eligi debeant. Admonet pręterea omnes, & ſingulos, quibus hoc munus examinandorum librorum pro tempore deputari contigerit, ut memores officii ſui, memores fidei, qua digni ab Eccleſia judicantur, deditum operi ſibi credito ſtudium, diligentiam, Religionem adhibeant, nec ea detrimenta, atque incommoda, quibus a noxiorum ſcriptorum lectione fidelium animas affici neceſſe eſt, in ſe ipſos, ſuaſque conſcientias redundare patiantur, neve graviſſimarum Dei offenſarum, ac peccatorum inde orientium rationi ſeſe tam in hoc ſeculo Apoſtolicę Sedis, quam in extremo ſeveri judicii examine obnoxios eſſe velint. In quorum fidem manu, & ſigillo Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinalis Spadę Epiſcopi Pręneſtini Sacrę Congregationis Indicis Pręfecti, pręſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. Datum Romę in Palatio Apoſtolico Quirinali die, & anno ſupradictis.

B.Card. Spada Pręf.

Loco ✱ Sigilli.

Fr. Hyacinthus Libellus Ordinis Prędic. Sac. Congr. Secr.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti MDCLIX, Indictione XII die vero XXVIII Menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D N.D. Alexandri divina providentia Papę VII, Anno ejus Quarto, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicę Lateranen., ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me A. Caſtruccium S.D.N. PP. Curſ.

Laurentius Venturinus Curſ. Mag.

(1) *Archivo*.) In quo exemplar impreſſum *Romæ* ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ *MDCLIX*.

Ne Superiores ſubditos ſuos retrahant ab onere denunciandi, quæ ſpectant ad Tribunal Inquiſitionis.

Anno 1660 Die 8 Julii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Feria V die VIII Julii MDCLX.

LVII.

In Congregatione Generali S. Romanę, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico apud S Mariam Majorem coram SS. D. N. Alexandro divina providentia Papa VII, ac Eminentiſſimis, & Reverendiſsimis DD. S R.E Cardinalibus in univerſa Republica Chriſtiana contra hęreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Licet alias per Conſtitutionem felicis recordationis Pauli V emanatam ſub die I Septembris MDCVI, quę incipit: *Romanus Pontifex*: fuerit diſtricte prohibitum Superioribus regularibus, ne quovis titulo, vel prętextu pręventionis, aut conſuetudinis, & pręſcriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in cauſis ad S. Officium ſpectantibus, ſe quoquomodo intromittere, aut immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas cognoſcere, aut terminare, audeant, immo ex ejuſdem Conſtitutionis diſpoſitione, eiſdem fuerit graviter injunctum, ut ſuos ſubditos, ac Religioſos, quos hęreſis labe infectos, vel de hęreſi ſuſpectos noverint, abſque alia conſultatione cum propriis ſuę Religionis Superioribus, vel alia quavis perſona facienda, ſine mora, Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis vicinioribus denuncient. Nihilominus advertens Sanctiſſimus D. N Alexander VII, ab aliquibus Regularibus in dubium revocari pręditam denunciandi obligationem, adeo ut nedum ſuos ſubditos non denuncient, verum etiam fideles ad ipſos pro conſilio recurrentes, an debeant S. Officio denunciare, quę audierunt, aut viderunt, ad ipſum S. Officium ſpectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imo aliquando eoſdem perperam inſtruant, non teneri, nec ſub obligatione Conſtitutionum Apoſtolicarum comprehendi, & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum ſententiis confirmare tentantes, eoſdem, in maximum fidei diſcrimen, ab onere denunciandi retrahere conentur. Volens proinde Sanctitas Sua abuſum hujuſmodi ex ſui paſtoralis officii debito coercere, poſt maturam facti diſcuſſionem, auditis votis Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium adverſus hęreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum, innovat Conſtitutionem pręditam a felicis recordationis Paulo V emanatam, &, quatenus opus ſit, eam declarans, hoc pręſenti Decreto diſtricte pręcipit, & mandat omnibus, & ſingulis regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Guardianis, Rectoribus, Prępoſitis, aliiſque ejuſmodi quocunque nomine nuncupatis Superioribus, cujuſcunque Ordinis, & Inſtituti, ſive Mendicantium, & non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum regularium quorumcunque, etiam Societatis Jeſu, aliorumque quomodocunque exemptorum, vel non exemptorum, etiamſi eſſent ſpecialiter, & nominatim exprimendi, ut omnino dictę Conſtitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoſcunque Religioſos, tam ſibi ipſis ſubditos, quam non ſubditos, cujuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, hęreticos, vel de hęreſi quomodocunque, etiam leviter, ſuſpectos, deferant, & judicialiter denuncient Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenus in cauſis ad S. Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, moleſtare, vexare, vel alio quovis modo, ſive directe, ſive indirecte avertere, retrahere, diſſuadere, imo pręditos ſuos ſubditos monere debeant, ut ipſi quoque eidem Decreto omnino pareant, & alios Chriſtifideles etiam Confratres ſuos ad parendum pariter hortentur, & ſuadeant, rejectis penitus hujuſmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua, cum voto dictorum Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, tanquam pernicioſas, temerarias, & non conſiſtentes, & a mente Sanctitatis Suę prorſus alienas, reprobavit, & reprobat. Et quia quandoque etiam eorum ſubditi deficiunt in eo, quod ipſis implendum incumbit cum Religioſis ejuſdem, alteriuſve Ordinis, aliiſve quibuſcunque perſonis de fide ſuſpectis, ceteriſque petentibus conſilium in materiis ad Sanctum Officium ſpectantibus, itaut nedum ipſimet denunciationes differant, vel ab illis prorſus abſtineant, verum etiam multoties ab eiſdem alios a ſe conſilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel ſub fraternę correctionis, factę, vel faciendę, aliove prętextu, propterea idem Sanctiſſimus declaravit, pręfatos ſubditos abſque ulla participatione, etiamſi nulla petita venia a Superioribus, etiamſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio pręmiſſa fuerit, omnino teneri, & obligatos eſſe accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum, quoſcunque, etiam Confratres, ac Superiores, etiam primarios ſuos ejuſdem Ordinis, & Religionis, quos noverint eſſe de fide quomodolibet, etiam leviter, ſuſpectos, ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcunque, etiam alios, a ſe conſilium, ut ſupra, petentes, monere, & obligare ad denunciandum, nec poſſe illos a denunciando ſub dictę fraternę correctionis, vel alio quovis prętextu, retrahere, aut retardare. & pręfatos omnes tam Superiores, quam ſubditos, contrafacientes, Sanctitas Sua voluit, & declaravit ſubjacere omnibus cenſuris in dicta Conſtitutione Pauli V expreſſis, necnon privationis quarumcunque dignitatum, ſeu Pręlaturarum, ſeu officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis activę, & paſſivę, perpetuęque inhabilitatis ad eadem, ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendis, aliiſque Sanctitatis Suę, & ſucceſſorum arbitrio infligendis pęnis, quarum relaxationem, ſuſpenſionem, abſolutionem, vel diſpenſationem, Sanctitas Sua ſibi ipſi, & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus tantum, expreſſe reſervavit. Et, ne pręmiſſorum pręntendi poſſit ignorantia, idem Sanctiſſimus mandavit ſub eiſdem pęnis, ipſo pariter facto incurrendis, ut ſupra reſervatis, ut Superiores pręfati in quocunque loco, Conventu, vel Collegio ſui Ordinis, Decretum hoc ſemel ſingulis annis Kalendis Martii in publica menſa, vel alias in Capitulo ad hoc ſpecialiter convocato, legi curent, una cum aliis Decretis, & Conſti-

Nota.

Conſtitutionibus Apoſtolicis ad S. Officium Inquiſitionis adverſus hereticam pravitatem pertinentibus quotannis legi ſolitis, juxta Decretum felicis recordationis Urbani VIII, & inſuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere; ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico (2) affigantur, & affixa conſerventur, itaut ab iiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commode queant. Deque hujuſmodi lectione, & commonitione publico documento ab iiſdem Superioribus Conventus, vel Domus ſubſcripto, unaque ab aliis duobus Religioſis ejuſdem Domus, vel Conventus ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſſimę Inquiſitionis in Urbe, vel locorum Inquiſitores ubi ſunt, ſtatuitque preterea Decretum hoc, ſeu illius exemplum, ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Acie Campi Florę affixum, omnes ubique exiſtentes arctare, & afficere, ac ſi unicuique perſonaliter fuiſſet intimatum.

Johannes Lupus S. Romanę, & univerſalis Inquiſitionis Notarins.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Sexcenteſimo Sexageſimo, Indictione Decimatertia, die vero Vigeſimaquarta Menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia Papę VII, Anno ejus Sexto, ſupradictum Decretum affixum, & applicatum fuit ad valvas Baſilicę S. Petri de Urbe, necnon ad valvas Palatii S. Inquiſitionis, ac in Acie Campi Florę, ut moris eſt, per me Hieronymum Maſcellam ejuſdem SS. D. N. Papę, & SS. Inquiſitionis Curſorem.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. In *Bullario Romano* eſt *CXXXVII.*

2. *Publico.*) In Bullario Romano mendoſe legitur: *publicos.*

Anno 1660 Die 7 Decembris.

LVIII.

Parochialis Eccleſia loci de Foix (1) Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Officiali Ven. Fratris noſtri Epiſcopi Leodien. in ſpiritualibus generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

.... CUm itaque Parochialis Eccleſia, Paſtoratus nuncupata, loci de Foix, prope Dinantium, Leodien. Diœceſis, quę, ſicut accepimus, de jurepatronatus laicorum nobilium videlicet pro tempore exiſtentis Domini in temporalibus loci hujuſmodi, ex fundatione, vel dotatione exiſtit, per liberam reſignationem dilecti filii Philippi Adam nuper ipſius Eccleſię Rectoris, Paſtoris nuncupati, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte, & libere, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, poſtquam domus, & Conventus infraſcripti extructi fuerint, & non antea factam, & per Nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad pręſens. Et, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prędicatorum Germanię inferioris, petitio continebat, quod in ipſa Eccleſia, quę alias attenta prodigioſa miraculorum multitudine, quę quotidie ante imaginem Beatę Marię de fide nuncupatę in quadam quercu in loco hujuſmodi reperta, fiebant, a dilecti filii Claudii Franciſci moderni Baronis de Celles, & Domini in temporalibus loci, prędeceſſoribus, cum piis peregrinorum, eo devotionis cauſa affluentium, donis extructa, & ędificata, & tandem propter populorum devotionis in dies augmentum, & rerum mirandarum operationem ampliata, ornata, imo in Parochialem erecta, & competenter dotata, ac omnibus ſuis numeris abſoluta fuit, tanta adhuc vigeat, & creſcat devotio, ut pro tempore exiſtens ipſius Eccleſię Rector cum aliis duobus Sacerdotibus ſibi adjunctis, ob nimium concurſum, nedum Civitatum, locorum circumvicinorum, ſed etiam diverſarum Provinciarum, & Nationum populorum ad locum hujuſmodi ratione ſolemnis peregrinationis confluentium, in peregrinorum, & diverſis linguis loquentium, confeſſionibus audiendis, & divinis officiis ibidem celebrandis, necnon aliis piis muniis etiam ibidem exercendis, & debite perſolvendis, nullatenus ſufficere poſſit &c. &, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi dicta Eccleſia domui, & Conventui dictorum Fratrum inibi extruendis, & erigendis, perpetuo uniretur, & incorporaretur, & in illa perpetua Vicaria, pręvia dictę Parochialis Eccleſię tituli collativi ſuppreſſione, erigeretur, illiuſque Parochianorum cura per dictum Philippum, uſque ad deputationem unius Vicarii exercenda, & adminiſtranda per unum ex Presbyteris domus, & Conventus hujuſmodi, de conſenſu pro tempore exiſtentis Domini in temporalibus loci hujuſmodi deputan, & a te examinandum, & approbandum exerceretur, proculdubio per dictos Fratres, qui, ut accepimus, prę ceteris Ordinibus Religioſis viri in illis partibus propter ſtrictioris, & probatę regulę obſervantiam gerentis (3), ac in verbo, & opere conſpicui Prędicatores, & Confeſſarii, ac in diverſis linguis, & idiomatibus verſati exiſtunt, cura animarum dilectorum filiorum Parochianorum dictę Eccleſię, etiam cum majori fructu exerceretur &c. Quare pro parte dictorum Fratrum, aſſerentium, dictum Philippum aliunde ex redditibus, & proventibus eccleſiaſticis, quibus ſufficienter ad neceſſariam ejus ſuſtentationem, benedicente Domino, ei proviſum fuit, commode vivere, valere, necnon Eccleſiam prędictam a pluribus annis, illi ſaltem per triennium, & ultra, perſonaliter deſerviendo, obtinuiſſe, fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum votis annuentes &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuę, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & verificato prius coram te, & dicto jure patronatus ex fundatione, vel dotatione hujuſmodi, examinato, & ad pręſcriptum Sacri Concilii Tridentini decretorum, dictam Eccleſiam, dummodo tempore datę pręſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter jus quęſitum, cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ac emolumentis univerſis, ita quod liceat Superioribus Domus, ſeu Conventus hujuſmodi pro tempore exiſten. corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictę Eccleſię, illiuſque Sacriſtię, & ejus ſupellectilis, & melioramentorum, illiuſque Jurium, ac emolumentorum quorumcunque, per ſe, vel alium, ſive alios eorum, ac Domus, ſeu Conventus hujuſmodi nomine, propria auctoritate apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, fructus quo-

Digitized by Google

quoque, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta ex eis provenientia quęcunque percipere, exigere, levare, ac in ſuos communes, & religioſos uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, ita tamen quod Superiores Domus, ſeu Conventus hujuſmodi curam animarum dilectorum filiorum Parochianorum dictę Vicarię per unum ex Fratribus pręfatis, ut ſupra deputandum, nominandum, examinandum, & ab Ordinario loci approbandum primo loco videlicet per dilectum filium Thomam Parmentier Presbyterum Fratrem expreſſe profeſſum dicti Ordinis in Sacra Theologia licentiatum, de licentia dilectorum filiorum modernorum dictę Eccleſię patronorum perpetuo exercere teneantur, auctoritate noſtra perpetuo unias, annectas, & incorpores, ac in ea perpetuam Vicariam, pręvia tamen tituli dictę Eccleſię collativi ſuppreſſione, pro uno ex dictis Fratribus futuro illius Vicario, ut ſupra deputando, & approbando, perpetuo, ſine alicujus prejudicio, dicta auctoritate erigas, & inſtituas, pręſentes quoque &c. Datum Romę apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę MDCLX, Septimo Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto. Not.

1. *Loci de Foix.*) In *Germania inferiori.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar, mutilum tamen, deeſt enim initium Bullæ.
3. *Gerentis.*) Turbatus locus.

Confraternitas Sanctiſſimi Roſarii (1) conſtituenda a Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

Anno 1661 Die 9 Aprilis.

Ex Bullario Confraternitatum Ordinis Prædicatorum. pag. 143.

LIX.

JUribus hinc inde deductis mature diſcuſſis, Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi Card. Aſtallii cenſuit, Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarii auctoritate Ordinaria erectam in Collegiata Sancti Laurentii Majoris Mediolanenſis omnino erigi debere a Generali Ordinis Prędicatorum. Die IX Aprilis MDCLXI.

J. Epiſcopus Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco ✻ Sigilli.

Franciſcus Maria Febeus.

1. *SS. Roſarii.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

Indulgentia pro Fratribus, & famulis Toletani Cœnobii Sancti Petri Martyris.

Anno 1661 Die 14 Auguſti.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LX.

B E A T I S S I M E   P A T E R.

PRior, & Fratres Conventus Sancti Petri Martyris regularis Toletani, Ordinis Prędicatorum, ſupplicant Sanctitati Veſtrę pro benedictione in articulo mortis, pro ſe, & famulis in eo commorantibus, & pro S.V. incolumitate orabunt. Sanctiſs. D. N. Alexandro Papę VII. Pro Priore, & Fratribus Conventus Sancti Petri Martyris regularis Toletani Ordinis Prędicatorum. Supplicant pro benedictione in articulo mortis, & pro famulis ejuſdem Conventus. Sanctiſs. annuit hac die XIV Auguſti MDCLXI.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Toletano.*

Indulgentia conceſſa SS. Roſarium (1) recitantibus hora ſibi aſſignata.

Anno 1663 Die 15 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

A L E X A N D E R   P A P A   V I I.

LXI.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui hora ſibi aſſignata Roſarium Beatę Marię Virginis devote recitaverint, & pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſemel in anno duntaxat omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium, quo vero ad Indias ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint eo ipſo, quodque pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę ſigillo munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XV Januarii MDCLXIII, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

S. Ugolinus.

1. *Roſarium.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo lit.XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1663 Die 22 Junii.

Ut Provinciales Provinciarum Indiarum Romam mittere teneantur *ſcrutinia* ipſorum electionis (1) ad hoc, ut confirmentur, vel reſcindantur a Reverendiſſimo Magiſtro Generali Ordinis.

LXII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini.

MAgiſter Generalis Ordinis Prędicatorum, humillime expoſuit Sanctiſſimo Domino Noſtro, quod Provinciis Indiarum ſui Ordinis, ob immanem harum ab Urbe diſtantiam, mox ab earundem initio proviſum fuit de indulto, aut privilegio reſpective, quo illic Capitulis Provincialibus conceditur primo Diffinitori, vel Diffinitorio facultas, confirmandi ſtatim Provincialem ibidem electum, vel quod ipſa electio ſit ſimul confirmatio, & ſpecialiter pro Provincia Sancti Jacobi de Mexico M. Ordinis Fr. Johannes de Fenario impetravit a felicis recordationis Clemente PP. VII Apoſtolicum Breve, quod incipit: *Paſtoralis officii*: Datum Romę XI Julii MDXXXII Pontificatus Nono, in quo de electione Provincialis, & ipſius confirmatione diſponitur per hęc verba: Juxta Conſtitutionum ipſius Ordinis tenorem eligi, & per Diffinitorium Capituli caſſari, aut confirmari, ad officium ipſum acceptandum cenſuris Eccleſiaſticis compelli poſſit, & ſi contingat Diffinitorium in partes ęquales dividi tunc eligatur ab eiſdem Diffinitoribus unus alius Religioſus de dicta Provincia, & ea pars Diffinitorii, cui talis electus adheſerit, Provincialem caſſet, aut confirmet, prout videbitur expedire &c. Verum ne hujuſmodi conceſſiones, quę proviſionales ſunt, cum ingenti Ordinis pręjudicio ex ſiniſtra intelligentia, traherentur in pernicioſum abuſum, ac ſenſum a mente concedentium alienum, intelligendo, quod eſſent ſolemnes, & diffinitivę, Capitulum Generale Romę celebratum MDLXXXIX remedium adhibuit, ac ordinationem condidit tenoris ſequentis: Provinciales Provinciarum Indiarum, ſtatim poſt eorum electionem juxta privilegia ipſis Provinciis conceſſa, munere ſuo fungantur, teneantur tamen ſaltem intra biennium ad Reverendiſſimum P. Generalem mittere decretum ſuę electionis, pro ſui, & totius Ordinis capitis debita recognitione, & hoc ſub pęna privationis officii ipſo facto incurrenda, & inhabilitatis in poſterum. Quam quidem ordinationem Magiſter Generalis Fr. Thomas Turcus, inter alias, quas pro Provinciis Indiarum, ex factis a ſuis prędeceſſoribus, & Capitulis Generalibus, compilavit Cęſaraugustę MDCXLVIII, explicavit, & auxit his verbis, ut electionem, vel confirmare, vel caſſare poſſit, prout ſibi in Domino videbitur. Quod totum conſiderans Capitulum Generale Romę MDCLVI celebratum, innovavit, auxit, communivit prolixa ordinatione pro Provinciis Indiarum in commuut, numero V, cujus hęc ſunt verba: Cum in Capitulo Generali Romę MDCLXXXIX, ſic ordinatum fuerit. Provinciales Provinciarum Indiarum ſtatim poſt eorum electionem juxta privilegia ipſis Provinciis conceſſa, munere ſuo fungantur, teneantur tamen ſaltem intra biennium ad Reverendiſſimum P. Generalem mittere decretum ſuę electionis, pro ſui, & totius Ordinis Capitis debita recognitione, ut electionem vel confirmare, vel caſſare poſſit, prout ſibi in Domino videbitur expedire, & hoc ſub pęna privationis officii ipſo facto incurrenda, & inhabilitatis in poſterum. Nos hujuſmodi ordinationem, vel ut ſacrę obedientię, & unitati indiviſę noſtri Ordinis ſumme neceſſariam, extremo, quo poſſumus, conniſu munimus, ſtabilimus, & inſuper ordinando adjicimus, quod Provincialis qui electionis ſuę ſcrutinium, ſeu decretum, intra tempus ſupra expreſſum, ac pręfixum, Magiſtro Ordinis non miſerit, poſt ſuum Provincialatum, in omnibus habeatur, ac ſi re vera Provincialis non fuiſſet; Proinde in virtute Spiritus Sancti, ſanctę Obedientię, ſub formali pręcepto, necnon ſub nullitate cujuſcunque actus in contrarium, prohibemus, tum ne talis poſt ſuum Provincialatum potiatur, aut potiri permittatur, loco illis alias debito, qui quondam Provinciales fuerant, tum etiam ne poſſint deinceps toto vitę ſuę tempore eligi, vel quoquomodo applicari ad officia Prioris, Viſitatoris, Vicarii, Doctrinarii, ſive ad alia munia, etiam Scholaſtica, quorum omnium ex nunc ſimpliciter incapax decernitur, ita quod tali, neque prętacti loci, neque vocis paſſivę, jus ullum ſuffragari poſſit, donec Magiſtri Ordinis ſuperveniens confirmatio, realiter ipſi Provincię illata, ac notificata, plene conſtare fecerit, electionem fuiſſe bonam, & ſuprema Ordinis auctoritate ſolemniter, legitimeque agnitam, & approbatam: Quod ſi in aliqua, aut aliquibus harum Provinciarum adſit, vel adeſſe prętendatur qualecunque indultum, Privilegium, exceptio, diſpenſatio, aut qualiſcunque nominis exemptio, tollens, minuens, atque ſuſpendens ordinationem ſupradictam, ejuſve obligationem, aut pęnas appoſitas, Nos hodie communi, ac publico nomine totius Ordinis Prędicatorum, quem in hoc Generali conſeſſu legitime reprę ſentamus, ejuſcemodi Privilegio, indulto, exceptioni, diſpenſationi, ac cujuſcunque nominis exemptioni, ſi qua eſt, vel putatur eſſe, tanquam regularis obedientię pernicioſo detrimento, ſeu facillime Schiſmatum occaſioni, deliberate, ſerio, ac expreſſe renunciamus, ac renunciatum eſſe denunciamus. Denique obteſtamur Reverendiſſimum Magiſtrum Ordinis, ut quandocunque contingeret ex aliqua harum Provinciarum non tranſmitti ad ſe ſcrutinium, ſeu decretum electionis novi Privincialis, viciſſim ipſe Acta illius Capituli Provincialis, ſi quę forte ſeorſim ad manus ſuas pervenerint, nequaquam approbet, nec ullas graduum poſtulationes exaudiat, aut ullius promotionis patentes expediri jubeat, neque inſtitutiones Prędicatorum Generalium in hujuſmodi actis exponi ſolitas, admittat, vel ratas habeat, nec taliter factę inſtitutiones ullum ſortiantur effectum, quoad uſque electus Provincialis fuerit per Magiſtrum Ordinis confirmatus, hujuſque confirmationis patentes in Provincia ſint promulgatę. Sed, pręinſertis Ordinationibus

non

non obſtantibus, pręfata Provincia Sancti Jacobi de Mexico, ſub moderno Generalatu deſtitit ſponte, & deſcivit a lege, & obligatione tranſmittendi, & ſubmittendi Magiſtro Ordinis decreto, ſeu ſcrutinio electionum duorum Provincialium proxime pręteritorum, pro obtinenda legitima ipſarum confirmatione, vel, ſi in domino conveniens videretur, caſſatione; Proinde ſupplicavit Sanctitatem Suam prędictus humilis Orator, quatenus huic Ordinationi Capitulari, ut jacet, una cum inſerta ibidem ordinatione Capituli anterioris, aucta, & explicata per Oratoris Prędeceſſorem M.Fr. Thomam Turcum, dignetur pro ſua paſtorali ſolicitudine, ac paterna benignitate, ſupremum Apoſtolicę confirmationis robur impertiri, ac pręcitatum Breve ſui prędeceſſoris Clementis VII, declarare, non eſſe contrarium huic Ordinationi, &, quatenus opus ſit, ad tollendam omnem dubietatem ipſi derogare, pręcipiendo omnibus Indiarum Provinciis, & nominatim Mexicanę, ut ſupradicta decreta, ſub pęnis in ipſis contentis, in perpetuum, inviolabiliter obſervent. Quibus precibus Sanctiſſimus benigne reſcripſit, eas remittendo ad hanc Sacram Congregationem. Enixe igitur idem Orator, petit, ac inſtat pro eadem confirmatione veluti unitati Ordinis, & obedientię ſumme neceſſaria. Quas Deus &c. Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, ad quam Sanctiſſimus D. N. Preces hujuſmodi remiſit, viſis, & mature conſideratis, ac perpenſis, memorato Brevi ſan. mem. Clementis VII, & pręinſerto Statuto Capituli Generalis celebrati de anno MDCLVI, ipſum ſtatutum approbavit, & confirmavit, eique inhęrendo, expreſſe decrevit, in poſterum Provinciales nedum Mexicanę, ſed etiam aliarum Provinciarum Indiarum Ordinis hujuſmodi, immediate poſt eorum, ſeu cujuslibet eorum, Capitularem electionem, munere ſuo fungi debere, teneri tamen ſaltem intra biennium ad Magiſtrum Generalem Ordinis tranſmittere, decreta, & acta ſuarum electionum, ut ipſe Generalis eaſdem electiones confirmare, vel caſſare poſſit, prout ſibi juris eſſe videbitur. Aliter in caſu contraventionis, ipſo jure, & ipſo facto, & abſque ulla declaratione, intelligantur privati ſuo Provincialatu, & habeantur in omnibus, ac ſi Provinciales non fuiſſent, ſintque pariter privati voce activa, & paſſiva, & inhabiles in perpetuum, nedum ad prędictum officium Provincialatus, verum etiam ad quęcunque alia, Prioris, Viſitatoris, Vicarii, Doctrinarii, ſive alia munia, etiam Scholaſtica, & ſubjaceant effective omnibus, & ſingulis pęnis in pręfato ſtatuto contentis. Ne autem ex dubio ſuper validitate, vel nullitate electionum hujuſmodi erga Provinciales electos, obedientia denegetur, vel ſubſequantur nullitates, eadem Sacra Congregatio voluit, & mandavit, eaſdem electiones, dummodo ſufficienti votorum numero a ſuffragantibus capitulariter ſint factę, quicquid forte reclametur, aut apponatur, quoad uſque expectabitur reſponſio Magiſtri Generalis, tanquam canonicas, & legitimas habendas eſſe, ſupplendo pro interim ex nunc pro tunc omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, qui in eis forſan interceſſerint, reſpective, memorato Brevi ſan. mem. Clem. VII, cui, quatenus opus ſit, ad pręſentium validitatem derogatur, ceteriſque contrariis non obſtan. quibuſcunque. Demum ipſa Sacra Congregatio earundem pręſentium omnimodam executionem cuicunque ex illarum Partium Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Locorum Ordinariis committit, & demandat, ut quoties ipſorum aliquis, vel aliqui fuerint requiſiti, ſive etiam ex officio procedentes hujuſque S. Sedis nomine, omni appellatione remota, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque juris, & facti remedia, juxta pręmiſſa ſervari, & exequi faciant, & compellant. Romę die XXII Junii MDCLXIII.

M. Card. Ginettus.

Loco ✻ Sigilli.

1. *Electionis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

2. *Archivo.*) In quo autographum.

De Fratribus ex aliis Cœnobiis ad Romanum S. Mariæ ſuper Minervam transferendis.

Anno 1663
Die 20 Julii.

LXIII.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Domenicani: Al Memoriale del Priore, e Frati della Minerva di Roma, che ſupplicano di confermare un Decreto fatto da un Capitolo Generale, che non ſi poſſano fare Affiliazioni nel detto Convento della Minerva.

Sanctiſſimus. Attentis narratis, expreſſe mandavit in poſterum nullatenus fieri affiliationes ex aliis Conventibus ad Conventum B. Marię ſuper Minervam Ordinis hujuſmodi, abſque Apoſtolica conceſſione, per ſententiam ſpecifice derogatoria`, & abſque conſenſu Oratorum filiorum dicti Conventus Beatę Marię ſuper Minervam, alias irritę, & nullę intelligantur. Romę XX Julii MDCLXIII.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Eadem

Anno 1663 Die 9 Auguſti.

LXIV.

Eadem de re.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

ALEXANDER PAPA VII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, & Fratres Conventus S. Marię ſuper Minervam de Urbe Ordinis Prędicatorum, quod licet dudum in Capitulo Generali dicti Ordinis Anno MDCI in Urbe prędicta celebrato, ordinatum fuerit de mandato felicis recordationis Clementis PP. VIII Prędeceſſoris noſtri, ne fierent adfiliationes de uno Conventu in alium, ex quacunque cauſa, ſed tantum manerent filii Conventus, qui ibidem profeſſionem emiſiſſent: hęcque ordinatio ſubinde, videlicet anno MDLV in ejuſdem Ordinis Capitulo Generali Valliſolletan. confirmata, ac inter Conſtitutiones ipſius Ordinis relata, & diu inviolabiliter ſervata fuerit, nihilominus ab aliquot annis illi contraventum fuit, multique variis modis adfiliati fuerunt prędicto Conventui Sanctę Marię ſuper Minervam, qui ęre alieno gravatus, eos ſuſtentare non poteſt. Quare dicti Exponentes ad avertenda in poſterum ſimilia incommoda, & ne filiationum hujuſmodi diverſitas pacem communem perturbet, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ne de cetero perpetuis futuris temporibus ullus Frater cujuſvis alterius Conventus dicti Ordinis filius, memorato Conventui S. Marię ſuper Minervam, abſque ſpeciali noſtra, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis conceſſione, adfiliari poſſit, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, prohibemus, & interdicimus. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, prędictorum Ordinis, & Conventus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pro plene & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IX Auguſti MDCLXIII. Pontificatus noſtri Anno Nono.

S. Ugolinus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Conventus *Minervitani*.

Anno 1663 Die 2 Septembris.

LXV.

Confraternitas SS. Roſarii (1) a Generali Magiſtro Ord. Præd. conſtituenda.

Ex Bullario Confraternitatum Ord. Præd. pag. 143.

Auditoris Camerę Sententia.

Palutius Palutius Albertonius Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę SS D.N. Papę Referendarius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius &c.

UNiverſis, & ſingulis RR DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Theſaurariis, Sacriſtis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum, Canonicis, Parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, ceteriſque Presbyteris, & Clericis, Notariis quoque, & Tabellionibus quibuſcunque, illique, vel illis &c. ſalutem in Domino &c Noveritis, quod lite, & cauſa coram Nobis introducta inter RR. Fratres S Euſtorgii Mediolanen. Ordinis Prędicatorum, ac Venerabilem Confraternitatem SS. Roſarii in eadem Eccleſia erectam ex una, & DD. Prępoſitum, & Canonicos Collegiatę Sancti Laurentii Majoris ejuſdem Civitatis, necnon Confratres, & Societatem ſub eadem invocatione Sanctiſſimi Roſarii ibi auctoritate Ordinaria fundatam reos conventos de, & ſuper executione Decreti Sacrę Congregationis Rituum ſecum ferentis, dictam erectionem Sanctiſſimi Roſarii auctoritate ordinaria erectam in dicta Collegiata Sancti Laurentii omnino erigi debere a Reverendiſſimo Generali Ordinis Prędicatorum, ex adverſo principales, partibus ex altera, in eaque pręvia monitione cum inſertione dicti Decreti per Nos ad partes emanato, ibique legitime ſupraſcriptis adverſariis intimato, & in actis judicialiter reproducto,

exh

exhibitiſque juribus, & ſcripturis ad cauſam, & negotium hujuſmodi facientibus, citatoque hic in Curia per unum ex SS. D. N. PP. Curſoribus, ut moris eſt, D. Stephano Menato ex adverſo Procuratore dictorum Prępoſiti, Canonicorum, & Confratrum, viſiſque videndis, ac conſideratis conſiderandis, Nos, ſeu potius Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Areoſtus noſter in Civilibus Locumtenens ſuam protulit diffinitivam ſententiam, hujuſmodi ſub tenore: Chriſti Nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, ſolumque Deum pręoculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de juriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis coram Nobis in prima inſtantia vertentibus inter RR. Patres Sancti Euſtorgii Mediolanen. Ordinis Prędicatorum, & Venerabilem Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarii in eadem Eccleſia erectam ex una, & DD. Prępoſitum, & Canonicos Collegiatę S. Laurentii Majoris ejuſdem Civitatis, necnon Confratres, & Societatem ſub eadem invocatione Sanctiſſimi Roſarii, ibi auctoritate ordinaria fundatam, partibus ex altera, de, & ſuper executione Decreti Sacrę Congregationis Rituum, ſecum ferentis dictam erectionem Sanctiſſimi Roſarii auctoritate ordinaria erectam in dicta Collegiata Sancti Laurentii, omnino erigi debere a Reverendiſſimo Generali Ordinis Prędicatorum, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitive ſententiamus, Ordinarium non potuiſſe erigere ſupraſcriptam Societatem in Eccleſia Sancti Laurentii Majoris ſub invocatione Sanctiſſimi Roſarii, ſed illius erectionem, & fundationem omnino fieri debuiſſe, & deberi a Reverendiſſimo Generali Ordinis Prędicatorum, talemque erectionem ab Ordinario factam, fuiſſe, & eſſe nullam, & invalidam, nulliuſque roboris, & momenti, & proinde illius vigore non licuiſſe, neque licere Confratribus, ſive DD. Prępoſito, & Canonicis Collegiatę Sancti Laurentii peragere functiones fieri ſolitas per Societatem Sanctiſſimi Roſarii, erectam, & fundatam in dicta Eccleſia Sancti Euſtorgii, mandatumque, & mandata quęcunque deſuper neceſſaria decernenda, & relaxanda fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, & pro Decretis, & relaxatis baberi volumus, & mandamus, victumque victrici in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in poſterum, reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitive ſententiamus, non ſolum modo prędicto, ſed & omni alio meliori modo &c. Ita pronnnciavi Ego Azo Areoſtus Locumtenens. Poſtque ad ulteriorem inſtantiam, & requiſitionem eorundem RR. Fratrum, & Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarii in Eccleſia Sancti Euſtorgii erectę procedentes, reproducta coram Nobis, & per acta infraſcripti noſtrę Curię Notarii ſubſcripta, pręinſerta ſententia, legitime eiſdem Prępoſito, & Canonicis Sancti Laurentii, necnon Confratribus, & Societati prędictę auctoritate ordinaria erectę, intimata, cum relatione illius intimationis, & notificationis, eodem D. Stephano Menato ex adverſo Procurarore pariter per unum ex SS. D. N. PP. Curſoribus citato ad docendum paruiſſe pręinſertę noſtrę ſententię. Nos, ſeu potius Locumtenens noſter pręfatus, niſi infra viginti dies poſt pręſentium intimationem, in partibus facien. etiam per affixionem ad valvas Eccleſię Cathedralis, &, illis elapſis, eoſdem Prępoſitum, & Canonicos Collegiatę Sancti Laurentii Majoris Mediolani, necnon Confratres, & Societatem ſub eadem invocatione Sanctiſſimi Roſarii ibi auctoritate Ordinaria fundatam, in juris ſubſidium excommunican., & declaran., & literas declaratorias decernen., & relaxan. fore, & eſſe duximus, prout facta dicta intimatione, & effluxis dictis diebus viginti, excommunicamus, declaramus, & literas declaratorias decernimus per pręſentes. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore pręſentium, committimus, & mandamus, quatenus niſi infra viginti dies a die intimationis facien. in partibus, etiam per affixionem ad valvas Eccleſię Cathedralis, dicti Prępoſitus, Canonici, & Confratres paruerint, & elapſa dicta vigeſima die eoſdem Prepoſitum, Canonicos, & Confratres excommunicatos in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis infra Miſſarum, ac aliarum divinarum horarum ſolemnia, coram populo fideli inibi ad divina audien. congregato, ac ubi, & quando, ac toties, quoties opus fuerit, palam, & publice, alta, & intelligibili voce nuncietis, & publicetis, eoſque uti tales ab omnibus Chriſtifidelibus arctius evitetis, & ab aliis nuntiari, publicari, ac citari faciatis, curetis, & mandetis, prout Nos harum ſerie mandamus, a pręmiſſis non deſiſtentes, donec dicti Prępoſitus, & Canonici, & Confratres antedicto Decreto, ac pręinſertę ſententię omnino paruerint, beneficiumque abſolutionum hujuſmodi, quod Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus, legitime meruerint obtinere in pręmiſſis. In quorum fidem &c. Datum Romę ex Ædibus noſtris Anno Domini Milleſimo Sexconteſimo Sexageſimo Tertio, Indictione prima, die vero vigeſimaſecunda Menſis Septembris. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri divina providentia Papę VII, Anno ejus Nono.

Signat. A. Areoſtus Locumtenens.

Subſcript. Pro D. Alcide Octaviano Not.

Franciſcus Serantonius Conot.

Et ſigillat. &c.

1. *SS. Roſarii.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XII.*

Roma-

Anno 1664
Die 29 Julii.

Romanum Cœnobium S. Mariæ ſupra Minervam caput Romanæ Provinciæ declaratur.

LXVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Conventus S. Marię ſuper Minervam de Urbe Provincię Romanę Ordinis Prędicatorum, quod cum dictus Conventus unus ex magis conſpicuis Provincię, & Ordinis hujuſmodi Conventibus ſemper fuerit, fel. record. Pius PP. V Prędeceſſor noſter informatus, quod idem Conventus, vel rationabili ordinatione Patrum, vel uſu plurium annorum continuatione deducto, locum habebat ſuper omnes alios ejuſdem Provincię Conventus, ad tollendam de cetero omnem in hac parte ambiguitatem, & hęſitationem vivę vocis oraculo bon. mem. Michaeli Bonello, dum vixit, S.R.E. Cardinali Alexandrino nuncupato, ea ſuper re facto, declaravit, ac decrevit, & ſtatuit, ut deinceps perpetuis futuris temporibus idem uſus ſervari deberet, ac Prior dicti Conventus tanquam Provincię capitis in communibus actionibus, & Conventibus, ſeu Capitulis ejuſdem Provincię, primum locum, & vocem haberet ſuper omnes aliorum Conventuum dictę Provincię Priores, ſalvis jure Magiſterii in Theologia, & aliis exceptionibus, per conſtitutiones, vel ordinationes dicti Ordinis expreſſis, non obſtan. antiquitate cujuſvis alterius Conventus, ſi probari poſſet, aliiſque contrariis quibuſcunque, & alias prout contineri dicitur in literis patentibus prędicti Michaelis Cardinalis deſuper expeditis, tenoris qui ſequitur videlicet. Michael Bonellus miſeratione divina S. R. E. tituli Sanctę Marię ſuper Minervam Presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, univerſis, ac ſingulis ad quorum notitiam hę noſtrę pervenerint fidem facimus, & atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N D. Pius divina providentia PP V informatus, qualiter in Romana Provincia Ordinis Prędicatorum Conventus Sanctę Marię ſuper Minervam, vel rationabili ordinatione Patrum, eo videlicet, quia eadem Provincia ab Urbe Roma denominatur, vel uſu a pluribus annis continuatione deducto; locum habet ſuper omnes alios ejuſdem Provincię Conventus, ad tollendam de cetero omnem in hac parte ambiguitatem, & hęſitationem, vivę vocis oraculo Nobis hac infraſcripta die facto declaravit, immo decrevit, ac ſtatuit, ut deinceps perpetuis temporibus idem uſus ſervari debeat, ac Prior dicti Conventus tanquam Provincię capitis in communibus, actionibus, & Conventibus, ſeu Capitulis ejuſdem Provincię primum locum, & vocem habeat ſuper omnes aliorum Conventuum dictę Provincię Priores, ſalvis, jure Magiſterii in Theologia, & aliis exceptionibus per conſtitutiones, vel ordinationes dicti Ordinis, non obſtante antiquitate cujuſvis alterius Conventus, ſi probari poſſet, aliiſque in contrarium facientibus quibuſcunque. In quorum fidem has fieri, & manu noſtra ſubſcriptas, noſtri ſigilli juſſimus appoſitione muniri. Datum Romę in Palatio Apoſtolico die XXI Novembris MDLXVI. Pontificatus ejuſdem Sanctiſsimi D. Noſtri Pii Anno Primo: F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus. Locus ✠ Sigilli &c. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prędicti Exponentes, pręmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri, & alias opportune deſuper, ut infra a Nobis indulgeri ſummopere deſiderent, Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati declarationem, ac decretum, & ſtatutum a memorato Pio predeceſſore, ſicut pręfertur, facta, & a prędicto Michale Cardinale atteſtata, expeditaſque deſuper ipſius Michaelis Cardinalis literas patentes pręinſertas, cum omnibus, & ſingulis contentis in illis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Prӕterea ſupradictum Conventum S. Marię ſuper Minervam. ad prędictam Provinciam Romanam ſemper in futurum ſpectare, nec ab illa quovis modo ſeparari poſſe, ſed uti caput ejuſdem Provincię, ſupradicta pręcedentia gaudere debere, auctoritate, & tenore pręſentium decernimus, ac ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes pariter eaſdem pręſentes literas. ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus, ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, dictorum Ordinis, & Provincię, aliiſve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apnſtolicis in contrarium premiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis qoibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIX Julii MDCLXIV, Pontificatus noſtri Anno Decimo. S.Ugolinus.

(1) *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Minervitano*.

Ut

Ut omnes quorum intereſt certiores fiant de Comitiis Generalibus celebrandis (1).

Anno 1665 Die 29 Julii.

LXVII.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Super inſtantia Fratris Stephani de Thoro Provincialis Provinciȩ Ordinis Prȩdicatorum convocari Capitulum Generale dicti Ordinis in feſto Pentecoſtes anni proximi MDCLXVI.

SAcra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prȩpoſita, re, ſemel, atque iterum diſcuſſa, Eminentiſſimo Brancaccio referente, cenſuit nihil eſſe reſcribendum, & Sanctiſſimus D. N. cui facta fuit relatio, id approbavit. Juſſit autem, ac mandavit Sanctitas Sua, ut perpetuis futuriſque temporibus, quando fuerint celebranda Capitula Generalia (3), ſeu Generaliſſima ejuſdem Ordinis, expediantur tempore debito convocatoriȩ ad omnes, & ſingulas Provincias Indiarum Occidentalium, & Orientalium, etiam Philippinarum, cum termino competenti ad hoc, ut poſſint, & debeant omnes convenire, quantumvis habeant ſuos Procuratores in Europa, & ita Sanctitas Sua harum vigore mandat, ac prȩcipit. Contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romȩ XXIX Julii MDCLXV.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

C. Epiſcopus Cam. Secret.

1. *Celebrandis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*
2. *Archivo.*) In quo autographum.
3. *Capitula Generalia.*) Iis tamen exceptis in quibus Magiſtri Generalis electio fieri debet, ut videre eſt ex ſequenti Decreto, quod legitur in Actis Capituli Generalis anno MDCLXX celebrati pag. 9.

Die XXI Julii MDCLXIX.

Congregatio nonnullorum Romanȩ Curiȩ Prȩlatorum, quos Sanctiſſimus Dominus Noſter ad ſupraſcriptas preces Procuratoris, & Vicarii Generalis Ordinis Prȩdicatorum examinandas deputavit, re mature perpenſa, decrevit (niſi aliter Sanctitati Suȩ placuerit) prȩnarratum Decretum non eſſe ita intelligendum, ut comprehendat Capitulum, in quo Magiſtri Generalis electio fit.

F. Archiep. Florentin.
C. de V. Archiep. Athen.
P. Fagnanus.
M. Albericius.
S Auguſtinus.

Et die XXIV Julii MDCLXIX facta relatione Sanctiſſimo, Sanctitas Sua Congregationis ſententiam approbavit.

C. de V. Archiep. Athen.

Decretum Sacræ Congregationis Regularium pro ſuſpenſione alterius Decreti, & Brevis dati pro præcedentia Magiſtrorum Provinciæ Romanæ ſuper ceteros Magiſtros extranearum Provinciarum.

Anno 1666 Die 17 Decembris.

LXVIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

IN cauſa verten. inter nonnullos Magiſtros Provinciȩ Romanȩ Ordinis Prȩdicatorum, tam proprio, quam aſſerto aliorum Magiſtrorum ejuſdem Provinciȩ nomine ex una, & Magiſtros aliarum Provinciarum ejuſdem Ordinis ex altera partibus, eo quia prȩdicti Magiſtri Provinciȩ Romanȩ prȩtendentes, ſignanter in Conventu Sanctȩ Mariȩ ſuper Minervam Urbis, omnes Magiſtros exterarum Provinciarum etiam antiquius graduatos, ſeu laureatos, prȩcedere, aſſerte conſuetudinis ad illorum favorem executionem, & obſervantiam, per Decretum Sacrȩ hujus Congregationis ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, ſub die XV Martii, anni MDCLXIII expeditum, & ſucceſſive per Breve Apoſtolicum ſub die XXX Junii ejuſdem anni confirmatum, decerni, & ſtabiliri, obtinuerant, & Magiſtri exterarum Provinciarum recurſum poſtea habuerunt ad Sanctiſſimum D. N., exponentes, ſe, ob hujuſmodi determinationem, gravatos, tum quia per Conſtitutiones Ordinis contrarium expreſſe diſponatur, tum etiam quia ipſis inauditis Decretum, & Breve hujuſmodi emanaverint, & aliis de cauſis fuſe narratis. Sacra eadem Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prȩpoſita, ad quam Sanctitas Sua, rem denuo diligenter examinandam, remiſit, viſis ſcripturis, & informationibus hujuſmodi exhibitis, referente Eminentiſſimo Farneſio, cenſuit, ſuſpendendum eſſe prȩfatum ipſius Sacrȩ Congregationis Decretum, & Breve Apoſtolicum, pro illius confirmatione, ut prȩfertur, expeditum, itaut omnia remaneant in ſtatu, in quo erant, & reperiebantur ante eorundem Decreti, & Brevis expeditionem, & interim Magiſtri acceptati Provinciȩ Romanȩ, melius probent prȩtenſam conſuetudinem, prout prȩſentium vigore ſuſpendit, contrariis quibuſcunque non obſtantibus &c. Romȩ XVII Decembris MDCLXVI.

M. Card. Ginettus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Digitized by Google

Anno . . .
Die . . . .

LXIX.

Ad Superiores Regulares pertinet exquirere a ſuis *Familiaribus* an præcepto Paſchali ſatisfecerint (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Illuſtriſſimi (3), & Reverendiſſimi Domini.

NOnnulli Epiſcopi, & alii locorum Ordinarii prętendunt, perſonas ſeculares religioſorum habitum non ferentes, ſed tantum ipſis Monaſteriis intra Clauſtra uti familiares ſervientes, etiamſi maneant ibi, & commenſales ſint, teneri reddere rationem Parocho de adimpletione pręcepti communionis in Paſchate apud ſuam Parochiam, & hujuſmodi rationem, etiam ſub cenſuris exigunt, quod inſolitum eſt, & contra Mendicantium Ordinum privilegia. Ideo ſupplicat DD. VV. Illuſtriſſimis Procurator Generalis Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, ut dignentur ad excuſandas lites inter ipſos Epiſcopos, & Regulares, quid in hujuſmodi cauſa tenendum, quę hujus Venerabilis Congregationis auctoritas eſt, dicere, & declarare &c.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, ſi hujuſmodi laici vere ſint Familiares, & continui commenſales regularium, eiſque actu inſerviant, eſſe cum eis eodem jure cenſendos, ut ſcilicet ad Superiores Regulares, & non ad Epiſcopos pertineat exquirere ab eis, an pręcepto Eccleſię ſatisfecerint.

A. Card. Vicecomes.

Loco ✻ Sigilli.

1. *Satisfecerint*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.V.*
2. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Carmelitano Part.II pag.*350.
3. *Illuſtriſſimi*.) Hinc liquet, hocce Decretum datum eſſe ante Pontificatum Urbani VIII.

CLEMENS IX.

Ab Anno MDCLXVII die XX Junii ad IX Decembris MDCLXIX. Vide *Tom.VI hujus Bullarii pag.*227.

Anno 1667
Die 13 Auguſti.

LII.

Circa ejectionem (1) incorrigibilium in Provinciis Indiarum pro Ordine Prædicatorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CLEMENS PAPA IX.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Prędicatorum, quod cum per quędam Decreta dudum a Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum edita caveatur expreſſe, ut regulares incorrigibiles ex eorundem Ordine, ſeu Congregatione regulari ejici non poſſint, niſi ab ipſomet Superiore Generali cum aſſenſu graviorum Patrum Ordinis, ſeu Congregationis hujuſmodi, in quolibet Capitulo Generali eligendorum, id vero vix, & ne vix quidem indiſtincte ſervari poſſit in omnibus Provinciis dicti Ordinis Prędicatorum, quippe quarum multę in locis a Romana Curia remotiſſimis conſiſtant, quales ſunt, pręſertim Provincię Indiarum Orientalium, & Occidentalium, & alię Ultramontanę, ex quibus ſi proceſſus ad dilectum filium Magiſtrum Generalem ejuſdem Ordinis Prędicatorum tranſportari deberent, id ſine gravibus impenſis fieri nequiret, ac inſuper oporteret Fratrem incorrigibilem multorum annorum ſpatio, dum ſententia dicti Magiſtri Generalis expectaretur, in carceribus retinere, idque, etiam ſi ceſſaret conſiderabilis difficultas convocandi ad effectum ejectionis hujuſmodi coram eodem Magiſtro Generali pręfatos ſex Patres graviores, qui ut plurimum in locis a ſe invicem valde remotis habitare ſolent &c. pręfatus Pocurator Generalis opportune in pręmiſſis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderat. Nos igitur, ipſum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, dilectis filiis Generalibus Commiſſariis ad ſupraſcriptas Provincias Indiarum Occidentalium, & Orientalium dicti Ordinis Prędicatorum duntaxat ablegandis, ut regulares incorrigibiles ejicere poſſint una cum ſex Patribus gravioribus pro unaquaque Provincia eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, atque interea uſque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximam celebrandam, ut ejectio, ſervata in reliquis forma Decreti hac de re dati, poſſit fieri a Commiſſariis antedictis, una cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, quos ipſimet Commiſſarii in qualibet Provincia elegerint, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, benigne indulgemus. Decernentes ipſas pręſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & inte-

Digitized by Google

integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Ordinis, & Provinciarum ejuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud, babeatur, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Auguſti MDCLXVII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Ejectionem.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico *Libro Menſis Auguſti Parte I fol.* 165.

Anno 1667 Die 23 Septembris.

LIII.

De auctoritate (1) Generalis Magiſtri Ordinis:

Ex Archivo (2) Ordinis:

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini.

PRocurator Generalis Ordinis Prędicatorum EE. VV. reverenter exponit, quod cum hoc anno die III Maii vacaret officium Prioris Conventus S. Sabinę de Urbe Provincię Lombardię ejuſdem Ordinis, mox die XII. ejuſdem Menſis ibidem unanimiter electus fuit in Priorem P. Magiſter Fr. Vicentius de Venetiis, ac ſufficienter poſtulati PP. Mag. Fr. Thomas Bona de Brixia, & Fr. Angelus Maria de Ovada. Priuſquam vero P. Magiſter Fr. Jacobus Philippus Polinus Lombardię Provincialis, tunc in Urbe pręſens, hanc electionem confirmaret, ſupervenit huc ſcrutinium alterius electionis factę in Conventu Regienſi S. Dominici in perſonam dicti P. Fr. Vincentii de Venetiis, ſicque Magiſter Ordinis mandavit Provinciali, quod hunc electum confirmaret pro Conventu Regienſi, ac non pro Conventu S. Sabinę, ita factum eſt, & Magiſter Generalis laceravit ſcrutinium electionis, & poſtulationis factę XII Maii in Conventu S. Sabine, ac XIX Junii ſcripto injunxit, Patri Vicario S. Sabinę, quod PP. vocalibus notificaret vacantiam illius Prioratus. Paruit ille, & tribus vocalibus ſecum in dicto Conventu commorantibus, necnon reliquis tribus in Vicariatu, ac Parochia S. Nicolai de Pręfectis in Regione Campi Martii reſidentibus indixit novam electionem die XX Junii mane circa horam XIII, aut XIV celebrandam.

Verum pręfixa die, & hora, dum e S. Nicolao expectabantur hi tres vocales, quibuſcum & Provincialis Lombardię ibidem degebat, horum loco pervenit ad Vicarium S. Sabinę Epiſtola manu, & nomine, ſocii ejuſdem Provincialis exarata, ſed, ut fertur, & ex ſtylo conjicitur, ab ipſo Provinciali dictata hujus tenoris.

Dicunt hi PP. Vocales, ſe neſcire, quam ob cauſam electio canonica, rite, & legitime ab his facta, nempe in perſonam P. Magiſtri Fr. Vincentii de Venetiis, non debeat manuteneri, cum doceant Sacri Canones, quod electio ſit libertatis, confirmatio autem neceſſitatis, quodque ipſi pro nunc ſunt impediti, neque placet eis locus, & tempus. Cum hoc P. Veſtram ex corde ſaluto, meque, & ſocios, ſuis orationibus commendo. Ex S. Nicolao hac die lunę. Fr. Antonius de Cotignola ſocius.

His viſis Magiſter Ordinis, eadem die XX Junii ſub veſperam ſua utens ſuprema auctoritate, Priorem Conventus S. Sabinę inſtituit P. M. F. Mauritium Maſinium de Boſco, qui jam ante fuerat electus Prior ſui Conventus S. Crucis in Boſco.

Porro adverſus hanc inſtitutionem dictus Provincialis Lombardię reclamavit, facto recurſu ad Sanctiſſimum D. N., cui expoſuit, hujuſmodi inſtitutionem non ſubſiſtere, eo quod Magiſter Ordinis, nequeat Priores inſtituere, niſi in caſu devolutionis. Item quod hęc inſtitutio pręjudicium inferat,

Primo, Electoribus, quibus ex pręſcripto Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini competit jus eligendi Priorem, & per Conſtitutiones Ordinis debetur iiſdem integer Menſis, quo demum elapſo, & non ante, devolvitur proviſio ad Superiorem.

Secundo, etiam juri quęſito ipſius electi, & poſtulatorum.

Tertio, juri ipſiuſmet Provincialis, ad cujus officium ſpectat confirmatio Priorum.

Quarto, juri communi totius Religionis, in qua ubique libera electio Priorum viget.

Quinto, denique privilegiis Apoſtolicis, ſpecialiter Provincię Lombardię indultis per Summos Pontifices Alexandrum VI, Clementem VII, Paulum III, & alios, atque in ſpecie ipſi Conventui S. Sabinę per Sa: Mem: Pium V.

Cum ergo pręſens negotium a Sanctiſſimo D. N., ad hanc Sacram Congregationem fuerit remiſſum, Procurator Generalis, qui ſupra, EE. VV. repręſentat, in hac Provincialis inſtantia, manifeſte confundi jura, cum longe aliud ſit providere Conventui de Priore per ſuffragia vocalium, qui quando intra menſem negligunt eligere, jus ipſorum devolvitur ad Superiorem, aliud vero providere Conventui per Magiſtrum Ordinis utentem ſuprema auctoritate ſua. Nunc autem non verſamur in primo caſu, ſed agitur de ſecundo, in quo debet ex juſtitia manuteneri Magiſtri Generalis officium, & auctoritas, quam illi tribuunt, tum Bullę Pontificię, VV. EE. originaliter exhibitę, tum Ordinis Conſtitutiones, quas pro-

profitemur. Unde hac auctoritate potuerunt uti, & uſi ſunt Prędeceſſores Magiſtri Generales, toties quoties ipſis videbatur in Domino expedire, nec minus eadem uti potuit, & uſus fuit modernus Ordinis Magiſter Generalis; utpote fundata in clara Litera, & Gloſſa Conſtitutionum, quę ſic habent.

Diſt.I Cap.XV de Profeſſione Text.I litt.F. Ideo ſoli Magiſtro, vel alteri nomine ejus fit profeſſio, & promittitur obedientia, ut unitas Ordinis, & profeſſionis ſervetur, quę ab unitate unius capitis, cui omnes tenemur obedire, dependet, qui eſt proprius, & immediatus Prę1atus omnium Fratrum, & Conventuum totius Ordinis, & poteſt omnes Pręlatos, & Officiales ejuſdem Ordinis inſtituere, & deſtituere, & eorum officia, & auctoritates limitare &c. Iidemque Fratres tenentur ſibi devote, & humiliter obedire, ſicut patet in privilegio, quod dicitur Mare Magnum Alexandri IV, Clementis IV, Bonifatii VIII, Benedicti XI, Sixti IV, ubi omnia prędicta expreſſe continentur. Hęc ibi.

Ulterius Diſt.II Cap.III Text VIII Litt.H. Magiſter Ordinis per privilegia Bonifatii VIII, & Clementis VII, poteſt omnes Priores Provinciales, & Conventuales, & alios quoſcunque Officiales dicti Ordinis, ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto Ordine, etiam per Sedem Apoſtolicam, vel per quoſcunque, & quavis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur, revocare, & a ſuis officiis removere, etiamſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum, quod a ſuis prelationibus, vel officiis removeri non poſſint, & loco ipſorum, alios, vel alias ſubſtituere, ac officia ipſa limitare, ac in Curia Romana Procuratorem inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio removere, quoties ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire. Hęc ibi.

Rurſus eadem Diſt. Cap IV Text.V Litt.F. ſecundum privilegia Apoſtolica Magiſter Ordinis, poſtquam fuerit electus, eo ipſo curam animarum Fratrum omnium ipſius Ordinis plenarie habet, & libere gerit, ipſoſque Fratres auctoritate propria ligare, & abſolvere, necnon in eodem Ordine ea agere poteſt, quę ipſe, & pręfati Ordinis Diffinitores juxta Conſtitutiones ejuſdem Ordinis, ſecundum Deum, viderint expedire, tenenturque omnes Fratres ſibi devote, & humiliter, ſecundum regulam, & Conſtitutiones obedire, poteſtque illos ab omnibus officiis removere. Hęc ibi.

Amplius eadem Diſt. Cap.VIII Text.IX Litt.K, ille dicitur ad diviſionem Ordinis laborare, qui verbo, vel facto, per perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas mutationem quęrit generalis ſtatus noſtri Ordinis, & Conventus ab obedientia Magiſtri Ordinis ſubtrahere, cum unitas Ordinis ex unitate unius profeſſionis dependeat, qua ex ſolemni voto tenentur omnes Fratres uni Generali Magiſtro in his, quę ſecundum regulam, & Conſtitutiones ſunt. obedire. Hęc ibi.

Quę ne ullo abuſu, aut tergiverſatione elidi poſſint, toti Religioni ſolemniter renunciata ſunt per Generale Capitulum Romę Anno MDCLVI celebratum, cujus hęc legitur prima declaratio: Regularis diſciplinę inſtauratio, quę hujus noſtri Capituli pręcipuus eſt ſcopus, maxime accerſenda videtur ex propria noſtrę Profeſſionis Formula, qua expreſſe Deo, Beatiſſimę Virgini, B. Dominico, & Magiſtro Ordinis, puram obedientiam promittimus, cui deinde reliqua duo ſolemnia vota acceſſorio comitatu innexa ſubintelliguntur. Proinde cum unius obedientię relaxatio, quod idem eſt, auctoritatis Magiſtri Ordinis convulſio, ipſum noſtrę Profeſſionis fundamentum evertat, Decernimus eliminandas ab Ordine noſtro, frivolas omnes interpretationes, & effugia, quę ad enervandam parendi obligationem, ad declinandas correctiones, ad eludenda ſupremi & unici capitis noſtri mandata perniciosiſſime interdum excogitantur. Quare declaramus ſimpliciter ad literam ſtandum eſſe tenori verborum, quibus ſacrę Conſtitutiones noſtre Diſt.I Cap.XV de Profeſs. Text. I Litt. F. Item Diſt. II Cap.III de elect. Prioris Provincialis Text.VIII Litt H, & Cap.IV de elect. Magiſtri Ordinis Text.V Litt.F. Auctoritatem Generalis Magiſtri in Ordine noſtro diffiniunt, fundant, ſtabiliunt. Hęc ibi.

Neque ad rem faciunt, quę oppoſuit Provincialis Lombardię contra hujus auctoritatis nuperrimum uſum in inſtitutione moderni Prioris apud S. Sabinam.

Non primum, quia ipſemet Provincialis, non ignorabat, in Ordine noſtro, nullum omnino jus acquiri electo per electionem quantumcunque unanimem, ut declaratur in Conſtitution. Diſt.II Cap.II Text.III Litt.L, proinde multo minus acquiritur jus poſtulatis, ne quidem de jure communi ex conceſſione Alexandri IV.

Et in Ordine Prędicatorum declaravit Capitulum Generale Papię celebratum Anno MDVII, Pręlaturas ſive Fratrum, ſive Sororum, eſſe ſimplicia officia, & onera gravia, & nullo pacto beneficia, quęque ad voluntatem Superiorum poſſunt ſemper diſponi.

Non ſecundum, quia Magiſter Ordinis utens jure ſuo. a Pontificibus, & Ordinis Conſtitutionibus ſibi conceſſo, nemini facit injuriam, neque Canones, aut Concilium Tridentinum jus illud revocant, ſed formam pręſcribunt ſervandam in electione, quandocunque, & ubicunque ea vocalibus permittitur.

Non tertium, quia de jure, & praxi Magiſter Ordinis concurrit cum Provincialibus in omni electione, ſeu caſſanda, ſeu confirmanda, utpote non minus, ac ipſi, Pręlatus immediatus. Inſuper poteſt ad ſe revocare ſcrutinia, inhibendo cuivis Pręlato inferiori, ne electum caſſet, aut confirmet.

Non quartum, quia Religio in ſuis Capitulis Generalibus agnovit, & agnoſcit in ſuo Magiſtro Generali jus inſtituendi, deſtituendi &c. & conſequenter pręveniendi ſuffragia electorum, quoties ſibi in Domino expedire videbitur.

Non Quintum, quia quando Summi Pontifices indulſerunt aliqua privilegia variis Provinciis, Conventibus, Monaſteriis, Collegiis, non truncarunt auctoritatem Magiſtri Ordinis, cum id in Bullis ſuis non intendant, nec exprimant, quinimo anno MDCLI in ſimili oppoſitione Provincialis Lombardię S. Congregatio die XXII Julii, hiſce non obſtantibus, declaravit, & decrevit, expedire, quod auctoritas Generalis ſuſtineatur, ad ſervandam Ordinis unitatem, & obedientiam erga Sedem Apoſtolicam, ut in Conſtitutionibus Ordinis. Et tandem quidquid ſit de privilegiis Provincię Lombardię ab opponente prętenſis. his non ſolum in genere, ſed in ſpecie, ſeu nominatim derogarunt Clemens VII Anno MDXXXII die XXII Junii, Pontificatus ſui Nono, Paulus III Anno MDXL die X Januarii, Pontificatus ſui Sexto, & Anno MDXLIII die XXVII Octobris, Pontificatus ſui Nono, Julius III Anno MDLIII die XV Sep-

Digitized by Google

Septembris, Pontificatus ſui Quarto, Gregorius XIII Anno MDLXXII die XXIII Septembris, iterum Anno MDLXXX die XXVII Junii, Paulus V Anno MDCX die XXVIII Septembris, Anno MDCXII die IV Auguſti, & MDCXVII die IV Septembris, Urbanus VIII Anno MDCXXIX die XXI Julii, & Innocentius X Anno MDCL die VII Julii. Quorum ſingulorum Brevia originalia fuerunt exhibita EE. VV. in pręſenti cauſa.

Proinde iiſdem humillime ſupplicat pręfatus Procurator Generalis Ordinis, quatenus dignentur ſuo Decreto palam declarare, quod ſupramemorata a Magiſtro Generali facta Inſtitutio novi Prioris pro Conventu S. Sabinę in perſonam dicti P. Magiſtri Fr. Mauritii Maſinii rite, firme, ac valide ſubſiſtat ex legitima, ac bene fundata inſtituentis auctoritate. Quas Deus &c.

Sacra Congregatio EE. S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & regularium prępoſita, ad quam SS. D. N. anteſcriptas preces remiſit, attentis, narratis, & ſępius auditis etiam in contradictorio partibus, viſiſque, & diligenter examinatis Ordinis hujuſmodi Conſtitutionibus, Actis pręfatorum Capitulorum Generalium, Conſtitutionibus, & literis Apoſtolicis ſupradictis, aliiſque ſcripturis, & inſtrumentis hinc inde exhibitis, referente Eminentiſſimo Pallotto, cenſuit, declaravit, ac decrevit, ſuſtinendam eſſe auctoritatem Magiſtri Generalis ejuſdem Ordinis, & in ejus manutentionem in caſu, de quo agitur, ſuſtineri debere inſtitutionem ab ipſo, ut pręfertur, factam Prioris Conventus S. Sabinę de Urbe in perſonam Fr. Mauritii Maſinii de Boſco, prout harum vigore declarat, ac decernit, & ita exequi, ſervarique mandat, ac precipit, in contrarium allatis, ceteriſque non obſtantibus quibuſcunque. Romę XXIII Septembris MDCLXVII.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

E. Epiſcopus Camerin. Secr.

1. *Auctoritate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar Romæ typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum, & aliud authenticum.

Decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Sacroſancti Concilii Tridentini Interpretum de Quinquennio, & nullitate Profeſſionis (1).

Anno 1668 Die 15 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

LIV.

PRocurator Generalis Ordinis Prędicatorum infraſcriptas ponit dubitationes, quas per Sacram Congregationem diffiniri ſupplicat; ad occurrendum inconvenientibus, quę ad pręſens in quadam Provincia dicti Ordinis emergere comperit.

I. An quinquennium poſt cujus lapſum juxta Decretum Sacri Concilii Regulares profeſſi pretendentes reclamare contra ſuam profeſſionem non debent audiri, intelligi debeat de Quinquennio, numerando a die Profeſſionis tacitę, vel expreſſę eorundem Religioſorum.

II. An habentes impedimentum etiam perpetuum ex quo profeſſio de jure eſt nulla, poſſint audiri poſt quinquennium.

III. An illi, qui intra quinquennium impediti fuerunt reclamare, vel ignorarunt Cauſam nullitatis ſuę Profeſſionis, poſſint ſimiliter poſt quinquennium audiri.

IV. An Superiore Regulari impedito, vel etiam nolente convenire cum Epiſcopo ad audiendum Reclamantem contra Profeſſionem, Epiſcopus ſolus poſſit reclamationis cauſam cognoſcere, ac definire.

V. An Epiſcopus poſſit Superiorem Regularem compellere, vel per cenſuras, vel per alias pęnas, ut conveniat cum illo ad audiendum reclamantem contra Profeſſionem, & ad cauſam reclamationis cognoſcendam, ac definiendam.

Die XV Decembris MDCLXVIII. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum reſpondit.

Ad I. Dubitationem, quinquennium numerandum eſſe a die Profeſſionis tam tacitę, quam expreſſę.

Ad II. Exprimendos caſus particulares.

Ad III, IV, V, negative.

A. Cardinalis Celſus Pręfectus.

Loco ✠ Sigilli.

J. Archiepiſcopus Adrianopolit. Secr.

1. *Profeſſionis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Actis Capituli Generalis Anno MDCLXX. celebrati pag.* 14.

Decla-

Digitized by Google

Anno 1669 Die 11 Maii.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, a Sanctiſſimo D. N. *Clemente* Papa IX approbata, ſuper acceſſu (1) Regularium ad Monaſteria *Monialium*.

LV.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Die XI Maii MDCLXIX

SAcra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, habita notitia quod nonnulli Regulares, abſque licentia, crates Monaſteriorum adire, & frequentare non dubitent, prętendentes non eſſe interdictum per breve tempus, etiam uſque ad quadrantem horę cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaſque perſonas intra Clauſuram exiſtentes, alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, diſſeminent, & forſan etiam ſcriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conſcientias, & ſcandala confoventes, ad hujuſmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prędictam improbans, rejiciens, ac damnans, declaravit, Regulares cujuſcunque Ordinis, Militię, Societatis, Congregationis, & Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda. qui ad Monaſteria Monialium, quamvis ab Ordinarii juriſdictione quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubjecta, vel alias ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate, accedunt, colloquendo, etiam per quodcunque modicum temporis ſpatium, cum Monialibus, aut aliis intra Clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub Excommunicationis, privationis vocis activę, & paſſivę, aliiſque contra Regulares, accedentes ſine licentia ad Monaſteria Monialium, ſtatutis penis, poſſe ab Ordinario, tanquam Sedis Apoſtolicę Delegato, coerceri.

Et die VII Iunii ejuſdem anni, facta relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua pręſentem declarationem approbavit, ac Typis dari, ſervarique juſſit.

A. Cardinalis Celſus Pręfectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Brancaccius Archiepiſcopus Adrianopolit. Secr.

1. *Acceſſu*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo lit. XIII*

2. *Archivo*.) In quo exemplar. *Romæ* typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ editum fuit Anno MDCLXIX.

Anno 1669 Die 17 Junii.

Mercatura cuiuſque generis Religioſis inhibita.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LVI.

CLEMENS PAPA IX.

Ad Futuram Rei Memoriam.

SOlicitudo Paſtoralis officii, quo Eccleſię Catholicę per univerſum Orbem diffuſę regimini per ineffabilem Divinę Sapientię, atque Clementię abundantiam pręſidemus, Nos ſtimulat, ut ea, quę Chriſtianę Religionis, Catholicęque fidei propagationi remoram, vel impedimentum, injicere, ac in virorum in ſortem Domini vocatorum, & pręſertim Religioſorum, qui ſemetipſos abnegarunt, & mundana omnia contempſerunt, ut Chriſtum lucrifacerent, ejuſque obſequiis mundo corde, & mente tranquilla unice intenderent, honeſtatis gloria maculam ponere poſſent, ſalubri ſanctione e medio tollere, atque radicitus evellere ſtudeamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Urbanus Papa VIII Prędeceſſor noſter, conſiderans per Sacros Canones, Conciliorum Decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicas, omnibus Religioſis, ac etiam aliis Eccleſiaſticis, pręſertim in Sacris Ordinibus conſtitutis, mercaturam, & negotiationes ſeculares diſtricte prohiberi, ac valde damnoſum, indecorum, & indecens exiſtere, hujuſmodi perſonas divino cultui mancipatas, ac pręcipue illas, quę ad prędicandum Sacroſanctum Chriſti Domini Evangelium deſtinatę ſunt, mercaturę, & negotiationibus hujuſmodi ſe immiſcere, aut operam dare, per quandam ſuam in ſimili forma Brevis die XXII Februarii MDCXXXIII emanatam Conſtitutionem, inter alia, Religioſis omnibus cujuſcunque Ordinis, & Inſtituti, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiam Societatis Jeſu, eorumque ſingulis, tam tunc in Inſulis, Provinciis, Regionibus, & Regnis Indię Orientalis, ac Chinę, & Japonum exiſtentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quamcunque mercaturam, ſeu negotiationem, quocunque modo ab eis fieri contingeret, ſive per ſe, ſive per alios, ſive proprio, ſive Communitatis nomine, directe, ſive indirecte, aut quovis alio pretextu, cauſa, vel colore, interdixit, & prohibuit, ſub excommunicationis latę ſententię pęna ipſo facto incurrenda, ac privationis vocis activę, & paſſivę, officiorum, ac graduum, & dignitatum quarumcunque, & inhabilitatis ad ea, ac inſuper amiſſionis mercium, & lucrorum ex eis factorum, quę omnia a Superioribus Religionum, ex quibus delinquentes exiſterent, reſervanda eſſent, ad uſum Miſſionum, quas eędem Religiones habebant, & in futurum habiturę erant, in Indiis prędictis, & non in alios uſus; Ac eiſdem Superioribus diſtricte pręcepit ſub eiſdem penis, ut in hoc invigilarent, & contra delinquentes ad prędictas pęnas procederent, ſublata eiſdem facultate hujuſmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris quantumvis minimum, remittendi, aut condonandi, & alias, prout in dicta Urbani prędeceſſoris Conſtitutione, cujus tenorem pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem (ſicut non ſine graviſſimo animi noſtri dolore accepimus) multi ex iiſdem Religioſis, & perſonis Eccleſiaſticis, proprię profeſſionis, injunctique ſibi

gra-

graviſſimi miniſterii immemores, ab ejuſmodi mercatura, & negotiationibus ſecularibus non abſtineant, ſed ſeſe a debita prędictę Conſtitutionis Urbani prędeceſſoris obſervatione ſub variis prętextibus, coloribus, & ſubterfugiis, eximere conati fuerint, & ſatagant de pręſenti, in deplorandam animarum ſuarum perditionem, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos ſalutaribus Doctoris gentium pręceptis edocti, quod nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit, tam grande, tamque exitioſum ab Eccleſia Dei malum Apoſtolici zeli vigore propellere, ſcandalorumque inde naſcentium occaſiones recidere, ac ſaluti animarum, & Chriſtianę Religionis, Catholicęque Fidei propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, ſalubriter conſulere, omnemque lucrorum mundanorum ſpem perſonis cęleſti militię adſcriptis, pręſertim ad Infidelium converſionem, & Evangelii prędicationem deſtinatis, & in futurum deſtinan., quas ſicut bonos Chriſti milites laborare, & miniſterium ſuum honorificare oportet, ut eo ſtudioſius, ac impenſius, adſpirante ſuperni favoris auxilio, horrea Domini novis ſemper frugibus locupletare ſatagant, omnino adimere decrevimus. Itaque ſacris Canonibus, ac Decretis, & Conſtitutionibus prędictis inhęrentes, illaque, & pręſertim memoratam Urbani prędeceſſoris Conſtitutionem in iis, quę pręſentibus literis non adverſantur, approbantes, & innovantes, & circa pręmiſſa de novo diſponentes, & ſtatuentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quam regularibus cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, & qualitatis, ac cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, etiam Societatis Jeſu, & earum cuilibet, quę ad Inſulas, Provincias, & Regna Indiarum Orientalium, & pręſertim in Provinciam Societatis Jeſu de Japone nuncupatam, ac in partes Americę tam Auſtrales, quam Septentrionales a Sede Apoſtolica, vel Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Propagandę Fidei prępoſitorum, aut ab earum Superioribus ſub nomine Miſſionariorum, aut quovis alio titulo pro tempore miſſę fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur, ſub excommunicationis latę ſententię, ac privationis vocis activę, & paſſivę, & officiorum, dignitatum, & graduum quorumcunque per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa quęcunque in poſterum obtinenda, necnon amiſſionis mercium, & lucrorum omnium, ipſo facto incurrendis, ac aliis noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel prędictę Cardinalium Congregationis arbitrio imponendis, pęnis, tenore pręſentium, diſtricte prohibemus pariter, & interdicimus, ne mercaturis, & negotiationibus ſecularibus hujuſmodi, quovis prętextu, titulo, colore, ingenio, cauſa, occaſione, & forma, etiam ſemel, per ſe, aut mediantibus miniſtris, ſeu aliis perſonis ſubſidiariis, directe, vel indirecte, tam nomine proprio, quam ſuarum reſpective Religionum, ſeu Congregationum, aut Societatum, etiam Jeſu, vel aliorum quorumlibet, & alias quovis modo, & qualitercunque ſe ingerant, vel immiſceant. Ac ex nunc prout ex tunc, & e contra, poſtquam caſus evenerit, merces, & lucra quęcunque, quę ex hujuſmodi mercaturis, & negotiationibus provenerint, & provenient, in uſus, & commodum pauperum, Hoſpitalium, Seminariorum Eccleſiaſticorum, ac Operariorum, (non tamen Ręligionum Congregationum, & Societatum, etiam Jeſu, ſeu Inſtituti eorum, qui in pręmiſſis, vel circa ea deliquerint) ſed aliorum non delinquentium, harum ſerie applicamus, qui teneantur conſignare merces, & lucra hujuſmodi locorum Ordinariis, ſeu eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, aut officialibus, vel Apoſtolicis Vicariis, ſeu Pro-Vicariis. Hi vero tanquam dictę Sedis Delegati illa, ut pręfatur, & non in alios uſus diſtribuere, & erogare debeant; ſuper quibus eorum conſcientiam diſtricte oneramus. Et quia in pręmiſſis, & circa ea delinquentes, ut plurimum, prętextu neceſſitatis pro eorum Miſſionibus ſe excuſare pręſumunt, excuſationes hujuſmodi eis, eorumve cuilibet nullo modo ſuffragari poſſe, vel debere, decernimus, & declaramus. Inſuper eiſdem cenſuris, & pęnis innodamus, & innodatos fore declaramus Superiores immediatos, ac Provinciales, & Generales prędictorum Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jeſu, qui eorum reſpective ſubditos in pręmiſſis, vel circa ea, etiam pro unica vice quomodolibet delinquentes, ſaltem per amotionem illorum a locis commiſſi per eos delicti non puniverint; A ſententia vero excommunicationis hujuſmodi per Superiores, vel alium, ſeu alios quoſcunque, etiam quavis facultate ſuffultos, nemo ex prędictis delinquentibus abſolvi poſſit, pręterquam in mortis articulo conſtitutus, niſi lucris hujuſmodi prius reſtitutis. Decernentes eaſdem pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, etiam ex eo, quod in pręmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prętendentes, & alii quilibet cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, pręeminentię, & dignitatis, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſę propter quas ipſę pręſentes emanarint, ſufficienter adductę, verificatę, & juſtificatę fuerint, aut ex alia quacunque quantumvis juſta, pia, & privilegiata cauſa, colore, prętextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimę, & totalis lęſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, aut intereſſe habentium conſenſus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratię remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud, uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę generalem, & Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Camerę pręſidentes Clericos, Theſaurarium Generalem, Commiſſarium, alioſque Officiales, & Miniſtros, necnon S. R. E. prędictę Camerarium, ſeu Procamerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictę Sedis Nuncios, ceteroſque quoslibet quacunque pręeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros,

turos, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & intepretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quoad ea, quę pręſentibus adverſantur, prędicta Urbani Prędeceſſoris, ac recolendę memorię *Bonifatii Papę* VIII Prędeceſſoris pariter noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, itaut *vigore pręſentium* etiam ultra duas, pluresve dietas quilibet in judicium trahi poſſit, & pię memorię *Pii IV*, & *Pauli V*; aliorumque Romanorum Pontificum, etiam Prędeceſſorum noſtrorum, ſuper ſpoliis Camerę *prędictę* applicandis, ac ejuſdem Pii IV Prędeceſſoris de gratiis qualecunque intereſſ. dictę Camerę concernentibus in ipſa Camera intra certum tunc expreſſum tempus pręſentandis, & regiſtrandis, itaut pręſentes literas ibidem pręſentari, regiſtrari, & inſinuari nunquam neceſſe ſit, necnon, quatenus opus ſit, de jure quęſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellarię Apoſtolicę regulis, ceteriſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictę Camerę, & Provinciarum, Regnorum, Regionum, Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, Societatum, etiam Jeſu, Domorum, & Collegiorum quorumcunque, aliiſve, quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. privilegiis quoque, indultis, & facultatibus, licentiis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, eorumque Superioribus, & perſonis, etiam particularibus, & aliis quibuſcunque, etiam ſpeciali nota dignis, & de neceſſitate juris, vel facti omnino exprimendis, etiam cum facultate eligendi poſteriorem datam, quam nemini adverſus eaſdem pręſentes literas ullo modo ſuſtragari unquam poſſe ſtatuimus, & decernimus, ac ſub aliis quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac Conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium pręmiſſorum conceſſis, ac etiam pluries confirmatis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęvis alia, expreſſio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum eſſe, & cenſeri, illaque nemini adverſus pręſentes literas ſuſſragari volumus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum volumus, & expreſſe mandamus, ut eędem pręſentes literę, ſeu earum exempla, etiam impreſſa, notificentur, & intimentur omnibus, & ſingulis Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, hujuſmodi Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut eorum, & prędictorum Religioſorum, eis reſpective ſubditorum, nominibus illas recceptent, & earum exempla tranſmittant ad illos cum arctiſſimis pręceptis eaſdem pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, plenarie, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu exequendi, & obſervandi. Ac inſuper quibuslibet locorum Ordinariis, eorumque Officialibus, ſeu Vicariis in Spiritualibus generalibus, ac Apoſtolicis, & Capitularibus Vicariis, amplam, & liberam concedimus, & impertimur facultatem pręſentes literas in locis eorum cujuslibet reſpective jurisdictionis publicandi, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minime ſuffragari debeat. Et quia difficile foret, pręſentes literas originales ubique oſtendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus, illarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis eandem prorſus in Judicio, & extra, ubique locorum fidem haberi, quę haberetur ipſis pręſentibus literis, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII Junii MDCLXIX Pontificatus noſtri Anno Secundo.

J. G. Sluſius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar typis editum. In *Bullario Romano* eſt *XXXV.*

Anno 1669 Die 13 Auguſti.

LVII.

Provinciales quorum officium non eſt expletum ante obitum Generalis Magiſtri jus habent ſuffragium (1) ferendi in Comitiis Generalibus.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Nota.

CUm in Ordine Fratrum Prędicatorum, doctrina, & ſanctimonia, celeberrimo, vacet in pręſens Magiſterium Generale, ſubortum fuit Dubium.

An Priores Provinciales, quorum quadriennium, vel biennium, aut aliud legitimum tempus ante obitum Magiſtri Generalis finitum non fuerat, debeant in ſuis officiis perſeverare uſque ad Generale Capitulum completum, in quo Generalis Magiſter electus erit, & jus habeant in eo ſuffragium ferendi, & definiendi.

Die XXX Auguſti MDCLXIX Congregatio nonnullorum Romanę Curię Prelatorum ad hujuſmodi dubium examinandum a SS. D. N. Clemente Papa IX deputata, literis Apoſtolicis, & Conſtitutionibus Ordinis, necnon Decretis Capitulorum Generalium hinc inde exhibitis, aliiſque ad rem facientibu., accurate perpenſis, cenſuit, Priores Provinciales in toto Ordine Prędicatorum, quorum quadriennium, vel biennium, aut aliud legitimum tempus ante obitum Magiſtri Generalis, finitum non fuerat, debere in ſuis officiis perſeverare uſque ad Generale Capitulum completum, in quo Generalis Magiſter electus erit

erit, & Priores Provinciales in Capitulis Provincialibus electos poſt obitum ipſius Magiſtri Generalis, licet ignoranter, & bona fide, nequaquam habere hujuſmodi jus ſuffragium ferendi, aut definiendi in Generali Capitulo.

Verum expedire, ut (ſi SS. Domino Noſtro placuerit) Sanctitas Sua concedat futuro Magiſtro Generali facultatem prędictas electiones, niſi aliud obſtiterit canonicum impedimentum, confirmandi &c.

F. Archiepiſcopus Florentin.
C. de V. Archiepiſcopus Athen.
P. Fagnanus.
M. Albericius.
S. Auguſtinus.

Die XIII Auguſti ejus anni MDCLXIX facta relatione Sanctiſſimo, Sanctitas Sua ſupraſcriptam Congregationis ſententiam, approbavit, & pręnarratam facultatem, futuro Magiſtro Generali, benigne indulſit.

C. de V. Archiepiſcopus Athen.

1. *Suffragium.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar typis editum.

De Altaribus (1) Privilegiatis:

Anno 1669
Die 23 Septembris.

Ex Bullario Romano Conſt. XXXIX.

C L E M E N S P A P A IX.

LVIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm felicis recordationis Alexander Papa VII Prędeceſſor noſter dubia in diverſis mundi partibus, occaſione Decreti Congregationis tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus Prępoſitorum die V Auguſti MDLXII emanati, & ab ipſo Alexandro Prędeceſſore approbati, de non celebrandis Miſſis defunctorum in Feſtis Ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, aliud ejuſdem Congregationis Decretum in una Novarien. die XXII Novembris MDCLXIV editum, approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniverſaria, & Miſſas defunctorum eanta ex diſpoſitione Teſtatorum, qnotannis recurrente ipſorum obitus die. celebrandas, tametſi dies obitus hujuſmodi in Feſtum Ritus duplicis majoris incideret, non comprehendi in primodicto Decreto. Ac ulterius quoad Altaria privilegio Apoſtolico pro animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in feſtis Ritus duplicis, celebrandę eſſent Miſſę defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Miſſarum de feſto currenti ſatisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejuſmodi privilegia Apoſtolica conceſſas, animabus fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari perinde, ac ſi celebratę fuiſſent Miſſę defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & alias prout in ejuſdem Alexandri Prędeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die XXII Januarii MDCLXVII expeditis, quarum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, uberius continetur. Cumque, ſicut ad aures noſtras pervenit, etiam dubitetur, utrum dictarum literarum diſpoſitio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadę diebus, & ad quę Miſſę non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione celebrantur, locum habeat. Hinc eſt, quod Nos dubitationes hujuſmodi ex injunctę Nobis cęlitus Paſtoralis ſolicitudinis munere dirimere pariter, ac decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S.R.E. Cardinalium ſacris Ritibus Prępoſitorum, qui rem mature perpenderunt, conſilio, declarationem a memorato Alexandro, ſicut pręmittitur, editam, ad Altaria, ut pręfertur, non in perpetuum, ſed ad ſeptennium, ſeu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, ſed aliquo, vel aliqnibus tantum hebdomadę diebus, nunc, & in futurum quandocunque privilegiata, anctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, extendimus. Et proinde, ut Miſſę, quę ibidem de feſto currenti, in quo Miſſe defunctorum celebrari non poſſint, ſive ex obligatione, ſive ex ſola fidelium devotione celebrabuntur, ſuffragentur, itaut animę Chriſtifidelium pro quibus celebratę fuerint, Indulgentias per privilegia hujuſmodi conceſſas, conſequantur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi Miſſę defunctorum ad formam eorundem privilegiorum, celebratę fuiſſent, auctoritate, & tenore prędictis concedimus, & indulgemus. Decernentes pariter eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellarię Apoſtolicę regula, de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę pręſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII Septembris MDCLXIX, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Altaribus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tom. ultimo Tit. I.*

Anno 1669 Die 5 Octobris.

De electionibus (1) Provincialium poſt mortem Generalis Magiſtri faciendis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LIX.

B E A T I S S I M O P A D R E.

IL Vicario Generale de' Predicatori, proſtrato a' piedi della Santità Voſtra, umilmente l'eſpone, che ſono molti Provinciali nelle Provincie Citramontane, e due, ò tre Oltramontane, che compiſcono il tempo del loro Provincialato avanti il tempo del Capitolo Generale, e perche per una parte eſſendo prolongato il tempo del loro officio ſino al Capitolo Generale, e perciò non vacando l'officio loro, non ſi poſſono in tanto celebrare i Capitoli Provinciali per l'elezione de' nuovi Provinciali al tempo ſolito ſenza diſpenza della Santità Voſtra, e per l'altra parte il differire la celebrazione de' detti Capitoli, ed elezioni doppo il Capitolo Generale, ſconcerta grandemente il buon ordine delle Provincie, e tanto più, che doppo il Capitolo Generale, per li caldi dell'eſtate, non ſi poſſono comodamente convocare li vocali, maſſime ne' Paeſi, dove la mutazione d'aria è pericoloſa, onde ne ſeguirebbe, che le Provincie reſtaſſero per gran tempo ſenza li Provinciali. Si ſupplica perciò riverentemente la Santità Voſtra, acciò ſi degni concedere facoltà, che nelle ſopradette Provincie ſi poſſono celebrare li Capitoli Provinciali elettivi avanti il Capitolo Generale, ò nel tempo ſolito, ò anco prima in tempo opportuno, onde doppo il Capitolo Provinciale poſſino li Provinciali, e vocali, venire al Capitolo Generale, portando i decreti dell'elezione de' Provinciali, accioche immediatamente doppo il Capitolo Generale, poſſano dal futuro Generale confirmarſi l'elezioni fatte, e le Provincie ſenza dilazione habbiano i Provinciali loro. E queſto altre volte ſi è fatto l'Anno MDCXLIV, e MDCL, che &c. quam Deus &c.

Die III Octobris MDCLXIX. Congregatio infraſcriptorum Romanę Curię Prçlatorum ad ſupraſcriptas preces examinandas a Sanctiſſimo Domino Noſtro ſpecialiter deputata, cenſuit, ſi Sanctitati Suę placuerit, petitam facultatem poſſe pro hac vice tantum oratori indulgeri. Ita tamen, ut quoad Provincias Citramontanas dicta hujuſmodi Capitula Provincialia ante feſta Paſchalia non celebrentur, quo vero ad Provincias Ultramontanas poſſe remitti arbitrio, & conſcientię ejuſdem Patris Vicarii Generalis, qui tamen tempus, quantum commode fieri poſſit, proximum diſceſſui veterum Provincialium, verſus Urbem debeat prçſcribere.

F. Archiepiſcopus Florentin.
C. de V. Archiepiſcopus Athen.
P. Fagnanus.
M. Albericius.
Stephanus Auguſtinus.

Et die V Octobris ejuſdem anni facta relatione Sanctiſſimo, Sanctitas Sua dictę Congregationis ſententiam approbavit, non obſtantibus &c.

C. de V. Archiepiſcopus Athen.

1. *Electionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar typis impreſſum.

C L E M E N S X.

Ab Anno MDCLXX die XXIX Aprilis ad XXII Julii MDCLXXVI. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag.* 261.

Anno 1670 Die 12 Decembris.

De Fratribus ad Florentinum Cœnobium S. Marci, & Feſulan. transferendis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

LXI.

C L E M E N S P A P A X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Conventus Sancti Dominici Feſulan. ſtrictę obſervantię Ordinis Prędicatorum, quod cum numerus filiorum dicti Conventus ſupra prçſcriptum a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, propter multitudinem eorum, qui ad habitum regularem ibidem admitti poſtulant, accreverit, & in eodem Conventu Novitiatus inſtitutus reperiatur, ad hoc ut exinde aliis Conventibus illius Provincię de Fratribus provideatur, ipſi exponentes quatuor Fratres expreſſe Profeſſos dicti Conventus, nempe dilectos Filios Vincentium Mariam Betti, Dominicum Mariam della Ciaja, Thomam Quarateſi, & Laurentium Pittei Conventui Sancti Marci Florentin. dicti Ordinis, maxima Fratrum penuria laboranti, adfiliari plurimum deſiderant. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, veſtitionem Novitiorum in dicto Conventu S. Marci Florentin., Fratrumque aliorum Conventuum Ordinis prędicti in eodem Conventu adfiliationem de cetero prohiberi magnopere expediat,

Nobis

Nobis propterea humiliter dicti Exponentes ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſorum exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, memoratos Vincentium Mariam, Dominicum Mariam, & Thomam, & Laurentium prędicto Conventui Sancti Marci Florentin., auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, adfiliamus, illoſque, & illorum quemlibet ejuſdem Conventus filios, cum omnibus, & ſingulis prerogativis, juribus, privilegiis, favoribus, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, creamus, facimus, & declaramus, ac aliorum ipſius Conventus filiorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus. Pręterea, ut de cetero Novitii ad habitum regularem in dicto Conventu Sancti Marci Florentin admitti, ſeu recipi minime poſſint, nec adfiliationes Fratrum aliorum Conventuum Ordinis prędicti in eodem Conventu fieri, ullo modo valeant, & quatenus ejuſmodi adfiliationes ab hac Sancta Sede ibidem fieri contingat, illę non valeant, nec ſuffragentur, niſi in Indulto, ſeu literis Apoſtolicis deſuper expediendis, expreſſa pręſentium literarum derogatio contineatur, & omnium, & ſingulorum filiorum ipſius Conventus Sancti Marci Florentin., tam pręſentium, quam abſentium, ad id expreſſus accedat aſſenſus, auctoritate, & tenore prędictis ſtatuimus, & ordinamus. Permittimus tamen, ut Fratres in primodicto Conventu S. Dominici Feſulan., jam a ſexennio profeſſi, & qui in futurum quandiu ſtricta Obſervantia hujuſmodi ibidem conſervabitur, profeſſionem regularem in eodem Conventu, emittent, in memorato Conventu Sancti Marci Florentin. de conſenſu ſaltem tertię partis filiorum ipſius Conventus S. Marci, tam pręſentium, quam abſentium, adfiliari, & ibidem in filios cooptari libere, & licite poſſint, & valeant. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Ordinis, ac Provincię, & Conventuum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Decembris MDCLXX, Pontificatus noſtri Anno Primo.

J. G. Sluſius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

De præcedentia (1).

Anno 1671 Die 26 Januarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Ordinis Prędicatorum, & Servorum B. Virginis.

LXII.

CUm Sacra Rituum Congregatio declaraverit ſub die XXIX menſis Novembris, ita etiam annuente Sanctiſſimo die VI menſis Decembris proxime pręteritorum, in futura proxima Canonizatione ſervandum eſſe ordinem Hierarchię Eccleſiaſticę, nempe antecedere debere primo illos ſtatus Clericalis, ſecundo illos ſtatus Regularis, & tertio inter plures ejuſdem ordinis attendendum eſſe tempus mortis. Attamen ſupplicantibus tam PP. Ordinis Prędicatorum, quam Servorum B. Virginis, tantum attendi debere tempus mortis, quo Beati obdormierunt in Domino, juxta ſtylum hactenus ſervatum; Et auditis illis de ſtatu Clericali, eadem Congregatio Sac. Rituum ſtando in decretis declaravit, prędictum Decretum intelligi debere ſine pręjudicio pręcedentię, tam PP. Prędicatorum, quam Servorum B. Virginis quomodolibet in omnibus, & quibuſcunque actibus, & functionibus publicis, & privatis, de jure, at ex conſuetudine hactenus competentis. Hac die XXIV Januarii MDCLXXI. Et facta de prędictis relatione Sanctiſſimo per me infraſcriptum Secretarium, Sanctitas Sua annuit. Die XXVI ejuſdem menſis Januarii, & anni MDCLXXI.

M. Epiſcopus Portuen. Card. Ginettus.

Loco ✻ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

1. *Præcedentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria authentica *Romæ* impreſſa typis Reverendæ Cam. Apoſtolicæ MDCLXXI.

Anno 1671 Die 28 Februarii.

LXIII.

Indulgentia pro Confraternitate (1) S. Catharinæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

C L E M E N S P A P A X.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in Eccleſia Fratrum Ordinis Prędicatorum, loci de Xerez de la Frontera, Hiſpalenſis Diœceſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas Sanctę Catharinę, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis canonice erecta, ſeu erigenda, exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores, quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt, nos, ut Confraternitas hujuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam; ac ejuſdem tam deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, nomen Jeſu, ore ſi potuerint, ſin minus corde, devote invocaverint, etiam plenariam, ac eiſdem nunc pro tempore exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, & Conſororibus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, ſeu Cappellam, vel Oratorium die feſto S. Catharinę a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, ſingulis annis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper dictis Confratribus, & Conſororibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam, ſeu Cappellam, vel Oratorium hujuſmodi, in aliis quatuor anni feriatis, vel non feriatis, ſeu Dominicis diebus, per Confratres ſemel tantum eligendis, & ab Ordinario approbandis, ut ſupra viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die prędictorum id egerint ſeptem annos, & & totidem quadragenas: quoties vero Miſſis, & aliis divinis Officiis in Eccleſia, ſeu Cappella, vel Oratorio hujuſmodi, pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis, ubivis faciendis, interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum, & Conſororum hujuſmodi, quam aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimumque Euchariſtię Sacramentum, tam in proceſſionibus, quam ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut, ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam dixerint, aut quinquies orationem, & ſalutationem eaſdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Conſororum hujuſmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum exercitio, ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis, in forma Eccleſię conſueta, relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque etiam ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, vel in poſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, aut etiam quomodolibet inſtituatur, priores, aut quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullę ſint. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII Februarii, Anno MDCLXXI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Autographo *Xerenſi*.

Anno 1671 Die 3 Octobris.

LXIV.

De Monialium Confeſſionibus (1) excipiendis tempore Jubilæi.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CUm vigore Bullę ſuper declaratione privilegiorum Regularium nuperrime emanatorum cautum ſit, regulares approbatos ad audiendas ſecularium perſonarum confeſſiones, nequaquam cenſeri approbatos ad confeſſiones Monialium audiendas, ſed egere quoad hoc ſpeciali approbatione Epiſcopi. Quęritur, an dicta declaratio extendatur etiam ad tempus Jubilęi, ex quo putant Moniales ſibi permiſſam electionem cujuſcunque Confeſſoris, ſimpliciter, & abſolute, non ſpecialiter approbati. Ideo &c. Die III Octobris MDCLXXI Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, re mature perpenſa, reſpondit affirmative.

A. Card. Celſ. Pref.

S. Archiepiſcopus Brancaccius Epiſc. Viterbien. Secr.

1. *Confeſſionibus.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

De

De Fratribus transferendis ad Neapolitanum Conventum Jeſu & Marię.

Anno 1671 Die 21 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXV.

C L E M E N S P A P A X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

IN illis Apoſtolici noſtri muneris partes favorabiliter interponimus per quę regularium domorum quarumcunque felici ſtatui opportune conſuli judicamus. Cupientes itaque Conſtitutionem, ſeu Ordinationem felicis recordationis Clementis Papę VIII Prędeceſſoris noſtri alias editam circa affiliationes ab uno ad alium Conventum transferendas obſervari, ac fraudibus, quę plerumque ea occaſione commiſſę fuerunt, obviam iri, illaſque e medio tolli, necnon dilectos filios Priorem, & Fratres Conventus Jeſu, & Marię nuncupati, Civitatis Neapolitanę, Ordinis Prędicatorum, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus, eorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, quod de cetero affiliationes, & translationes filiorum aliorum Conventuum dicti Ordinis ad dictum Conventum de Jeſu, & Maria, nuncupatum, nullo ſub prętextu, quęſito colore, vel ingenio fieri poſſint, aut ſi quandoque per Nos, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, aut Sedem Apoſtolicam, affiliationes, & translationes hujuſmodi contra ejuſdem Conſtitutionis, & Ordinationis formam fieri, & deſuper diſpenſari, contingat, illę non valeant, nullumque effectum ſortiri debeant, niſi de conſenſu omnium, & ſingulorum filiorum, vel eorum majoris partis, tam pręſentium, quam abſentium, memorati Conventus de Jeſu, & Maria, in eadem Civitate exiſtentium, ad diem, & horam determinatos, intimatorum, & poſtmodum capitulariter congregatorum, nemine prorſus excepto, per ſecreta ſuffragia, ut moris eſt, pręſtando, quodque ſi, & quando ejuſmodi affiliationes alias, quam juxta pręſentium continentiam, & tenorem, fierent, illę nullę, & irritę ſint, & eſſe cenſeantur, & ſi deſuper derogari contigerit, pręmiſſis nullatenus derogatum ſit, aut eſſe intelligatur, niſi de pręſentibus literis plena, & expreſſa mentio fiat, ſicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apoſtolica, earundem tenore pręſentium, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Conventus prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI Octobris MDCLXXI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Neapolitano*.

Declarantur dubia ſuper delatione defunctorum (1) ex aliena Diœceſi ad Eccleſias Regularium.

Anno 1671 Die 28 Novembris.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 588.

LXVI.

REgulares minores ſtrictioris obſervantię S. Franciſci Oppidi Binaſchi, Dięceſis Papien., ob aliqua inconvenientia orta, occaſione defunctorum, qui ad eorum Eccleſiam deferuntur, ubi habent proprias ſepulturas, ſupplicant declarari.

Primo: An Curatus unius Dięceſis, quęcunque ſit, in tranſitu cadaveris, quod proceſſionaliter defertur ad Eccleſiam Regularium ab alia Dięceſi, tranſeundo per propriam juriſdictionem, & Parochiam, poſſit aliquam partem cerę, & pecuniarum ab heredibus defuncti prętendere?

Secundo: An proprius Parochus defuncti tranſeundo per Parochiam unius Parochi alterius cujuſcunque Dięceſis, ad effectum deferendi proceſſionaliter cadaver ad Eccleſiam regularium, poſſit libere, & licite, per eandem cum ſtola, & Cruce elevata tranſire, etiam irrequiſito Parocho?

Die XXVIII Novembris MDCLXXI. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, re mature perpenſa. Ad primum reſpondit negative. Ad ſecundum affirmative.

P. Card. de Alteriis Pręfectus.

S. Archiepiſcopus Brancaccius Epiſc. Viterbien.

1. *Defunctorum.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

Anno 1672 Die 12 Februarii.

Ut Julia Maria Maſtri recipi, & vota ſolemnia nuncupare poſſit in Bononienſi Monaſterio S. Agnetis, licet ibi duas Sorores germanas habeat.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXVII.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Bononien.

CLEMENS PAPA X.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit dilecta in Chriſto filia Julia Maria Maſtri Bononien., quod ipſa pro religionis zelo ducta habitum per Moniales Monaſterii Sanctę Agnetis Bononien. geſtari ſolitum ſuſcipere, & profeſſionem per eaſdem emitti conſuetam ſuo tempore emittere deſiderat regulares, verum quia duas Sorores in eodem Monaſterio Moniales expreſſe profeſſas habet, deſiderii ſui hujuſmodi compos fieri nequit, abſque ſpeciali noſtro, & Sedis Apoſtolicę indulto. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictam Juliam Mariam in ſuo laudabili propoſito confovere, ac ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtit, ad effectum pręſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutam fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuę per pręſentes committimus, & mandamus, ut eidem Julię Marię, licet ipſa duas Sorores in dicto Monaſterio Moniales habeat, ut pręfertur, quod nihilominus in ejuſdem Monaſterii Monialem intra pręfixum Monialium ipſius Monaſterii numerum cum augmento dotis, ſeu eleemoſynę dotalis eidem Monaſterio ſolvi ſolitę, arbitrio tuo, ac ſervatis alias ſervandis, recipi, & admitti, dictumque habitum ſuſcipere, & profeſſionem pręcictam ſuo tempore expreſſe emittere, ac voce activa, & paſſiva, aliiſque omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus alię dicti Monaſterii Moniales utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, uti, frui, & gaudere libere, & licite poſſit, & valeat, auctoritate noſtra Apoſtolica, arbitrio ſimiliter tuo, & dummodo expreſſus earundem Monialium capitulariter, & per ſecreta ſuffragia pręſtandus ad id accedat aſſenſus, concedas, & indulgeas. Monialibus vero pręcictis ipſam Juliam Mariam in ejuſdem Monaſterii Monialem, ſicut pręfertur, recipiendi facultatem dicta auctoritate impartiaris, non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Monaſterii, & illius Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Februarii MDCLXXII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

J. G. Sluſius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Bononienſi*.

Anno 1673 Die 17 Novembris.

Decreta Sacræ Congregationis quoad quartam Parochialem, & defunctorum funera (1) in Eccleſiis Regularium.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 606.

LXVIII.

SAcra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, cenſuit, Monaſteria, quamvis a quadraginta annis citra ędificata, non teneri ad quartam Parochiali Eccleſię pręſtandam, ſi ſint ejus Religionis, cui a Sede Apoſtolica ante quadraginta annos indultum fuerit, ut hujuſmodi quartam ſolvere non teneatur. Itidem ſępius cenſuit, non licere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, majorem eleemoſynam pro defunctis in Eccleſiis regularium ſepeliendis exigere, quam eis ſolveretur, ſi in propriis, vel aliis ſecularibus Eccleſiis ſepeliri deberent. Et contrafacientes, ab eorum Ordinariis, pęnis, & cenſuris ſibi beneviſis ſeverius eſſe puniendos. Romę XVII Novembris MDCLXXIII.

F. M. Card. Brancaccius.

A. Archiepiſcopus Epiſc. Lycienſis.

1. *Funera*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

De

De Conſultoribus Sacræ Congregationis Indicis ab Urbe Roma non amovendis.

Anno 1673 Die 5 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXIX.

C L E M E N S P A P A X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut dilecti filii Conſultores Regulares Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum prępoſitę, nobis nuper exponi fecerunt, felicis recordationis Alexander Papa VII prędeceſſor noſter anno MDCLIX decreverit, & declaraverit, non licere Superioribus regularibus removere ab Urbe, ac a ſuis Conventibus ſuos ſubditos regulares, inſervientes dictę Congregationi in officio Indicis Conſultorum, quia talis remotio cederet in prejudicium ejuſdem Congregationis, quę alios Conſultores inexpertos, veteranis, & expertis ſubſtituere conſtringeretur, hocque decretum ſuperioribus eorundem regularium a tunc exiſtente Congregationis prędictę Secretario intimatum fuerit, dicti vero exponentes, quo quietius, majorique ſtudio huic Sanctę Sedi obſequium pręſtare valeant, opportune ſibi in pręmiſſis a nobis provideri plurimum deſiderent, Nos juſtis eorundem exponentium petitionibus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus etiam memoratorum Cardinalium nomine nobis humiliter porrectis inclinati, ac ſupra expreſſum Alexandri prędeceſſoris decretum harum ſerie approbantes, & confirmantes, omnibus, & ſingulis, tam pręſentibus, quam futuris, Superioribus Generalibus, & Provincialibus cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, pręcipimus, & mandamus, ut modernis, & pro tempore exiſtentibus Conſultoribus Regularibus Congregationis prędictę ſuis reſpective ſubditis Conventualitatem in Collegiis, ſeu domibus regularibus in Urbe prędicta exiſtentibus, in quibus literarum ſtudia vigeant, quo commodius ejuſmodi ſtudiis dictęque Sedis obſequiis incumbere valeant, ſi adſint, ſin minus in aliis Monaſteriis, Conventibus, ſeu domibus regularibus ſuorum reſpective Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum, in eadem Urbe poſitis, abſque ulla mora, vel tergiverſatione concedant, & aſſignent, ipſos autem Conſultores inde, niſi cauſis ab eadem Cardinalium Congregatione, illiuſque Secretario pro tempore exiſtente, bene examinatis, amoveri nullo modo poſſe, auctoritate, & tenore pręſentium, ſtatuimus, & ordinamus: Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac prędictis Conſultoribus regularibus in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, ſicque, & non aliter, in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, alioſve quoslibet, quacunque pręeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, quorumvis Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, Provinciarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, & domorum regularium, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, Monaſteriis, Provinciis, Conventibus, Collegiis, & domibus regularibus, illorumque Superioribus Generalibus, & Provincialibus, aliiſque perſonis quibuslibet, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, ac pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quęvis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur pręſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę, vel Secretarii ſupradictę Cardinalium Congregationis munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę, apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die V Decembris MDCLXXIII, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

J. G. Sluſius.

1. *Archivo.*) In quo varia exemplaria impreſſa *Romæ*, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ *MDCLXXIII*.

De

Anno 1674 Die 2 Maii.

LXX.

De conſtituendo Limano (1) Monaſterio SS. Roſarii, & S. Roſæ.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Officiali &c., Archie*piſcopi Liman.*, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcri Apoſtolatus miniſterio, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione Prǽſidentes, inter cetera cordis noſtri deſiderabilia, circa ea, per quǽ Majeſtas Altiſſimi ubique collaudetur, cultuſque ſui glorioſiſſimi filii, ejuſque puriſſimǽ Matris Virginis Mariǽ, necnon Divǽ Roſǽ, quam Nos, ejus ſuffragantibus meritis, in numerum Sanctarum adſcripſimus, nominis amplietur, & ad illorum laudem, & gloriam Monaſteriorum, & aliorum Regularium locorum quorumlibet, prǽſertim ſanctimonialium, & prudentum Virginum, in eis, ſub ſuavi Religionis jugo, Deo famulantium, numerus augeatur, ſolicitudinis noſtrǽ ſtudium libenter convertimus, & ut pia fidelium vota, ad id tendentia, optatum ſortiantur effectum, opem, & operas noſtras, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout ad Divini nominis exaltationem, & animarum ſalutem, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sane pro parte dilecti filii Petri de Luque Coſarbueno Clerici, ſeu Laici Liman., in Indiis, ſeu alterius Civitatis, vel Diǽceſis &c. exhibita petitio continebat, quod ipſe pia devotione, qua S.Roſam proſequitur, ductus, in domo, in qua prǽdicta Sancta exorta fuit in Civitate Liman. in Indiis hujuſmodi exiſten., Monaſterium Monialium, ſub invocatione Divǽ Virginis de Roſario, ac ejuſdem S. Roſǽ, in quo nonnullǽ prudentes Virgines, poſthabitis hujus blandientis mundi illecebris, & vanitatibus, ac prǽ manibus, modeſtiǽ, humilitatis, & caſtitatis accenſas lampades gerentes, adventum dilecti Sponſi Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſpecioſus eſt prǽ filiis hominum, continuo expectando, eidem Divino Sponſo, cum prǽdictis lampadibus accenſis obviam euntes, perpetuum exhibeant famulatum, per ſemetipſum, & per duos alios ab ipſo nominandos, propriis ſumptibus, & expenſis, conſtruere, & erigere, ſeu conſtrui, & ǽdificari facere intendit, ſi ſibi ad id, ut infra, noſtra, & Sedis Apoſtolicǽ licentia ſuffragetur. Quare pro parte dicti Petri nobis &c. ſupplicatum, quatenus piis ipſius &c. annuere, ac alias in prǽmiſſis opportune &c. dignaremur. Nos igitur, qui piis Chriſtifidelium votis ad Monaſteriorum, & piorum locorum conſtructionem, Divinique cultus incrementum, tendentibus, quantum cum Deo poſſumus, annuimus, ipſumque Petrum a quibuſvis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctǽ Romanǽ Eccleſiǽ Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Prǽpoſitorum, diſcretioni &c., mandamus, quatenus conſtito tibi prius legitime de veritate narratorum, conſcientiam tuam deſuper onerantes, poſtquam in prǽdicta Domo Monaſterium, cum Eccleſia, campanili, campanis, choro, dormitorio, refectorio, locutorio, cratibus, & cellis, horto, hortalitiis, aliiſque membris, & officinis neceſſariis, muro clauſum, & conſtructum, ac ad debitam clauſuram redactum, ſacriſque, & prophanis ſuppellectilibus ſufficienter proviſum fuerit, & ex dotibus, per prǽdictas Virgines in dicto Monaſterio ingrediendas, competentibus pro manutentione Monialium, quǽ in primo ingreſſu ſaltem duodecim eſſe debeant, & illarum Confeſſarii, & aliorum Miniſtrorum pro prǽſtandis eiſdem Monialibus debitis ſervitiis neceſſariorum, dotatum fuerit, in Monaſterium Monialium Ordinis S. Dominici, & ſub dicta invocatione, pro perpetuis uſu, & habitatione unius Abbatiſſǽ, ſeu Prioriſſǽ, & ex nunc ſaltem pro duodecim Monialibus, quarum numerus, etiamſi Monaſterium predictum, temporis progreſſu, in qualibet ſumma locupletetur, nihilominus nunquam ultra triginta tres Moniales chorales, & vocales, comprehenſa Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa hujuſmodi, augeri valeat, & quoad Converſas tot exiſtere debeant, quot fundatores pro ſervitio earundem Monialium, juxta aeris temperiem dictǽ Civitatis, prǽvia *approbatione* Ordinarii, ſufficientes exiſtimabunt, & Converſǽ hujuſmodi, ſive abſque aliqua dote, *ſive* cum illa, quam Ordinarius loci convenientem exiſtimaverit, recipi, & admitti debeant; & tam Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, quam aliǽ Moniales, habitum per alias Moniales aliorum Monaſteriorum prǽdicti Ordinis Sancti Dominici geſtari ſolitum, geſtare, & anno probationis elapſo, profeſſionem per eaſdem emitti conſuetam, in manibus pro tempore exiſtentis Abbatiſſǽ, ſeu Prioriſſǽ dicti Monaſterii expreſſe emittere, ac quoad fieri poterit, in omnibus, & per omnia, ritus, mores, conſuetudines, & regularia Inſtituta dicti Ordinis obſervare, necnon laudibus, officiis, & obſequiis Divinis aſſiſtere, & intereſſe, ſeque in alia opera pia, & devota, prout illarum Inſtitutum requirit, ac aliǽ Moniales dicti Ordinis peragunt, exercere, ac Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, & Moniales prǽdicti Monaſterii erigendi, ſub omnimoda Juriſdictione, viſitatione, obedientia, ſuperioritate, & correctione Ordinarii loci degant, & vivant, ac Moniales Chorales, pro earundem dote bis mille *Peſos*, ut vocant, *Enſaiados*que duo millia, quǽ ſeptingenta ſcuta Monetǽ Romanǽ circiter, ut dictus Petrus aſſerit, conſtituunt, & inſuper propina cerǽ, & alias res, prout in aliis Monaſteriis ejuſdem Civitatis Limanǽ fieri ſolet, perſolvere teneantur, ita tamen, ut quilibet ex fundatoribus prǽdictis, unica vice tantum, valeat, & poſſit nominare duas Virgines, eorum conſanguineas, vel affines, ſi illas habuerit, ſin minus alias duas, earum arbitrio, quǽ debitis qualitatibus prǽditǽ in Monaſterio prǽdicto admitti debeant, quǽ nominatǽ, antequam numerus prǽdictus triginta trium fuerit completus in prǽdicto numero computari debeant, ſi vero numerus hujuſmodi completus fuerit, tunc Virgines prǽdictǽ, ut prǽfertur nominandǽ, expectare debeant obitum alicujus ex Monialibus in prǽdicto numero comprehenſǽ, & in Defunctarum locum tantum admitti poſſint, & poſtquam compereris, fabricam prǽdicti Monaſterii cum Eccleſia, campanili, choro, ſacriſtia, dormitorio, refectorio, aliiſque officinis, hortis, & ſpatiis neceſſariis eſſe numeris omnibus abſolutam, & ad clauſuram redactam, nec non Monaſterium ſic erigendum hujuſmodi ſupellectibilibus

ſacris

ſacris, & prophanis ſufficienter inſtructum, auctoritate noſtra, pro tuis arhitrio, & conſcientia, perpetuo, ſine alicnjus prędjudicio, erigas, & inſtituas, illique ſic erecto, & inſtituto, pro competenti ejus dote, & congrua illius Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, & Monialium in eo pro tempore exiſtentium, ſuſtentatione, onerumque illis incumbentium ſupportatione fructus &c. jura, & bona per quoſcunque Chriſtifideles, tam intuitu Monialium hac prima vice in dictum Monaſterium cum ſolutione dotis prędictę introdncendarum, qnam alias qnomodocunque, licite tamen donanda, & aſſignanda, ex nunc, prout ex tunc, & e contra (3) poſtquam illa donata, & aſſignata fuerint, ita tamen quod liceat Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, ac Conventui Monaſterii hujuſmodi pro tempore exiſtentibus, corporalem, realem, actualem bonorum reddituum, & jurium, ac pertinentiarum ſuarum, & quarumcunque poſſeſſionem, per ſe, vel alium, ſeu alios, ipſius Monaſterii nomine, propria anctoritate, libere apprehendere, & apprehenſam perpetno retinere, frnctns quoque, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta ex eis provenientia quęcunque exigere, levare, recuperare, locare, & arrendare, ac in earum, & dicti Monaſterii, ut pręfertur, erigendi commnnes uſus, & utilitates, convertere, Dięceſani loci, vel cujuſcunque alterius licentia deſuper minime requiſita, dicta auctoritate etiam perpetuo applices, & appropries: & inſuper eidem Monaſterio, ut pręfertur, erigendo, ex nunc, prout ex tunc, poſtquam erectum fuerit, illiuſque Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę, & Monialihus, necnon aliis perſonis, & Chriſtifidelihus, ejns Eccleſiam pro tempore viſitantihus, ut omnihus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, pręeminentiis, prętogativis, antelationibus, conceſſionihus, Indultis, Indulgentiia, peccatorum remiſſionibus, ceteriſque favorihus, & gratiis univerſis, tam ſpiritualibus, quam temporalihus quibuſvis aliis Monaſteriis, & Eccleſiis Monialium dicti Ordinis, eorumque Abbatiſſis, Prioriſſis, Monialihus, & perſonis, ac Chriſtifidelihus, eaſdem Eccleſias pro tempore viſitantibus, in genere, vel in ſpecie, & per viam ſimplicis communicationis, aut alias quomodolibet conceſſis, ac qnibus illa, & illę, de jure, uſu, privilegio, conſuetudine, vel alias quomodolibet, utuntnr, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac etiam uti, frui, & potiri, ac gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futnrum, dummodo tamen illa ſint in uſu, nec revocata, nec ſub ullis revocationibus comprehenſa, & Sacris Canonihus, ac Concilii Tridentini Decretis, regularibuſque Inſtitutis dicti Ordinis, minime contraria, ſimiliter, & pariformiter, ac ſine ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gandere, libere, ac licite valeant in omnihus, & per omnia, perinde ac ſi illa Monaſterio, ut pręfertur, erigendo, illiuſque Abhatiſſę, ſeu Prioriſſę, Monialihus, ac perſonis hujuſmodi ſpecialiter, & expreſſe conceſſa eſſent, eadem auctoritate, itidem perpetno concedas, & indulgeas, ac eiſdem Monialihus quęcunque ſtatuta, ordinationes, capitula, & decreta, ad ejnſdem Monaſterii, ut pręfertur, erigendi, illinſque perſonarum, rerum, & bonorum curam, proſperamque directionem, & adminiſtrationem, ac puriorem regulę, & votorum obſervantiam, necnon ad prędictarum Monialinm receptionem, admiſſionem, ętatem, qualitates, inſtructionem, & diſciplinam, pertinentia, ntilia, & neceſſaria, licita tamen, & honeſta, dnmmodo Sacris Canonihus, Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionihus Apoſtolicis non adverſentur, condendi licentiam, & facultatem dicta anctoritate noſtra impartiaris: tuque facultatem habeas, illa, & alia de novo faciendi, ut ſupra, Sacris Canonihns, Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionihus Apoſtolicis non adverſantia, Apoſtolica anctoritate approbandi, necnon pro Monialium in dicto Monaſterio ſic erigendo introducendarum felici directione, ac in ritihus, morihus, & inſtitutis, inſtructione, transferendi ex aliis Monaſteriis dicti Inſtituti, tuę, vel alterins Dięceſis &c. duas, vel tres Moniales, pietate, prudentia, & zelo pręſtantes, earum tamen, & Ordinarii loci accedente conſenſu, ad Monaſterium erigendum hnjuſmodi, ita tamen, nt Moniales ſic transferendę per earum Conſanguineas, graveſqne Matronas comitari, & aſſociari, ac ab uno Monaſterio ad aliud abſque diverticulo recta tendere debeant, nullihique, niſi cauſa Hoſpitii, & non niſi apud honeſtas perſonas pernoctare poſſint, quę in dicto novo Monaſterio per annos ſex, ſi tamdiu a te, ad introducendam, vel ſtabiliendam regnlarem diſciplinam, neceſſarium reputahitur, commorentur, ita tamen, ut Novitię, ut ſupra introducendę ad habitum non admittantur, niſi prius certo ſcias, earum dotem, dempto anno novitiatus, reinveſtiri poſſe in redditibus perpetnis, tntis, & fructiferis, & primo earundem novitiatns anno alimenta perſolvere teneantur, & in reliquis ea omnia, quę circa hujuſmodi novorum Monaſteriorum ſanctimonialium erectiones ſervanda ſunt, religioſe ſerventur, pręſentes quoque, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſicque, & non alias per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, judicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his &c. attentari, irritum, & inane decernas eadem auctoritate. Non obſtantibns noſtra, & Cancellarię Apoſtolicę regula, de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſqne in Synodalihus, Provincialibus, Generalihuſque Conciliis, editis, & edendis, ſpecialihus, vel generalibus, Conſtitntionihus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis hujuſmodi, etiam juramento &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinihus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibus omnihus, etiamſi de illis, eorumque totis tenorihus, pro illorum ſufficienti derogatione, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quęvis alia expreſſio habenda, vel aliqna alia forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, dicta auctoritate, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſ: derogamus, ceteriſque contrariis quihuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Septuageſimo Quarto, Sexto Nonas Maii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Limano.*) In ejuſdem nominis metropoli Regni *Peruani*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico *Lib. I Anni IV fol. 429.*

3. *Et e contra.*) Aliquid deeſt.

Anno 1674 Die 9 Junii,

De præcedentia (1) Magiſtri Ordinis ſupra Referendarios utriuſque *Signaturæ*.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

LXXI.

URBIS.

ORta jam controverſia pręcedentię inter Pręlatos Referendarios utriuſque Signaturę ex una, & Patres Generales Religionum Mendicantium in Capella Pontificia locum habentes, partibus ex altera, quinam eorum in proceſſione Pontificali Sanctiſſimi Corporis Chriſti pręcedere deberent, & pendente dicta cauſa in Sacra Rituum Congregatione adhuc indeciſa, Pater Magiſter Generalis Ordinis S. Dominici Sanctiſs. Domino noſtro Clementi X per ſupplicem libellum humiliter expoſuit, ſe ab immemorabili tempore, in poſſeſſionem reperiri in dicta Proceſſione incedendi immediate poſt Protonotarios Apoſtolicos, & ſupra Referendarios non votantes, ac etiam in dicta proceſſione fuiſſe manutentum a ſan. mem. Clem. IX per ſuum ſpeciale mandatum (3) illudque confirmatum a Sanctitate Sua de anno MDCLXXII ideo ſupplicavit non poſſe in poſterum moleſtari a dictis Prelatis Referendariis, ſed manutenendum eſſe in ſua poſſeſſione pręcedendi, prout hactenus pręceſſit, & vice verſa pro parte Prelatorum Referendariorum per alium libellum Sanctiſſimo expoſitum fuit, non conſtare de mandato ſan. mem. Clementis IX, & Sanctitati Suę proinde ſupplicarunt, procedendum eſſe ad ulteriora, coram Sacra Rituum Congregatione, & diſcutiendam cauſam, etiam contra dictum Magiſtrum Generalem Ordinis Sancti Dominici. De quibus omnibus habito verbo cum Sanctiſſimo per Eminentiſſimum D. Cardinalem de Alteriis, Sanctitas Sua inhęrendo reſolutionibus ſan. mem. Clementis IX. & Sanctitatis Suę de anno MDCLXXII, mandavit, manutenendum eſſe dictum Magiſtrum Generalem in ſua poſſeſſione pręcedendi. Hac die IX Junii MDCLXXIV.

F. Epiſcopus Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

1. *Præcedentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*
2. *Archivo.*) In quo autographum.
3. *Mandatum.* Hujus tenoris eſt: *Nella Segnatura tenuta ſotto li 13. di Giugno 1668. il Sig. Cardinal Chigi Prefetto notificò l'ordine di N. S. ſignificatoli da Monſignor Fani, che i Prelati doveſſero dare al P. Generale de' Frati di S. Domenico la dovuta precedenza.*

Anno 1675 Die 16 Maii

Decretum Sacræ Congregationis ſuper Statu Regularium de Tertiariis, & Hoſpitibus, atque aliis non recipiendis (1) nec retinendis ad habitandum in Monaſteriis, ſeu Domibus Regularium ante ætatem præfinitam.

LXXII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

ETſi Decretis Sac. Congregationis ſuper Statn Regularium de mandato Summorum Pontificum Innocentii X, & Alexandri VII jam pridem editis pro Novitiis recipiendis ſtatutum ſit, ut omnes, qui ad habitum probationis ſe recipi poſtulaverint, diligenter examinentur, ac per vota ſecreta approbentur quotquot idonei reperti fuerint ętate, aliiſque requiſitis ad pręſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionum, ac Statutorum Ordinis, nec quiſquam cenſeatur habilis ad hujuſmodi habitum ſuſcipiendum, ut Clericus, niſi annum ętatis ſuę decimum quintum, neque, ut converſus, niſi annum vigeſimum expleverit: nihilominus in pluribus Religionibus Italię, & Inſularum adjacentium, aliquibus ab hinc annis introductum eſt, ut recipiantur adoleſcentes laici non quidem pro converſis, ut annum probationis incipiant, & finito tempore Novitiatus, admittantur ad Profeſſionem, ſed pro Tertiariis, vel Oblatis, ſeu Donatis, eiſque tradatur habitus, ut vocant, ſine Caputio, illis dari conſueto, ut ſic inſerviant alicui Religioſo particulatim, aut pluribus, vel omnibus communiter, & multoties pueri, & adoleſcentuli recipiantur in Monaſteriis, non ut Novitii, ſed ut hoſpites, ſeu poſtulantes ſe recipi pro Clericis ad habitum probationis, & parva veſte induti plures menſes, quinimo, & annos ſic detineantur intra Clauſtra, donec compleverint annum ętatis decimum quintum, Clericis, ut ſupra pręſcriptum ad annum Novitiatus inchoandum, idque eo pretextu, ut interea fiat experimentum de ipſorum indole, & aptitudine ad Religionem, & aliquando, etiam in eadem veſte iidem pueri adoleſcentuli admittantur in Novitiatibus, & cum Novitiis degant ad hoc, ut eorum voces pueriles in Choro cum vocibus profeſſorum miſceantur, dum divina peraguntur officia. Quoniam vero ſecundum canonicas ſanctiones, & juris regulas, cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debeat admitti, & memorati abuſus irrepſerint in fraudem legis, & eluſionem decretorum, ut ſupra editorum, in Religionum diſpendium, ac non ſine multorum admiratione, & ſcandalo. Idcirco eadem Sacra Congregatio, ut in dies creſcat in Eccleſia Dei ſacrarum Religionum ſplendor, & veneratio, ex ſpeciali mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis divina providentia Papę X, hoc pręſenti decreto, in virtute ſanctę obedientię pręcipit omnibus, & ſingulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, & localibus, quocunque nomine, ac titulo, appellatis, quorumcunque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, ut de cetero neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, ſeu Donatis, aut Commiſſis, vel ſervientibus, nec pro hoſpitibus, ſeu

Digitized by Google

ſeu poſtulantibus, vel cantoribus, aut alio quocunque nomine nuncupatis, ac quovis habitu indutis, vel induendis, ſub quovis prętextu, vel cauſa, aut quęſito colore, recipiant, ſeu admittant ad habitandum intra Clauſtra, niſi vigeſimum ętatis ſuę annum expleverit, omneſque ſic receptos, ſeu admiſſos (iis tantum exceptis, qui completa ętate annorum quindecim pro Clericis, ſeu Choriſtis in habitu Novitiorum annum probationis agunt) a Monaſteriis, ſeu domibus regularibus omnino amoveant, & ejiciant infra terminum duorum menſium inchoandum a die intimationis pręſentis decreti faciendę Procuratoribus eorundem Ordinum, & Congregationum in Romana Curia exiſtentibus. Quod ſi prędicti Superiores pręſenti decreto per omnia non paruerint, aut in aliqua ejus parte contravenerint, pęnam privationis dignitatum, & officiorum, quę tunc temporis obtinebunt, ac perpetuę inhabilitatis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda, vociſque activę, & paſſivę ipſo facto abſque alia declaratione incurrant. Non obſtantibus quoad omnia ſupraſcripta privilegiis, indultis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę die XVI Maii MDCLXXV.

V. Cardinalis Carpineus.

P. Fagnanus Secr.

Die duodecima menſis Julii, & Anno, quibus ſupra, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curię, in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Joannem Baptiſtam Faina.

P. D. Marco Aurelio Pelliccia Mag. Curſor.

1. *Recipiendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum Romæ MDCLXXV typis R. Cameræ Apoſtolicæ.

Indulgentia Plenaria pro Miſſis Defunctorum celebran. in Altari Nobilis Familiæ de Alteriis (1) erecto in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Minervam de Urbe.

Anno 1676 Die 17 Aprilis.

LXXIII.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

OMnium ſaluti paterna caritate intenti ſacra interdum loca ſpiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animę Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cujuſque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutę a Purgatorii pęnis ad eternam ſalutem per miſericordiam Dei perduci valeant. Volentes igitur Altare (3) nobilis, & antiquę Familię noſtrę de Alteriis in Eccleſia Beatę Marię ſupra Minervam nuncupatę de Urbe domus Fratrum Ordinis Prędicatorum extructum, hoc ſpeciali dono, illuſtrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ut quandocunque Sacerdos aliquis ſecularis vel cujuſvis Ordinis regularis, Miſſam Defunctorum pro anima cujuſcunque Chriſtifidelis, quę Deo in caritate conjuncta, ab hac luce migraverit, ad prędictum Altare celebraverit, anima ipſa de theſauro Eccleſię per modum ſuffragii indulgentiam conſequatur, ita ut ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimę Virginis Marię, Sanctorumque omnium, meritis ſibi ſuffragantibus, a Purgatorii pęnis liberetur, concedimus, & indulgemus, in contrarium facien. non obſtan. quibuſcunque. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romę, apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII Aprilis MDCLXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *De Alteriis.*) Floret etiam nunc antiquæ nobilitatis clariſſima gens, e qua Summus Pontifex *Clemens X* oriundus erat.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Minervitano*.

3. *Altare.*) Situm eſt inter Sacella *SS. Roſarii, & Sancti Thomæ Aquinatis*.

Decretum S. Congregationis Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum, quo declaratur Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitates (1) omnes canonice ubique erectas, & erigendas, poſſe frui Privilegiis, Indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus Archiconfraternitati Sanctæ Mariæ ſuper Minervam a Paulo PP. V conceſſis, ac in poſterum ab Apoſtolica Sede concedendis.

Anno 1676 Die 23 Aprilis.

LXXIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

LIcet ſanctę memorię Paulus Papa III per binas ſuas Conſtitutiones conceſſerit, ut Sanctiſſimi Corporis Chriſti Confraternitates omnes, & ſingulę, ubivis locorum inſtitutę, ac inſtituendę, iiſdem privilegiis, conceſſionibus, indulgentiis, gratiis, & indultis, quę Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia Sanctę Marię ſuper Minervam de Urbe erectę largitus fuerat, ac in poſterum largiretur, uti, potiri, & gaudere poſſent, ac deberent; quia tamen per nonnullas Apoſtolicas Conſtitutiones & Ordinationes, quę deinceps emanarunt, pręſertim vero per ſimilis memorię Clementis VIII Conſtitutionem de Aggregationibus editam, facultates, & indulgentię, tam ſupradictę Sanctę Marię de Minerva, quam ceteris omnibus Confraternitatibus antea conceſſę, aut abrogatę, aut ſaltem moderatę com-

Digitized by Google

comperinntur, aliaque hoc de genere decreta ſunt, ex quibus in dubium revocari poſſe *videtur*, an hujuſmodi Pauli III conceſſiones priſtinum ſuum robur adhuc retineant.

Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium, indulgentiis, *ſacriſque* Reliquiis Pręfectorum, optans ſummopere Sacratiſs. Sacramenti venerationem, & cultum *in dies* magis augeri, & ob eam cauſam hujuſmodi Societatem in omnibus Eccleſiis Parochialibus erigi, *atque* ad id Chriſtifideles pręcipuis gratiis excitari, ſpeciali ordine habito vivę vocis oraculo a Sanctiſs. *D.N.* Clemente Papa X, felicis recordationis Pauli V veſtigiis inhęrente, decernit, ac declarat, juxta eaſdem Pauli III Conſtitutiones, Confraternitates omnes, & ſingulas Sanctiſs. Corporis Chriſti, ubique terrarum hactenus Apoſtolica, vel Ordinaria, auctoritate erectas, aut poſthac erigendas, abſque nova, aut peculiari alia conceſſione, communicatione, vel aggregatione, fore, & eſſe debere participes quorumcunque privilegiorum, conceſſionum, indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & indultorum ab eodem Paulo V Archiconfraternitati Sanctiſſimi Sacramenti de Minerva per Breve datum Romę apud Sanctum Petrum die III Novembris MDCVI nominatim, & expreſſe conceſſorum, ac in poſterum a Sede Apoſtolica concedendorum, illiſque omnibus, & ſingulis uti, potiri, gaudere poſſe, ac debere ſtatim atque Confraternitatum earundem erectio, Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate facta fuerit, ſervata tamen in reliquis omnibus prędicta Clementis VIII Conſtitutione. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis de indulgentiis ad inſtar non concedendis, nec aliis contrariis quibuſcunque. Datum Romę die XXIII Aprilis MDCLXXVI.

C. Cardinalis Maximus.

Loco ✱ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secr.

1. *Confraternitates.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XV.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria impreſſa *Romæ* Typis Rev.Cameræ *Apoſtolicæ MDCLXXVI.*

INNOCENTIUS XI.

Ab Anno MDCLXXVI die XXI Septembris, ad XXXI Julii MDCLXXXIX. Vide *Tom.VI* hujus *Bullarii pag.*334.

Anno 1676 Die 7 Novembris.

De ſacra ſupellectili Sacelli S. Catharinæ Cœnobii Senenſis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XXXVIII.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Carolus Ghezzius Burgheſius Frater expreſſe Profeſſus Ordinis Prędicatorum, in ſacra Theologia Magiſter, quod ipſe de Superiorum ſuorum licentia, ex pecuniis ſibi a religione permiſſis, quinque ſtatuas argenteas Angelos repręſentantes, ac unam chartam de Gloria nuncupatam in tres partes diſtinctam cum ornamento circumcirca etiam argenteo, & ſex vaſa pariter argentea, cum ſuis ramis florum artificialium, necnon duo candelabra majora ſimiliter argentea confici curavit, illaque Eccleſię, & Sacriſtię Conventus Sancti Dominici Senen. Ordinis pręfati pro ornatu duorum Altarium S. Catharinę Senenſis, in Eccleſia, & Sacriſtia hujuſmodi reſpective exiſtentium, duntaxat donavit, aliaque paramenta, & ornamenta ſimiliter confici curavit, ac illa eiſdem Eccleſię, & Sacriſtię donare intendit, ac pro illorum conſervatione, & manutentione nonnullas patentes literas tam a Priore Provinciali, quam a Magiſtro Generali dicti Ordinis ſibi concedi obtinuit, prout in illis reſpective dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, pręmiſſorum conſervationi, & manutentioni per Nos quoque optime conſuli plurimum deſideret, Nos ſpecialem eidem Carolo gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & perſonis, & aliis quacunque auctoritate fungentibus, & functuris, ne ullo unquam tempore, tam pręfata, quam alia quęcunque vaſa, ſtatuas, chartam, candelabra, & alia paramenta, ornamenta, & ſupellectilia ſacra, etiam argentea, aut ex quacunque alia materia confecta, Eccleſię, & Sacriſtię prędictis per dictum Carolum, ſicut pręmittitur, donata, & in poſterum donan., ſub quocunque prętextu, cauſa, vel ingenio, e dicta Eccleſia, ſeu illius Sacriſtia extrahere, aſportare, vel aliis Eccleſiis, ſeu Capellis, vel Altaribus, aut perſonis quibuſcunque commodare, aut quodcunque aliud Eccleſię ſupradictę Altare illis ornare, ſeu, ut extrahantur, aſportentur, aut aliud Altare hujuſmodi inde ornetur, permittere audeant quovis modo, vel pręſumant, ſub excommunicationis latę ſententię, a qua nonniſi a Nobis, ſeu pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolutionis beneficium, pręterquam in mortis articulo conſtitutus nemo valeat obtinere, ac privationis vocis activę, & paſſivę pęnis per contrafacientes eo ipſo abſque alia declaratione incurren., auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium prohibemus, & interdicimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Or-

Digitized by Google

& Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Ordinis, & Conventus præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis copia in valvis dictæ Eccleſiæ, ſeu illius Sacriſtiæ, aut in aliquo alio conſpicuo loco unde ab omnibus cerni poſſit, continuo affixa remaneat. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Novembris MDCLXXVI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

J. G. Sluſius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Senen.*

De cadaveribus ad Eccleſias Regularium deferendis (1).

Anno 1676 Die 2 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

INNOCENTIUS PAPA XI. XXXIX.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Conventus loci de Binaſco, Papien. Diœceſis, Ordinis Minorum S. Franciſci de obſervantia Reformatorum nuncupatorum, quod ipſi alias a Congregatione tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, obtinuerunt decretum tenoris, qui ſequitur videlicet: Papien. Funerum. Regulares Minores ſtrictioris obſervantiæ S. Franciſci Diœceſis Papien. ad aliqua inconvenientia orta occaſione defunctorum, qui ad eorum Eccleſiam deferuntur, ubi habent proprias ſepulturas, ſupplicant declarari. Primo, an Curatus unius Diœceſis, quæcunque ſit, in tranſitu cadaveris, quod proceſſionaliter defertur ad Eccleſiam regularium, ab alia Diœceſi, tranſeundo per propriam juriſdictionem, & Parochiam, poſſit aliquam partem ceræ, & pecuniarum ab hæredibus defuncti prætendere. Secundo, an proprius Parochus defuncti tranſeundo per Parochiam unius Parochi alterius cujuſcunque Diœceſis, ad effectum deferendi proceſſionaliter cadaver ad Eccleſiam regularium, poſſit libere, & licite per eandem cum ſtola, & Cruce elevata tranſire, etiam irrequiſito Parocho. Die XXVIII Novembris MDCLXXI Sacra &c. Ad primum reſpondit negative, ad ſecundum affirmative. In quorum fidem &c. Romæ XIV Novembris MDCLXXVI J.M. Brancaccius Epiſcopus Viterbien. Sacræ Congregationis Concilii Secretarius. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent, Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II Decembris MDCLXXVI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Deferendis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito Tom. VIII pag. 13.*

Indulgentia pro Confraternitate (1) *Animarum.*

Anno 1677 Die 10 Maii.

Ex Archivio (2) *Ordinis.*

INNOCENTIUS PAPA XI. XL.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in Eccleſia domus Fratrum Prædicatorum Oppidi de Xerez de la Frontera Hiſpalenſis Diœceſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, Animarum denominata, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis canonice erecta, ſeu erigenda exiſtat, Nos, ut Confraternitas prædicta, majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die prima eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam, ac eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere quoque pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, ſaltem con-

contriti, nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus corde, devote invocaverint, etiam plenariam, nec non tam eiſdem deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis, in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus vere ſimiliter pęnitentibus, & confeſſis, ac eadem ſacra Communione refectis, qui Confraternitatis prędictę Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium die feſto principali dictę Confraternitatis, per Confratres ejuſdem Confraternitatis ſemel tantum eligen., & ab Ordinario approban., a *primis* Veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, ſingulis annis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper, dictis Confratribus, & Conſororibus, vere pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac eadem ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium hujuſmodi in quatuor aliis anni feſtis diebus per ſupradictos Confratres dictę Confraternitatis, ſemel tantum etiam eligendis, & ab eodem Ordinario approbandis, viſitantibus, & , ut prędicitur, orantibus, quo die prędictorum id egerint ſeptem annos, & totidem quadragenas, quoties vero Miſſis, & aliis divinis Officiis in dicta Eccleſia, vel Capella, ſeu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam, qui corpora defunctorum tam Confratrum, & Conſororum dictę Confraternitatis, quam aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, vel Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, tam in proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, aut quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Conſororum hujuſmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes, pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, & caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum ſexaginta dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis, in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus, aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque ſi dicta Confraternitas alicui Confraternitati (3) aggregata jam ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alia ratione uniatur, aut etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die X Maii MDCLXXVII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Xerenſ*

3. *Confraternitati.*) *Archiconfraternitati.*

Anno 1678 Die 5 Januarii.

Ut Superiores Provinciæ Portugalliæ Fratres ex uno ad alium Conventum removere (1) poſſint.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLI.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, ac Diffinitoris, & Electoris Provincię Portugallię Ordinis Fratrum Prędicatorum, tunc in Romana Curia pręſentium, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę, expoſito, quod cum pro bona directione dictę Provincię oporteret, ut unuſquiſque Conventus eum haberet numerum Religioſorum, qui in illo ſuſtentari poſſunt, ipſique Religioſi eſſent magis opportuni pro neceſſitate Religionis, in qua dicti Coventus conſiſtunt, ad hoc, ut illas poſſent adimplere obligationes, quibus operam dare debent, itaut Civitates, aliaque loca pręcipua Concionatoribus, & Confeſſariis doctis, & exemplaribus, pro eorum neceſſitate inſtructa eſſent, ne defectu Religioſi Miniſterii laborarent, neve ſuboriretur ſcandalum, quod facile naſcitur inter fideles, dum vident Religioſos majoris ſufficientię, virtutis, & doctrinę reſidere in regionibus, ubi eorum opera non eſt neceſſaria, & e converſo alios iis occupationibus adhibitos, quibus non merentur adhiberi, tum propter modicam eorum ętatem, atque capacitatem, tum quia malo exemplo fuerunt in locis eorum reſidentię, & proinde neceſſe eſſet, ut Prelati, quibus regimen incumbit, multis incommodis remedium adhiberent, providendo unicuique Conventui de his Religioſis, quibus unamquanque Civitatem, & locum indigere cognoverint, ac tollendo ſcandala, quę alicui Religioſi prębere poſſunt, illis ab uno ad alium Conventum tranſlatis: nihilominus Pręlati pręfati non poterant executioni mandare eorum bona, & pia deſideria, tametſi id omnino neceſſarium eſſet pro directione, & profectu ſpirituali dictorum Religioſorum, & non ſine gravi querimonia, atque dolore videbant, ſibi non licere Conventibus, & locis de Religioſis opportunis providere, ſcandaliſque anſam pręcidere, cum ipſis res in ordinem reducere, & unumquenque ſuo loco conſtituere ſatagentibus, multi ex dictis Religioſis pręſentarent ipſis Pręlatis aſſignationes Conventualitatum perpetuarum, quarum aliquę a Sede Apoſtolica conceſſę, alię a Magiſtro Generali dicti Ordinis, ſecuta ejuſdem Sedis confirmatione, & alię ab anteceſſore Priore Provinciali Provincię pręfatę conceſſę, ac a dicta Sede, illiuſque Nuncio in Regno Portugallię reſidente confirmatę reperiantur. Et licet intentio concedentium aſſi-

aſſignationes hujuſmodi admodum ſancta, & recta fuiſſet, propter cauſas allegatas, hę tamen ut plurimum fictitię, ac coloratę, & valde laves erant: quia vero ante conceſſionem hujuſmodi aſſignationum non fuerat requiſita informatio Prępati actualis, qui merita, & demerita ſuorum ſubditorum melius novit, & a cujus obedientia ſubditi ipſi hac ratione ſe ſubtrahere ſtudent, inde conſequebatur, ut non poſſet Prępatus, etiamſi id vellet, Provinciam ſuam perfecte gubernare. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod tunc temporis in Conventu Sancti Dominici Civitatis Ulyſſipponen., quę eſt primaria dicti Regni, in qua proinde degere debent meliores Concionatores, & Confeſſarii, ad hoc ut Apoſtolico zelo Divinę majeſtatis offenſas, quę in Curiis, & Populis numeroſis, qualis eſt populus Ulyſſipponen. committi ſolent, impedire ſatagant, & unde amoveri debent aliqui Religioſi, qui opportuniorem in magnis Civitatibus occaſionem arripiunt, ut licentioſius vivant, commorabantur Religioſi uſque ad numerum viginti quinque cum aſſignationibus Conventualitatum perpetuarum hujuſmodi, earumque clypeo abutebantur ad vivendi licentiam, qui ſi eas non haberent, timore mutationis tanquam fręno ab inordinatis eorum moribus coercerentur, & licet aliqui eorum ſcandaloſe non viverent, ita tamen levis, & modicę conſiderationis fuerat cauſa per eos pro obtinendis dictis aſſignationibus allegata, ut iniquum videretur privatam commoditatem, a qua boni, verique Religioſi ſegregati eſſe debent, pręferri, ac pręjudicare bono communi Religionis, & aliorum fidelium, quorum ſaluti incumbere deberent: quia vero ejuſmodi aſſignationes ordinarias ſolebant obtinere pro dicta Civitate Ulyſſipponen., id dicto Conventui intolerabile gravamen, ultra dicta inconvenientia, adferebat, cum cęteroqui idem Conventus non eſſet instructus Religioſis ſibi neceſſariis, & pręfatus numerus viginti quinque conſtaret fere ex omnibus Religioſis inutilibus ipſi Conventui, ac parum idoneis ad procurandam in ampla illa Civitate ſalutem animarum. Quinimo reperiebantur in eadem Provincia alii Religioſi, qui eodem modo officia perpetua obtinuerant, ex eaque perpetuitate eadem inconvenientia ſequebantur. Ideoque pro parte dictorum exponentium memoratę Cardinalium Congregationi, etiam nomine Provincię prędictę, ſupplicato, ut ejuſmodi Conventualitatibus, & officiis perpetuis, tam in dicto Conventu Sancti Dominici Ulyſſipponen. quam in reliqua Provincia hujuſmodi eatenus conceſſis derogaret, vel ordinaret, ut Prior Provincialis cum conſilio graviſſimorum Fratrum poſſet mutare Religioſos, Conventualitatibus, & officiis perpetuis hujuſmodi ſuffultos, ſi eos ſcandalum prębere, aut illos in dicta Ulyſſipponen., aliove quolibet Provincię pręfatę Conventu perpetuo non degere, Dei ſervitio, & bono Religionis convenire, reperiiſſet. Emanavit a pręfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, ad quam Sanctiſſimus Dominus Noſter ſupplicem hunc libellum benigne remiſit, attenta relatione Patris Procuratoris Generalis Ordinis, cenſuit facultatem concedi poſſe, prout pręſentis Decreti tenore concedit Superioribus prędictę Provincię, ut habita ęquitatis ratione, caſibus pręſertim neceſſitatis prędictos Religioſos ab uno ad alterum Conventum, prout magis eis expedire videbitur, transferre, & mutare poſſint, non obſtantibus pręnarratis Conventualitatum indultis illis expreſſe derogando. Romę I Octobris MDCLXXVII. Cardinalis Carpineus. Cum autem, ſicut exponentes pręfati, & pręſertim dictus Prior Provincialis, nomine Provincię hujuſmodi. Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine, Nobis ſuper hoc, humiliter porrectis inclinati, Decretum pręinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate pręfatę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & ſpectabit, in futurum inviolabiliter obſervari: ſicque in pręmiſſis, per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, Provincię, ejuſque Conventuum, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die V Januarii MDCLXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Removere.*) Conſulendus *Tractatus de Cenſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito Tom. VIII pag.* 38.

Du-

Anno 1678 Die 21 Maii.

Dubia ſuper collocutione Regularium cum Monialibus.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLII.

EDita vix lege, ſtatim illam eludere malitia excogitat. Non ita pridem emanavit generale Decretum arctiſſime probibens colloquia regularium cum Monialibus, quando jam ſuper eo varię interpretationes confingi cęperunt, aliaque nunc Bergomi ſuboriuntur, pro quarum reſolutione ſupplicant Confeſſarii Monialium quęrendo. Primo. An Regularibus miſſis ad crates Monialium pro munere prędicationis obeundo prohibitum ſit ſub mortali, cenſuris, & pęnis &c. immediate poſt cum ipſis Monialibus abſque expreſſa licentia ad colloquendum immiſcere ſermones ſuper dubiis, vel quęſtionibus ſpiritualibus, aut materiis ipſius concionis. Et quatenus affirmative. Secundo. An talis probibitio intelligatur, tam de collocutione cum aliquibus Monialibus privatim, quam cum una tantum, omnibus tamen aliis audientibus immediate poſt concionem. Die XXI Maii MDCLXXVIII. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ad utrumque dubium reſpondit, affirmative.

J. Card. Columna Prçfectus.

S. Archiep. Brancaccius Epiſcopus Viterbien. Secr.

1. *Archivo*.) In quo exemplar:

Anno 1680 Die 15 Januarii.

Confeſſarii Regulares, & non Parochi, non compelluntur accedere ad conferentiam caſuum conſcientiæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLIII.

CUm Conventus ſuppreſſi, & poſtea reſtituti, in quibus non degunt de familia duodecim Religioſi, ſint, vigore decreti: *Ut in parvis*: felicis recordationis Innocentii X, ſubjecti viſitationi, correctioni, & omnimodę juriſdictioni Ordinariorum locorum, contingit dubitari, an Religioſi Confeſſores, & non Parochi, in bujuſmodi Conventibus degentes, compelli poſſint ab eiſdem Ordinariis, ut accedant ad conferentiam caſuum conſcientię?

Propoſito hoc dubio in Sacra Congregatione ſuper ſtatu regularium habita in Palatio Vaticano die XV Januarii MDCLXXX Eminentiſſimi Patres cenſuerunt, Ordinarios locorum poſſe quidem hortari, non autem compellere prędictos Religioſos Confeſſores, non Parochos, ad accedendum ad conferentiam caſuum conſcientię.

Cęſar Card. Fachenettus.

B. Panciaticus Secret.

1. *Archivo*.) In quo exemplar. *Legitur in Bullario Carmelitano Tom. II pag. 619.*

Anno 1680 Die 24 Januarii.

Monitorium Auditoris Cameræ pro manutentione Parochiæ S. Nicolai Gedanen. Ordinis noſtri.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLIV.

URbanus Sacchettus &c. Noveritis nuper fuiſſe coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Admodum R. Prioris, & Patrum Ordinis Prędicatorum in Eccleſia Parochiali S. Nicolai Civitatis Gedanen. in Regno Polonię &c. expoſitum, uſque ab anno MCCXXVII, XI Kal. Februarii de conſilio Reverendiſſimi Epiſcopi Cujavien., fuiſſe collatam, datam, & donatam a Sereniſſimo Svantopelco Duce Pomeranię Ordini dictorum RR. PP. Prędicatorum dictam Venerabilem Eccleſiam in perpetuo poſſidendam ab omnibus conditionibus liberam, & liberatam, cum offertorio, & ſepultura, ceteriſque privilegiis dictę Eccleſię conceſſis, dictamque conceſſionem, & donationem ejuſdem Eccleſię fuiſſe ab eodem Reverendiſſimo Epiſcopo confirmatam, ut ex juribus in publicam formam ſub infraſcripta die in actis exhibitis, & pręſentatis, tenoris &c. Fuiſſeque proinde RR. PP. Inſtantes, & eorum ordinem ab immemorabili tempore in quieta, & pacifica poſſeſſione in dicta Eccleſia Parochiali adminiſtrandi, omnia, & ſingula Sacramenta, & jura Parochialia exercendi, prout bactenus conſueverunt &c. & licet iidem Admodum RR. PP. dictę Eccleſię, in dicta eorum quieta, & pacifica poſſeſſione in dicta Eccleſia Parochiali, adminiſtrandi omnia, & ſingula Sacramenta, & jura Parochialia exercendi, a quoquam, quavis de cauſa &c. moleſtari, perturbari non poſſent, neque debeant &c. Nihilominus, quia forſan nonnulli pręſentes Rectores in Cappella noviter ędificata, conſecrata, vel conſecranda penes Eccleſiam Majorem S. Marię dictę Civitatis Gedanen., ſeſe jactarunt, & jactant, velle Admodum RR. PP. Inſtantes in dicta pacifica eorum poſſeſſione adminiſtrandi Sacramenta, & jura Parochialia exercendi in dicta eorum Eccleſia moleſtare &c. & impedire, prout forſitan de facto moleſtant, & impediunt, contra omne juris debitum &c. Cupientes proinde eorum, & dictę Eccleſię, indemnitati conſulere, in dicta eorum poſſeſſione manuteneri &c. & quod prętinſertę literę collationis, & confirmationis, reſpective obſerventur, ad Nos recurſum habuerunt, humiliter ſupplicando, quatenus eis ſuper pręmiſſis, de aliquo opportuno juris remedio providere, & monitorium ſuper manutentione in dicta poſſeſſione, in qua, ut pręfertur, exiſtunt, ac ob-

Digitized by Google

ac obſervatione, & executione pręinſertarum literarum cum inhibitione &c. concedere dignaremur: Nos igitur &c. vobis omnibus committimus &c. quatenus &c. moneatis &c. omnes, & ſingulos &c. quatenus &c. debeant dictos RR. PP. Priorem, & Patres dicti Ordinis Prędicatorum inſtantes, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe in dicta eorum quieta, & pacifica poſſeſſione adminiſtrandi Sacramenta, & jura Parochialia in dicta eorum Eccleſia exercendi, necnon pręinſertas literas collationis obſervaſſe &c. citetis &c. certificantes &c. In quorum fidem &c. Datum Romę XXIV Januarii MDCLXXX.

A. C. Caprara Locumtenens.

Nicolaus Florellus A.C. Notarius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Gedanenſi*.

Ubi Conventus Ord. Præd. exiſtit, Confraternitas (1) SS. Nominis Dei in aliis ejuſdem Civitatis Eccleſiis conſtitui nequit.

Anno 1681 Die 14 Junii.

XLV.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Taurinen. Confraternitas,

EX Diplomatibus Pontificiis Confraternitates Nominis Dei erigi nequeunt, niſi in Eccleſiis Fratrum Ordinis Prędicatorum ſi ipſorum Conventus in dictis locis exiſtant. Et nuperrime SS.D.N. per Breve declaravit Confraternitates aliter erectas, quamvis cum licentia P. Generalis, non gaudere Indulgentiis.

Breve hoc P. Procurator Generalis inſinuavit inter ceteras, Confraternitati, quę reperiebatur erecta in Eccleſia ſeculari Oppidi Abraidis, in quo Patres habent Conventum, ſed negligentibus Confratribus notificationem, A.C. per ſententiam pronunciavit, literas Apoſtolicas effectum habere debere, dictamque Confraternitatem non gaudere Indulgentiis, & ab Eccleſia ſeculari amovendam.

Appellarunt Confratres, & cauſa commiſſa fuit in Rota. At cum agatur de gratiis ſpritualibus, Sanctiſſimus, pręvia avocatione, remiſit ad hanc Sacram Congregationem, in qua, inſtantibus Regularibus, & citato Procuratore Confraternitatis, quęritur.

Primo. An dicta Confraternitas ab Eccleſia ſeculari amovenda, & reducenda ad Eccleſiam regularium, & quatenus recuſent.

Secundo. An decernendum, Confratres Indulgentiis conceſſis Confraternitatibus legitime erectis non gaudere.

Die XIV Junii MDCLXXXI. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum. Ad primum dubium reſpondit affirmative. Ad ſecundum pariter affirmative. ſcilicet decernendum, prout decrevit, non gaudere.

F. Card. Columna Pręf.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiepiſc. Brancaccius Epiſc. Viterb. Secr.

1. *Confraternitas*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar *Romæ* typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *MDCLXXXI.*

De feſto S. Roſæ (1) Limanæ in Regis Luſitaniæ dominiis celebrando.

Anno 1681 Die 30 Junii.

XLVI.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXigit injunctę Nobis divinitus Apoſtolicę ſervitutis ratio, ut piis Chriſtifidelium, pręſertim orthodoxorum Principum, magno in Eccleſiam Dei meritorum fulgore conſpicuorum, votis, ad augendam in terris ſacrarum Virginum cum cęleſti ſponſo in beata ęternitate regnantium, venerationem, laudabiliter tendentibus, favorabilem aſſenſum, paterno affectu libentiſſime prębeamus. Cum itaque dudum, poſtquam felicis recordationis Clemens PP. IX Prędeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die XII Februarii MDCLXVIII expeditas literas ſervam Dei Roſam de Sancta Maria Virginem Limanam Tertii Ordinis Sancti Dominici in poſterum Beatę nomine nuncupari, atque de ea ſub ritu duplici recitari Officium, & Miſſam celebrari de Virgine non Martyre ſingulis annis juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani XXVI Auguſti, & hęc quidem in quibuſdam locis duntaxat ibidem expreſſis, inter alia indulſerat, & ſubinde per alias ſuas pariter in forma Brevis literas die XIV Septembris ejuſdem anni MDCLXVIII emanatas, indultum celebrandi Miſſam, & recitandi Officium hujuſmodi de eadem Beata Roſa ad univerſum Clerum, tam ſecularem, quam regularem quarumcunque Provinciarum Americę, & Indiarum, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Hiſpaniarum Regi Catholico, ſubjectarum, extenderat, recolendę memorię Clemens PP. X, etiam Prędeceſſor noſter, ut de cetero perpetuis futuris temporibus ab univerſo Clero tam ſeculari, quam regulari utriuſque ſexus per omnes Provincias, Regna,

Status, Regiones, & Dominia ubivis locorum dicto Carolo Regi, & cariſſimo etiam *in* Chriſto filio noſtro Leopoldo Romanorum Regi Illuſtri, in Imperatorem electo, domuique Auſtriacę ſubjecta, Officium, & Miſſam de memorata Beata Roſa Virgine Limana quotannis die XXVI Auguſti, ſub Ritu duplici, juxta Rubricas pręfatas recitari, & celebrari reſpective valerent, Apoſtolica auctoritate conceſſit, prout in ipſius Clementis X Prędeceſſoris literis ſimiliter in forma Brevis die XI Auguſti MDCLXX expeditis, uberius continetur. Et ſicut pro parte dilectiſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Principis Portugallię, & Algarbiorum Regnorum Gubernatoris, Nobis nuper expoſitum fuit, ipſe quoque, & Chriſtiani populi Coronę Luſitanię ſubjecti, Beatam Roſam pręfatam, quę Sanctarum Virginum Catalogo juxta S.R.E. Ritum a pręfato Clemente X Prędeceſſore ſolemniter adſcripta fuit, peculiari devotionis affectu proſequantur, & propterea idem Petrus Princeps, ad confovendam eorundem populorum pietatem, opportune a Nobis provideri, ac, ut infra, indulgeri, plurimum deſideret. Nos piis, enixiſque precibus ipſius Principis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, benigne inclinati, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac ternarum literarum pręfatarum tenores, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, univerſo Clero tam ſeculari, quam regulari, utriuſque ſexus, Regnorum, Provinciarum, Statuum, & dominiorum quorumcunque dictę Coronę Luſitanię, annis ſingulis die XXVI Auguſti, ſub ritu duplici, juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, ac ſervata ceteroqui ſupradictarum literarum forma, & diſpoſitione, recitandi ſimiliter, & celebrandi reſpective facultatem, perpetuis futuris temporibus duraturam, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quę in literis pręfatis conceſſa ſunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, qua haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXX Junii MDCLXXXI, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *S.Roſa.*) Conſulenda *Conſtit.XXI Clementis X T.VI hujus Bullarii pag.281.*

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito Tom.VIII pag.224.*

Anno 1681 Die 1 Octobris.

Monitorium A.C. pro conſervatione aliquorum Decretorum a Congregatione Rituum emanatorum pro Regularibus de ſepultura.

Ex Archivo (1) Ordinis.

XLVII.

DOminicus Maria Curſius, Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę SS.D.N. Papę Referendarius, necnon cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor, ab eodem Sanctiſſimo D.N. PP. ſpecialiter electus, & deputatus, Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Sacriſtis, Canonicis, Cappellanis, Rectoribus, Plebanis, Curatis, ceteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunque, illique, vel illis &c. ſalutem in Domino &c. Noveritis, quod fuit coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Ven. Conventus, & RR. PP. Ordinis Prędicatorum Caſtri de Sangro, Triventinę Diœceſis, omni meliori modo Principalium, Nobiſque exhibita fuerunt Decreta Sac. Congregationis Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium *ritibus* prępoſitę, tenoris ſequentis, videlicet. Senogallien. Primo. An hęredes defunctorum ſint cogendi ad retinen. domi cadavera uſque ad tempus illa ſepelien.; an vero eiſdem hęredibus liceat pro libito aſportare dicta cadavera e propriis domibus, ad quamcunque aliam Eccleſiam per modum depoſiti, uſque ad horam illa tumulan., etiamſi illa ſepellienda eſſent in Eccleſiis Regularium, non obſtante diſſenſu Parochi, ſeu prohibitione ab eodem facta, uti Vicario Foraneo? Secundo, an illatis cadaveribus private ab hęredibus ad aliquam tertiam Eccleſiam per modum depoſiti, Regulares conveniri, & congregari debeant in dicta tertia Eccleſia, aut in Parochiali ad effectum illa aſſocian. ad Eccleſiam, ubi ſunt tumulan. Tertio, an cadavera ſepelienda in Eccleſiis Regularium, antequam ad eorum Eccleſiam deferantur, debeant prius aſportari ad Parochialem, & in ea permanere per aliquod tempus. Quarto, an Regulares poſſint cogi ad aſſocianda cadavera in eorum Eccleſiis tumulanda, an vero poſſint expectare in dictis propriis eorum Eccleſiis, & in caſu, quo Regulares non accedant ad aſſocianda cadavera amittere debeant intortitia, uti Parochus prętendit. Quinto, an Parochus teneatur aſſociare cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelien., uſque ad januas ejuſdem Eccleſię, etiam ipſis Regularibus non aſſociantibus; & an Parocho aſſocianti liceat ingredi Eccleſias, Regularium cum ſtola, & Cruce. Sexto, an ſi Parochus requiſitus intervenire recuſet funeralibus defunctorum in Eccleſiis Regularium ſepelien., poſſint hęredes, imo, & ipſi Regulares aſportare cadavera ad Eccleſiam ſepulturę electę, Parocho non interveniente, ac prędicti Regulares eadem cadavera ſepulturę tradere, & an Parochus in funeralibus dictorum Defunctorum majorem eleemoſynam ſolita prętendere poſſit. Ad primum Sac. Congregatio reſpondit, quoad tempus humationis cadaverum, ſervandam eſſe Synodum, & in reliquis, petita, & etiam non obtenta licentia, poſſe cadavera deponi arbitrio hęredum in qualibet Eccleſia, uſque ad tempus illa proceſſionaliter deferendi ad Eccleſiam ſepulturę. Ad ſecundum, Sacra Congregatio inhęrendo aliis Decretis,

reſ-

reſpondit, Regulares debere congregari in illa Eccleſia tertia, ubi cadaver fuit depoſitum, ut ſupra. Ad tertium, Sacra Congregatio reſpondit negative. Ad quartum, Sacra Congregatio reſpondit, Regulares non poſſe cogi ad exeundum a propriis Eccleſiis, ad effectum aſſocian. cadavera in eiſdem ſepelien., ſed ſufficere, quod illa expectent ad januas. Quo vero ad intortitia remiſit cauſam ad Judices ſuos. Ad quintum, Sacra Congregatio reſpondit, Parochum teneri aſſociare cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelienda, quo vero ad ingreſſum Parochi cùm ſtola, & Cruce, diſtulit reſolutionem. Ad ſextum, Sacra Congregatio reſpondit, vocato Parocho, & ipſo renuente intervenire, vel alterum mittere, tunc regularibus licere abſque Parocho deferre cadavera in eorum Eccleſiis ſepelienda, quo vero ad emolumenta per Parochum pretenſa, nihil dandum, niſi juxta ſolitum. Ad ſeptimum, Sacra Congregatio reſpondit, ut Epiſcopus mandet ſervari ſolitum, & ita declaravit, & ſervari mandavit, Die XXII Junii MDCLXXV. V. Epiſcopus Portuen. Cardinalis Carpineus. Loco ✱ Sigilli. Bernardinus Caſalius Sac. Rituum Congregationis Secretarius. Pro quorum Decretorum obſervatione, fuimus inſtanter, & debite requiſiti, quatenus eis ſpeciale Monitorium decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur attendentes, petitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, rationique conſonam, quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet tenore preſentium committimus, & in virtute ſanctę obedientię ſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis preſentibus, & poſtquam preſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit ex parte Noſtra requiſitus, imo verius Apoſtolica auctoritate, moneatis, & requiratis, prout nos per preſentes monemus, & requirimus, Reverendum Capitulum S. Marię dicti loci de Sangro, omneſque alios in executione preſentium nominan., & cognominan., eiſque precipiatis, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, Nos aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub mille ducatorum auri Reverendę Camerę Apoſtolicę applican., & pro illis mandati executivi, & in juris ſubſidium, excommunicationis, ſuſpenſionis a Divinis, interdicti Eccleſiaſtici, aliiſque pęnis, debeant, & ipſorum quilibet debeat, preinſerta Decreta Sacrę Congregationis, omniaque, & ſingula in eis contenta, & expreſſa, dicto Reverendo Capitulo S. Marię, omnibuſque aliis perſonis cujuſvis generis, ſtatus, ordinis, & conditionis in executione preſentium nominandis, & cognominandis, intimetis, notificetis, &, quatenus opus ſit, deducatis ad notitiam eorum, prout Nos intimamus &c., paruiſſe, obediviſſe, & obtemperaſſe, illaque debitę executioni demandaſſe, quodque alii pareant, & obediant, & exponentes, beneficiis, & gratiis eis per dicta Decreta conceſſis utantur, & contra illorum formam, non moleſtari curaſſe, & ab omnibus indebitis moleſtiis contra formam preinſertorum Decretorum, quoquomodo illatis, aut inferri comminatis, dandiſque, & inferen. penitus in futurum ceſſaſſe, receſſiſſe, deſtitiſſe, & ſeſe abſtinuiſſe, ac ceſſari, deſiſti, & abſtineri feciſſe, & mandaſſe, nullumque impedimentum eis, quamvis minimum, dediſſe, nec intuliſſe, dictaſque moleſtias nullas declaraſſe, ac per Nos reſpective declarari vidiſſe, & audiviſſe preinſertiſque Decretis Sacrę Congregationis, & preſentibus omnino paruiſſe; alioquin prefatos ſic monitos, ſi in premiſſis ſeſe fore gravatos, ſenſerint, predictis modo, & forma citetis, & citari curetis, prout Nos per preſentes citamus, ac citari volumus, & mandamus, quatenus decima quinta die ab executione preſentium computanda, ſi dies ipſa juridica fuerit, alioquin prima juridica die compareant Romę in judicio legitime coram Nobis, ſive in civilibus Locumtenente noſtro, & per acta infraſcripti mei Notarii per ſe, vel Procuratores ſuos idoneos, & cauſam eorum pretenſi gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout juſtitia ſuadebit, & rationis ordo dictaverit. Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel in Civilibus Locumtenens noſter, ad premiſſa, & alia graviora juris, & facti remedia procedemus, ſive procedet, juſtitia mediante, eorumque citatorum contumacia, vel abſentia, in aliquo non obſtante, & inſuper modo, & forma premiſſis, inhibeatis, & inhibendo expreſſe precipiatis, & mandetis, prout Nos per preſentes inhibemus, precipimus, & mandamus dicto Reverendo Capitulo S. Marię dicti loci de Sangro, omnibuſque aliis Perſonis, cujuſvis ſint ſtatus, ordinis, ac preeminentię, omnibuſque aliis in executione preſentium nominan., & cognominan., ne ſub iiſdem pęnis audeant, ſeu preſumant, vel ipſorum aliquis audeat, ſeu preſumat contra formam preinſertorum Decretorum dictę Sacrę Congregationis in partibus dictos inſtantes moleſtare, vexare, perturbare, inquietare, vel quicquam in ſpretum dictorum Decretorum attentare, ſeu innovare, vel attentari, moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, ſeu innovari facere per ſe, vel alium, ſeu alios, quovis ſub pretextu, titulo, cauſa, ingenio, vel queſito colore, quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocabimus, & in priſtinum ſtatum reducere curabimus. Abſolutionem vero omnium, & ſingulorum Nobis, vel Superiori noſtro in poſterum tantummodo reſervamus. In quorum fidem &c. Datum Romę ex Ædibus noſtris hac die prima Octobris MDCLXXXI.

Marcus Joſeph Peluſius Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius.

Loco ✱ Sigilli.

ſi *Archivo.*) In quo autographum;

Anno 1681 Die 7 Novembris,

De Fratribus transferendis ad Neapolitanum Cœnobium Sanctæ Catharinæ de Formello.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XLVIII.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut dilectus filius Johannes Baptiſta Platus, Prior Provincialis Provincię Lombardię Ordinis Fratrum Prędicatorum Nobis nuper exponi fecit, ipſi a Definitorio Capituli Provincialis dictę Provincię menſe Majo MDCLXXX Bononię celebrati, commiſſum fuerit, ut pro indemnitate Conventus Sanctę Catharinę de Formello nuncupati Neapolitan. ejuſdem Provincię, Fratribus in eodem Conventu adfiliatis, & in futurum adfiliandis, auctoritate Apoſtolica, inbiberi procuraret, ne ſuas adfiliationes ad alios prędictę, vel aliarum dicti Ordinis Provinciarum Conventus tranſferant, quemadmodum a Capitulis Generalibus ejuſdem Ordinis anno MDCXLVII Valentię, & anno MDCLVI in hac Alma Urbe reſpective celebratis inhibitum reperitur. Nobis propterea dictus Joannes Baptiſta Prior Provincialis humiliter ſupplicari fecit, ut in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur quieti, & habilitati Fratrum, ac indemnitati Conventus primo dicti, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, ipſumque Johannem Baptiſtam Priorem Provincialem ſpecialis favore gratię proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum pręſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ne de cetero ullus Frater in prędicto Conventu Sanctę Catharinę de Formello Neapolitan. adfiliatus, vel pro tempore quandocunque adfiliandus, filiationem ſuam ab eodem Conventu ad alium quemcunque. ſive prędictę Lombardię, ſive cujuſvis alterius Provincię Ordinis hujuſmodi Conventum tranſferre audeat quovis modo, ſeu pręſumat, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, prohibemus, & interdicimus, decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dicto Conventui in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Ordinis, & Provinciarum ac Conventuum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII Novembris MDCLXXXI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

J. G. Sluſius,

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1683 Die 10 Februarii.

Regulares ad Confeſſiones (1) audiendas ſemel approbati, non ſunt ab eodem Epiſcopo iterum examinandi, nec ab illis audiendis ſuſpendi poſſunt, niſi ob rationes infra præſcriptas.

Ex Bullario Carmelitano Parte II pag. 509.

XLIX.

Reverendiſſimo Domino, uti Fratri D. Epiſcopo Nolano.

Reverendiſſime Domine, uti Frater.

COnquerentibus Superioribus Ordinis Carmelitanorum de denegata Fratribus dicti Ordinis facultate audiendi confeſſiones, Eminentiſſimi Patres Sacrę Congregationi Concilii Tridentini prępoſiti mandarunt amplitudini tuę injungi, ut ad pręſcriptum adjunctarum declarationum ejuſdem Sacrę Congregationis exequi caritate paſtorali non omittat, dum amplitudini tuę felicia precor. Romę die II Septembris MDCLI.

Amplitudinis tuę, uti Frater.

Petrus Aloyſius Card. Carafa.

Franciſcus Paulutius Sac. Congr. Conc. Secr.

I. In una Carmelitanorum MDCVIII Sacra Congregatio Concilii cenſuit, Oratores Regulares ad audiendas ſecularium confeſſiones ſemel ab Epiſcopo in Civitate, & Dięceſi ſua, prębio examine, approbatos, non eſſe ab eodem Epiſcopo iterum examinandos, approbando declarationem antiquam ſequentem.

II. In

II. In una Bobien. X Februarii MDLXXXIII Sacra Congregatio Concilii cenſuit, dandas eſſe literas efficaces Epiſcopo Bobien., quibus acriter moneatur, ut idoneos ad audiendas confeſſiones approbet, quos vero alias uti idoneos, pręvio examine, admiſerit, alio examine, atque approbatione non indigere, alioquin examen, & approbatio committatur Epiſcopo viciniori.

III. Die XX Novembris MDCXVI Sacra Congregatio Concilii decrevit, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ceteroſque locorum Ordinarios, ad quos approbandi confeſſarios jus ſpectat, non poſſe ſuſpendere ab audiendis confeſſionibus regulares confeſſarios ab ipſis approbatos, niſi nova ſuperveniente cauſa ad ipſas confeſſiones pertinente, vel ob non ſervatum interdictum ab eiſdem Ordinariis impoſitum.

Inſuper ſtatuit, eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Ordinarios, facultatem adimere confeſſiones audiendi, omnibus ſimul unius Conventus regularibus confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta, nullo pacto poſſe, quod quidem decretum, ut iidem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inviolabiliter obſervari jubent.

1. *Confeſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VII.*

Ceſſio loci, ex Conſtitutionum præſcripto debiti illis qui Provincialatus officio functi ſunt, admittenda non eſt.

Anno 1683 Die 7 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

L.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joſephus Martel Prior Conventus Rothomagen. Provincię Sancti Ludovici in Gallia, ſtrictioris Obſervantię, Ordinis Fratrum Prędicatorum, quod jam a pluribus annis dicta Provincia juribus, privilegiis, exemptionibus, gratiis, & immunitatibus, quibus in aliis Provinciis, uti ſolent graduati, aut titulo Prędicatoris Generalis inſigniti, ſponte renunciavit in favorem Obſervantię Regularis, & noviſſime in Capitulo Provinciali anno MDCLXXVIII Cathalauni celebrato, etiam prerogativę loci juxta Conſtitutiones dicti Ordinis Exprovincialibus debiti ceſſit, ſed hęc ultima ceſſio, licet videatur eſſe majoris humilitatis, multum tamen officit Obſervantię Regulari, cujus Exprovinciales, una cum Priore Provinciali debent eſſe promotores, & protectores. Cum enim in eis nullam agnoſcunt Fratres ſpeciem auctoritatis, parum, aut nihil curant de illorum monitionibus, & maximum periculum eſt, ne tempore Provincialatus molliter ſe gerant in corrigendis exceſſibus ipſi Priores Provinciales, qui eodem expleto nullum habent diſtinctivum, quo poſſunt ordinata pro vita regulari fortiter manutenere, & inſultus diſcolorum evitare. Et propter has rationes, ac alias quę conferunt ad obſervantiam regularem, in Capitulo Generali Ordinis prędicti anno MDI Romę celebrato, illi, qui ſub ſpecie quadam humilitatis, parum attendentes ad bonum commune Religionis, loco Exprovincialibus debito renunciaverant, reprehenſi fuerunt per declarationem, quod Conſtitutio ejuſdem Ordinis circa locum, quem tenere debent Fratres, qui fuerunt Provinciales, omnino deberet obſervari, itaut ſi alicubi propter abuſum non obſervaretur, omnino deinceps executioni mandaretur, non obſtantibus conſuetudinibus particularibus in oppoſitum introductis, quibus eo ſtatuto derogatum fuit. His autem permotus unus ex duobus, qui ſoli in ſupradicta Provincia jus ad locum illum habebant, huic ceſſioni ſe oppoſuit, & dilectus filius Antonius de Monroy Magiſter Generalis dicti Ordinis eam noluit approbare, cum eſſet contra Conſtitutiones ejuſdem Ordinis, & cederet, ut conſtat experientia, in pręjudicium obſervantię regularis. Quare pręfatus Joſephus, qui, ut aſſerit, ad ea, quę pacis ſunt ejuſdem Provincię, & Obſervantię regularis, poſtulanda miſſus, ad Romanam Curiam venit, ut eadem obſervantia magis ac magis creſcat, & confirmetur, ac in pręfata Provincia nulla ſit in poſterum occaſio litigandi, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut renunciationem omnium jurium, privilegiorum, immunitatum, gratiarum, & exemptionum quoad gradus, quam ſponte, & nemine reclamante, fecit pręfata Provincia Sancti Ludovici in favorem obſervantię regularis, gratam, & ratam habere, circa locum vero Exprovincialibus debitum, cum eorum numerus vix ternus, aut quaternus eſſe poſſit in eadem Provincia, ubi quadriennales ſunt Priores Provinciales, hocque cedat omnino in bonum obſervantię, ut Conſtitutiones,& acta Capitulorum Generalium dicti Ordinis,ea maxime,quę in Capitulo Generali anno MDCLXX Romę celebrato facta fuerunt circa pręfatam Provinciam, pro manutentione vitę regularis exacte obſerventur, ordinare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſius Joſephi votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus,favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis,a jure, vel ab homine,quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium,negotiis,& conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum conſilio, ceſſionem loci ad pręſcriptum Conſtitutionum dicti Ordinis debiti illis, qui functi ſunt officio Provincialatus, non eſſe admittendam, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, declaramus, prout illam non admittimus. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis,ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit

atten-

attentari. Non obſtantibus premiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Provinciç, & Ordinis prefatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium premiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores preſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII Aprilis MDCLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito T.VIII pag.278.*

Anno 1684
Die 29 Julii.

LI.

De Monaſteriis viſitandis (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Florentina Juris viſitandi.

INſtante Archiepiſcopi Agente, dilata fuit in poſtrema Congregatione propoſitio hujus cauſę, nunc vero, utraque parte informante, ſupplicatur Eminentiſſimis Patribus declarari.

Primo. An Archiepiſcopus, ſeu de ejus mandato Vicarius Generalis poſſit viſitare Sanctiſſimum Sacramentum, Olea Sacra, Confeſſionaria, & ſepulturas in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum.

Secundo. An valeat eaſdem Moniales communicare.

Tertio. An poſſit ingredi earundem Monialium clauſuram cum pluviale, & ſtola.

Quarto. An omnes Moniales prefatę teneantur proceſſionaliter cum Cruce, & cum cantico Benedictus Dominus, obviam ire Vicario ingredienti, & viſitare volenti clauſuram.

Quinto. An in viſitatione, & ingreſſu clauſurę teneantur Vicarii Generales ſecum ducere Priorem, & Confeſſarium dictarum Monialium.

Die XXIX Julii MDCLXXXIV., Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, ad primum, reſpondit negative, niſi in his, quę concernunt obſervantiam clauſurę, & quatenus non adſit legitima conſuetudo in contrarium. Ad ſecundum affirmative, dummodo Moniales velint. Ad tertium, quartum, & quintum negative.

Ita reperitur in regeſto authographo Decretorum ejuſdem Sacrę Congregationis Concilii lib.34 fol.233. In quorum fidem &c. Datum hac die XIX Junii MDCCXXXVI.

C. A. Archiep. Philippen. Secretarius.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Viſitandis.*) Ut in *Tractatu de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.XIII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo aſſervato in Scriniis Sacræ Congregationis. Aliud autographum aſſervatur in Scriniis Reverendiſſimi Patris Procuratoris Generalis Ordinis noſtri. Illi ſubſcripti *F.Card.Columna Præfectus*: Sic incipit. *Fratres Prædicatores, & Minores Obſervantes S.Franciſci, ad informandum, monito Agente Archiepiſcopi, ſupplicant declarari. Primo an Archiepiſcopus &c.*

Anno 1686
Die 19 Januarii.

LII.

Eadem de re.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dubia viſitationis Clauſurę.

PRocurator Generalis Ordinis Minorum de obſervantia enixe ſupplicat declarari.

Primo. An Epiſcopus viſitaturus Clauſuram Monaſteriorum Monialium Regularibus ſubjectarum teneatur ante acceſſum eiſdem Monialibus prefinire diem, & horam viſitationis.

Secundo. An in Eccleſiis earundem Monialium non curatis viſitare poſſit Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, Oleum infirmorum, Confeſſionalia, Sepulturas, & Reliquias inibi exiſten., & quatenus affirmative.

Tertio. An in caſu reſiſtentię Monialium poſſit fores Eccleſię frangere, Tabernaculum violenter aperire, Eccleſiam interdicere, & Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ad aliam Eccleſiam transferre.

Quarto. An Epiſcopo Monaſteriorum Clauſuram viſitare volenti, dictę Moniales teneantur erigere in Eccleſia exteriori, vel interiori ſedem cum Baldachino, vel ſolummodo ſufficiat illi ſtratum preparare in utraque Eccleſia.

Quinto. An Epiſcopus dictam Clauſuram viſitaturus preter Conviſitatores poſſit pro ſuo libito ſecum ducere intus Monaſterium alias perſonas, ſive Eccleſiaſticas, ſive Seculares indeterminate, vel in certo, & prefixo numero.

Sexto. An Epiſcopum dictorum Monaſteriorum Clauſuram viſitaturum teneantur Moniales omnes excipere proceſſionaliter cum Cruce, & Cantico Benedictus.

Septimo. An dictę Moniales teneantur in ipſo Clauſurę ingreſſu adornare ſtratum ibique genuflectenti Epiſcopo Monialis aliqua porrigere debeat Crucem deoſculandam.

Oct.-

Octavo. An Epiſcopus clauſuram ingreſſus poſſit pro ſuo libito convocare dictas Moniales omnes in choro interiori, aut in alio loco, & ad eas ſermonem habere.

Nono. An abſolute, & indifferenter viſitare poſſit cellas dictarum Monialium, etiam quoad non pertinentia ad Clauſuram.

Die XIX Januarii MDCLXXXVI. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. Romanę Eccleſię Cardinalium Concilii Tridentini interpretum reſpondit. Ad primum negative. Ad ſecundum, cenſuit dandum eſſe Decretum in Florentina juris viſitandi tenoris infraſcripti: An Archiepiſcopus, ſeu de ejus mandato Vicarius Generalis poſſit viſitare Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, Olea Sacra, Confeſſionaria & Sepulturas in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum: Die XXIX Julii MDCLXXXIV. Sacra Congregatio Concilii reſpondit negative, niſi in his, quę concernunt obſervantiam Clauſurę, & quatenus non adſit legitima conſuetudo in contrarium. Ad tertium, negative, niſi in caſibus ſpectantibus ad clauſuram. Ad quartum, ſufficere pręparationem ſtrati. Ad quintum, ſervandas eſſe Conſtitutiones Apoſtolicas. Ad ſextum, negative. Ad ſeptimum, itidem negative. Ad octavum, poſſe. Ad nonum, negative.

Ita reperitur in regeſto autographo Decretorum ejuſdem Sacrę Congregationis Concilii lib. 36 fol. 14 a tergo. In quorum fidem &c. Datum hac die XIX Junii MDCCXXXVI.

C.A. Archiep. Philippen. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum, ex autographo aſſervato in Scriniis Sac. Congregationis.

Indulgentia pro Confraternitate (1) S. Joſephi.

Anno 1686 Die 5 Auguſti.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LIII.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CONſiderantes noſtrę mortalitatis fragilitatem, & humani generis conditionem, diſtrictique ſeveritatem judicii, percupimus, fideles ſingulos judicium ipſum bonis operibus, & piis precibus pręvenire, ut per illa eorum peccata deleantur, ipſique ęternę felicitatis gaudia facilius conſequi mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia Conventus Ordinis Prędicatorum Oppidi, Civitatis nuncupatę de Xerez de la Frontera, Hiſpalenſis Dięceſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, ſub invocatione S. Joſephi, ad Dei Omnipotentis laudem, & honorem, ac animarum ſalutem, proximique ſubventionem, communicatione, & uſu orandi, pro hominibus unius ſpecialis artis erecta, & inſtituta, ſeu erigenda, & inſtituenda exiſtat, cujus dilecti filii confratres quamplurima pietatis, caritatis, & miſericordię opera exercere conſueverunt, ſeu intendunt. Ut igitur dicta Confraternitas, majora in dies ſuſpiciat incrementa, ac ipſi, necnon pro tempore exiſtentes dictę Confraternitatis Confratres, in hujuſmodi piorum operum exercitium confoveantur, ac magis ad ea in poſterum exercenda, necnon alii Chriſtifideles ad dictam Confraternitatem de cetero ingrediendam peramplius invitentur, dictaque Eccleſia in debita veneratione habeatur, & ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius ad dictam Eccleſiam devotionis cauſa confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię uberius ſe conſpexerint eſſe refectos, de ejuſdem Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Confraternitatem hujuſmodi de cetero ingredientur, & in ea recipientur, die prima illorum ingreſſus, & receptionis hujuſmodi, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, necnon ad pręſens, & pro tempore exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri poterit, refectis, vel ſaltem contritis, in eorum mortis articulo pium nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, devote invocantibus, inſuper eiſdem Confratribus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac dicta ſacra Communione refectis, qui dictam Eccleſiam, ſeu prędictę Confraternitatis Capellam, in die feſto ejuſdem S. Joſephi a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, extirpatione hęreſum, hęreticorum, & infidelium converſione, Principum Chriſtianorum concordia, & unione, ac Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſalute, pias ad Deum preces effuderint, quo die feſto prędicto, id pro tempore fecerint, Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, perpetuo concedimus, & largimur. Pręterea ipſis Confratribus, qui ſimiliter vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſumpto eodem Euchariſtię Sacramento Eccleſiam, ſeu Capellam hujuſmodi in quatuor aliis anni feſtivitatibus, ſeu ferialibus diebus, per ipſos Confratres eligendis, & per Ordinarium loci approbandis, quę ſemel erectę, & approbatę amplius variari non poſſint, intra eundem feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicę a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis, ſingularum quatuor poſteriorum feſtivitatum, ſeu dierum hujuſmodi, id pro tempore fecerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Poſtremo ipſis Confratribus, qui Miſſis, ſeu aliis divinis officiis in eadem Eccleſia, ſeu Capella, more Confratrum, celebrandis, & recitandis, vel Congregationibus publicis, aut ſecretis ipſius Confraternitatis pro quocunque opere pio exercendo, ſeu proceſſionibus ordinariis, tam dictę Confraternitatis, quam aliis de licentia Ordinarii faciendis, vel ſepeliendis mortuis officioſe interfuerint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu ipſum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aſſociaverint, vel qui hoc facere impediti, campanę ad id ſigno dato, genibus flexis, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro eodem infirmo recitaverint,

vel

vel pauperes peregrinos hoſpitio exceperint, ſeu eleemoſynis, & officiis adjuverint, aut infirmos viſitaverint, & illos conſolati fuerint in eorum adverſitatibus, vel quinquies Orationem, & totidem Salutationem prędictas pro animabus Confratrum ejuſdem Confraternitatis in Chriſti caritate defunctorum recitaverint, ſeu devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, aut ignorantes Dei pręcepta, & quę ad ſalutem ſunt docuerint, vel aliquod aliud ſpiritualis, vel corporalis miſericordię opus exercuerint, quoties aliquod ex prędictis piis operibus egerint, toties ſexaginta dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis, auctoritate, & tenore pręmiſſis miſericorditer in Domino relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alias ratione, vel cauſa, pro illius Indulgentiis conſequendis, aut de illis participandis uniatur, vel alias quomodolibet inſtituatur, priores, ſeu quęvis alię literę deſuper obtentę, pręter pręſentes, nullatenus ei ſuffragentur, ſed ex tunc prorſus nullę ſint eo ipſo, quodque ſi Confratribus prędictis, ratione pręmiſſorum, aut alias aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per Nos conceſſa fuerit, eędem pręſentes nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Octuageſimo Sexto, Nonis Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Loco ✠ Plumbi.

V. Melchior.

1. *Confraternitate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu* Bullarum *Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Cœnobio *Xerenſi*.

Anno 1686 Die 10 Octobris.

LIV.

Qui ſubſtantialia Religionis vota non emittunt non comprehenduntur in Generali Indulgentiarum revocatione.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, Indulgentiis, & ſacris Reliquiis prępoſita, Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet. Dubio per virum religioſum ſacrę Congregationi propoſito, & in ea examinato, utrum in generali revocatione Indulgentiarum, quę in Brevi: *Romanus Pontifex* Pauli V habetur dat. XXIII Maii MDCVI, comprehendantur perſonę, quę ſubſtantialia Religionis vota non emittunt, intra, vel extra clauſtra degentes, eadem Congregatio reſpondit, eas minime comprehendit, A. Card. Homodeus, Michael Angelus Riccius Sacrę Congregationis Secretarius. Cum autem, ſicut dilectus filius Franciſcus Diaz a Sancto Bonaventura Lector Generalis jubilatus, Sanctę Inquiſitionis qualificator, & in Romana Curia pro Ultramontana familia, obedientię, & directioni Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum, ſubjecta, Commiſſarius Generalis, Nobis nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri, plurimum deſideret, Nos ipſum Franciſcum Commiſſarium Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum pręinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate memoratę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus, ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, se irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X Octobris MDCLXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Archivo*,) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito Tomo VIII pag. 406.*

S. Ray-

S. Raymundus (1) de Peñafort Confundator Ordinis B. Mariæ de Mercede.

Anno 1687 Die 18 Aprilis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LV.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpoſita, ad ſupplicationem dilecti filii Bartholomęi de Ribero Vicarii, ac Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Marię de Mercede Redemptionis Captivorum, Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad preces R.P. Magiſtri F. Bartholomęi de Ribero Vicarii, ac Procuratoris Generalis totius Ordinis B. Virginis Marię de Mercede Redemptionis Captivorum, referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali Capiſuccio, indulſit, ut officium cum Miſſa S.Raymundi de Peñafort Ordinis Prędicatorum, quod hactenus ſub ritu duplicis majoris, quatenus die XXIII Januarii recitatum eſt a Religioſis utriuſque ſexus prędicti Ordinis Beatę Marię de Mercede, in poſterum ab eiſdem Religioſis utriuſque ſexus de Mercede recitari, ac reſpective celebrari poſſit, & valeat ſub Ritu duplici ſecundę claſſis, cum octava, eo quod idem S. Raymundus cum S. Petro Nolaſco primo Fundatore, & Jacobo primo Aragonię Rege in Civitate Barchinonenſi de anno MCCXVIII fuit confundator prędicti Ordinis Beatę Marię de Mercede. Hac die XXII Februarii MDCLXXXVII J.C. Cardinalis Lad. Bernardinus Caſalius Sacrę Rituum Congregationis Secretarius. Cum autem, ſicut dictus Bartholomęus Vicarius, & Procurator Generalis, Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos, ipſius Bartholomęi Vicarii, & Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, decretum pręinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate memoratę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque in pręmiſſis, per quoſcunque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem prędſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quę haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVIII Aprilis MDCLXXXVII, Pontificatus noſtri anno Undecimo.

1. *Raymundus.*) Vide *Conſt.XC Clementis VIII Tom. V hujus Bullarii pag.*580.

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano nuper edito Tom.VIII pag.*430.

De celebrandis Miſſis Defunctorum.

Anno 1688 Die 4 Maii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

LVI.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

ALias poſtquam felicis recordationis Alexander Papa VII Prędeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die XXII Januarii MDCLXIII expeditas literas, dubia in diverſis Mundi partibus, occaſione Decreti Congregationis tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum, die V Auguſti MDCLXII emanati, & ab ipſo Alexandro Prędeceſſore approbati, de non celebrandis Miſſis defunctorum in Feſtis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, inter cetera, quoad Altaria, privilegio Apoſtolico pro animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, etiam in feſtis ritus duplicis celebrandę fuiſſent Miſſę defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Miſſarum de feſto currenti ſatisfieri injunctis obligationibus, & indulgentias per hujuſmodi privilegia Apoſtolica conceſſas, animabus fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari, perinde, ac ſi celebratę fuiſſent Miſſę defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, recolendę memorię Clemens PP. IX pariter Prędeceſſor noſter aliam ſubinde ortam dubitationem, utrum ſcilicet dictarum Alexandri Prędeceſſoris literarum diſpoſitio, quod Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadę diebus, & ad quę Miſſę, non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, ſimiliter tollere deſiderans, declarationem a memorato Ale-

Alexandro Prędeceſſore, ſicut pręmittitur, editam, ad Altaria, ut prefertur, non *in perpetuum, ſed* ad ſeptennium, ſeu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, ſed aliquo, *vel aliquibus* tantum hebdomadę diebus, tunc, & in futurum, quandocunque privilegiata, auctoritate *Apoſtolica*, extendit, & proinde, ut Miſſę, quę ibidem de feſto currenti, in quo Miſſę defunctorum celebrari non poſſent, ſive ex ſola fidelium devotione celebrandę eſſent, ſuffragarentur, itaut animę Chriſtifi*delium*, pro quibus celebrarentur, indulgentias, per privilegia hujuſmodi conceſſas, conſequerentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi Miſſę defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratę fuiſſent, eadem auctoritate conceſſit, & indulſit, & alias, prout in ipſius Clementis Prędeceſſoris literis, etiam in forma Brevis die XXIII Septembris MDCLXIX deſuper expeditis, quarum, & prefatarum Alexandri Prędeceſſorum literarum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis, haberi volumus, uberius continetur. Cum autem poſtmodum, ſicut accepimus, novum circa pręmiſſa excitatum fuerit dubium, videlicet, an ſupradictę Alexandri, & Clementis Prędeceſſorum declarationes ſibi pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, & infra octavas Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, aliiſque anni diebus, quibus licet a feſto duplici non impediantur, adhuc tamen Miſſę defunctorum, juxta ritum, & morem Eccleſię celebrari nequeunt, quatenus nimirum Miſſę, quas iis diebus celebrare licet, ſervata cęteroqui dictorum privilegiorum forma, ad prefata Altaria privilegiata celebrarentur: Noſque dubium hujuſmodi, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum, examinandum commiſerimus, ac eadem Cardinalium Congregatio, re mature diſcuſſa, nuper per ſuum decretum die III Aprilis proxime pręteriti editum, prefatas Alexandri, & Clementis Prędeceſſorum declarationes, intelligendas eſſe pro omnibus diebus, quibus juxta rubricas Miſſę defunctorum celebrari non poterunt, reſponderit. Hinc eſt, quod Nos ex commiſſę Nobis cęlitus diſpenſationis munere, fidelium defunctorum animarum in Purgatorio exiſtentium ſuffragiis peramplius conſulere cupientes, Decretum hujuſmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut prefertur, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis, robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate ſupradictę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtrę, & Cancellarię Apoſtolicę regula de non concedendis indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut ipſarum pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quę pręſentibus ipſis haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV Maii MDCLXXXVIII, Pontificatus noſtri anno Duodecimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano Tom. VIII pag.* 518.

ALEXANDER VIII.

Ab Anno MDCLXXXIX die VI Octobris, ad diem I Februarii MDCXCI. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag.* 389.

Anno 1690 Die 22 Aprilis.

VIII.

De quibuſdam Officiis recitandis a Monialibus Romani Monaſterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Ordinis Prędicatorum Urbis.

Expoſitum, & ſupplicatum fuit in Sacrorum Rituum Congregatione ſupplici libello vulgaris ſermonis, ut infra, videlicet:

Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Signori. Le Monache di S. Maria Madalena a Monte Cavallo dell'Ordine di S. Domenico eſpongono riverentemente all'EE. VV., come per conceſſione del loro Padre Generale Fra Siſto Fabbri ottennero ſino dal Meſe di Ottobre MDLXXXIII la facoltà di potere un giorno della Settimana non impedito da feſta maggiore di III Lezzioni celebrare l'Officio di S. Maria Madalena, ed hanno continovato a ciò fare per tutti li Venerdì non impediti fuori però della Quareſima per il corſo di CVII anni.

In oltre eſſendo queſta Santa titolare del Monaſtero ſono ſtate ſempre ſolite celebrare ogn'anno l'Officio con l'Ottava ſolenne di queſta Santa.

Di più ritrovandoſi in queſta loro Chieſa il Corpo di Santa Giulia Vergine, e Martire, ed il Corpo di Santa Felicita parimente Vergine, e Martire, ſono ſtate ſempre ſolite celebrarne nel giorno della loro feſta l'Officio con rito tutto doppio.

Ma

Ma perche hoggi è uſcito ordine del loro Padre Generale, che neſſuno poſſa celebrare Officj particolari ſenza licenza di coteſta Sacra Congregazione. Per tanto ſupplicano l'Oratrici humilmente l'EE. VV. a voler concedergli gratia di poter per ſpecial divozione continuare la celebrazione di detti Officj, che della gratia &c.

Super quibus eadem Congregatio reſcripſit: Reverendiſſimo Patri Magiſtro Generali pręfati Ordinis pro ſuo arbitrio, & prudentia. Die XXII Aprilis MDCXC.

A. Epiſcopus Oſtien. Cardinalis Cybo.

Laurentius Fliſcus Sac. Rit. Congr. Secr.

Atteſa la facoltà conceſſaci dalla Sacra Congregazione de Riti per il retroſcritto Decreto, concediamo all'Oratrici di poter continuare la celebrazione degl'Officj, che chiedono nel memoriale, oſſervando ſempre il rito della Religione. In fede &c. queſto dì XXIV Maggio MDCXC.

Conſervus in Domino.

Fr. Antoninus Clocbe
Magiſter Ordinis.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

INNOCENTIUS XII.

Ab Anno MDCXCI die XII Julii, ad XXVIII Septembris MDCC. Vide *Tom. VI* hujus *Bullarii pag. 396.*

Ut, prævio examine a Fratribus Ordinis Prædicatorum faciendo, gradus ſcholaſtici conferantur Studentibus in Cuſcan. (1) Collegio Sancti Antonii, qui Doctrinam Sancti Thomæ Aquinatis ſequuntur.

Anno 1692 Die 1 Martii.

XXXV.

Ex Bullario Romano T. IX Conſt. XIX pag. 241.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ÆTernę ſapientię conſilio ad Eccleſię Catholicę per univerſum Terrarum Orbem diffuſę regimen, meritis licet imparibus, evecti, laudabilibus eorum ſtudiis, per quę Chriſtifidelium, pręſertim in remotiſſimis ab hac Sancta Sede degentium, in doctrina ſana inſtitutioni, atque eruditioni conſulitur, peculiarem paſtoralis muneris noſtri ſolicitudinem, cum a Nobis petitur, & Reges orthodoxi, magnis in Eccleſiam Dei meritis fulgentes, vota ſua in id dirigunt, libenti animo adhibemus, ſicut, omnibus mature perpenſis, conſpicimus, in Domino ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium nobilem virum modernum Ducem de Medinaceli, ipſius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam, oratorem expoſitum fuit, quod cum in Civitate Cuſcan. in Indiis Occidenralibus jam inde ab anno MDXCII erectum reperiatur ſub invocatione, ſeu titulo, S. Antonii Abbatis unum Collegium, ſeu Seminarium eccleſiaſticum, de jurepatronatus prędicti Caroli Regis exiſtens, quinque Cathedras Regia impenſa fundatas habens, tres videlicet Philoſophię, & duas Sacrę Theologię, quę Collegialibus ipſius Collegii per concurſum conferuntur, atque ad idem Collegium nobiliores illarum partium juvenes, ſtudiorum cauſa, ſe conferant, degantque in eo centum plerumque Collegiales, qui pręter bonarum literarum ſtudia, quibus ibidem operam navant, Cathedrali Eccleſię Cuſcan. debitis temporibus inſerviunt, necnon inde viri, ſacris Miſſionibus, curę animarum, ac ſervitio Eccleſię valde utiles, & fructuoſi prodierint: id vero unum eidem Collegio deeſſe videatur, quod ejus Collegiales ſupradicti, ſeu alii illius ſcholares, ſtudiosis ſuis laboribus peractis, graduum literariorum pręmium conſequi nequeunt, eo quia Univerſitas ſtudii Generalis Limana quingentis circiter milliaribus a dicta Civitate Cuſcan. diſtat, nec illi in alio Collegio S. Bernardi Cuſcan., quod a Clericis regularibus Societatis Jeſu regitur, & in quo ceteroqui examen eorum, qui ſubinde ad gradus ſcholaſticos per Epiſcopum Cuſcan. promovendi ſunt, habetur, examini hujuſmodi ſe ſubjicere valent, propter differentiam ſcholarum, quandoquidem Collegiales Collegii S. Antonii hujuſmodi, quod alias antiquius exiſtit, & pręrogativa pręcedentię ſuper Collegium S. Bernardi ſupradictum fruitur, a primęva inſtitutione in eorum primo ingreſſu ad ſequendam Doctrinam S. Thomę Aquinatis juramento ſe aſtringunt, illique incumbunt: ipſeque Carolus Rex plurimum cupit, eiſdem Collegialibus, ſeu aliis ſcholaribus Collegii S. Antonii hujuſmodi a Nobis indulgeri, ut, abſolutis ſtudiis, & pręvio examine, per Cathedraticos Conventus S. Dominici dictę Civitatis Cuſcan., Ordinis Fratrum Prędicatorum, attenta doctrinę conſentione, faciendo, Baccalaureatus, Licentiaturę, Magiſterii, & Doctoratus in Philoſophia, & Sacra Theologia, gradus a pro tempore exiſtente Epiſcopo Cuſcan., Eccleſia vero Cuſcan. Sede Epiſcopali vacante, a Capitulo illius Eccleſię, in Conventu ſupradicto ſuſcipere valeant. Nobis propterea memorati Caroli Regis nomine humiliter ſupplicatum fuit, ut in pręmiſſis Nota.

opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur piis ejuſdem Caroli Regis votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & regularium prępoſitorum, conſilio, Epiſcopo Cuſcan., ſive ejus Vicario in ſpiritualibus Generali, cum vero Eccleſia Cuſcan. vacare contigerit, Vicario Capitulari Eccleſię hujuſmodi, illius Sede Epiſcopali vacante, legitime deputato, reſpective pro tempore exiſtentibus, donec, & quouſque publica Univerſitas in dicta Civitate Cuſcan. erigatur, illos ex Collegialibus, ſeu aliis ſcholaribus Collegii S. Antonii ſupradicti, qui, peracto ſtudiorum curriculo, ac pręvio examine non modo ab ipſius Collegii S. Antonii, ſed etiam memorati Conventus S. Dominici Cathedraticis faciendo, habiles & idonei reperti fuerint, Baccalaureatus, Licentiaturę, ac Doctoratus, & Magiſterii in Philoſophia, & ſacra Theologia hujuſmodi gradus, ſervata tamen in omnibus, & per omnia forma Decretorum Viennen., & Tridentini, Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, auctoritate noſtra Apoſtolica, conferendi facultatem, eadem auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & impartimur. Locum vero, in quo graduum hujuſmodi collatio facienda erit, Epiſcopi, & Vicarii Capitularis pręfatorum arbitrio reſpective remittimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes ipſas pręſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, formas, & occaſiones, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die I Martii MDCXCII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Cuſcan.*) Vulgo *Cuſco*, in America meridionali. Urbs eſt Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo *Limano*.

Anno 1692
Die 8 Junii.

De tribus Miſſis Sabbato Sancto celebrandis in Sacello S. Marię de Athocha Matritenſis Cœnobii Fratrum Prædicatorum.

XXXVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

PIis Orthodoxorum Regum, de Eccleſia Dei multis nominibus optime meritorum, ſtudiis, paterna caritate libenter obſecundamus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, bonorum operum incrementum, & Chriſtiani populi ędificationem ſalubriter in Domino expedire arbitramur. Cum itaque, ſicut pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium nobilem virum modernum Ducem de Medinacęli, ipſius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem, nuper expoſitum fuit, in Capella Regia ſub titulo, ſeu invocatione Sanctę Marię de *Athocha* nuncupat. in Eccleſia Fratrum Ordinis Prędicatorum Oppidi Matriti, Toletan. Diœceſis, ſita, tres Miſſę ſingulis annis die Sabbati Sancti immemorabili tempore celebrari hactenus conſueverint, nunc vero hac in re obſtet decretum a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum, noviſſime nempe die XI Februarii MDCXC emanatum, ac a felicis recordationis Alexandro Papa VIII Prędeceſſore noſtro approbatum, per quod celebratio Miſſarum dicta die Sabbati Sancti in quibuſcunque Eccleſiis, & Oratoriis, etiam privatis, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, prohibetur, & unicam Miſſam Conventualem una cum officio ejuſdem Sabbati Sancti celebrandam eſſe decernitur. Nobis propterea ejuſdem Caroli Regis nomine, per pręfatum modernum Ducem, humiliter ſupplicatum fuit, ut in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, piis ipſius Caroli Regis votis, & ſupplicationibus hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuentes, de memoratorum Cardinalium conſilio, ut prędicta die Sabbati Sancti in poſterum ſingulis annis poſt abſolutam Miſſam ſolemnem, in pręfata Eccleſia, ſeu Capella tres Miſſę tantum, juxta aſſertam antiquam, & immemorabilem conſuetudinem, dummodo tamen pręſens gratia non tranſeat in exemplum, celebrari libere, & licite poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter con-

contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII Junii MDCXCII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur *T.IX Bullarii Romani Conſt. XXVI pag. 357.*

Anno 1692 Die 14 Junii.

XXXVII.

Ex Officiis translatis illud SS. Annunciationis ceteris præponendum eſt.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Decretum Sacrę Congregationis Rituum.

ETſi ſecundum regulas Breviarii Romani, cum plura feſta ęqualia in Ritu transferenda ſunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus, attamen, quia anno MDCXC ab hac Sacrorum Rituum Congregatione, approbante, & mandante felicis recordationis Alexandro VIII, ſpecialis prerogativa conceſſa fuit translationi feſti Annunciationis Beatę Marię Virginis Matris Dei, incidentis in Feriam ſextam Paraſceve, vel Sabbatum Sanctum, idcirco eadem Sacra Rituum Congregatio iſtiuſmodi novis Decretis inhęrens, ob ſpecialem reverentiam Dominicę Incarnationis, ſpeciali hoc privilegio decorandum cenſuit idem feſtum Annunciationis, nimirum, ut quotieſcunque poſthac contigerit, feſtum prędictum, etiam quoad ſolum officium, poſt Octavas Paſchę transferri, in eodem ceteris ſemper feſtis ęqualis Ritus pręponatur, licet temporis ordine illis ſit in Kalendario poſterius, & ita ſervari mandavit die XIV Junii MDCXCII.

A. Epiſc. Oſtien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

J. Vallemanus Sac. Rituum Congr. Secr.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Collectione Bullarum, auctore Georgio de Firmanis pag. 290.*

Anno 1693 Die 1 Septembris.

XXXVIII.

Reſcindit (1) edicta Prætoris Cremonen. de celebrando feſto S. Dominici.

Ex Bullario Romano T.IX pag. 320. Conſt. LXIV.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ROmanus Pontifex ęqui bonique ſupremus aſſertor in Terris a Domino conſtitutus, eccleſiaſticę poteſtatis jura, ſarta tecta tueri, ac adverſus quęcunque, per quę illis aliquid detrimenti inferri poſſet, tradita ſibi divinitus auctoritate, vindicare tenetur, ſicut omnibus maturę conſiderationis trutina perpenſis, ęquitati, & juſtitię, rectoque ordini conſentaneum eſſe, in Domino arbitratur. Alias ſiquidem per felicis recordationis Innocentium PP. X Predeceſſorem noſtrum, accepto, quod Senatus Mediolanen. per literas circulares datas die XX Junii MDCLIII, necnon tunc exiſtens Gubernator Status Mediolanen. per Edictum publicatum die XXX ejuſdem menſis Junii, mandaverant, obſervari feſtum Sancti Dominici die IV menſis Auguſti cujuslibet anni, in toto illo ſtatu, pręcipientes, ut populi, & ſubditi ejuſdem ſtatus abſtinerent ab operibus ſervilibus, & artifices, tabernas, & apothecas clauſas tenerent, prout ſervatur ceteris diebus feſtis ex pręcepto, & ulterius in edicto prędicto expreſſum fuerat, feſtivitatem eſſe celebrandam cum omni devotione, & pietate Chriſtiana, idem Innocentius Prędeceſſor, conſiderans, quam perniciosum auctoritati eccleſiaſticę id eſſe poſſet, cum Principes laici, quibus, in rebus Eccleſię, obſequendi potius manet neceſſitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem indicendi dies feſtos in honorem Sanctorum, de tunc pariter exiſtentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum, quibus negotium diſcutiendum commiſerat, conſilio, pręfatas literas, ac edictum emanata auctoritate laicali, ſuper obſervatione feſtivitatis ejuſdem Sancti Dominici, fuiſſe, & eſſe omnino nulla, nulliuſque roboris, & momenti, nec aliquo modo ſervanda, Apoſtolica auctoritate declaravit, & alias, prout in ipſius Innocentii Prędeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis die VI Octobris MDCLIII expeditis literis, quarum tenorem pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, uberius continetur, Cum autem, ſicut ad Apoſtolatus noſtri notitiam, non ſine gravi animi noſtri dolore pervenit, modernus Pretor Civitatis Cremonen., non modo per ſuum edictum nuper, videlicet die XXVIII Julii proxime preteriti promulgatum, iiſdem circularibus literis Senatus Mediolanen. quas memoratus Innocentius Prędeceſſor, ſicut pręmittitur, nullas declaravit, potiſſimum inhęrens, feſtum ipſius Sancti Dominici in Civitate Cremonen. pręfata, ejuſque diſtrictu, ita de cetero ſingulis annis celebrari ordinaverit, ut mercatores, & Artifices omnes eo die officinas ſuas clauſas tenere, ceteri vero quicunque operum publicorum ceſſatione, feſtum hujuſmodi iiſdem modo, & forma, quibus reliqua ex pręcepto colenda feſta celebrantur, obſervare deberent, verum etiam quaſdam ſubinde ſuper pręmiſſis Curię Epiſcopalis Cremonen. juſſu publice affixas ſchedulas, quibus ne propter eadem pręmiſſa conſcientias Chriſtifidelium ſcrupulis irretiri contingeret, nullam in feſto pręfato adeſſe obligationem audiendi Miſſam, ſed illud pro feſto ex ſola devotione colendo habendum eſſe, cavebatur, per Curię ſecularis ſatellites, e locis, ubi affixę fuerant divelli, ac lacerari, curaverit, necnon inſuper per aliud edictum poſtmodum nempe die III Auguſti, etiam proxime pręteriti Curię Cremonenſis nomine publicatum, pręcedens edictum, nonnullis etiam additis eccleſiaſticę jurisdictioni magis injurioſis, confirmare, & innovare pręſumpſerit, & alias

prout

prout in ambobus edictia bujuſmodi, quę non approbandi, ſed penitus, & omnino reprobandi animo, pręſentibus itidem pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius dicitur contineri. Hinc eſt, quod Nos ex debito Paſtoralis officii, quod humilitati noſtrę, meritis licet, & viribus longe imparibus, commiſit divina dignatio, juriſdictionem eccleſiaſticam prędictam, a pernicioſis hujuſmodi laicorum conatibus, illęſam, & illibatam tueri, & conſervare cupientes, ac memorati Innocentii Prędeceſſoris veſtigiis inhęrentes, necnon omnium, & ſingulorum, quę in pręmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo facta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, aliave quęcunque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, pręſentibus ſimiliter pro plene, & ſufficienter expreſſis, & exacte ſpecificatis habentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum dictorum S. R. E. Cardinalium, iiſdem Sacris Ritibus prępoſitorum conſilio, edicta pręfata a memorato Prętore Civitatis Cremonen. ſuper obſervantia feſti ejuſdem Sancti Dominici, ſicut pręmittitur, promulgata, aliave quęcunque in pręmiſſis, ſeu eorum occaſione, in pręjudicium juriſdictionis eccleſiaſticę quovis modo acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocunque ſecuturis, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, ac a non habente poteſtatem attentata, & de facto pręſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti eſſe, & perpetuo fore, auctoritate pręfata, tenore pręſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, ſalvis tamen ulterioribus proviſionibus, in eiſdem pręmiſſis contra quoſcunque, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignos, a Nobis, & hac Sancta Sede quandocunque, & quomodocunque capiendis, harum ſerie itidem perpetuo revocamus, caſſamns, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu, penitus, & omnino vacuamus, ac pro revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu, penitus, & omnino vacuis, ſemper haberi debere, ſicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. pręfatę Cardinales, etiam de latere Legatos, alioſve quoſlibet quacunque pręeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quę memoratus Innocentius Prędeceſſor in ſuis literis pręfatis voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die I Septembris MDCXCIII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Reſcindit.*) Notat editor Bullarii Romani, quod *eadem declaratio habetur contra Senatum, & Gubernatorem Mediolanen. Innocentii X Conſtitutione edita MDCLIII, Octobris VI: Innocentii XI Conſtitutione edita MDCLXXVIII Novembris XXVIII, nulla declarata fuere Acta Conſilii Regii Caſtella contra Nuncium Apoſtolicum. Et Clementis XI Conſtitutione edita MDCCVI Januarii XVI reprobantur acta Curia ſecularis contra Epiſcopum Carthaginen.*

Anno 1694 Die 24 Julii.

XXXIX.

Decretum de Apoſtatis (1), & Fugitivis, auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii PP. XXII editum die prima Martii MDCXCIII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CONgregatio particularis a Sanctiſſimo Domino Noſtro deputata Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Carpinei, Caſanate, Mariſcotti, de Norfolcia, de Laurea, de Aguirre, & Colloredi, cenſuit auctoritate ſibi ſpecialiter a Sanctiſſimo Domino noſtro attributa infraſcriptum Decretum gratioſum, pro hac vice tantum, abſque ſpe ulterioris indulti promulgari, ac reſpective indulgeri Apoſtatis, & Fugitivis hac quę ſequitur forma. Quotquot de Regularibus Apoſtatis, & Fugitivis quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, vel locorum Regularium, ubique exiſtentium, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, a propria Religione apoſtataverint, etiamſi a fide Catholica delapſi, ſeſe infidelitatis, vel utcunque hęreticę communionis contagione macularint, ſi citra montes intra ſex menſes, ultra montes infra annum, extra Europam ad tres annos a die publicationis pręſentium in Urbe inchoandos, reſipuerint, & ad propriam Religionem redire, vel ad aliam etiam laxiorem tranſire, in qua tamen vigeat Clauſtralis, & Regularis obſervantia, & reſpective ad fidem Catholicam, ſeu ad illius communionem reverti, Deo dante, voluerint, ſeque pręſentaverint, alicui, ſive Nuncio Apoſtolico, ſive Epiſcopo, ſive Inquiſitori, ſive ſi ad illos facilis non ſit acceſſus, Vicario Apoſtolico, aut Pręfecto Miſſionum illius Regionis, in qua degunt, quem ipſi elegerint, veniamque coram eo humiliter petierint, & ſi a fide delapſi fuerint, omnes errores ab Eccleſia Catholica damnatos deteſtati fuerint, & abjuraverint in forma ſolita, ab eodem, ut ſupra, per ipſos electo, a quibuſvis ſententiis, cenſuris, & pęnis Eccleſiaſticis, ſalvo tamen jure Partium, & Fiſci, quibus quomodolibet innodati extiterint, Apoſtolica auctoritate, quam Sanctiſſimus Dominus noſter prędictis, & ſingulis de ſpeciali gratia ad hunc effectum impertitur, abſolvi, & in communionem Catholicam recipi, & ſuper irregularitate quoad exercitium ordinum per eos ratione Apoſtaſię, & lapſus a Catholica fide in hęreſim, vel ex violatione cenſurarum duntaxat contracta, diſpenſari poſſint, & valeant, ſuſpenſo tamen prędicto exercitio ordinum, dum extra clauſtra permanſerint, & religionem ingreſſi non fuerint, ac pręmiſſa pęnitentia ſalutari exceſſibus congrua, condonationem, & remiſſionem, impunitatemque omnium delictorum, ſalvo ſemper jure tertii, tam ante, quam poſt Apoſtaſiam commiſſorum, conſequantur, literaſque teſtimoniales gratis concedendas obtentę abſolutionis, diſpenſationis, condonationis, remiſſionis, ac impunitatis habere procurent. Iis vero, qui ad aliam religionem tranſire volue-

voluerint, competens terminus quatuor menſium a die obtentę abſolutionis inchoan. ad inveniendos benevolos Receptores, concedatur ab eo, a quo reconciliati fuerint; quo termino durante, ſub obedientia, directione, & reſpective juriſdictione illius Ordinarii, ſive alterius ex prędictis Superioribus, cui ſe pręſentaverint, ne vagi diſcurrant, remanere debeant, eoque elapſo, nec alio benevolo receptore invento, ſtatim ad propriam religionem redire teneantur, alias habeantur pro Apoſtatis recidivis, & ſubjectis eiſdem pęnis contra Apoſtatas per Sacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas inflictis, Irregulares autem ex aliis delictis pręter expreſſa, iiſdem irregularitatibus remaneant obnoxii, niſi poſtea ab Apoſtolica Sede ob correctos, & emendatos maxime mores, ſecundum Ordinariorum, & proprii cujuſque Ordinis Superiorum atteſtationes, fuerint diſpenſati. Agnoſcant autem Apoſtatę, & Fugitivi ita reconciliati, juxta monita Sanctorum Patrum, quam diuturnam; acerbamque pęnitentiam, ſecundum Sacros Canones, agere oporteret pro tot, tantiſque ſceleribus, ſtudeantque ingenti contritione, fletu, & planctu, aliiſque animi, corporiſque macerationibus, ſe ad veniam, largiente Domino, diſponere, ut abſolutionem a cenſuris, diſpenſationem reſpective ab irregularitatibus, & abſolutionem peccatorum Sacramentalem digne, & ſalubriter conſequi valeant. Deinde vero haud ſtatim, ſed interpoſita convenienti mora, ac pręvia novę vitę converſatione, veterum peccatorum reliquias per actus verę pęnitentię eluere ſatagant, priuſquam Euchariſtię Sacramentum ſumant, vel ad Eccleſiaſticos Ordines adminiſtrandos ii, qui ſuper irregularitate diſpenſati fuerint, accedant. Sic autem reconciliatos, ſi ad propriam religionem revertantur, illorum Superiores benigne recipiant, ac paterne, & charitative amplectantur, & tractent, ac niſi alia crimina, pręter Apoſtaſiam a Religione, vel a fide Catholica in hęreſim, & violationem cenſurarum, ut pręfertur, patraverint, juxta eorum pęnitentię fructus, & merita, etiam ad honores, gradus, locum, & voces reſtituant, eiſdem a nemine objurgata anteactę vitę memoria, circa quos, ut S. Gregorius monet, ſit amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperans, ſit zelus, ſed non immoderate ſęviens, ſit pietas, ſed non pluſquam expediat, parcens. Quoad illos vero, qui ad aliam Religionem etiam laxiorem tranſire voluerint, eadem Sacra Congregatio hortatur in Domino Ordinum Superiores habentes facultatem recipiendi ad habitum, & profeſſionem, ut eos recipiant, & poſt peractum probationis annum, ad profeſſionem admittant, ad quem effectum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę auctoritate Superioribus cunctis neceſſarias omnes facultates impertitur, derogando omnibus Conſtitutionibus, tam Apoſtolicis, quam proprii cujuſque Ordinis, ac ſi de eis hic expreſſa mentio facta eſſet. Datum Romę die XXIV Julii MDCXCIV.

G. Card. Mariſcottus Pro-Pręfectus.

Loco ✱ ſigilli.

R. Pallavicinus Sac. Congr. Concilii Secr.

Die XXX Julii MDCXCIV ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curię, in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Sebaſtianum Vaſellum Sanctiſſimi D.N. Papę Curſorem.

Pro D. Mag. Curſ. Gregorius Staggius Apoſt. Curſ.

1. *Apoſtatis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XI.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria typis R. Cameræ Apoſtolicæ edita Romæ MDCXCIV.

Decretum de Ejectis, & Ejiciendis (1), auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii PP. XII, editum die prima Martii MDCXCIII.

Anno 1694
Die 24 Julii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XL.

INſtantibus Procuratoribus Generalibus Religioſorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apoſtatis, & Ejectis editorum a Sacra Congregatione Concilii, & a ſanctę memorię Urbano PP. VIII anno MDCXXIV confirmatorum, ut facilior modus incorrigibiles ejiciendi pręſcribatur, Sacra Congregatio a Santiſſimo Domino noſtro Innocentio Papa XII, ſuper pręmiſſis particulariter deputata Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Carpinei, Caſanate, Mariſcotti, de Nerfolcia, de Laurea, de Aguirre, & Colloredi, perpenſis eorundem Procuratorum Generalium votis, ne conſortio morbidarum pecudum caterę corrumpantur, & remedia hucuſque ad ſanitatem oblata male affectis officiant magis, quam proſint, maturo examine, zelo regularis diſciplinę conſervandę, cenſuit, ſtatuit, & auctoritate ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri ſibi ſpecialiter attributa, hęc in poſterum ſervanda decrevit.

I. Quod firmis, ac in ſuo robore ſemper manentibus prędictis Decretis de Apoſtatis, etiam ſecundum eam partem, ubi agitur de Ejectis, & Ejiciendis, tanquam Sacris Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus, quoad Ejectos eadem ſerventur, quę in alio ſimili Decreto hac pręſenti die emanato de Apoſtatis, & Fugitivis ſtatuta ſunt, & indulta: quodque ad pręſcriptam legem ſanctę memorię Gregorii IX in cap. final. de Regul. annuatim fugitivi requirantur, & reſpective cogantur ad Clauſtra reverti.

II. Quod annus integer, qui in prędictis Decretis anni MDCXXIV pręſcribitur in pęnitentia, & jejunio ad ejiciendos incorrigibiles, ad ſex tantum menſes continuos in poſterum coarctetur, & reſtringatur.

III. Quod facultas Generalibus Ordinum de conſilio, & aſſenſu ſex ex gravioribus Religioſis in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad cauſas Ejiciendorum eligendis, attributa, extendatur etiam ad quoſcunque Provinciales, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus, ſex gravibus ex propria Provincia Religioſis a Generali confirmandis, de illorum conſilio, & aſſenſu cauſas hujuſmodi cognoſcant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles ſuę Provincię, & ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis, definiant, ſalva ſemper Sanctę Sedis, & S. Congregationis Concilii in caſu recurſus, & appellationis auctoritate.

IV. Quod

IV. Quod in poſterum Proceſſus conficiantur juxta Regulas, Conſtitutiones, *ordinationes*, & *ſty*-lum cujuſque Ordinis, & Religionis, donec aliter fuerit a Sacra Congregatione *proviſum*.

V. At quia nimia ſine delectu facilitas recipiendi quoſcunque Religionis ingreſſum *petentes*, & a Religione forſan alienos, duram ſatis tractu temporis neceſſitatem parit, eoſdem e clauſtris *ejiciendi*, ne hujuſmodi ſemina, quę a principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus uſque ad incorrigibilitatem ſuccreſcant in paleas, eadem Sacra Congregatio, annuente Sanctiſſimo Domino noſtro, ſub interminatione Divini Judicii, necnon privationis vocis *activę*, & paſſivę, ac dignitatum, & officiorum obtentorum, cum inhabilitate ad eadem in poſterum obtinenda, quibuſcunque prędictorum Ordinum Superioribus diſtricte pręcipit, & mandat, omnia, & ſingula Decreta ſanctę memorię Clementis VIII, regiſtrata poſt Decretum ſanctę memorię Urbani VIII de Apoſtatis, & Ejectis incipien.: *Regularis*, *Sanctiſſimus*, & *Nullus*, una cum aliis ſubſequentibus decretis, proviſionibus, ordinarionibus, & reſpective moderationibus, bis in anno legi, eadem ad ungnem ſervari, pęnas in eiſdem contentas innovari, & capitibus Ordinum intimari, ne hujuſmodi Decretorum tranſgreſſores, qui in lege gloriantur, per pręvaricationem legis Deum inhonorent, & ne militię Chriſti adſcripti tam de facili fiant deſertores, ac profugi. Datum Romę die XXIV Julii MDCXCIV.

G. Card. Mariſcottus Pro-Pręfectus.

Loco ✱ Sigilli.

R. Pallavicinus Sac. Congr. Concilii Secret.

Die XXX Julii MDCXCIV ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curię, in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Sebaſtianum Vaſellum Sanctiſſimi D.N. Papę Curſorem.

Pro D. Mag. Curſ. Gregorius Staggius Apoſt. Curſ.

1. *Ejiciendi.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum tomo ultimo Tit. XI.*

2. *Archivo.*) In quo varia exemplaria typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ edita *Romæ* MDCXCIV.

Anno 1695 Die 14 Januarii.

Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati (1) S. Thomæ de Aquino.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLI.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in Eccleſia Sancti Marci Collegii Fratrum Studentium Ordinis Prędicatorum de Obſervantia nuncupatorum Civitatis Florentin. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub invocatione S. Thomę de Aquino, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis canonice erecta, ſeu erigenda exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt, Nos, ut Confraternitas hujuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi Sacroſanctum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, plenariam, ac eiſdem tam deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere quoque pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus, corde, devote invocaverint, etiam plenariam. Necnon nunc, & pro tempore exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus vere ſimiliter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui pręfatę Confraternitatis Eccleſiam, ſeu Capellam, vel Oratorium die feſto principali dictę Confraternitatis per eoſdem Confratres ſemel tantum eligendo, & ab Ordinario approbando, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, & Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper eiſdem Confratribus, & Conſororibus, vere pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis dictam Eccleſiam, ſeu Capellam, vel Oratorium in quatuor anni feſtivis, vel non feſtivis, ſeu dominicis diebus, per Confratres prędictos, ut ſupra eligen., & ab Ordinario approban., ut pręfertur, viſitan., & oran., quo die prędictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Quoties vero Miſſis, & aliis divinis officiis in dicta Eccleſia, ſeu Capella, vel Oratorio hujuſmodi pro tempore celebran., vel recitan., ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis, ubicunque facien. interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, vel componi fecerint, vel procuraverint, aut etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum, & Sororum, quam aliorum ad ſepulturam eccleſiaſticam aſſociaverint, vel quaſcunque proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, ſacrumque Euchariſtię Sacramentum, tam in proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore defertur comitati fuerint, aut, ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Conſororum prędictorum &c. recitaverint, aut demum aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt docuerint, aut quomodocunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, quoties pro quolibet prędictorum operum exercitio ſexaginta dies

de

de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragen. aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alia ratione uniatur, aut etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullę ſint. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV Januarii MDCXCV, Pontificatus noſtri Anno Quarto. J. F. Card. Albanus.

1. *Confraternitati*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu*. 2. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Florentino* Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.

Indulgentia pro die *Stationis* ad Eccleſiam S. Marię ſupra Minervam de Urbe.

Anno 1695 Die 8 Martii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

XLII.

Univerſis Chriſtifidelibus, pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Eccleſiam Sanctę Marię ſupra Minervam de Urbe Fratrum Ordinis Prędicatorum feria ſexta intra octavam Feſti Paſchatis Reſurrectionis Dominicę devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, ut eas omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pęnitentiarum relaxationes conſequantur, quę lucrantur in aliis Eccleſiis de eadem Urbe in diebus Stationum ad id ſtatutis miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, preſentes nullę ſint. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII Martii MDCXCV, Pontificatus noſtri Anno Quarto. J. F. Card. Albanus.

1. *Archivo*.) In quo exemplar typis R. Cameræ Apoſtolicæ editum Romæ. De ſeptennio ad ſeptennium eadem Indulgentia ſubinde conceſſa fuit.

Decreta Sacræ Congregationis a Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa XII ſuper Diſciplina Regulari ſpecialiter deputatæ, ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri auctoritate edita.

Anno 1695 Die 18 Julii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

XLIII.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Innocentius Divina Providentia Papa XII, pro paterna caritate, qua Religioſos Ordines, multis, magniſque in Eccleſiam Dei meritis reſulgentes, & peculiaris erga Sedem Apoſtolicam devotionis nomine commendatos, complectitur, volens eorum conſervationi, & propagationi conſulere, ſimulque ex injuncto ſibi cęlitus Paſtoralis officii debito providere, ut Regularis in iis diſciplina ad Religioſorum ſalutem, & totius Chriſtiani Populi ędificationem, utilitatemque, ſarta tecta cuſtodiatur, ac vigeat, & ſicubi collapſa eſt, adjuvante Domino, reparetur, conſtituit, & declaravit, ſe licentiam recipiendi Novicios in ſingulis approbatis Ordinibus benigne conceſſurum, ut volentibus e periculoſis ſeculi fluctibus ad Religionis portum confugere facilis, tutuſque aditus aperiatur; dummodo tamen ea, quę pro Regulari vita recte inſtituenda, tam a Sacroſancta Tridentina Synodo, quam a Prędeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, pręcipue vero felicis recordationis Clemente VIII in Decretis generalibus pro Regularium reformatione, necnon Innocentio X, & Alexandro VII, pro Noviciorum receptione, & Profeſſorum educatione ſalubriter conſtituta ſunt, quibus omnibus firmiter inhęret Sanctitas Sua, eaque, quatenus opus ſit, confirmat, & renovat (ſalvis tamen in hac parte ſingulorum ordinum ſtatutis, ſeu aliis ordinationibus ab Apoſtolica Sede in forma ſpecifica poſt eadem Decreta forſitan approbatis, aut editis) exacte & inviolate ſerventur. Quocirca Sacra Congregatio ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro ſuper Diſciplina Regulari ſpecialiter deputata, quę plura hactenus pro recta nonnullorum Monaſteriorum gubernatione Decreta edidit, aliaque in dies editura eſt, ut omnibus pręfata ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri mens pateat, ac plenius, & celerius innoteſcat, de mandato Sanctitatis Suę, pręſentis Decreti tenore, denuntiat omnium, & ſingulorum Ordinum Regularium (iis duntaxat exceptis, qui in pręfatis Clementis VIII decretis excepti reperiuntur) Superioribus, tam Generalibus, quam Provincialibus, quocunque nomine nuncupentur, ceteriſque, ad quos ſpectat, ut in unaquaque Provincia per Italiam, & Inſulas adjacentes, quamprimum deputent aliquos Conventus, quos magis aptos cenſuerint, vel unum ſaltem, ibique auctoritate Apoſtolica ſtatuant omnimodam obſervantiam Regulę, Conſtitutionum uniuſcujuſque Ordinis, & Decretorum Apoſtolicorum, pręcipue vero exactę vitę communis ad formam eorundem Decretorum ab omnibus Religioſis, qui in Conventibus, ubi recipiendi Novicii, & Profeſſi educandi ſunt, morabuntur, omnino ſervandę. Poſtquam vero Regularem Obſervantiam, & ſignanter quoad exactam vitam communem, cum effectu ſtabilitam fuiſſe, tam ex eorundem

Superiorum Generalium, ſeu Provincialium relatione, quam Prępoſiti, & Fratrum *in pręfatis Conventibus* degentium jurejurando firmato Teſtimonio, necnon per ſecretas informationes, *atque etiam*, ubi opus fuerit, per Apoſtolicos Viſitatores ad hoc ſpecialiter deputandos, eidem Sacrę Congregationi ſufficienter conſtiterit, tunc Sanctitas Sua antedictam licentiam, quam hactenus diſtulit, *Novicios ibi* recipiendi benigne concedet, & locum ad Profeſſos, pietate, & literis inſtituendos uſque ad *Sacerdotium*, vel alias juxta Conſtitutiones, & laudabiles cujuſque ordinis conſuetudines, in iiſdem Conven*tibus*, *non* autem in aliis, niſi fuerint ejuſdem obſervantię, deſtinabit. Quę quidem omnia, quo facilius, efficacius, & durabilius ad praxim deduci valeant, eadem Sacra Congregatio Sanctitatis Suę auctoritate committit, & in virtute ſanctę obedientię pręcipit pręfatis Superioribus, ad quos pertinet, ut in ſupradictis Conventibus, non collocent, niſi Religioſos graves, devotos, exemplares, regularis obſervantię, & puritatis regulę ſtudioſos, orationi pręſertim, ac mortificationi, ſine quibus non poteſt religioſa vita conſiſtere, addictos, quique conſentiant exacte ſervare vitam communem, atque inde amoveant eos omnes, qui tam ſanctę ordinationi contradicere, ſeu verbis, aut factis quoquomodo ſeſe opponere audeant. Ut autem, tam laudabilis vitę inſtitutum, & regulari Profeſſioni maxime proprium, Religioſi alacrius arripiant, omniſque excuſatio infirmioribus pręcludatur, eadem Sacra Congregatio ſimiliter pręcipit Superioribus antedictis, ut memoratis Conventibus (implorata etiam, ubi opus fuerit, Apoſtolica auctoritate) prefici omnino curent viros, non ſolum diſciplinę zelo, ſed etiam caritate, & morum ſuavitate pręditos, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, quorum regimini libenter alii ſe ſubmittant. Studeant vero pręcipue, ut ea omnia, quę tam ad victum, & veſtitum, quam ad reliquas vitę neceſſitates pertinent, ſingulis Religioſis prompte ſubminiſtrentur, ac pręſertim ęgritudinis tempore nihil alicui deſit, quod ad ſanitatem recuperandam pertineat: ac propterea Religioſos in iiſdem Conventibus morari non patiantur ultra eum numerum, qui ex illorum redditibus, & conſuetis communibus, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, aliiſve quibuſcunque obventionibus, pariter in commune conferendis, valeat commode ſuſtentari. Eos vero, qui ſemel pręfatę obſervantię, & exactę vitę communi libenter, ut vere Religioſos viros decet, ſeſe ſubjecerint, & in ea laudabiliter perſeverant, nullatenus a memoratis Conventibus nolentes transferant, niſi forte ad alia Monaſteria, ubi ſimilis obſervantia vigeat, iiſque pariter de omnibus ad vitam neceſſariis poſſit commode provideri. Quod ſi reddituum, & eleemoſynarum tenuitas hujuſmodi exactę vitę communis obſervantię alicubi videatur obſiſtere, liceat eiſdem Superioribus, vel per annuam contributionem aliorum Conventuum huic neceſſitati proſpicere, vel ab Apoſtolica Sede per ſupreſſionem alicujus Conventus minus utilis perpetuam, vel ad tempus, vel alia demum ratione, quę opportunior viſa fuerit, remedium poſtulare. Sciant vero Superiores prędicti, eos, qui pręfata omnia ſedulo, ut par eſt, adimplere curaverint, ſpecialem a Sanctitate Sua, & Sede Apoſtolica inituros gratiam, & protectionem, atque in iis pręcipue, quę ad antedictam obſervantiam ſtabiliendam pertinent, favorem omnem, & auxilium experturos, qui vero e contra negligentes, aut (quod abſit) contumaces reperti fuerint, gravibus pęnis pro modo culpę, & etiam privationis officiorum, ac perpetuę inhabilitatis ad ea, aut alia in poſterum obtinenda, puniendos fore: pręfatę autem obſervantię nihilominus ſtabiliendę per alios Superiores, vel per Commiſſarios Apoſtolicos, ubi opus fuerit, etiam extra Religionem aſſumendos, a Sancta Sede efficaciter providendum, omnemque interim, ubi eadem obſervantia non vigebit, recipiendi Novicios licentiam denegandam. Porro, ne Regularis Diſciplina, dum in Conventibus jam erectis ſtatuitur, relaxetur in erigendis, & quod una ex parte conſtruitur, ſimul ex altera deſtruatur, Sacra Congregatio, Sanctitate Sua ſimiliter approbante, ſtatuit, atque decernit, nulla in poſterum Monaſteria, Collegia, Domos, Conventus, aut alia Religioſorum virorum loca fundari, erigi, aut quovis modo inſtitui debere, niſi ſub expreſſa obligatione exactę vitę communis ab omnibus Religioſis ibi commorantibus perpetuo, & inviolate ſervandę, ac propterea nullas deinceps admittendas hujuſmodi fundationes, niſi, pręter alia ad id requiſita, prius legitime conſtiterit, adeſſe annuos redditus, vel certam eleemoſynarum ſpem, quibus duodecim ſaltem Religioſi in exacta vita communi commode valeant ſuſtentari. Non obſtantibus circa pręmiſſa omnia, & ſingula Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quorumcunque ordinum, ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ad extremum eadem Sacra Congregatio Regulares omnes, cujuſcunque Ordinis, & Inſtituti ſint, Sanctitatis Suę verbis, ſerio admonet, & in Domino obteſtatur, ut, omni mora poſtpoſita, ſicuti filios obedientię decet, ad regulę, quam amplexi ſunt, pręſcriptum vitam inſtituant, & componant, Decretiſque Apoſtolicis pro ęterna, illorum ſalute editis, ſincere, ac fideliter pareant, nec ab eorum obſervantia inanibus interpretationibus, & fallaciis, aut relaxationum pretextibus, ad excuſandas excuſationes in peccatis, abduci ſe ſinant, ſed profeſſionis ſuę memores, qua ſe totos Dei obſequio manciparunt, ſuſceptum Chriſtianę perfectionis iter, arduum quidem, ſed Divinę caritatis dulcedine aſperſum, abjectis terrenarum rerum curis, alacriter proſequantur: Nimis enim turpe eſſet, eos ad ſecularia deſideria, quibus ſemel, aſpirante Domino renunciarunt, animum revocare, & obligatam Deo, qui non irridetur, primam fidem irritam facere. Meminerint, ſe ad peculiarem Salvatoris Noſtri ſequelam vocatos, qui cum dives eſſet, propter nos egenus factus eſt, veterumque illorum fidelium glorioſos imitatores, ac veluti hęredes eſſe, quorum erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quę poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat, ideoque in regularis vitę, ac pręcipue ſanctę paupertatis, quę eſt parens quędam generatioque virtutum, propoſito perſeverent, omnem ſolicitudinem ſuam projicientes in eum, cujus oculi in pauperes reſpiciunt, qui non derelinquit ſperantes in ſe, ſed dives in miſericordia centuplum, & vitam ęternam propter nomen ſuum relinquentibus omnia repromiſit. Datum Romę die XVIII Julii MDCXCV.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✱ Sigilli.

Carolus Auguſtinus Fabronus Sac. Congr. Secret.

Anno

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Sexceteſimo Nonageſimo Quinto, Indictione tertia, die vero Vigeſima Prima Julii, Pontificatus autem Sanctiſſimi In Chriſto Patris, & D.N.D. Innocentii Divina providentia Papę XII anno ejus Quinto, ſupradicta Decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Eccleſię S. Johannis Lateranenſis, Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, Cancellarię Apoſtolicę, & Curię generalis in Monte Citatorio, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Gregorium Staggium ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Curſ.

Johannes Grecus Mag. Curſ.

t: *Archivo.*) In quo exemplar typis impreſſum.

Anno 1696 Die 17 Julii.

XLIV.

De S. Theologiæ Magiſtris (1) Provinciæ Lombardiæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Decretum Sacrę Congregationis ſuper diſciplina Regulari a SS. D. N. ſpecialiter deputatę.

STante allegata conſuetudine Provincię Lombardię Ordinis Prędicatorum promovendi Magiſtros ſine privilegio vocis, & loci, & quacunque alia prerogativa eidem Provincię oneroſa, deſtitutos, ob lecturam quindecim annorum extra ſtudium generale Bononienſe. Sacra Congregatio ſuper diſciplina regulari, cui Sanctiſſimus Dominus Noſter ſpecialiter negotium dijudicandum commiſit, re mature diſcuſſa, cenſuit, & declaravit, prefatos Magiſtros non eſſe comprehenſos in Brevibus Sanctitatis Suę ſub die XXII Septembris MDCXCV, & fa. mem. Innocentii Papę XI ſub die XX Novembris MDCLXXVII, dummodo vere, & cum effectu, & non per ęquipollens, prędictam Lecturam annorum quindecim integre compleverint, & ab eadem Provincia ad ſupradictum gradum Magiſterii poſtulati fuerint. Romę die XVII Julii MDCXCVI.

G. Card. Carpineus

Loco ✱ Sigilli.

C. A. Fabronus Sac. Congreg. Secret.

1. *Magiſtris.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *Romæ MDCXCVI.*

Anno 1697 Die 12 Januarii.

XLV.

Revocantur privilegia a Superioribus (1) Religioſis conceſſa in Indiis Occidentalibus contra S. Sedis, vel Ordinum Conſtitutiones.

Ex Archivo (2) Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

AD paſtorale faſtigium, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione, evecti, in eam precipue curam ſolicitis ſtudiis incumbimus, ut Chriſtifideles, Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipati, juxta laudabilia eorum inſtituta proſpere dirigantur, iiſque firmiter inſiſtentes, lętioribus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis, illa proinde, quę regulari ipſorum obſervantię noxia eſſe noſcuntur, opportunę proviſionis noſtrę miniſterio evellere ſatagimus, ſicut pia orthodoxorum Regum, multiplicibus in hanc Sanctam Sedem meritis fulgentium, vota poſtulant, & Nos, omnibus maturę conſiderationis trutina perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis felicem progreſſum ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Cum itaque, ſicut pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici, Nobis nuper expoſitum fuit, in quorundam Ordinum Regularium Provinciis, quę in Indiis Occidentalibus, & Inſulis eis adjacentibus, eidem Carolo Regi, ſubjectis conſiſtunt, is late invaluerit abuſus, ut plurimi Provinciarum hujuſmodi Religioſi, Magiſterii, aliorumve graduum prerogativis, ſive etiam variis exemptionibus, ac gratiis ſibi a ſuis Superioribus, contra, & preter regularia Ordinum prędictorum inſtituta, collatis, ſeu conceſſis fruantur, non ſine graviſſimo religioſę humilitatis, quam iidem Ordines profitentur, detrimento. Nobis propterea ejuſdem Caroli Regis nomine humiliter ſupplicatum fuit, ut in premiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui regularem diſciplinam ubique, adeoque etiam in remotioribus ab eadem Sede partibus, vigere, & omnem illius relaxationis viam precludere, ſummopere cupimus, de opportuno remedio providere, ac piis ipſius Caroli Regis votis, hac In re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes, & quaſcunque Magiſterii, aliorumve graduum hujuſmodi prerogativas, necnon cujuſvis generis exemptiones, ac gratias quomodocunque nuncupatas, quibuſvis Provinciarum prędictarum Religioſis, cujuſcunque dignitatis, qualitatis, & conditionis, ac cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtant, quocunque titulo, pretextu, cauſa, & occaſione, contra, & preter Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum quorumlibet, Apoſtolicaſve Conſtitutiones, hactenus quoquo modo collatas, ſeu conceſſas, ſine ullo tamen eorum prejudicio, qui illas ſibi a Sede Apoſtolica conferri, ſeu concedi obtinuerunt, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium, revocamus, caſſamus, & abolemus, viribuſque, & effectu penitus, &

omnino vacuamus, ac in futurum diſpoſitiones hujuſmod inviolabiliter obſervari pręcipimus. Decernentes ipſas pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, etiam ex eo, quod prędicti, aliive quilibet in pręmiſſis forſan intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet pretendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, nec cauſę propter quas pręſentes emanarint ſufficienter adductę, verificatę, & juſtificatę fuerint, ſeu ex alia quacunque, etiam quantumvis legitima, & privilegiata cauſa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimę, & totalis læſionis, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, individuamque expreſſionem requirente, defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratię remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari. Sicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicę Sedis Nuntios, alioſve quoslibet, quacunque pręeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellarię Apoſtolicę regula, de jure quęſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum prędictorum, eorum Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, & Domorum Regularium, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, & decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, & aliis quomodolibet in contrarium pręmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quę haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Januarii MDCXCVII, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Superioribus*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IV.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano T. IX Conſtitutione CXLIII pag. 447.*

Anno 1698
Die 1 Maii.
XLVI.

Decretum circa Proceſſiones (1) Funeralium.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

Cum multis ab hinc annis ortę fuiſſent controverſię inter RR. Parochos, & Ven. Societates *Urbis*, occaſione proceſſionum Funeralium, & Partes habuiſſent recurſum ad Sacram Congregationem Concilii, hęc dubiis, tunc porrectis, dedit infraſcriptas reſolutiones, videlicet;

DUBIA.

Primo. An Archiconfraternitas poſſit in funeralium proceſſionibus erigere ſuam Crucem, quando defuncti tumulandi deferuntur ad ipſius Eccleſiam, in qua ſepulturam elegerunt.

Secundo. An eadem Confraternitas poſſit ſuam Crucem erigere, tam per viam, quam in Eccleſia Parochiali, quando eſt invitata ad aſſociandum Cadaver, ſepeliendum in ipſa Eccleſia Parochiali.

Tertio. An Cappellanus ejuſdem Archiconfraternitatis indutus cotta, & ſtola, poſſit poſt abſolutum a Parocho officium funeris in Eccleſia Parochiali una cum Confratribus, canere Pſalmos Miſerere, & De profundis cum aſperſione aquę benedictę.

Quarto. An poſſit Parochus officium funeris peragere in Eccleſia Archiconfraternitatis ſuper cadavere defuncti in eadem Eccleſia tumulandi, etiamſi ſit Parochus intra limites cujus Parochię Eccleſia Archiconfraternitatis eſt.

RESPONSIONES.

Ad primum. Pręcedat Confraternitas, deinde Crux ejuſdem Eccleſię deferenda per Clericum ipſius, poſtea ſequatur Clerus Regularis, & tandem ſecularis.

Ad ſecundum negative, tam in Eccleſiis, quam in Proceſſionibus funeralibus pręſente Parocho.

Ad tertium, & quartum negative.

Sed

Sed præfatia dubiis, reſolutionibus, & decretis S. Congregationis hactenus ad executionem non deductis, partes non acquieverunt, novamque audientiam petierunt, obtinueruntque. Quapropter (non ſine magno fidelium ſcandalo, & Chriſtianę pietatis detrimento) inſurgentibus jurgiis, & controverſiis, ad ea extirpanda, & radicitus evellenda, Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Gaſpar miſeratione Divina Epiſcopus Sabinen. S. R. E. Cardinalis Carpineus, Sanctiſſimi D. N. Papę Vicarius generalis, peractis hac de cauſa pluribus particularibus Congregationibus, & partibus pluries auditis, tandem in Generali Congregatione Præfectorum coram E.S. Illuſtriſſimis DD. Prælatis, ac RR.DD. Parochis deputatis, & Cleri Camerario habita ſub die XIX Jannarii currentis anni, de unanimi conſenſu, & pari concordia ad infraſcripta decreta devenit, & inviolabiliter obſervanda mandavit, ac perpetuum in iiſdem ſilentium impoſuit.

RR. Parochos acquieſcere debere ſupradictis Decretis S. Congregationis Concilii, poſſe tamen habere recurſum ad eadem S. Congregationem Concilii pro nova declaratione IV Dubii, videlicet: An poſſit Parochus officium funeris peragere in Eccleſia Archiconfraternitatis ſuper cadavere defuncti in eadem Eccleſia tumulandi, etiamſi ſit Parochus intra limites cujus Parochię Eccleſia Archiconfraternitatis eſt. Negative. Cum idem decretum videatur valde læſivum eorum juriſdictioni, & contrarium clauſulis ſolitis apponi decreto erectionis Confraternitatum, ſcilicet ſine præjudicio jurium Parochialium, ſed donec eadem Congregatio ſuper hoc conſulitur, Parochi omnino eidem decreto ſuper quarto dubio parere debeant.

Loco Crucis, Confraternitates parvum vexillum, ſeu ſignum (juxta exemplar in Secretaria Eminentię ſuę relinquendum) in deferendis, & tumulandis Defunctorum Cadaveribus poſſe deferre ante Societatem.

Eccleſię vero, ſeu Oratorium etiam Confraternitatum, in quibus Cadavera tumulanda veniunt, poterunt deferre propriam Crucem ad formam reſolutionis S. Congregationis Concilii in primo dubio emanatę, ſcilicet, ut præcedat Confraternitas, deinde Crux illius Eccleſię deferenda per Clericum ipſius, poſtea ſequatur Clerus Regularis, deinde Secularis.

Cappellani autem Confraternitatum incedant cum ſtola immediate poſt ipſam Confraternitatem, ſed ſi cadaver tumulandum venerit ad Eccleſiam, ſeu Oratoria ipſius Confraternitatis, tunc Cappellanus ejuſdem incedere poterit in fine proceſſionis etiam cum ſtola ad ſiniſtram Parochi.

A Confratribus Confraternitatum, eorum Cappellanis in Eccleſiis in quibus cadavera defunctorum tumulanda veniunt, Pſalmi Miſerere, & De profundis cum precibus, & orationibus cantari non debere, ſed tantum per eoſdem Confratres, & Cappellanos orationes, & preces devote, & private dici poſſe ſine cantu, ſine thure, ſine ſtola, & ſine aſperſione Aquę benedictę, luminibus tamen accenſis, & ita &c. Datum ex ędibus noſtris hac die prima Maii MDCXCVIII.

Supradictum Decretum Eminentiſſimus Dominus mandavit ab omnibus Parochis, & Officialibus Confraternitatum obſervari, ad quem effectum mandavit imprimi, publicari, in omnibus Sacriſtiis affigi, & in fine Decretorum Statuti Cleri Romani apponi &c.

G. Card. Vicarius.

Alexander Abbas Bonaventura Secretarius.

1. *Proceſſiones.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *Romæ MDCXCVIII.*

De Conventibus aſſignandis Noviciis (1), qui vota ſolemnia nuncuparunt.

Anno 1698 Die 2 Octobris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLVII.

DECRETUM.

Cum Sacrę Congregationi ſuper diſciplina Regulari innotuerit, quamplures Religioſos variorum Ordinum poſt emiſſam in Conventibus regularis Obſervantię, & exactę vitę communis profeſſionem ad alia poſtmodum loca tranſlatos eſſe, ubi eadem obſervantia non vigente, vel infimorum Fratrum exemplo, vel etiam rerum neceſſariarum defectu, paulatim a ſuſcepto regularis vitę tenore deflectunt, adinſtar Evangelici ſeminis, quod natum aruit, quia non habebat humorem; qua de re complures Religioſi viri, regularis obſervantię zelatores, etiam apud Sanctiſſimum Dominum noſtrum conqueſti ſunt; eadem Sacra Congregatio, ne ſancta juvenum inſtitutio, quę in Religioſis Ordinibus tanto ſtudio procuratur, inutilis evadat, & eluſoria, ſi quod ędificari cœptum eſt; conſummari non poſſit, & propheticum illud eveniat: ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum: utque omnis pernicioſę relaxationis occaſione præcluſa, eadem regularis obſervantia quotidie magis, benedicente Domino, ſtabiliatur, & creſcat, inhęrendo Decretis, alias ſub die XVIII Julii MDCXCV editis, in virtute ſanctę obedientię mandat, & præcipit omnium, & ſingulorum ordinum Regularium (iis duntaxat exceptis, qui in præfatis Decretis excipiuntur) Superioribus, tam Generalibus, quam Provincialibus, aliiſque, ad quos pertinet, ne deinceps ullum de Religioſis, qui in Conventibus, ſeu Monaſteriis intra Italiam, Inſulaſque adjacentes, pro omnimoda regulari obſervantia, & exactę vitę communis cuſtodia ab eadem Sacra Congregatione ſpecialiter deſignatis, aut approbatis, hactenus profeſſionem emiſerunt, & in poſterum emittent, ad alios Conventus, ſeu Monaſteria, in quibus eandem prorſus obſervantiam, præſertim quoad exactam vitam communem, rerumque ſingulis Religioſis neceſſarium promptam ſubminiſtrationem vigere ipſius Sacrę Congregationis Judicio, ac ſpeciali deſuper expediendo decreto non conſtiterit, ſub quovis prętextu transferre audeant, vel præſumant, eadem Sacra Congregatione inconſulta.

Supe-

Superiores, qui contrafecerint, privationem dignitatum, & Officiorum, ac perpetuam ad eadem, aliaque in poſterum obtinenda inhabilitatem, ſubditi vero, qui ad loca, ut prefertur, non approbata transierint, non obtenta prius Sacrę Congregationis licentia, privationem vocis activę, & paſſivę, *ipſo facto*, abſque alia declaratione, ſe noverint incurriſſe.

Superiorum itaque eorundem curę, ac diligentię erit prefata loca ad normam ſępius dictę regularis diſciplinę compoſita opportune preparare, ut ad eadem Religioſi nuper ad profeſſionem admiſſi, & in futurum admittendi, ſuo tempore transferri, ibique provectorum, & puritatis regulę zelo prętantium Religioſorum inſtitutione, & exemplo, pietatis, ac literarum ſtudiis, juxta cujuſcunque Ordinis Conſtitutiones, & laudabiles conſuetudines exerceri valeant, ſimulque in ſuſcepto Religionis obſervantię propoſito confirmari, alias ſciant ulteriorem pro ſuſcipiendis Noviciis licentiam, donec prędicta ſe adimpleviſſe docuerint, ſibi penitus denegandam, & nihilominus negligentiam ſuam ejuſdem Sacrę Congregationis auctoritate modis omnibus fore ſupplendam.

Pręſens vero Decretum Sanctiſſimo Domino Noſtro relatum Sanctitas Sua in omnibus, & per omnia benigne laudavit, & approbavit, voluitque in ſolitis Urbis locis affixum, & publicatum, omnes, & ſingulos, ad quos pertinet, perinde afficere, ac ſi cuilibet eorum fuiſſet perſonaliter intimatum.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſingulorum Ordinum Regularium ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę die II Octobris MDCXCVIII.

J. R. Cardinalis Imperialis Prefectus.

C. A. Fabronus Secretarius.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti, Indictione Octava, die vero Septima Menſis Novembris Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Innocentii Divina Providentia Papę XII Anno Octavo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Eccleſię S. Johannis Lateranenſis, Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, magnę Curię Innocentianę in Monte Citatorio, & in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Thomam Deunionibus Apoſt. Curſ.

Pro D. Mag. Curſ. Thomas Orlandus.

1. *Noviciis.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar, ubi etiam ſequens Inſtrumentum typis impreſſum.

Articoli, de' quali vuol eſſer diſtintamente informata la Santità di Noſtro Signore intorno a ciaſcheduna Caſa Regolare di Noviziato.

I. SE in detta Caſa s'oſſervino da tutti communemente, e con eſattezza la Regola, e Coſtituzione dell'Ordine, ò vi ſiano abuſi notabili contro di eſſe, e quali ſiano.

II. Se communemente ſi pratichino l'Orazione mentale, il Silentio, i Digiuni, i Capitoli delle colpe, ed altri ſpirituali eſercizj preſcritti dalle medeſime Coſtituzioni.

III. Se ſi aſſiſta da tutti al Coro, ò vi ſia chi ſe ne eſenti, eccettuati i Superiori, quando ſono attualmente occupati nella lor carica, i Lettori, e Predicatori ne' giorni di Predica, ò di Lezzione, ò altri, che per eſſer dallo ſtudio, ò dalla infermità legittimamente impediti ne abbino la diſpenſa dal Superiore.

IV. Se tutti i denari in qualſivoglia modo acquiſtati da ciaſchedun Religioſo ſi conſegnino al Superiore, ò pure alcuno li ritenga appreſſo di ſe, e ſe di ciò i Superiori diano licenza ad alcuno.

V. Se i medeſimi denari s'incorporino nel Convento, e ſi meſcolino coll'entrate di eſſo, ò pure ſi conſervino diſtintamente quelli, che provengono da ciaſchedun Religioſo.

VI. Se con detti denari ſi proveda al vitto, veſtito, e ſuppellettile comune di tutti, ò pur *ſolo* ſi ſpendano in uſo di quel Religioſo particolare da cui provengono.

VII. Se tutti, ancorche Superiori (eccettuati ſolo gl'Infermi) mangiano alla Tavola comune prima, ò ſeconda, e ſe ſi dia il medeſimo pane, vino, e pietanza a tutti, o vi ſia chi abbia in ciò qualche coſa di ſingolare.

VIII. Se il veſtito, e la ſuppellettile delle Celle ſia uniforme in tutta, e condecente alla povertà Religioſa, ò vi ſia chi abbia in ciò del ſuperfluo, ò chi non manchi del neceſſario.

IX. Quanti ſiano i Novizj di quella Caſa, e quanti gli altri Religioſi, e qual numero vi ſe ne poſſa mantenere comodamente con le conſuete elemoſine, e rendite, e tanto del Convento de particolari Religioſi poſte in comune, come ſopra, ed a quanto ſogliono aſcendere ogn'anno dette rendite, ed elemoſine.

X. Se il luogo deſtinato per i Novizj ſia diviſo con clauſula particolare dal rimanente del Convento, e ſe in eſſo ſi permetta l'ingreſſo ad altri Religioſi, eccetto il Maeſtro de' Novizj, il Compagno, ed il Superiore.

XI. Se ciaſcheduno Novizio abbia per dormire la ſua Cella particolare, ò almeno ogn'uno il ſuo letto diſtinto in un ſolo comune Dormitorio.

XII. Se il Maeſtro de' Novizj, ed il Compagno abbino l'età preſcritta da Decreti Apoſtolici, e ſe ſiano Religioſi gravi, eſemplari, e dediti all'Orazione, e mortificazione, prudenti, e caritativi.

XIII. Se i Novizj s'iſtruiſcano circa l'importanza de' voti, l'obligo d'oſſervare le Coſtituzioni, *il* modo di far con frutto l'Orazione, sì mentale, come vocale.

XIV. Se ſi eſercitano almeno due volte il giorno nell'Orazione predetta, nell'eſame della coſcienza, nella mortificazione interna, ed eſterna.

XV. Se aſſiſtono ogni giorno alla Meſſa, ed all'Ore diuturne, e notturne nel Coro, e ſi confeſſino almeno due volte il meſe.

XVI. Se

XVI. Se tutti i Religioſi di quella Caſa ſiano perſone gravi, eſemplari, & affezzionate all'oſſervanza, e puntualità della Regola, e ſe in eſſa ſi tolleri alcuno, che non s'accordi all'eſatta vita commune, ò anco ardiſca di contradire, ed opporſi all'oſſervanza della medeſima.

Conventus Lugi Imolen. Diœceſis unitur Congregationi Lombardiæ.

Anno 1698 Die 17 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

XLVIII.

Poſtulantibus Vicario Generali, & Fratribus Congregationis S. Sabinę Provincię Lombardię Ordinis Prędicatorum aſſignari ſibi aliquem, ex pręfatę Provincię Conventibus, ubi multos Religioſos, quos ad amplectendum omnimodę regularis obſervantię, vitęque communis in eadem Congregatione propoſitum Dominus vocare dignatus eſt collocare valeant.

SAcra Congregatio ſuper diſciplina regulari, attendens petitionem pręfatam ad ejuſdem regularis obſervantię dilatationem tendere, committendum cenſuit, prout benigne annuente Sanctiſſimo Domino Noſtro, pręſentis Decreti tenore, committit Magiſtro Generali prędicti Ordinis, ut Conventum Terrę Lugi Imolen. Diœceſis una cum omnibus, & ſingulis ejus bonis, mobilibus, & immobilibus, juribus, membris, & pertinentiis, pręvia omnimoda exemptione ab omni, nunc, & pro tempore exiſtentis Provincialis Lombardię juriſdictione, & ſuperioritate ſupradictę Congregationi Sanctę Sabinę, in omnibus, & per omnia uniat, aggreget, & incorporet ad inſtar aliorum Coventuum Congregationis ejuſdem, non obſtantibus Conſtitutionibus Ordinis, dictęque Provincię, ſtatutis, ac privilegiis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę die XVII Novembris MDCXCVIII.

J. R. Cardinalis Imperialis Pręfectus.

C. A. Fabronus Secretarius.

1. *Archivo*.) In quo autographum.

Mantuana Quartæ Funeralis (1).

Anno 1699 Die 18 Julii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

XLIX.

CUm in materia Quartę Funeralis, varia habeantur Sacrarum Congregationum reſponſa modo exemptionem favore regularium canonizantia, & modo demandantia illius ſolutionem favore Parochorum, Sacra hęc Congregatio, ut tandem aliqua certa regula deſuper ſtatui, poſſet, occaſione controverſię exortę inter Parochos, & Regulares Civitatis Mantuę, die XX Aprilis MDCXCVII, dilata reſolutione infraſcripti primi Dubii, cenſuit cauſam hanc eſſe proponendam ſolam, & exhibenda eſſe eidem Sacrę Congregationi omnia regularium privilegia, interim vero ſervandum eſſe ſolitum.

Notificato omnibus regularibus Decreto Sacrę Congregationis, cum ipſi, licet pluribus intimationibus laceſſiti, differrent adhuc eorum privilegia exhibere, in Congregatione habita die XIV pręteriti menſis Martii injunctum fuit, ut cauſa deſcriberetur in folio, una cum aliis in prima poſt Agnos. Expectatis itaque regularibus uſque in hanc diem, grave non erit EE. VV. eiſdem regularibus iterum monitis, ſapientiſſime de more definire.

Primo. An a Patribus Dominicanis, Carmelitis, & S. Franciſci, ſolvenda ſit Quarta Funeralis, & de quibus rebus, & in qua quantitate?

Secundo. An ſimilis ſolutio ſit etiam facienda ab aliis regularibus in caſu &c.?

Die XVIII Julii MDCXCIX. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Concilii interpretum, cenſuit in caſu, de quo agitur, ſervandam eſſe conſuetudinem ſolvendi quartam in medietate cęreorum, tantum quę deferuntur per viam.

J. Card. Sacripantes Pręfectus.

F. Nuptius Sac. Cong. Concilii Secretarius.

1. *Quarta funeralis*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. IX.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar impreſſum Romæ typis R. Cameræ Apoſtolicæ.

Ne Frater germano fratri ſuccedat (1) in Provincialatus, vel Prioratus officio.

Anno 1699 Die 9 Octobris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

INNOCENTIUS PAPA XII.

L.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Hieronymus Salzedo Frater expreſſe profeſſus Provincię Sancti Johannis Baptiſtę in Regno Peruano Ordinis Prędicatorum, quod cum dilectus etiam filius Didacus Moratto Prior Provincialis dictę Provincię, in noviſſimo illius Capitulo Provinciali die XXIV Julii MDCXCVII celebrato, ad officium Prioris Provincialis hujuſmodi electus, ejuſque Procurator ad hanc

hanc Almam Urbem miſſus, varia conſilia, & conatus meditarentur, ut ipſius Didaei Fratres ſecundum carnem dicti Ordinis profeſſores ad ſuccedendum ei in dicto officio habilitari obtinerent, ipſi vero Hieronymus ad eandem Urbem, ut illorum conſilia hujuſmodi prę veniret, pariter miſſus, Nobis ſupplicaſſet, ut quo (3) in ordinationibus, quę in proximo, & aliis ſubſecuturis electionibus Priorum Provincialium Provincię prędictę pręſertim ex prętenſa habilitatione hujuſmodi oriri poterant, occurretur, conſtitutiones prędicti Ordinis, per quas expreſſe prohiberi dicitur, ne Frater Fratri ſecundum carnem in eodem Provincialatus, aut Prioratus officio immediate ſuccedere valeat, omnino obſervari debere decerneremus, noſque ſupplicem libellum, Nobis ſuper hoc porrectum ad Congregationem infraſcriptorum Cardinalium remiſiſſemus, ipſa Congregatio Cardinalium dilecto etiam filio Magiſtro Generali dicti Ordinis reſcripſit pro omnimoda obſervantia Decretorum Capitulorum Generalium, tam in imminenti, quam in aliis in futurum peragendis electionibus. Cum autem, ſicut accepimus, expoſitio ſubjungebat, ut conſervationi regularis diſciplinę in dicta Provincia peramplius conſultum ſit, non tantum generaliter decretum Capitulorum Generalium hujuſmodi, ſed inſuper ſpecialiter earum Conſtitutionum, ſeu Ordinationum, per quas diſponitur, ut non ſolum Fratres ſecundum carnem, verum etiam alii quicunque primo, & ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu inter ſe conjuncti, ſeu ſe attinentes, ſibi invicem, in Prioratibus, ſive Provincialibus, ſive Conventualibus immediate ſuccedere nequeant, obſervantiam in Provincia hujuſmodi demandari neceſſe ſit, attento prę ſertim, quod Priores Provinciales dictę Provincię pro tempore electi, ex privilegio a Sede Apoſtolica, ut aſſeritur, conceſſo, ante obtentam confirmationem electionis de ipſorum perſonis factę, ipſam Provinciam ſtatim gubernare incipiant, adeoque cum literę pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis Ordinis prędicti, ſuper confirmatione hujuſmodi, nonniſi poſt duos annos a tempore ſecutę electionis decurſos, illuc perveniant, nullum malis, quę hoc intermedio tempore ex immediatis Fratrum, vel aliorum conſanguineorum, aut affinium ſucceſſionibus hujuſmodi oriri poſſunt, remedium ab ipſo Magiſtro Generali adhiberi poſſit, ac proinde dilectus pariter filius modernus Procurator Generalis dicti Ordinis, memoratas Conſtitutiones, ſeu Ordinationes, quas, ut his malis occurratur, & regulari diſciplinę proſpectum ſit, in dicta Provincia obſervari, ſicut prę mittitur, neceſſe eſt, ex diverſis Capitulis Generalibus Ordinis prędicti collegerit, & in relatione ſua dictis Cardinalibus ſuper prę miſſis facta enunciaverit, ac recenſuerit, nempe in Capitulo Valliſoletano anno MDCV celebrato, Ordinatione XLV mandatum reperiri, ut in Provinciis Indiarum dicti Ordinis, duo ſecundum carnem Fratres ſibi invicem in Prioratibus, tam Provincialibus, quam Conventualibus nullo pacto ſuccedant, eorumque electiones contra ordinationis hujuſmodi formam factas eo ipſo irritas, & nullas declarari, & decerni, ac id ipſum etiam antea in Capitulo Romano, Ordinatione XX pro Provincia Lombardię Ordinis prędicti ſtatutum fuiſſe, quinimo in Capitulo Veneto anno MDXCII habito Ordinatione XXXI pro Provincia Sancti Thomę, ſeu Apulię, Ordinis hujuſmodi diſponi, ut primo, & ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu inter ſe conjuncti, ſeu ſe attinentes, ſibi in officiis Provincialatus, vel Prioratus non ſuccedant, idque pariter in Capitulo Valentino anno MDXCVI congregato pro Provincia Trinacrię ejuſdem Ordinis demandari. Nobis propterea dictus Hieronymus humiliter ſupplicari fecit, ut in prę miſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ejuſdem Hieronymi votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum prę ſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, qui dictum Procuratorem Generalem ſuper prę miſſis audiverunt, conſilio, enunciatas Conſtitutiones Capitulorum Generalium Ordinis ſupradicti, in memorata Provincia Sancti Johannis Baptiſtę in Regno Peruano, itaut Fratres illius, tam in primo, quam in ſecundo gradu conjuncti in officiis Priorum, tam Provincialium, quam Conventualium immediate ſuccedere nequeant, obſervari, auctoritate Apoſtolica, tenore prę ſentium mandamus, ſalva tamen ſemper in prę miſſis, auctoritate prędictę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem prę ſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, ſicque in prę miſſis, per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Provincię Sancti Johannis Baptiſtę, ac Ordinis, prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium prę miſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores prę ſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad prę miſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę, apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IX Octobris MDCXCIX, Pontificatus noſtri Anno Nono.

1. *Succedat.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur *T. IX Bullarii Romani Conſt. CLXXXVII pag. 523.*

3. *Ut quo.*) Deeſt aliquid.

C L E M E N S XI.

Ab anno MDCC die XXIII, ad XIX Martii MDCCXXI. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.*437.

Ratum habet, ac firmat quod Congregationis B. Jacobi Venetiarum Fratres Gradibus (1) nuncium remiſerint. Anno 1701 Die 21 Octobris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

C L E M E N S P A P A XI. LXXVI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Fratres Congregationis Obſervantis Beati Jacobi Venetiarum Ordinis Prędicatorum, quod ipſi ad regularem diſciplinam in dicta eorum Congregatione promovendam, & ſublatis omnibus obſtaculis perpetuis ſtabiliendam, omnibus gradibus, precedentiis, & privilegiis perſonalibus, quorum uſus in eam introductus reperiebatur, ſponte renunciarunt, ad hoc, ut Religioſi, omni ambitioſa ęmulatione, & temporalis retributionis expectatione remotis, literarum ſtudiis, & Verbi Dei prędicationi gloriam Dei, & ſpiritualem Chriſtifidelium utilitatem, ſibi tantum proponentes, vacent, ad imitationem, & exemplum Provincię Toloſanę, ac Congregationum Sanctę Sabinę, & Sancti Marci ejuſdem Ordinis, ac dilectus, etiam filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis dicti Ordinis renunciationem, & abdicationem hujuſmodi acceptavit, & nonnulla ſtatuit circa honorem, titulos, pręeminentias, exemptiones, & privilegia in pręfata Congregatione nulli in poſterum competitura, & omnimodam inter omnes ęqualitatem ſervandam, & alias prout ulterius continetur in ipſius Antonini Magiſtri Generalis decreto deſuper edito, tenoris, qui ſequitur videlicet. Nos Frater Antoninus Cloche Sacrę Theologię Profeſſor, ac totius Ordinis Prędicatorum humilis Magiſter Generalis, & Servus. Exigit officii noſtri ratio, ut in vota Patrum Provinciarum, & Congregationum aliquando deſcendamus, earumque precibus inclinemur. Quare cum Reverendus admodum Pater Vicarius Generalis, cęterique RR. PP. Congregationis noſtrę Beati Jacobi Venetiarum, libello ſupplici Nobis expoſuerint, ſe vehementer optare gradibus omnibus, ſeu Magiſtri, ſeu Baccalaurei, ſeu Prędicatoris Generalis, eorumque titulis, juribus, cęteriſque omnibus pręeminentiis renunciare a Conſtitutionibus noſtris conceſſis, eorum petitionibus paterna providentia annuentes, tenore pręſentium, noſtrique auctoritate officii, acceptamus Rev. admodum P. Vicarii Generalis, aliorumque Patrum ſpontaneam abdicationem graduum omnium ab iis factam, ſtatuimuſque in poſterum, quod nulli in ea Congregatione aſſumantur, & admittantur tituli Theologię Magiſtri, Regentis, Baccalaurei, Magiſtri ſtudentium, Prędicatoris Generalis, quod nulla futura ſit unquam quomodocunque pręeminentia, ſed omnes, & ſinguli poſt Superiores ſua loca ſumant, ordinem, juxta profeſſionis antiquitatem, ubique teneant, nullum titulum uſurpent, niſi duntaxat officii, quod actualiter exercent, quo officio expleto nullum niſi, qui ſimplici Religioſo convenit, titulum habeant, nullum etiam privilegium mittendi, vel recipiendi, vel legendi literas habeant, niſi accepta a Superiore licentia, nullam excuſationem habeant a ſequela chori, aut ab onere hebdomadarii, ſed omnimoda ęqualitas, ac uniformitas obſervetur ab omnibus, & quoad omnia, inter eoſque ſola in Religione profeſſionis antiquitas diſtinguatur, ceteris aliis omnibus omiſſis. Datum Romę in Conventu noſtro Sanctę Marię ſuper Minervam die VIII Aprilis MDCCI. Frater Antoninus Cloche Magiſter Ordinis: Regiſtrat. fol. 50: Frater Aloyſius de Baratel Magiſter, & Socius. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri, plurimum deſiderent, Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum Romanę Curię Prelatorum ſuper diſciplina regulari ſpecialiter deputatorum conſilio, decretum pręinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium, & Prelatorum. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Congregationis, & Ordinis pręfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & inno-

Digitized by Google

innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. *Datum Romę* apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI Octobris MDCCI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Gradibus*.) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano Tom. X Part. I pag. 26 Conſt. XXVII.*

Anno 1702 Die 2 Decembris.

Ratum habet, ac firmat, quod Lectores Congregationis S. Marci de Cavotis Gradibus (1) nuncium remiſerint.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

LXXVII.

C L E M E N S P A P A XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias pro parte dilectorum filiorum Procuratoris, & Fratrum Conventus Sanctę Marię Gratiarum nuncupat., Terrę, ſeu Loci Sancti Marci, de Cavotis etiam nuncupat., Congregationis obſervantię ejuſdem Sancti Marci de Cavotis in Regno Neapolitano Ordinis Prędicatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę, expoſito, quod cum dicta Congregatio S. Marci in ſimplicitate cordis, & humilitate ſpiritus inſtituta fuiſſet, Fratres ejuſdem Congregationis, & ab ipſo illius primordio omnibus gradibus Baccalaureatus, prędicaturę generalis, & Magiſterii renunciaverant, & in ſuſcepto propoſito hujuſmodi, Prędicatorum, & Lectorum titulis duntaxat contenti, a centum circiter annis perſeveraverant, adeoque ipſi Congregationi denominatio ſtrictioris obſervantię a Magiſtris Generalibus dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus attributa, & attento, quod Prędicatores, & Lectores actuales nullo privilegio, nullaque ſpecifica exemptione potiebantur, & ceteris, tam in victu, quam in veſtitu conformabantur, ſpecialia privilegia a Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus noſtris conceſſa fuerant, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod plures Patres Provincię dicti Regni Neapolitan., Ordinis prędicti ad Conventus ſtudiorum ejuſdem Congregationis, ut in illis lecturas exercerent, curſumque ſuum abſolverent, & ſic gradus ſcholaſticos, ab eis ad ſolitas eorum exemptiones obtinendas, magnopere deſideratos, conſequerentur, venire multis modis inſtantes procuraverant, & adhuc procurabant, illorum vero in dictis Conventibus commoratio, cum obſequium ſibi exhiberi vellent, victu, & veſtitu communi contenti eſſent (3) magnum obſervantię regulari detrimentum allatura erat, ac proinde prędictę Cardinalium Congregationi ſupplicato, ut dictę obſervantię regularis conſervationi in hac parte conſulere dignaretur, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis, cenſuit, ac declaravit, lecturas, de quibus agitur, non ſuffragari pro gradibus, & Lectores uti debere veſtitu, & victu, ſicuti ceteri Religioſi. Romę XVI Decembris MDCCL. G. Card. Carpineus. Loco ✱ Sigilli. I. D. Grimaldus. Cum autem, ſicut dicti Prior, & Fratres, Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum pręinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate prędictę Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationis S. Marci hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die II Decembris MDCCII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Gradibus*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo*.) In quo exemplar. Legitur *Tom. X Bullarii Romani Parte I Conſt. XLIV pag. 46.*

3. *Contenti eſſent*.) *Contenti non eſſent*.

Ne

Ne tabulæ pictæ ex Altaribus Eccleſiæ S. Dominici Conventus Bononien. extrahantur.

Anno 1703 Die 5 Aprilis.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Futuram Rei Memoriam.

LXXVIII.

CUm, ſicut dilecti filii modernus Prior, & Fratres Conventus Ordinis Prędicatorum Civitatis Bonon., Nobis nuper exponi fecerunt, in Altaribus Eccleſię dicti Conventus, nonullę celebrium Pictorum tabulę pictę, & inter alias, illa, in qua Sanctorum Innocentium ſtrages, Guidi Rheni penicillo expreſſa eſt, collocatę reperiuntur. Patroni vero Seculares Altarium hujuſmodi prędictas tabulas pictas ex iiſdem Altaribus, cum maximo illarum detrimento, quandoque extrahere, ac extra eandem Eccleſiam, ut exemplaria expingantur ad tempus aſportare audeant; ipſi exponentes, ne tabulas pictas hujuſmodi magis deteri contingat, earum conſervationi, & manutentioni opportune in pręmiſſis, a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderant. Nos ipſorum exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares Perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, conſilio, & attenta relatione dilecti filii noſtri Jacobi ejuſdem S.R.E. Cardinalis Boncompagni nuncupat., Metropolitanę Eccleſię Bononien., ex conceſſione, & diſpoſitione Apoſtolica, Pręſulis, ſuper pręmiſſis eiſdem Cardinalibus facta, ne prędictę tabulę pictę, inconſulta eadem Congregatione Cardinalium, amoveri, & tranſportari valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, interdicimus, & prohibemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Conventus, & Ordinis prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptum, ſeu exemplum in Sacriſtia dictę Eccleſię, vel alio loco conſpicuo, ubi ab omnibus cerni, & legi poſſit affixum aſſidue remaneat. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die Quinta Aprilis MDCCIII, Pontificatus noſtri Anno Decimo Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Bononienſi*.

De Proceſſione Corporis Chriſti.

Anno 1705 Die 16 Januarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

LXXIX.

CArolus de Marinis Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Referendarius, necnon Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex ordinarius, ſententiarum quoque, ac cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, literarumque Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa, ſpecialiter electus, ac Deputatus. Univerſi, ac ſinguli hoc pręſens publicum inſtrumentum ſententię, viſuri, lecturi, legique pariter audituri, noverint, quod ex parte Reverendiſſimi Patris Procuratoris Generalis totius Ordinis Prędicatorum, ac RR. PP. Venerabilis Conventus dicti Ordinis Civitatis Cuſentię, Principalium Actorum ex una, introducta coram Nobis penes acta infraſcripti Curię noſtrę Notarii, contra, & adverſus Reverendiſſimum Capitulum Eccleſię Cathedralis, ac Venerabilia Monaſteria S. Clarę, & Spiritus Sancti, necnon R.D. Promotorem Fiſcalem Curię Archiepiſcopalis ejuſdem Civitatis reos conventos ex altera partibus, lite, & cauſa, de, & ſuper obſervatione, & exequutione literarum Apoſtolicarum in forma Brevis ſanctę memorię Pii V ſub datum Romę die XXVII Junii MDLXXI, ſeu &c., & Clementis VIII, ſub datum Romę die octava Martii MDCXCII ſeu &c. Incipien. Dudum felicis recordationis Pius V Prędeceſſor noſter &c. cum quibus conceſſa fuit facultas toti Ordini Religionis PP. Prędicatorum, privative quoad alios, peragendi Proceſſionem Sanctiſſimi Corporis Chriſti intus, & extra Eccleſiam, per vicos, & Plateas per dictos PP. eligendos cum Venerabili Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, in die dominico infra octavam feſtivitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ac obſervatione, & exequutione Decretorum Sacrę Congregationis Rituum idem demandantium, rebuſque aliis in actis cauſę, & cauſarum hujuſmodi latius deductis. Nos tandem viſis videndis, conſideratis conſiderandis, citatiſque dictis Venerabilibus Monaſteriis S. Clarę, & Spiritus Sancti per audientiam publicam literarum contradictarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę, ut moris eſt, & in quolibet actu D. Joſepho Daino Procuratore dictorum RR. Capituli, & Canonicorum Eccleſię Cathedralis, ac R. D. Promotoris Fiſcalis Curię Archiepiſcopalis Cuſentię, eoque pluries in contradictorio Judicio audito, atque ſervatis omnibus de jure, & ſtylo noſtri Tribunalis ſervandis, & ſervari ſolitis, noſtram tulimus, atque promulgavimus ſententiam deffinitivam tenoris ſequentis, videlicet. Chriſti Nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum pręoculis habentes, per hanc noſtram diffi-

diffinitivam ſententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quę in primo, & in prima, ſeu alia veriori coram Nobis verſę fuerunt, & vertuntur inſtantia inter Reverendiſſimum P. Procuratorem Generalem totius Ordinis Prędicatorum, ac RR. PP. Ven. Conventus dicti Ordinis Civitatis Cuſentię Actores ex una, & Reverendiſſimum Capitulum Eccleſię Cathedralis, ac Venerabilia Monaſteria S. Clarę, & Spiritus Sancti, necnon R.D. Promotorem Fiſcalem Curię Archiepiſcopalis ejuſdem Civitatis, reos conventos Partibus ex alia, de, & ſuper obſervatione, & exequutione literarum Apoſtolicarum in forma Brevis ſanctę memorię Pii V, ſub datum Romę die XVII Junii MDLXXI, ſeu &c., & Clementis VIII, ſub datum Romę die VIII menſis Martii MDXCII, ſeu &c. Incipien. Dudum felicis recordationis Pius V Prędeceſſor noſter &c., cum quibus conceſſa fuit facultas toti Ordini Religionis PP. Prędicatorum privative, quoad alios, peragendi Proceſſionem Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ac ſuper obſervatione, & exequutione Decretorum Sacrę Congregationis Rituum idem demandantium, rebuſque aliis in Actis cauſę, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitive ſententiamus, dictas literas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas, pręfataque Decreta Sacrę Congregationis Rituum, fore, & eſſe obſervandas, exequutionique demandandas, prout nos per pręſentes obſervari, & exequi volumus, atque mandamus, & pro effectu exequutionis, & obſervationis illarum, licuiſſe, & licere prędictis RR.PP. Ordinis Prędicatorum Civitatis Cuſentię peragere proceſſionem Sanctiſsimi Corporis Chriſti, ac deferre Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtię ſingulis annis in proxima Dominica infra octavam ejuſdem feſti Sanctiſsimi Corporis Chriſti intus, & extra propriam Eccleſiam, & Conventum, per vicos, & Plateas, ac loca ab eis electa, & ſemel tantum eligenda, de ſero, vel de mane, itaut ſemel electa, non poſſint variare, & dummodo eandem Proceſsionem peragere non valeant eodem tempore, & hora inſimul prędicti Canonici, ſeu Capitulum, ac Monaſteria prędicta, quibus tamen non intelligatur prędjudicatum peragendi eandem Proceſsionem diverſo tempore, & hora, ac inhiberi omnibus, & quibuſcunque aliis, tam Presbyteris ſecularibus, quam regularibus, ne audeant in dicto tempore, & hora, facere conſimilem Proceſsionem, neque cum eis concurrere, aut quomodolibet eos impedire, vexare, perturbare, aut ullo modo moleſtare, prout Nos inhibemus, & ullo modo impediri, vexari, perturbari volumus, & mandamus, ac ſuper pręmiſsis eiſdem Reverendiſſimo Capitulo, Canonicis, Vener. Monaſteriis, ac R.D. Promotori Fiſcali, perpetuumque ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, victoſque victoribus in omnibus expenſis hucuſque legitime factis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitive ſententiamus, non ſolum iſto, ſed, & omni alio meliori modo &c. Ita pronunciamus Carolus de Marinis A.C.. Quę omnia, & ſingula pręmiſſa vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, inſinuamus, intimamus, notificamus, & ad veſtram notitiam deducimus, deducique volumus, & mandamus per pręſentes, ne de pręmiſſis, ullo unquam tempore ignorantiam aliquam pręſumere, ſeu allegare poſsitis, & valeatis, taliterque &c. quod quidem inſtrumentum ſententię valeat, tantum ad oſtendendum, non autem ad probandum, aut ei aliquam exequutionem dandam. In quorum fidem &c. Datum Romę ex Innocentiana Curia die Decima Sexta Januarii Milleſimo Septingenteſimo Quinto. Carolus de Marinis. Pro Domino Stephano Barbutio, Franciſcus Franciſchinus Conſecretarius. Locus ✱ Sigilli.

s. *Archivo* .) In quo exemplar.

Anno 1706 Die 15 Januarii.

Ne illegitimi aſcribantur (1) numero Fratrum Angelopolitanæ Provinciæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LXXX.

CLEMENS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Ferdinandus de Eſpinoſa, frater expreſſe profeſſus Ordinis Prędicatorum, Provincię Angelopolitan. dicti Ordinis, in Sacra Theologia Magiſter, quod dilectus pariter filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis Ordinis hujuſmodi ſpirituali quieti Religioſorum ejuſdem Provincię, non modicas, ob frequentem in illis partibus illegitimorum ad habitum Regularem Ordinis hujuſmodi receptionem, perturbationes patientium, conſulere peroptans, ſuo peculiari decreto die IX Septembris anni proxime pręteriti edito, omnibus, & ſingulis Superioribus Provincię prędictę in virtute Spiritus Sancti, & ſanctę obedientię, ſub formali pręcepto, necnon ſub pęna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, prohibuit, & interdixit, ne ſub quovis titulo, ſeu prętextu, ad habitum & Ordinem hujuſmodi quempiam illegitime genitum, etiam ex ſoluto, & muliere ſoluta, cujuſvis conditionis, & qualitas exiſtat, abſque expreſſa pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis Ordinis prędicti in ſcriptis, & cum ſpecifica derogatione prohibitionis hujuſmodi concedenda licentia, admittant, irritum, & inane declarans quicquid in contrarium contigerit attentari, & alias, prout in eodem Decreto uberius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Ferdinandus Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiti plurimum deſideret, Nos, ſpecialem ipſi Ferdinando gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium, duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus, ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium

Fra-

Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectum etiam filium modernum Procuratorem Generalem Ordinis prædicti ſuper præmiſſis audiverunt, conſilio, ſupradictum Decretum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices, Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV Januarii MDCCVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Aſcribantur.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. II.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur in *Bullario Romano Tom. X Parte I pag. 355 Conſt. LXXXIV.*

Decretum Aquen. Jurium Parochialium.

Anno 1708 Die 9 Junii.

LXXXI.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

ÆGre ferens Johannes Franciſcus Stranius modernus Præpoſitus, & Parochus loci Inciſæ, quoſdam prætenſos abuſus fuiſſe invectos a PP. Carmelitis ejuſdem loci in præjudicium ſuorum jurium Parochialium, ad hanc Sacram Congregationem recurſum habuit, a qua de more requiſita informatione Epiſcopi, Vicarius Generalis illius juxta relationem Parocho uſquequaque favorabilem in Summario exhibendam, tranſmiſit. Quo circa infraſcripta dubia concordata, Partibus hinc inde ſcribentibus, reſolvenda EE. VV. proponuntur, una cum alio dubio, quod eſt ultimum, nuper concordatum occaſione, quod cum PP. obedire detrectaverint Epiſcopi Edicto prolato, uti prætenditur, pendente lite in hac Sacra Congregatione, demandanti, ut in funeribus accederent ad Parochialem, ad levandam Crucem, eorum tres fuerunt a confeſſionibus audiendis ſuſpenſi, ſuper quibus informans Epiſcopus eadem confirmat, & conqueritur, eoſdem tres Patres ſuſpenſos ſtatim poſt declarationem, cum ſpretu, licet ſemel tantum, audiviſſe confeſſiones. Quapropter ex utrinque deducendis, humiliter poſtulant Partes ipſæ declarari &c.......(a).

X. An poſſint in propria Eccleſia mulieres poſt partum benedicere, & ad purificationem admittere?

XI. An vocati poſſint ſe conferre ad benedicendam Febrem cum Reliquia S. Alberti.

Diebus XIX Maii, & IX Junii MDCCVIII Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

R E S P O N D I T.

Ad decimum Affirmative.
Ad undecimum Affirmative.

B. Card. Panciaticus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

V. Petra Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar *Romæ* typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *MDCCVIII.*

2. *Declarari &c.......*) Ceteris miſſis, duo duntaxat hic exhibeo de quibus lis ſæpe fuit Regulares inter, & Parochos.

Let-

Anno 1708
Die 28 Julii.

LXXXII.

Lettera Circolare alli Monſignori Patriarchi, Arciveſcovi, Veſcovi, ed altri Ordinarj dell'Italia, ed Iſole adjacenti, ed anche alli Generali delle Religioni preſidenti alle Monache.

Che le Monache particolari non faccino ſpeſa alcuna in occaſione de' loro Offizj, nè doppo quelli finiti, nè prima d'eſercitarli.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LA Santità di Noſtro Signore, che con paterno amore, ed Apoſtolico zelo invigila inceſſantemente à togliere gl'abuſi, e promovere il bene ſpirituale di tutto Criſtianeſimo, non laſcia di ſtender l'occhio della ſollecita ſua Paſtorale attenzione alla buona direzione delle perſone religioſe, e ſpecialmente delle Sagre Vergini, che con ragione ſi chiamano *Illuſtrior portio Gregis Chriſti*, ſperando da eſſa, non ſolo di conſeguire la loro ſantificazione, ma ancora di potere ottenere per mezzo delle orazioni di queſte dilette Spoſe di N. Signor Gesù Criſto, quando veramente attendano con tutto il loro ſpirito a quella religioſa perfezione, a cui ſi ſono conſegrate, ſpecialiſſimi ajutj dal medeſimo Signore nelle graviſſime, e pur troppo note calamità, che di preſente affliggono per ogni parte la Santa Chieſa; Che però avendo inteſo da varie parti, che uno de' principali impedimenti al profitto ſpirituale delle medeſime Religioſe ne' Monaſterj dell'Italia, ed Iſole adjacenti, proviene dalle ſpeſe, che ſono coſtrette di fare le Monache particolari in occaſione de' loro offizj, derivando da ciò (oltre le veſſazioni importune, che ſi danno alli Padri, Madri, e altri Parenti, quali talvolta non poſſono corriſpondere) neceſſariamente la diſtrazione dall'Orazione, e culto di Dio, l'inoſſervanza delle Regole, l'attaccamento biaſimevole alli beni terreni, e tal volta anco con pregiudizio del voto della ſanta povertà, le continue inquietudini, li ſtenti, e le occaſioni di trattare con troppa libertà, e frequenza con li Secolari con danno ſcambievole delle anime, e inconvenienti anco più gravi, de quali giungono frequenti, e quotidiani ricorſi alle orecchie de' Superiori Ordinarj, delle Sagre Congregazioni, e della ſteſſa Santità Sua; E volendo la medeſima, che onninamente ſi ponga un'efficace rimedio a' ſudetti diſordini, ſicome hà comandato, che a quelli opportunamente ſi proveda riſpetto alli Monaſterj di queſt'Alma Città di Roma con diverſe ordinazioni contenute in un Editto ſopra di ciò publicato ſotto il dì 4. Giugno proſſimo paſſato, così per curare con egual rimedio l'iſteſſo graviſſimo male anche negli altri Monaſterj d'Italia, e dell'Iſole adjacenti, hà incaricato a me d'ingiungere ſtrettamente in ſuo nome a V. S., e nell'iſteſſa maniera a tutti gl'altri Ordinarj d'Italia, e dell'Iſole ſudette, come parimente alli Superiori Generali delle Religioni preſidenti a Monaſterj di Monache, che fatti ben ponderare dalle Religioſe a lei ſottopoſte i ſopradetti diſordini, e le peſſime conſeguenze, che da eſſi provengono, e quanto all'incontro ſia per conferire alla loro religioſa quiete, & a liberarle da infiniti faſtidj, rimorſi, e ſcrupoli, l'alienarſi affatto dal penſiere, e ſollecitudine d'ogni privato intereſſe temporale; Ella ſeguendo l'eſempio di quel, che ſi è fatto in Roma, incarichi ſotto precetto formale di ſanta obedienza, con riſervare a sè la facoltà di aſſolverne, ed in oltre ſotto pena di privazione d'officio, e della voce attiva, e paſſiva, ed altre a ſuo arbitrio, a tutte le Abbadeſſe, Superiore, Camerlenghe, Sagreſtane, Rotare, ed altre Monache Offiziali di tutti li Monaſterj, che non facciano, nè permettano reſpettivamente, che da altre ſi faccia ſpeſa alcuna, ancorche ne foſſe data loro comodità da' Parenti, ò da altre perſone, duranti li loro offizj, nè meno quelli finiti, ò prima di eſercitarli, nè di dare cos'alcuna di qualſivoglia valore a titolo di celebrazione di feſte, ò di donativo, nè ſotto qualunque altro titolo, che abbia cauſa, occaſione, ò dipendenza dalli predetti Offizj non ſolo alle Superiore, Offiziali, Monache, Novizie, ed altre, che dimorano nel Monaſterio reſpettivamente (quali pure non dovranno riceverle) ma nè anche alli loro Superiori, benche regolari, Confeſſori, Deputati, Fattori, ed altri Offiziali del Monaſtero, anzi nè meno alla Chieſa, ò alla Sagreſtia, ma qualſivoglia ſpeſa da farſi nelli eſercizj di detti offizj, ò per celebrare le loro feſtività, ò per occaſione delle medeſime, quale dovrà ſempre eſſere conveniente, e moderata, ſi faccia colle rendite del Monaſtero ſenza contraere debito alcuno; Al qual'effetto dovrà V. S. efficacemente ingiungere tanto alle Superiore, ed Offiziali, quanto alli Deputati, Sindici, ed Economi di ciaſchedun Monaſtero di procurare, che le ſudette ſpeſe, come ſopra moderate, ſi ſtabiliſchino dentro breve termine con li modi, che ſtimaranno più proprj, e convenienti, da approvarſi da lei, ſecondo le rendite de' medeſimi Monaſterj. Intende in oltre eſpreſſamente la Santità Sua, che la diſpoſizione di quanto ſi contiene nella preſente lettera, ſia univerſale, come a tutti li Monaſterj di Monache, eziandio governati da' Regolari, e da qualunque altro Superiore, benche privilegiato, e privilegiatiſſimo, e degno di ſpecial menzione, ò in qualſivoglia altro modo eſenti, ò anche immediatamente ſoggetti alla Santa Sede, come parimente alle Caſe d'Oblate, benche non abbiano Clauſura, ne Voti ſolenni. Così dunque V. S. dovrà far'oſſervare con tutta diligenza ed attenzione; Ed in caſo che per conſeguire pienamente l'effetto, che ſi deſidera, quale ſommamente preme alla Santità Sua, ella abbia biſogno in qualche coſa delli oracoli, ed autorità della Santa Sede, non manchi di ricorrere alla medeſima, con certa fiducia di venire aſſiſtita con tutto quell'ajuto, e protezione, che ſi giudicherà eſpediente per ottenere onninamente il compimento di coſa sì neceſſaria alla quiete, e beneſizio ſpirituale delle Religioſe, tanto importante al ſervizio del Signor Iddio, da cui le prego ogni maggior felicità. Roma XXVIII Luglio MDCCVIII.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

Ferdinando Arciveſcovo di Nicea Segretario.

1. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ* Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ *MDCCVIII.*

De

De obedientia a F. Petro de Amaral, cæteriſque Fratribus Ordinis Prædicatorum præſtita (1) Carolo Thomæ Cardinali de Tournon Commiſſario, & Viſitatori Generali in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis.

Anno 1711 Die 15 Martii.

LXXXIII.

Ex Bullario (2) Romano Tom. X Parte I Conſt. CLIII pag. 254.

C L E M E N S P A P A XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

AD Apoſtolatus noſtri notitiam, non ſine graviſſima animi noſtri moleſtia, pervenit, quod Venerabilis Frater Johannes de Gazal Epiſcopus Macaonenſis, tametſi alias, nempe ſtatim ac ad illius manus devenerant quędam noſtrę in ſimili forma Brevis literę, quibus ei ſignificaveramus, Nos in illas partes allegaſſe dilectum filium noſtrum Carolum Thomam S.R.E. Cardinalem de Tournon, tunc Patriarcham Antiochenum, eique munus noſtri, & Apoſtolicę Sedis Commiſſarii, ac Viſitatoris Generalis in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis, cum poteſtate etiam noſtri, & ejuſdem Sedis de latere Legati demandaſſe: ipſe Johannes Epiſcopus debita reverentia, atque obedientia, ut par erat, ejuſdem Caroli Thomę Cardinalis, tunc Patriarchę, ac Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis juriſdictionem abſque ulla mora, agnoviſſet, quinimo id ipſum per ſuum edictum publice affixum, ac promulgatum, toto literarum noſtrarum tenore inſerto, palam declaraſſet, nihilominus poſtea, tam acriter, atque impudenter ipſius Caroli Thomę Cardinalis tunc Patriarchę, ac Commiſſarii, & Viſitatoris generalis auctoritatem, poteſtatem, ac dignitatem, adeoque etiam noſtra, & dictę Sedis, jura impetere auſus fuit, ut non modo per aliud ſuum edictum, vigore quarundam aſſertarum literarum, ſibi hac in re a Venerabili Fratre Auguſtino ab Annuntiatione Archiepiſcopo Goano ſcriptarum, illique forſan ejuſdem Auguſtini Archiepiſcopi edicto conſimilium, quod dudum per alias noſtras in ſimili forma Brevis die IV Januarii MDCCVII expeditas literas, nullum, irritum, atque invalidum declaravimus, publicatum, dicto Carolo Thomę Cardinali, tunc Patriarchę, ac Commiſſario, & Viſitatori Generali, cujuſvis juriſdictionis exercitium in Diœceſi Macaoen. interdixerit, omnemque ei a ſuis ſubditis obedientię actum exhiberi prohibuerit, verum etiam ejus nomine a quodam Laurentio Lomez (3) aſſerto illius Vicario Generali adverſus dilectum filium Conſtantinum a Spiritu Sancto Priorem, alioſque tunc exiſtentes Fratres Conventus noſtrę Dominę de Gratia nuncupati Macaonen. Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, eo quia ipſum Carolum Thomam Cardinalem, tunc Patriarcham, ac Commiſſarium, & Viſitatorem Generalem honorifice excepiſſent, ad interdicti, aliaſque pęnas, & cenſuras Eccleſiaſticas, non minus nulliter, quam injuſte, deventum fuerit. Ad hęc idem Johannes Epiſcopus eo temeritatis proceſſit, ut minime attendens ad petram, unde exciſus fuerat, quaſcunque cenſuras a prędicto Carolo Thoma Cardinale, tunc Patriarcha, ac Commiſſario, & Viſitatore generali, inflictas, pro irritis, & nullis habendas eſſe publice declaraverit, imo etiam contra ipſum Carolum Thomam Cardinalem, tunc Patriarcham, ac Commiſſarium, & Viſitatorem Generalem, inverſo ſane pęnarum per canonicas ſanctiones irrogatarum uſu, majoris excommunicationis ſententiam promulgare non erubuerit, ita plane Apoſtolicę juriſdictionis hoſtis, & everſor factus, qui illius cuſtos, & vindex pręcipuus eſſe debuiſſet. Pręterea adeo ſe immemorem oſtendit venerabilis dignitatis, ſeu characteris, ac inviolabilis Religionis illius juris jurandi, quo ſe Deo, Nobis, & Eccleſię in ſuſcipiendo conſecrationis munere obſtrinxerat, ut Miniſtris ac Officialibus laicis earundem partium duriora quęque adverſus dignitatem, imo etiam perſonam prędicti Caroli Thomę Cardinalis, tunc Patriarchę, ac Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis, molientibus ſe ſociaverit, ac pene Dux eorum, qui Chriſtum Domini, ſacrilego, ac deteſtabili auſu multifariam vexarunt, & forte etiam adhuc vexant, fieri non formidaverit, aliaque plura adverſus ejuſdem Caroli Thomę Cardinalis, tunc Patriarchę, ac Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis, imo potius adverſus noſtram, & Sedis prędictę auctoritatem, ac juriſdictionem attentare pręſumpſerit. Innotuit pariter Nobis, quod pręmiſſis attentatis dictus Carolus Thomas Cardinalis, tunc Patriarcha, ac Commiſſarius, & Viſitator Generalis, tametſi tunc temporis in prędicta Civitate Macaonen., non quidem a Paganis, ſed ab Officialibus, ac Miniſtris Chriſtianis nulla ſacri characteris, nulla prętantiſſimę ſuę dignitatis, nulla Eccleſiaſticarum ſanctionum, nulla denique juris gentium, quod apud barbaras quoque nationes, ſacroſanctum, ac inviolabile eſt, habita ratione, multorum militum diurna, nocturnaque cuſtodia, ut captivus detineretur, aliiſque acerbiſſimis, ac plane incredibilibus injuriis, & contumeliis, ipſis exhorreſcentibus Ethnicis, afflictus reperiretur, nihilominus inter affectę valetudinis, ac tot aliarum tribulationum, quas perferebat incommoda creſcens quotidie magis in caritate Chriſti, invictoque animo illius cauſam agens, poſtquam pręcipuos ejuſmodi ſacrilegorum exceſſuum adverſus ejus perſonam, ac dignitatem, commiſſorum auctores, ac verę iniquitatis filios, canonicę ſeveritatis mucrone percuſſerat, illoſque affixis publice contra eos ſchedulis, majoris excommunicationis pęnam incurriſſe pronunciaverat, inter alia, atque ut ſua, quinimo noſtra, & ejuſdem Sedis jura fortiter tueretur, imperterrito animo devenit, omnia, & ſingula per Curiam Epiſcopalem Macaonen. contra ipſum, ejuſque juriſdictionem geſta, ut pręfertur, utpote impedientia exercitium muneris ſibi a Nobis commiſſi, necnon eccleſiaſticę libertatis, & Apoſtolicę auctoritatis ſummopere lęſiva, circumſcripſit, annullavit, revocavit, ac uti nulliter, attentate, temere, & audaciter facta declaravit, ſententiam inſuper aſſerti interdicti in Fratres, & Eccleſiam prędicti Conventus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſicut pręmittitur, latam, necnon quaſcunque citationes, edicta, ac ſcripturas, juriſdictionem Apoſtolicam quomodolibet lędentes, aut illi quoquomodo contrarias revo-

revocari, aboleri, declarari, ac pro nulliter factis, nulliuſque roboris, ac momenti haberi, & habendas eſſe mandavit, ipſum vero Johannem Epiſcopum propter pręmiſſa, cenſuras omnes Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac pręſertim literis die Cęnę Domini ſingulis annis legi, & promulgari ſolitis, contra ſimilia perpetrantes, inflictas damnabiliter incurriſſe, illumque pro excommunicato, & a fidelium conſortio ſegregato, & vitando haberi, & habendum eſſe ſimiliter declaravit. Poſt hęc, cum accepiſſet in eadem Civitate Macaonen., non ſemel adverſus Pontificię poteſtatis jura, & Eccleſiaſticam libertatem conveniſſe in unum, atque in tenebrarum conſilia, non modo Miniſtros, & Officiales laicos, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti, ſed etiam eos, qui ceteris lucis exempla prębere, atque, utpote de Altari viventes, vel religioſo ſtrictioris vitę, & obedientię inſtituto addicti, Apoſtolicam auctoritatem, pręcipue excolere debuiſſent, turpiter conſpiraſſe: omnia, & ſingula in ejuſmodi Conventibus, ſeu potius conciliabulis Decreta, & Statuta, quę Sedis Apoſtolicę prędictę, & Eccleſiaſticę immunitatis jura, quovis modo lędere poterant, uti nulla, irrita, & invalida, nulliuſque roboris, & momenti pariter habenda eſſe decrevit, omneſque, & ſingulos cujuſvis ſtatus, & conditionis, ſive laicas, ſive Eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam Regulares cujuſcunque Ordinis, vel inſtituti, qui Conventibus, ſeu Conciliabulis hujuſmodi interfuerant, ibique, aut ſuadendo, aut conſulendo, aut ſubſcribendo, aut mandando, aut alias quomodolibet directe, vel indirecte, Decretis, & ſtatutis prędictis conſenſerant, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas contra hęc perpetrantes in Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac potiſſimum literis die Cęnę Domini legi ſolitis ſupradictis contentas incurriſſe, illoſque propterea pro excommunicatis, & a fidelium gremio ſegregatis, & vitandis haberi, & habendos eſſe denunciavit. Noviſſime demum e remotiſſimis illis regionibus nobis ſignificatum fuit, illatas eidem Carolo Thomę Cardinali Commiſſario, & Vicario Generali, ejuſque dignitati multiplices, ac pene inauditas vexationes, etiam poſtquam illuc innotuerat, eum eximiis ſuis ita exigentibus meritis, ad ſublimem Cardinalatus honorem a nobis evectum fuiſſe, minime ceſſaſſe, prę ceteris vero ſupradictum Laurentium Gomez aſſertum Vicarium Generalem Macaonen. in alium prorupiſſe graviſſimum exceſſum, cum enim dictus Carolus Thomas Cardinalis ob juſtas, & rationabiles cauſas ab eo expreſſas, dilectos filios Presbyteros Regulares Societatis Jeſu in dicta Civitate Macaonen. exiſtentes, illorumque Eccleſiam, Collegium, & Seminarium Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuiſſet, idem Laurentius non modo interdictum hujuſmodi irritum, ac nullum, temere declaravit, verum etiam ſuo ad id promulgato monitorio, ſeu

Nota. edicto, omnibus, & ſingulis Epiſcopatus Macaonen. ſubditis, cujuſcunque tandem gradus, conditionis, & pręeminentię exiſterent, ne cum dicto filio Petro de Amaral Fratre expreſſe profeſſo Ordinis Prędicatorum, qui pro debita eidem Carolo Thomę Cardinali, ſemper, & conſtanter pręſtita obedientia, ęrumnas plurimas, magno, fortique animo ſuſtinuit, illiſque Fratribus Conventus Macaonen. dicti Ordinis, imo nec cum aliis quibuſcunque, ſive laicis, ſive Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam Regularibus cujuſcunque Ordinis, ſeu Inſtituti dicto Carolo Thomę Cardinali obedientiam exhibentibus, conſortium ullum, ſeu commercium haberent, ſub pęna excommunicationis per contrafacientes eo ipſo incurrenda diſtricte prohibuit, & interdixit. Quibus permotus, aliiſque pluribus ſupradicti Laurentii reatibus attentis, idem Carolus Thomas Cardinalis ipſum Laurentium excommunicatum publice declaravit, & tanquam putridum membrum a Chriſtifidelium conſortio abſciſſum pronunciavit. Subinde vero prędictum Johannem Epiſcopum non modo ejuſdem Laurentii ſui aſſerti Vicarii Generalis geſta temere, ac perperam repugnantem, ſed etiam ſecundum duritiem ſuam, impęnitens cor theſaurizantem ſibi iram in die irę, ac peccatum ſuper peccatum adjicere non dubitantem, menſe Septembris anni MDCCIX, dilecto filio Promotori Fiſcali ſuę Apoſtolicę viſitationis inſtante, ad comparendum infra annum in alma Urbe noſtra coram Nobis, ac ſe defendendum, & purgandum de exceſſibus in prędjudicium Eccleſię, atque Apoſtolicę Sedis prędictę, & contra proprium juramentum Epiſcopale commiſſis, necnon ad dicendum cauſam, quare contra ipſum ad depoſitionis, aliaſque graviores pęnas arbitrio noſtro irrigandas (4) procedi non deberet, citari, ac moneri juſſit, & mandavit. Cum autem ea omnia, quę adverſus prędictum Thomam Cardinalem, ſicut pręmittitur, decreta, geſta, atque attentata fuerunt, quęque profecto nonniſi ſummo omnium Chriſtifidelium horrore, ac mœrore audiri poſſunt, intolerabilem prorſus Eccleſiaſticę immunitatis, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutę, debitęque huic Sanctę Sedis obedientię violationem, imo potius everſionem importent, adeoque Romanum Pontificem in ſuprema dictę Sedis ſpecula; eum poteſtatis plenitudine ab altiſſimo collocatum, ad quem in primis pertinent damna, & offenſę, quę Chriſto Domino inferuntur, in tanta, & tam gravi divini nominis, atque humani juris perturbatione otioſum, ac deinde (5) eſſe minime patiantur. Hinc eſt, quod nos, qui ex commiſſi nobis cęlitus Paſtoralis officii debito, quorumcunque eidem Apoſtolicę Sedi, ſanctęque Dei Eccleſię competentium jurium, necnon quarumvis Eccleſiaſticarum perſonarum, pręſertim non minus inſignium meritorum, quam ſublimis in eadem Eccleſia gradus ſplendore fulgentium, libertatis, ac dignitatis aſſertores in terris, ac vindices a Domino conſtituti ſumus, tametſi dictus Carolus Thomas Cardinalis, quantum ſibi inter illas in quibus verſabatur, & forſan adhuc etiam verſatur, anguſtias, permiſſum fuit, ea omnia, quę ad ipſius munus pertinebant, quęque proinde firma ſemper, & ſalva eſſe volumus, ſtrenue, ac fideliter, ut pręfertur, implere non prętermiſerit, nihilominus Pontificii etiam judicii noſtri acceſſione, Eccleſiaſticę juriſdictionis indemnitati uberius conſulere, noſtraque, & dictę Sedis jura, ſarta, tecta, atque illibata, quantum nobis ex alto conceditur, enixius tueri, & conſervare cupientes, necnon omnium, & ſingulorum in pręmiſſis, ſeu eorum occaſione, tam ab eiſdem Johanne Epiſcopo, ac Laurentio Gomez ejus aſſerto Vicario Generali, quam a prędictis officialibus, & Miniſtris, aliiſve quibuſcunque perſonis, ſive Eccleſiaſticis, ſive laicis quomodolibet actorum, & geſtorum ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, necnon Officialium, Miniſtrorum, aliorumque prędictorum qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quęcunque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac exactiſſime, ac accuratiſſime ſpecificatis habentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę

pote-

poteſtatis plenitudine, prędicta omnis, & ſingula Decreta, monitoria, ordinationes, literas, cenſuras, declarationes, reſolutiones, interdicta, mandata, & edicta, ac alia quęlibet, tam a Johanne Epiſcopo, & Laurentio Gomez ejus aſſerto Vicario Generali, quam ab Officialibus, & Miniſtris ſupradictis, aliiſque quibuſvis perſonis, tam ſecularibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive laicis, cujuſcunque tandem gradus, conditionis, & dignitatis fuerint, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regularibus, in pręmiſſis, ſive eorum occaſione, adverſus perſonam, ſeu dignitatem ſupradicti Caroli Thomę Cardinalis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis, ſeu alias in pręjudicium libertatis, immunitatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticę, atque auctoritatis Apoſtolicę, quovis modo edita, promulgata, ſcripta, lata, acta, facta, geſta, & perpetrata, cum omnibus, & ſingulis, inde ſecutis, & forſan quandocunque ſecuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, iniqua, injuſta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto pręſumpta, nulliuſque roboris, vel momenti, & efficacię eſſe, & ab initio fuiſſe, & perpetuo fore, neminemque ad illorum obſervantiam teneri, imo nec a quopiam obſervari poſſe, vel potuiſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore pręſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis, ſemper haberi volumus, & mandamus. Firmas pręterea, ac ſalvas eſſe ſimiliter volumus, atque decernimus quaſcunque cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, ſive a jure, ſive a prędicto Carolo Thoma Cardinali latas, & promulgatas, quas prędicti, & alii quilibet, qui pręmiſſa perpetrarunt, nec non adhęrentes, fautores, & defenſores eorum, ſive qui illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet pręſtiterunt, propter eadem pręmiſſa quovis modo incurrerunt, a quibus poſt condignam Eccleſię pręſtitam ſatisfactionem, nonniſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, vel etiam ab ipſo Carolo Thoma, Cardinali, aliove Commiſſario, & Viſitatore Generali dictarum partium ſimiliter pro tempore exiſtente, pręterquam in mortis articulo, & tunc cum reſidentia in eaſdem cenſuras eo ipſo, quo convaluerint, abſolvi, & liberari valeant. Facultate inſuper non ſolum Nobis, & eidem Sanctę Sedi, & etiam ipſi Carolo Thomę Cardinali, ſeu pro tempore exiſtenti Commiſſario, & Viſitatori Generali prędicto expreſſe reſervata, quatenus illi minime redierint ad cor, ſed in ſua contumacia perſiſtentes, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas hujuſmodi, animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato, ad alia canonica, & ſeveriora remedia quandocunque procedendi. Decernentes etiam eaſdem pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, etiam ex eo, quod prędicti, & alii quicunque in pręmiſſis, ſeu eorum aliquo, jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet pretendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, pręeminentię, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſęque propter quas pręſentes emanarint, ſufficienter adductę, verificatę, & juſtificatę non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimę, & totalis lęſionis, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas, aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratię remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quemplam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prędictę Cardinales, etiam de latere Legatos, & ejuſdem Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacunque pręeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac, quatenus opus ſit, noſtrę, & Cancellarię Apoſtolicę regula de jure quęſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Eccleſię Macaonen., & quorumcunque ordinum, Congregationum, inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Eccleſię Macaonen, Ordinibus, Congregationibus, inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, prędictis, illorumque reſpective Pręſulibus, Superioribus, & perſonis, aliiſque quibuslibet, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quarumcunque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica, dignitate fulgentium, inſtantiam, aut earum contemplationem, ſeu alias quomodolibet in genere, vel in ſpecie, etiam conſiſtorialiter in contrarium pręmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcunque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac

de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, ac infererentur, iiſdem pręſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac (6) ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV Martii MDCCXI, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Praſtita*:) Vide Notas ad *Conſtitutionem XXXVIII Clementis XI T.VI hujuſce Bullarii pag.476*.
2. *Bullario*.) Ejuſdem Diplomatis exemplar aſſervatur in Bibliotheca *Caſanatenſi*, *inter Acta cauſa Sinenſis*.
3. *Lomez*.) *Gomez*.
4. *Irrigandas*.) *Irrogandas*.
5. *Deinde*.) *Deſidem*.
6. *Ac ad verbum*.) *Ac de verbo ad verbum*.

Anno 1711 Die 15 Martii.

Confirmat Decretum Cardinalis de Tournon (1) Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis in Sinarum Imperio, aliiſque Indiarum Regnis ſuper exercitio Miſſionum.

LXXXIV.

Ex Bullario Romano T.X Parte I Conſt.CLII pag.252.

CLEMENS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, alias, nempe anno MDCCVIII, dilectus filius noſter Carolus Thomas S. R. E. Cardinalis, Maillard de Tournon nuncupatus, tanquam noſter, & Apoſtolicę Sedis Commiſſarius, & Viſitator Generalis in Sinarum, & aliis Indiarum Occidentalium Regnis, cum poteſtate, etiam noſtri, & ejuſdem Sedis de Latere Legati a Nobis deputatus, ut varios abuſus, quos in Apoſtolicę auctoritatis contemptum, in illarum partium Miſſionibus irrepſiſſe cognoverat, emendaret, per ſuum edictum, ſeu decretum in Civitate Macaonen. editum diſtricte prohibuerit, ne ullus Miſſionarius, ſive ſecularis, ſive regularis, cujuſcunque Ordinis, abſque ipſius Caroli Thomę Cardinalis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis licentia Miſſiones Sinicas ingredi, vel ea non obtenta, Miſſionarii munus in illis obire, aut etiam ea minime quęſita, ſive non obtenta, ab illis diſcedere auderet, ſub pęna ſuſpenſionis a divinis per contrafacientes eo ipſo incurrenda, ſimulque ſub eadem pęna interdixerit, ne ullus, ſive ſecularis, ſive regularis, abſque ejuſdem Caroli Thomę Cardinalis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis conſenſu, ſuperioratus cujuſcunque officium, in alios ſui gremii, vel Ordinis, Miſſionarios in Sinis aſſumere, ſeu exercere pręſumeret, & alias, prout uberius continetur in eodem edicto, ſeu decreto tenoris ſequentis, videlicet: Carolus Thomas Maillard de Tournon, Dei, & Sanctę Apoſtolicę Sedis gratia, Patriarcha Antiochenus, Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Clementis divina providentia Papę XI, Prelatus Domeſticus, ejuſque Pontificio Solio Aſſiſtens, necnon S. Romanę univerſalis Inquiſitionis contra hęreticam pravitatem conſultor, ac in Indiis Occidentalibus, & Sinarum Imperio, finitimiſque Regnis, & Inſulis Commiſſarius, & Viſitator Apoſtolicus Generalis cum facultate Legati de Latere &c. omnibus, & ſingulis Miſſionariis tam ſecularibus, quam cujuſcunque Ordinis regularibus, & eorum Superioribus in hac Sinenſi Miſſione, ſalutem in Domino &c. Quaſi caſtrorum acies ordinata Nobis exhibetur Eccleſia ab eo, qui rerum omnium eſt ordo perfectus, & immutabilis abſque viciſſitudinis obumbratione, ut quemadmodum milites hujus ſeculi ſub Tribunis, Pręfectis, & Ducibus bella gerunt, ita, & Prępoſitis ſuis diſcant parere, qui ſub Jeſu Chriſti vexillo militare profitentur. Et quidem cum Chriſti membra ſimus, debemus juxta Apoſtolicam traditionem Capiti ordine hierarchico adhęrere ſecundum operationem in menſuram cujuſcunque membri, atque in Prelatis, Chriſti vocem audire, & imaginem venerari, *docentibus* nos ſacris paginis obedire Prępoſitis, etiam diſcolis, & Deo potius obedientiam offerre, quam victimam. Quod ſi ordo ubique apprime convenit, hic eſt maxime neceſſarius, ubi ſanctitatem Chriſtianę Religionis in recta illius Miniſtrorum diſciplina decet pręfulgere, ex quorum officio, & exemplo ſanctitatis gloria ſtare videtur, & bonus odor notitia Dei manifeſtatur. Quis enim honor Evangelii, ſi lapides ſanctuarii in capite omnium platearum ſint diſperſi? diſperguntur namque, cum Sacerdotes, & perfectionis (2) inſtitutionis viros in Eccleſię ędificationem compoſitos, a ſolido divini ędificii fundamento per inobedientiam diſſolutos, & petrę, a qua exciſi ſunt, immemores conſpicimus, cum abjectis regiminis juribus in Prępoſitos ſuos palam inſiliunt, qui eorum deberent apparere ornamentum, & cum inſalutato Paſtore Dominici gregis curam inordinate uſurpare pręſumunt, non attendentes cui dictum ſit a Domino: Paſce oves meas: neque miſeram reformidantes conditionem non intrantium ad ovile per oſtium. Cum itaque ſcandala iſta ſub oculis noſtris, & in poſitivum Apoſtolicę, qua fungimur, auctoritatis contemptum, in has Miſſiones nuper irrepſerint, &, quod dolendum magis eſt, per quoſdam Religioſos ſtrictiori voti vinculo S. Sedi obedientię obſtrictos, lugere cogimur cum Propheta aurum obſcuratum, & mutatum colorem optimum, qui ſane juxta D. Gregorium commutatur, cum eorum, qui degere religioſe credebantur, ęſtimatio anteacta minuitur, ne autem omnino inanis ſit luctus noſter, pro viribus commiſſę nobis, licet immeritis, a Sanctiſſimo Domino N. D. Clemente Papa XI, & a Sancta Sede poteſtatis, abuſibus hujuſmodi obviam ire volentes, decernimus, & ſtatuimus, ut quicunque Miſſionarius, aut Presbyter, ſive ſecularis, ſive, Regularis cujuſcunque Ordinis, etiam Societatis Jeſu, deſi-

deſiderio propagandę fidei ad has Sinenſes oras appulſus, vel appulſurus, Miſſiones ingredi non requiſita prius noſtra licentia, quę in ſcriptis dabitur, vel ea non obtenta Miſſionarii munus obire, vel ea etiam irrequiſita, aut non obtenta hinc recedere pręſumpſerit, ſit ipſo facto ſuſpenſus a divinis. Non obſtantibus quibuſcunque indultis, & privilegiis Apoſtolicis, etiam Societatis Jeſu, quę ad hunc effectum, quatenus opus ſit, ex ſpeciali, quę nobis eſt data a Sancta Sede facultate, ſuſpendimus, & ſuſpenſa declaramus. Cum illis vero, qui inordinato hoc modo ingredi in Miſſiones auſi ſunt, benigne indulgentes quadrimeſtre a publicatione pręſentium concedimus ad moram purgandam, quo tempore elapſo, niſi facti pęnitentes veniam cum licentia a nobis humiliter impetraverint, ſint etiam ipſo facto a divinis ſuſpenſi. Et quoniam in his non videntur innoxii eorum ſuperiores, qui regiminis habenas, nobis ne quidem monitis, clam ſuſcipientes, pernicioſo exemplo, & interdum etiam conſilio ſubditos ſuos in foveam inobedientię ducunt, contra quos Dominus per Prophetam queri videtur, dicens: Oves meę, quę conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur: conculcata ſiquidem Paſtorum pedibus oves paſcuntur, cum ſubjecti ea, quę aſpiciunt, opera pravitatis imitantur. Iis igitur, aliiſque de cauſis, pręcipimus, & in virtute ſanctę obedientię mandamus, ut nullus ſive ſecularis, ſive Regularis, etiam Societatis Jeſu, Nobis inconſultis, & non obtento prius noſtro conſenſu, Superioratus cujuſcunque officium in alios ſui gremii, vel ordinis Miſſionarios in Sinis aſſumere, ſeu exercere pręſumat. Quod ſi aliquis Viſitatoris, Vice-Viſitatoris, Provincialis, Vice-Provincialis, Commiſſarii, aut Vicarii Provincialis titulo forſan nominandus, ſive Superior quicunque contrafaciet, pręter ſuſpenſionem a Divinis ipſo facto incurrendam, nobis, & S. Sedi reſervatam, ex nunc pro tunc irritamus, & annullamus quęcunque acta, & pręcepta ab eo facta, & facienda, atque illa irrita, & nulla declaramus, ſubditoſque ab illius obedientia in utroque foro abſolvimus, & liberamus. Et ita ex commiſſa nobis Apoſtolica auctoritate, etiam Legati de latere, decernimus, ſtatuimus, & ab omnibus ſervari mandamus. Æquum enim eſt, ut qui Dominicę vineę operariis pręeſt, & vices gerit univerſalis in terris Patrisfamilias, illos agnoſcat, & ſub quibuſvis Prępoſitis Evangelicę culturę dent operam, non ignoret. Datum Machai ex Palatio noſtrę ſolitę habitationis die III Julii Anno Domini MDCCVIII, Pontificatus autem Sanctiſſimi D.N.D. Clementis, Divina providentia Papę XI, anno octavo. C. Thomas Patriarcha Antiochenus, & Viſitator Apoſtolicus. Sabinus Marianus Auditor. Loco ✱ Sigilli. Andreas Candela Sac. Viſitationis Apoſtolicę Cancellarius. Nos edictum, ſeu decretum hujuſmodi rectę, ac felici dictarum Miſſionum directioni in pręſentibus potiſſimum rerum circumſtantiis ſummopere conducibile eſſe conſiderantes, ac proinde inviolabili illius firmitati, robori, & efficacię, debitęque executioni, ex commiſſi nobis cęlitus Paſtoralis Officii debito providere cupientes, de Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, tam in univerſa Republica Chriſtiana contra hęreticam pravitatem generalium Inquiſitorum, a Sede prędicta ſpecialiter deputatorum, quam aliorum ex Congregatione Propagandę fidei negotiis prępoſita ſuper rebus Indiarum Orientalium ſpecialiter itidem deputatorum, quos inſimul coram Nobis ſuper rebus hujuſmodi congregatos pluries audivimus, conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, edictum, ſeu decretum preinſertum, cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & expreſſis, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicę firmitatis vim, robur, & pręſidium adjungimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Pręterea motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, omnia, & ſingula, quę in edicto, ſeu decreto prędicto ſuper licentia dicti Caroli Thomę Cardinalis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis ab iis, qui Miſſiones Sinicas ſupradictas ingredi, ſive in eis Miſſionarii munus exercere volunt, requirenda, & obtinenda, ſicut pręmittitur, ſtatuta, & ſancita fuerunt, earundem tenore pręſentium, ita extendimus, ac reſpective declaramus, ut non modo, quoad ipſum Carolum Thomam Cardinalem Commiſſarium, & Viſitatorem Generalem, quouſque in illis partibus permanſerit, ſed etiam quoad alios, qui ei in munere Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis hujuſmodi pro tempore ſuccedent, locum, & effectum, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicę beneplacitum, habere debeant, dicta vero licentia, ſive a prędicto Carolo Thoma Cardinale, aliove Commiſſario, & Viſitatore Generali earundem partium, ſive a perſonis per eos opportune ſubdelegandis, ut pręfertur, danda, non alias concedenda ſit, niſi pręſtito prius per eos, quibus concedetur, juramento de exacte obſervando Decreto ſuper Ritibus, ſeu cęremoniis Sinicis die XXV Septembris anni proxime elapſi a Nobis promulgato, quovis contrafaciendi, etiam pretenſę, & a nobis improbatę conditionalitatis Decreti hujuſmodi, aliove quęſito colore, ſeu pretextu penitus rejecto, atque ſublato. Decernentes eaſdem pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, etiam ex eo, quod quilibet, etiam cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, pręeminentię, & dignitatis, ſeu alia ſpeciali, & individua mentione, & expreſſione digni in pręmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet pretendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſę, propter quas pręſentes emanarint, ſufficienter adductę, verificatę, & juſtificatę fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis juſta, juridica, legitima, pia, & privilegiata, cauſa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſę, & totalis lęſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, aut intereſſe habentium, conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & formali, ac ſubſtantiali, & incogitato, inexcogitabilique defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, modificari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, gratię, vel facti remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-

Nota.

Auditores, ac S. R. E. prędictę Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictę Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon, quatenus opus ſit, quorumvis, Eccleſiarum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Jeſu, *Inſtitutorum*, Provinciarum, Conventuum, Collegiorum, Monaſteriorum, & locorum piorum *quorumcunque*, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate *alia roboratis* ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, *Eccleſiis*, *Ordinibus*, Congregationibus, Societatibus, etiam Jeſu, Inſtitutis, Provinciis, Conventibus, *Collegiis*, Monaſteriis, & locis piis, quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & *poteſtatis* plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, ſeu ad quarumcunque perſonarum, etiam Regum, & Principum, ſeu alias quacunque mundana, vel Eccleſiaſtica poteſtate fulgentium inſtantiam, & alias quomodolibet in genere vel in ſpecie in contrarium pręmiſſorum conceſſis, ac quantiſcunque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XV Martii MDCCXI, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

1. *Cardinalis de Tournon.*) Vide *Notas ad Conſtitutionem XXXVIII Clementis XI.* Legitur *Tom. VI hujuſce Bullarii pag.476.*

2. *Perfectionis.*) Forraſſis: *Perfectioris.*

Anno 1716 Die 12 Decembris.

LXXXV.

Ne Provinciæ Portugalliæ Moniales ſumptus immodicos agant (1).

Ex Bullario Romano T.XI Conſt.CCXXXVI pag.97.

C L E M E N S PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Dominici a S. Thoma, Vicarii Generalis, & Definitorum Capituli Provincię Portugallię, Ordinis Fratrum Prędicatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitę, expoſito, quod cum ipſi mature conſideraſſent damnum, ac ſcandalum, quod ex cauſa immoderatarum expenſarum, quę per Moniales ejuſdem Ordinis in ipſarum officiis, ultra id eis permiſſum, fieri ſolebant, oriebatur, in eorum Capitulo anno MDCCXIV celebrato, prohibuerant ſub pęna excommunicationis majoris ab ipſis Monialibus incurrenda, ne ipſę plus illo, quod per eas in eorundem officiorum exercitio, excepto tamen illo Sacriſtanę quoad expenſas ad cultum Divinum ſpectantes, viginti ab illinc annis impendebatur, erogarent, & alias prout in Decreto dicti Capituli ab eiſdem exponentibus die XVI Aprilis ejuſdem anni ſubſcripto, tenoris ſequentis, videlicet: *Fr. Domenico di S Tomaſo, Maeſtro in Sacra Teologia, Conſultore di S. Officio, e Vicario Generale di queſta Provincia di Portogallo con li PP. Definitori del Capitolo celebrato in queſt' anno MDCCXIV. Havendo noi conſiderato li pernicioſi effetti, che ne naſcono di ſpendere le Monache nelli loro officj più di quello, che poſſono, o che ſi coſtumava, ſenza riguardo al voto della povertà, e con ſcandalo de' ſecolari, ed altri danni, alli quali dobbiamo dar rimedio, comandiamo ſotto precetto formale, e pena di ſcomunica maggiore, ipſo facto incurrenda, che veruna Religioſa di queſta noſtra Provincia ſpenda nell' Officj più di quello, che ſi coſtumava ſpendere venti anni ſono, per il che non gli ſia ſufficiente preteſto ricevere dalli loro Padri, o Parenti, ed amici quello, che vorrebbero ſpendere di più, eccettuato però nell' officio, e carica di Sagreſtana per quello appartiene al Culto Divino, e ſotto il medemo precetto, e cenſura, comandiamo alle Superiore, che faccino oſſervare queſta diſpoſizione, e ordine, e ſuppino, non eſſere eccettuate dalla medema legge per quello appartiene a' loro Officj. Dato in queſto noſtro Convento di S. Domenico in Lisbona li XXVI Aprile MDCCXIV. Fr. Domenico di S. Tomaſo Priore, e Vicario Generale. Fr. Galuto, Maeſtro, e Definitore. Fr. Emmanuele de Aguiar, Maeſtro, e Definitore. Fr. Gio di S. Maria Dottore, e Definitore. Fr. Antonio de Sacramento, Dottore, e Definitore. Regiſtr. fol. 102. Fr. Gio: di S Alberto Segretario, e Complimentario. Loca ✠ Sigilli.* Ideoque pro parte dictorum exponentium, eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut prędictum Decretum ſub eiſdem Cenſuris, vel privationis vocis activę, & paſſivę pęnis, Sedi Apoſtolicę, vel prędictę Congregationi Cardinalium reſervatis, confirmaret, prohibendo inſuper, ne ullus Superior regularis, nec quidem noſter, & pro tempore exiſtens Nuncius Apoſtolicus in illis partibus ſuper pręmiſſis, niſi id ei a Sede prędicta permiſſum fuiſſet, diſpenſare valeret, emanavit ad eorundem exponentium ſupplicationem a prędicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, ac Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, audita relatione Nuncii Apoſtolici Ulyſſipone reſidentis, ac attentis narratis, pręfatum Capitulare

Decre-

Decretum P. Vicarii Generalis, & Definitorum Ordinis Prędicatorum in omni ſui parte, benigne approbavit,& confirmavit, & moderno Patri Provinciali Provincię Portugallien., ejuſqne pro tempore Succeſſoribus injungit, ut pro omnimodą illius obſervantia invigilent. Ronię XXV Seprembris MDCCXVI. F. Cardinalis de Abdua. R. Archiepiſcopus Damaſcenus. Cum autem, ſicut pro parte eorundem exponentium Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi ſecundo dictum Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri, ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus, eorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, pręinſertum pręfatę Congregationis Cardinalium Decretum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus: ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate dictę Congregationis Cardinalium. Decernentes, ipſas pręſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Provincię, & Ordinis prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Decembris MDCCXVI, Pontificatus noſtri Anno Decimo Septimo.

1. *Agant.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XIII.*

Sanctus Raymundus (1) de Peñafort Ordinis Prædicatorum una cum Sancto Petro Nolaſco Fundator Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Anno 1717 Die 4 Auguſti.

LXXXVI.

Ex Bullario Romano T. XI Conſt. CCXLVIII pag. 116.

CLEMENS PAPA XI.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

INjunctę Nobis divinitus Apoſtolicę ſervitutis ratio poſtulat, ut cęleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtrę a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum, in Cęlis cum Chriſto regnantium, venerationem, excitandamque, & conſovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Beatę Marię de Mercede Redemptionis Captivorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam aliquam ex quorumcunque Conventuum dicti Ordinis, tam hactenus erectis, quam in poſterum quandocunque erigendis, ac ubicunque locorum exiſtentibus, die feſto Sancti Raymundi de Peñafort, ejuſdem Ordinis una cum Sancto Petro Nolaſco Fundatoris, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quę haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV Auguſti MDCCXVII, Pontificatus noſtri Anno Decimo Septimo.

1. *S. Raymundus,*) Conſulenda *Conſtitutio XC Clementis VIII.* Legitur *Tomo V hujuſce Bullarii pag.* 580.

Pro

Anno 1718 Die 28 Januarii.

Pro Neapolitano Conventu Sanctæ Mariæ Salutis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXXVII. IN Cauſa Provinciȩ Calabriȩ Ordinis Prȩdicatorum vertente inter Conventum, & *Religioſos S. Mariȩ* Salutis Neapolis, & P. Magiſtrum Vincentium Ferrarium, & alios dictȩ *Provinciȩ illi Adhȩrentes*, propoſita fuerunt infraſcripta Dubia videlicet.

Primum. An, & in quo caſu Religioſi Provinciȩ Calabriȩ, commorantes tanquam Hoſpites in Conventu S. Mariȩ Salutis, Neapolis teneantur ſolvere dicto Conventui contributionem ad formam Decretorum Generalis Ordinis, in caſu &c.

Secundum. An, & quȩ ſumma debeatur per dictum Conventum Provinciali *pro expenſis acceſſus*, & receſſus, occaſione Viſitationis in caſu &c.?

Tertium. An, & quȩ ſumma a dicto Conventu contribui debeat occaſione celebrationis Capituli Generalis in caſu &c.?

Quartum. An ſit augendus numerus filiorum prȩſcriptus in Brevi ſan. mem. Innocentii XI, ſeu potius ſit ſervandum dictum Breve, quoad numerum prȩfatum? Et quatenus Affirmative, quoad primam partem?

Quintum. An quomodo, & a quibus eligi debeant dicti filii in caſu &c.?

Sextum. An Provincialis, aliique Vicarii, & Viſitatores, expleto tempore viſitationis, adhuc commorantes in dicto Conventu, teneantur illi reficere expenſas, in caſu &c.?

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prȩpoſita, viſis relationibus P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac juribus, & informationibus exhibitis mature perpenſis, referente Eminentiſſimo de Abdua, ad ſupraſcripta Dubia infraſcriptum in modum cenſuit, reſpondendum, nempe.

Ad primum. Non teneri eos, qui mittuntur a P. Provinciali pro negotiis Provinciȩ, ſeu Conventuum, injuncto tamen onere celebrandi, & applicandi Miſſas pro Conventu S. Mariȩ Salutis.

Ad ſecundum Deberi ducatos triginta. Ad tertium teneri pro rata aliorum Conventuum. Ad quartum Negative, quoad primam partem. Affirmative, quoad ſecundam. Ad quintum proviſum in prȩcedenti. Ad ſextum, ſerventur Conſtitutiones Ordinis, & amplius hujuſmodi Cauſam in omnibus non proponi mandavit. Romȩ XXVIII Januarii MDCCXVIII.

J. D. Card. Parraccianus.

Loco ✱ Sigilli.

V. Archiepiſcopus Damaſcenus Secr.

(1) *Archivo*,) In quo exemplar impreſſum *Romæ* Typis R. Cameræ Apoſtolicæ *MDCCXVIII.*

INNOCENTIUS XIII.

Ab anno MDCCXXI, die VIII Maii, ad VIII Martii MDCCXXIV. Vide *T.VI hujuſce Bullarii pag.522.*

Anno 1723 Die 13 Julii.

De numero (1) Magiſtrorum Provinciæ Aprutinæ Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Bullario Romano T.XI pag.249 Conſt.XXVIII.

XV. INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres graduati Provinciȩ Aprutin. Ordinis Prȩdicatorum quod anno MDCXII in eadem Provincia numerus duodenarius Magiſtrorum in Sacra Theologia prȩfixus a felicis recordationis Paulo Papa V Prȩdeceſſore noſtro per quaſdam ſuas literas Apoſtolicas confirmatus fuit, & ſubinde, poſt unius ſeculi, & amplius ſpatium, cum eadem Provincia agnoviſſet, numerum duodenarium Magiſtrorum hujuſmodi uſque ad quindenarium tum ob prȩdictam Provinciam Religioſis virtute prȩditis, ſtudiiſque formalibus auctam, quam ob illius majus bonum, ac utilitatem ampliari opus eſſe, ipſi exponentes in noviſſimo Capitulo Provinciali, quod anno proxime prȩterito die XI Maii in Conventu Sancti Severi Majoris Neapolitan. dicti Ordinis celebratum fuit, inſtiterunt, ut prȩfatȩ ampliationis ſupra ejuſmodi prȩfixum duodenarium numerum petitio fieret, quam quidem petitionem rationi conſonam, & juſtiſſimam a Capitulo Generali memorati Ordinis in Alma Urbe noſtra die XI Junii ejuſdem anni habito recognoſci, & approbari obtinuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes prȩmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicȩ confirmationis noſtrȩ patrocinio communiri plurimum deſiderent, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in prȩmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, &

pȩnis

pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, conſilio, & attenta relatione dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejuſdem Ordinis ſuper pręmiſſis eiſdem Cardinalibus facta, pręfatam ampliationem pręfixionis numeri duodecim Magiſtrorum in pręd. cta Provincia uſque ad numerum quindemniorum a pleno Capitulo Generali Ordinis hujuſmodi nuper celebrato decretam, ut pręfertur, pro arbitrio, & conſcientia dilecti pariter filii Auguſtini Pipia Magiſtri Generalis Ordinis pręd. cti, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis, auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, ſicque in pręmiſſis, per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Provincię, & Ordinis pręd. ctorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Julii MDCCXXII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

8. *Numero.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

BENEDICTUS XIII.

Ab anno MDCCXXIV die XXIX Maii, ad XXI Februarii MDCCXXX. Vide *T. VI. hujus Bullarii pag.* 534.

Indulgentia conceſſa viſitantibus Ædes Sacras Cœnobii Sanctiſſimi Roſarii, ſiti in Monte Sancto, prope Civitatem Podkamien. (1).

Anno 1725 Die 24 Januarii.

CXXXIV.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus, pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarnm ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam Fratrum Ordinis Pręd. catorum ſitam in Monte Sancto, Sanctiſſimi Roſarii nuncupato, prope Oppidum, Civitatem nuncupatum, Podkamien., Luceorien. Dięceſis, ad qnam, ut aſſeritur, devotionis cauſa, magnns populi Chriſtiani, & pręſertim peregrinorum, fit concurſus, in quocunque anni die devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſemel tantum quolibet anno per unumquemque Chriſtifidelem lucrifaciendam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus poſt pręſentem annum Jubilęi, ad decennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentinm aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV Januarii MDCCXXV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

1. *Podkamien.*) Vide Notam I ad ſequentem Conſtitutionem.

2. *Archivo.*) In quo exemplar, ex authographo *Podkamienſi*.

Indul-

Anno 1725 Die 25 Januarii.

CXXXV.

Indulgentia conceſſa Chriſtifidelibus, qui interfuerint Litaniis B. Mariæ Virginis, ſingulis Sabbatis, & ejuſdem Deiparæ feſtis diebus decantandis, ſeu recitandis in Ædibus Sacris Conventus Podkamien (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm, ſicut pro parte dilectorum filiorum nobilium Ruſſię, & Volhynię, *nobis* nuper expoſitum fuit, ipſi ſtatuam (3) inauratam B. Marię Virginis ſuper columnam collocatam prope Eccleſiam Fratrum Ordinis Prędicatorum Oppidi, Civitatis nuncupati, Podkamien., Luceorien. *Dięceſis*, impenſa eorundem exponentium conſtrui curaverint, & coram hac ſacra Imagine fidelis populus in calamitatibus, ſeu neceſſitatibus, Divinam opem per ejuſdem B. Marię Virginis patrocinium invocare conſueverit. Hinc eſt, quod Nos ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, ac ſupplicationibus, dictorum exponentium nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Litaniis Beatę Marię Virginis ſingulis Sabbatis, ſingulisque ejuſdem Beatę Marię Virginis Immaculatę feſtis diebus decantandis, ſeu recitandis, devote interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, qua vice prędictarum id egerint, centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma conſueta Eccleſię relaxamus. Pręſentibus poſt pręſentem annum Jubilęi ad decennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium, aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXV Januarii MDCCXXV, Pontificatus noſtri anno Primo.

F. Cardinalis Oliverius.

1. *Podkamien.*) Juris eſt Provinciæ Ruſſiæ. Inter ejuſdem Provinciæ Conventus recenſetur ab *Echard Tomo II Scriptorum Ordinis pag.16.*, ſed notandum, quod errore typographi ibidem vocatur *Succanicenſis*, & in Epiſcopatu *Luceovienſi* ſitus dicitur. Legendum *Luceorienſi*, & *Succaminenſis*, uti videre eſt apud *Simonem Okolski* in Ruſſia Florida Parte ſecunda pag.49, ubi hæc habet: *In Epiſcopatu Luceorienſi Conventus Succaminenſis, ſeu Sublapidenſis &c.* Ejuſdem Cœnobii meminit idem ſcriptor in libro, cui titulus, *De B. Virgine Maria Sublapidenſi*. Nunc vulgo dicitur Conventus *Montis Sanctiſſimi Roſarii*.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Podkamienſi*.

3. *Statuam.*) Quam Deus Optimus Maximus variis prodigiis illuſtravit. Ipſi ſolemni ritu, corona, uti moris eſt, fuit impoſita, rogatu Sereniſſimi Auguſti, tunc Polonię Regis, Sereniſſimæ Mariæ Clementinæ, Reginæ Magnæ Britanniæ, Sereniſſimorum Jacobi, & Conſtantini Regiorum Poloniæ Principum, aliorumque quamplurium Antiſtitum, Procerumque Poloniæ, ac Lithuaniæ. Quid per id temporis actum ſit, in Annalibus Ordinis deſcribam, ibique referam teſtimonia graviſſima complurium quibus die XVII menſis Auguſti MDCCXXVII viſa eſt corona lucida, ſublimis in aere, ſtans ſupra Montem Roſarianum.

Anno 1725 Die 24 Aprilis.

CXXXVI.

Sanctiſſimi D.N.D. Benedicti divina providentia Papæ XIII Conſtitutio, ut Regulares Apoſtatæ (1) ad ſuos Ordines impune reverti poſſint.

Ex Archivo (2) Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

PAſtoris ęterni vices, licet immeriti, gerentes in terris, paternę caritatis noſtrę partes eſſe reputamus, ut oves, quas Sathanę verſutia a caulis Domini abduxit, ad eaſdem opportunis rationibus *reducere*, & ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere ſtudeamus. Itaque in pręſenti anno Jubilęi, anno ſcilicet remiſſionis, & gratię, quem ad totius Catholicę Eccleſię conſolationem, atque ędificationem, apertis, atque largiter prolatis ſpiritualium gratiarum diſpenſationi noſtrę divinitus creditarum theſauris, indiximus, & benedicente Domino, maximo cum animi noſtri gaudio celebramus, pietatis noſtrę viſcera erga Regulares profeſſionis ſuę deſertores aperire, eoſque ad Chriſti ovile, ſuos videlicet cujuſque ordines, extra quos luporum rapacium inſidiis, atque periculoſis expoſiti mirabiliter vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad ſalutarem vitę normam, quam amplexi fuerant, velut poſt liminio reverſi, vota ſua Domino reddere ſtudeant, revocare cupientes, ac felicis recordationis Urbani VIII, Clementis X, & Innocentii XII Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum, qui annis Jubilęi tunc inſtantibus, ſeu currentibus ejuſmodi Regularium deſertorum reductioni provide conſuluerunt, veſtigiis inhęrentes, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, indulgemus, ac ſtatuimus, & decernimus, ut Regulares Apoſtatę, & fugitivi, cujuſcumque ſint Ordinis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſario exprimendi, qui citra montes intra quatuor, ultra montes vero intra octo menſes a publicatione earundem pręſentium literarum inchoandos, ſua ſponte ad ſuam quiſque Religionem redierint, tunc pęnarum omnium ipſis propter Apoſtaſiam hujuſmodi inflictarum, vel infligendarum, remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur; ita tamen, ut debeant a ſuo quiſque reſpective Superiore humiliter petere abſolutionem, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, & vice verſa Superior benigne

illos

Digitized by Google

illos teneatur ab hujuſmodi pęnis abſolvere, & paterna caritate complecti, cui propterea ad effectum pręmiſſum dumtaxat, quatenus opus ſit, omnem facultatem neceſſariam dicta auctoritate harum ſerie impertimur. Non obſtantibus pręmiſſis, necnon Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtylo, & uſibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis hujuſmodi, illorumque Generalibus, & aliis Superioribus, ac perſonis, quibuslibet, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium pręmiſſorum in genere, vel in ſpecie conceſſis, & quantiſcunque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & insererentur, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ut autem eędem pręſentes literę omnibus facilius innoteſcant, volumus illarum exempla ad dilectos filios noſtros, & Apoſtolicę Sedis Nuncios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Eccleſiarum Pręlatos, & locorum Ordinarios tranſmitti, qui illas quantocitius publicare ſtudeant, ipſarum vero pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eandem omnino fidem in judicio, & extra illud ubicunque locorum haberi, quę haberetur ipſis pręſentibus ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV Aprilis MDCCXXV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Anno a Nativitate Domini Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo Quinto, Indictione Tertia, die vero XII Menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Benedicti Divina Providentia Papę XIII Anno Primo, ſupradictę literę Apoſtolicę affixę, & publicatę fuerunt ad valvas Baſilicę Lateranenſis, Principis Apoſtolorum, & S. Marię Majoris de Urbe, & in Acie Campi Florę, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis, per me Franciſcum Bartolottum Apoſtolicum Curſorem.

Johannes del Re Mag. Curſ.

1. *Apoſtatis*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ* typis Reverendæ Cam. Apoſtolicæ MDCCXXV.

Indulgentia anno Jubilæi conceſſa viſitantibus Ædes ſacras Cœnobii Podkamien. (1).

Anno 1725 Die 12 Maii.

CXXXVII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam Fratrum Ordinis Prędicatorum loci Podkamien., Luceorien., ſeu alterius Dięceſis, die per Ordinarium deſignan. a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem in Domino miſericorditer concedimus. Pręſentibus pro unica vice tantum valituris, non obſtantibus prohibitione, a Nobis emanata de non publicandis indulgentiis anno Jubilęi durante, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium, aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII Maii MDCCXXV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

1. *Podkamien.*) Vide Notam I ad Conſtitutionem *CXXXV.* Legitur hoc in Opere pag. 384.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Podkamienſi.*

Anno 1726
Die 1 Junii.

Ut feſtum SS. Johannis, & Pauli Venetiis ritu duplici celebretur Fratrum Prædicatorum rogatu concedit.

CXXXVIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

VENETA.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Benedictus PP. XIII ad humillimas preces Prioris PP. Ordinis Pędicatorum Conventus SS. Johannis, & Pauli Civitatis Venetiarum Sanctitati Suę porrectas benigne indulſit, atque conceſſit, ut ſingulis annis die XXVI Junii feſtum pręfatorum Sanctorum, quod a Clero illius Civitatis ſub ritu ſemiduplici hucuſque celebratum fuit, in poſterum ab univerſo Clero, tam ſeculari, quam Regulari utriuſque ſexus Civitatis pędictę, cum Officio, & Miſſa ſub ritu duplici celebrari poſſit, & valeat, Die I Junii MDCCXXVI.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

Anno 1728
Die 15 Maii.

Num diſtributiones (1) quotidianæ ſubjectæ ſint Eccleſiaſtico ſubſidio.

CXXXIX.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

MEDIOLANEN.

INſtante Clero ſeculari Diœceſis Status Mediolani in Sacra Congregatione ſuper immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis Juriſdictionalibus pro receſſu a deciſis in Congregatione habita ſub die XVII Junii anni proxime pręteriti, in qua reſcriptum fuit affirmative in omnibus ſuper ſequentibus dubiis. Primo. An diſtributiones quotidianę, quę recipiuntur per reſidentiales, comprehendantur, & calculandę ſint ab onere contribuendi pro ſubſidio ex indulto Sanctę Sedis, in dicto anno MDCCXVII. Secundo. An ſit locus novę reparationi ex integro faciendę, ad effectum in iſta calculandi omnes, & quaſcunque diſtributiones non calculatas, & quę uſque ab initio erant calculandę. Tertio. An illis de utroque Clero ſeculari, & regulari competat, pro rata exceſſus, diminutio Taxę, & reſpective reintegratio pro quantitate ultra propriam ratam perſoluta. Eadem Sacra Congregatio, poſt auditas rationes hinc inde allatas, tam a pręfato Clero ſeculari, quam a Clero Regulari ejuſdem Diœceſis, & Status, reſcripſit. In deciſis in omnibus, & amplius. In quorum fidem &c. Datum Romę hac die XV Maii MDCCXXVIII.

S. A. Card. de Via.

Loco ✱ Sigilli.

S. de Riccis Secretarius.

1. *Diſtributiones*.) Conſulenda *Conſtitutio LXXXV Benedicti XIII*. Legitur *Tomo VI hujuſce Bullarii pag. 646.* ubi notandum, quod habita aperitione oris, ut loquuntur, eadem de re actum fuit, & præſens Decretum datum eſt.

2. *Archivo*.) In quo autographum. Ibi etiam aſſervantur exemplaria authentica Inſtrumenti, & Epiſtolæ, quæ ſequuntur, & ad hanc litem ſpectant.

Ex Archivo Ordinis in quo exemplar authenticum.

Supplica preſentata alla Santita di N. S. Benedetto Papa XIII da i Regolari dello Stato di Milano circa il ſuſſidio comandato nel Breve emanato a dì XXXI Gennajo MDCCXXV, con l'Apoſtolico Decreto.

BEATISSIMO PADRE.

I Regolari dello Stato di Milano genufleſſi a piedi della S. V., con ſomma venerazione l'eſpongono, qualmente eſſendo imminente il tempo, che dal Cardinale Arciveſcovo di Milano, come Commiſſario delegato dalla S. V. ſi publichi un Breve, ad normam cujus per cinque anni dovranno pagare tutti gli Eccleſiaſtici un annuo ſuſſidio, temono gl'Oratori ſulla freſca ſperienza dell'ultimo ſuſſidio da eſſo loro pagato in vigore d'altro Breve della Santa memoria di Clemente XI di venire oltre modo aggravati, con eſſere forzati a contribuire quella porzione, che i ſuccollettori dovrebbono far pagare a dovere a Luoghi Pii, Benefizj Regj, prebende, e reſidenze per ragione delle cotidiane diſtribuzioni, che vengono ſpecialmente eſentate ſul preteſto: o che ſervono pro labore perſonali: quando i poveri ſupplicanti non ſolo ſon quaſi tutti obligati eſſi pure al Coro, e più rigoroſo, nè ſi rilaſcia loro coſa alcuna per tal riguardo, ò per quant'altro facciano, che anzi non le vien fatto verun diſſalco per li peſi di Meſſe, che ſono pur più privilegiate delle ſudette diſtribuzioni: ò che debbano eſſere eſpreſſamente nominate, quando anzi da Bonifazio VIII, extra unica de decimis §. Pręlati: reſta eſpreſſamente comandato, che pagandoſi decime dagli Eccleſiaſtici, ſieno a quelle ſoggette le diſtribuzioni: Quotidianas diſtributiones, quę dantur in horis Canonicis pręſentibus, debere ſolvere decimas, declaramus: Onde le diſtribuzioni debbono anzi concorrere qualora non ſieno eſpreſſamente eſentate.

La S. V. medeſima nel ſudetto Breve Apoſtolico dice chiaramente: exceptis duntaxat .... S. R. E. Cardinalibus .., ac .. Militibus S. Johannis Jeroſolymitani: E nel dichiarare chi debba ſubire tal peſo, e ſopra che debba cadere s'eſprime con quel: ſuper omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, pro-

proventibus, obventionibus, emolumentis, aliiſque juribus quibuſcunque . . . Canonicatuum, & Prębendarum &c., che con la ſua univerſalità ſembra comprendere le diſtribuzioni medeſime.

Così pure in altri ſimili ſuſſidii potrebbe facilmente moſtrarſi, che i riſpettivi commiſſarj Apoſtolici ſolevano collettare le rendite deſtinate per le dette diſtribuzioni cotidiane de Capitoli, de Cleri di detto ſtato, come fralle altre volte ſucceſſe nelle decime ripartite in cinque anni, impoſte dalla ſanta memoria d'Innocenzo XI l'anno MDCLXXXII, ſecondo le iſtruzioni del Cardinal Paluzzo Altieri, che erano appoggiate alla retroſeritta, eſtravagante di Bonifazio VIII, e alla prattica de Sommi Ponteſici, e de loro Collettori Generali in ſimili caſi, perciò ſentendo gl'Oratori un graviſſimo pregiudizio da tali eſenzioni, che ſperano contro la mente ſovrana, e rettiſſima della S. V.

Supplicano con profondiſſima venerazione V. B. volerſi degnare d'ordinare, che reſtino ſolamente eſenti dal peſo di detto ſuſſidio quelli, che ſono eſpreſſamente eccettuati nell'Apoſtolico ſuo Breve, e che tutti gli altri onninamente per qualſivoglia loro entrata Eccleſiaſtica di qualunque ſorta, o nome ſiaſi, pro rata debbano concorrere al ſuſſidio prefato. Che della grazia &c.

Alla Santità di N. Signore
BENEDETTO PAPA XIII.
Per
Li Regolari dello Stato di Milano.

Ex Audientia Sanctiſſimi die IX menſis Septembris MDCCXXVI.

Sanctiſſimus annuit petitę declarationi, quod pro valore Beneficiorum habeatur ratio, etiam diſtributionum quotidianarum.

N. Cardinalis Coſcia.

Loco ✠ Sigilli.

All'Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor mio Oſſervandiſſimo
Il Signor Cardinal Arciveſcovo di
Milano.

Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor mio Oſſervandiſſimo.

AD iſtanza del Clero Regolare di coteſta Dioceſi, e Stato, furono in queſta Sagra Congregazione dell'Immunità Eccleſiaſtica propoſti i tre infraſcritti dubii, ſotto il dì XVII Giugno proſſimo paſſato. Primo. An diſtributiones quotidianę, quę recipiuntur per Reſidentiales comprehendantur, & calculandę ſint ſub onere contribuendi pro ſubſidio ex indulto S. Sedis in dicto anno MDCCXVII. Secundo. An ſit locus novę reparationi ex integro faciendę, ad effectum in iſta calculandi omnes, & quaſcunque diſtributiones non calculatas, & quę uſque ab initio erant calculandę. Tertio. An illis de utroque Clero Seculari, & Regulari competat pro rata exceſſus diminutio taxę, & reſpective reintegratio pro quantitate, ultra propriam ratam perſoluta. La medeſima Sagra Congregazione reſeriſſe. Affirmative in omnibus. Ne avanzo pertanto la notizia a voſtr'Eminenza, ad effetto, che ſi compiaccia dare eſecuzione all'accennato Decreto, ed in tal congiuntura bacio a Voſtr'Eminenza umilmente le mani.

Di Voſtr'Eminenza

Roma 19 Luglio 1727.

Umiliſſimo Devotiſſimo Fratello
Il Cardinal di S. Agneſe.

Sacras ædes Conventus S. Sabinæ (1) vetuſtate labantes reſtituendas curat.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Anno 1729 Die 23 Septembris.

Dilecto filio nobili viro Comiti Carolo Borromęo.

BENEDICTUS PAPA XIII.

CXL.

Dilecte fili Nobilis Vir, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcram ędem Sanctę Sabinę, Chriſtianę antiquitatis memoria celebrem, & Beato Patri Dominico, noſtri Ordinis Prędicatorum Fundatori conceſſam, a vetuſtatis labe, & ſquallore vindicare animum induximus. Operam autem Divino cultui neceſſariam plane dignam reputamus, ad quam nobilitatis tuę pietatem, ęquitatemque advocemus, ut nimirum, tua auctoritate opitulante, ad impenſarum ſubſidium Conventus ibidem a Beato Inſtitutore fundatus jure ſuo minime defraudetur. Porro bonę memorię Camillus Gonzaga Comes Novellarię ſummam ſcutorum 450. monetę Romanę in ſingulos annos antedicto Conventui ex inita concordia ſolvebat, quam & ejus filius Comes Philippus ad mortem uſque perſolvit. Illis autem vita functis, ac retardata proinde memoratę pecunię ſolutione opem tuam requirimus, teque paterna fiducia hortamur, & petimus, ut miniſtro Novellarię adminiſtratori pręcipias ne debita pecunia, quę ſummam jam conſtituit ſcutorum ſeptingentorum quadraginta trium, & quę deinceps tempore procedente, ſolvenda erit, ulla mora retardetur. Vides enim, dilecte fili Nobilis vir, decorem Domus Dei, & piam cauſam juſtitię conjunctam hoc miniſterii tui officium poſtulare. Quo ſane digni-

tati, ac virtuti apprime reſpondebis, tibique arctius obſtringes caritatem noſtram, qua nobilitati tuę proſpera cuncta precamur, & Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romę &c. die XXIII Septembris, MDCCXXIX, Pontificatus noſtri anno Sexto.

1. *S. Sabina.*) Vide *Conſtitutionem XXIX Honorii III.* Legitur *Tomo I hujuſce Bullarii pag.* 15.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

C L E M E N S XII.

Ab anno MDCCXXX die XII Julii. Feliciter regnat. Vide *Tom. VI hujus Bullarii pag.* 712.

Anno 1731 Die 17 Martii.

De Miſſis ter in anno celebrandis in Sacello Romani Monaſterii S. Catharinæ Senen.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XXXII.

Dilecto filio noſtro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus generali.

C L E M E N S P A P A XII.

Dilecte fili noſter, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Alias pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Conſtantię Thereſię Teodoli, tunc Prioriſſę, & Victorię Caſſandrę Teodoli Monialium expreſſe profeſſarum Monaſterii Monialium Sanctę Catharinę Senen. de Urbe, Ordinis Sancti Dominici, Sororum germanarum, felicis recordationis Benedicto PP. XIII prędeceſſori noſtro expoſito, quod alias ipſis recolendę memorię Innocentius PP. XIII Prędeceſſor noſter Crucifixum argenteum cum ſtylobata ex ebeno pulcherrimis figuris argenteis ornatum, ad effectum illum cultui, & venerationi Monialium in quodam Altari, ſeu Capella, in loco proprio intra clauſtra ejuſdem Monaſterii ſua impenſa conſtruendo, ſeu conſtruenda, exponendi donavit, eo animo, & intentione, ut collocato Crucifixo hujuſmodi in prędicto Altari, ſeu Capella, abſolutoque opere, etiam pro majori devotione, idem Altare, ſeu Capellam, , indulgentia plenaria die feſto Exaltationis Sanctę Crucis, & Dominica poſt octavam Epiphanię, in quam feſtum Sanctiſſimi Nominis Jeſu inciderat, & cum facultate ſacroſanctum Miſſę Sacrificium in dictis duobus diebus celebrari faciendi, decoraſſet, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod opus prędictum completum, & Crucifixus hujuſmodi in loco deſtinato tunc collocatus reperiebatur, & ab eodem Benedicto Prędeceſſore indulgentia in ſupradictis duobus diebus conceſſa fuerat, ipſę vero exponentes Sacroſanctum Miſſę Sacrificium hujuſmodi ibidem bis in anno celebrari facere poſſe plurimum deſiderabant, dictus Benedictus prędeceſſor ſupplicationibus ipſarum exponentium nomine ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus, tunc exiſtenti Vicario ſuo in ſpiritualibus generali injunxit, ut, conſtito ſibi de narratis, eiſdem exponentibus, ut duabus tantum vicibus in anno, nempe Exaltationis Sanctę Crucis feſtivo die, & Dominica poſt octavam Epiphanię, Sacroſanctum Miſſę Sacrificium in prędicto novo Altari, ſeu Capella, clauſurę Monaſterii hujuſmodi incluſo, per Confeſſarium ipſius Monaſterii pro tempore exiſtentem, qui ejus rei cauſa clauſuram prędictam una cum Miniſtro, qui ſibi celebranti aſſiſteret, ingredi valeret, celebrari facere libere, & licite poſſent, pręſcriptis tamen iis cautionibus, quas pro data ſibi a Domino prudentia hac in re duxiſſet pręſcribendas, ad quinquennium tantum concederet, & indulgeret, & alias prout in ipſius Benedicti Prędeceſſoris literis, deſuper in ſimili forma Brevis die XII Januarii MDCCXXV expeditis, quarum tenorem, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, ſicut dilectę in Chriſto filię Moniales dicti Monaſterii nobis nuper exponi fecerunt, idem Vicarius in ſpiritualibus generalis literas prędictas executioni demandaverit, imo in vim reſcripti memorati Benedicti Prędeceſſoris, indultum prędictum ad alium diem feſtum ampliari obtinuerint, dicti vero quinquennii finis immineat, ſeu jam expiraverit, cupiantque propterea ipſę exponentes illud ad aliud nobis beneviſum tempus prorogari. Nos ſpirituali earundem exponentium conſolationi, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, illaſque amplioris favore gratię proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat, conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus earum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, circumſpectioni tuę per pręſentes injungimus, ut, veris exiſtentibus narratis, quinquennium prędictum ad alios ſeptem annos ab illius fine computandos, quibus durantibus memoratę exponentes Sacroſanctum Miſſę Sacrificium hujuſmodi in ſupradicto Altari, ſeu Capella, ter in anno, nempe in duobus feſtis diebus ſupra expreſſis, & in alio die feſto a te deſignan. per Confeſſarium dicti Monaſterii pro tempore exiſtentem, vel alium Pręlatum a te approbandum, celebrari facere, libere pariter, & licite valeant, ſervata tamen in reliquis omnibus prędictarum Benedicti prędeceſſoris literarum forma, & diſpoſitione, auctoritate noſtra Apoſtolica, proroges, extendas, & amplies, ſeu de novo concedas. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus, & ſingulis, quę memoratus Benedictus Prędeceſſor in ſuis literis ſupradictis con-

conceſsit non obſtare, ceterisque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII Martii MDCCXXXI Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Autographum aſſervatur in Monaſterio *S. Catharinæ Senen. de Urbe.*

De Miſſis celebrandis in valetudinario Florentini Monaſterii Sanctæ Catharinæ Senenſis.

Anno 1734 Die 16 Novembris.

XXXIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Florentin.

CLEMENS PAPA XII.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilectę in Chriſto filię Prioriſſa, & Moniales Conſervatorii Sanctę Catharinę Senen. Civitatis Florentinę Ordinis Sancti Dominici, quod cum in earum Valetudinario continuo Moniales infirmę reperiantur, quę ad Eccleſiam una cum aliis ad Sacroſanctum Miſſę Sacrificium audiendum accedere nequeunt, ipſę exponentes pro illarum ſpirituali conſolatione Miſſę Sacrificium hujuſmodi in privato Oratorio dicti Valetudinarii celebrari facere poſſe plurimum deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictas exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuę per pręſentes permittimus, & mandamus, ut, veris exiſtentibus narratis, eiſdem exponentibus, ut ipſę Miſſę Sacrificium prędictum in privato Oratorio dicti Valetudinarii, dummodo decenter ornatum, ſacriſque ſupellectilibus ſufficienter proviſum ſit, in ſingulis anni feſtivitatibus de pręcepto, quatenus tamen Moniales infirmę reperiantur, ac etiam in diebus ferialibus, caſu quo aliquam ex dictis Monialibus in mortis agone conſtitutam eſſe contigerit, per earum confeſſarium a te approbatum celebrari facere, libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate noſtra Apoſtolica, pro tuo arbitrio, & ſcientia concedas (2), & indulgeas. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum per pręſentes non intendimus ſupradictum Conſervatorium, illiuſque inſtitutum in aliquo approbare. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVI Novembris MDCCXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

2. *Concedas.*) Huc ſpectat ſequens inſtrumentum, cui dies, & annus adſcripti ſunt more *Florentin.*

Joſeph Maria Martelli, Dei, Sanctęque Sedis Apoſtolicę gratia, Archiepiſcopus Florentin. dilectis Nobis in Chriſto modernis, & pro tempore exiſtentibus Prioriſſę, & Monialibus Sanctę Catharinę Senen. Ordinis Sancti Dominici, hujus Civitatis, Salutem in Domino ſempiternam.

Nuper a Vobis exhibitum, & pręſentatum Nobis fuit Breve Apoſtolicum ſub datum Romę, apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVI Novembris proximi, in quo Sanctitas Sua pro vobis pro tempore exiſtentibus, ac pro tempore indiſpoſitis in Valetudinario interiori, in quo continuo infirmę Moniales commorantur, ſibi complacuit Nobis dare in mandatis, ut in privato dicti Valetudinarii Oratorio ad hoc decenter conſtructo, & ornato, ſacriſque Supellectilibus ſufficienter proviſo, ibi ſacrum peragendi facultatem vobis impartiar in ſingulis anni feſtivitatibus de pręcepto, quatenus tamen Moniales infirmę reperiantur, ac etiam in diebus ferialibus, caſu quo evenerit aliquam ex dictis Monialibus in mortis agone conſtitutam eſſe. Ideo auctoritate Apoſtolica prędicta in dicto Oratorio celebrandi Sacroſanctum Miſſę Sacrificium licentiam, & facultatem, arbitrio noſtro duraturam, concedimus, & impertimur. Ita tamen ut confeſſarius Clauſuram ex cauſa celebrationis hujuſmodi ingrediatur, & egrediatur completa celebratione, recta via, & abſque ad alium prędicti Monaſterii locum diſcurſione. Contrariis quibuſcunque, non obſtantibus, ac aliis in dicto Brevi Apoſtolico contentis, ad quod &c. Datum Florentię in Palatio Archiepiſcopali die XX Januarii MDCCXXXIV ab Incarnatione. Nota.

Antonius de Riccis Canonicus Prov. Florentin.

Aloyſius Vignali J. U. D. Vice-Cancellarius.

Ut

Anno 1735 Die 7 Decembris.

Ut Conſultores qui, juſtis de cauſis, a S. Rituum Congregationibus abſuerint, dicant abſentiæ cauſam, votumque, ſeu ſuffragium, ejuſdem Sacræ Congregationis Secretario mittant.

XXXIV.

Ex Archivo (1) Ordinis.

QUamvis Sedes Apoſtolica in cauſis Beatificationum, & Canonizationum maxima circumſpectione, ac maturitate, tranſactis temporibus, ſemper proceſſerit, idcoque in diſcutiendis dubiis, quę in iiſdem cauſſis pręcipue, tam ſuper Virtutibus, quam ſuper Miraculis proponuntur, ad ferendum ſuffragium admitti conſueverunt cum Reverendiſſimi Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales ad id ſpecialiter delecti, tum Viri in Sacra Theologia, & utroque Jure verſatiſſimi Conſultores nuncupati, qui omnes reſpective Congregationibus Antepręparatoriis, Pręparatoriis, ac Generalibus coram Summo Pontifice habendis interveniunt; Attamen Sanctiſſimus D.N. Clemens PP. XII (ita rei gravitate expoſcente) agnoſcens, quod ſupra enunciatis Congregationibus aliqui ex ſuffragantibus abſque ſpeciali cauſa adeſſe negligunt, promptumque volens ſuper hujuſmodi abſentia afferre remedium, vivę vocis oraculo Reverendiſſimo Cardinali Zondadàri Sacrę Rituum Congregationis Pro-Pręfecto injunxit, ut pręſens evulgaret Decretum, iis omnibus, ad quos ſpectat, prę manibus tranſmittendum, quo injungatur omnibus Conſultoribus, ut ſupra enunciatis Congregationibus omnino interveniant, exceptis caſibus Infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti, in quibus iidem excuſationem tranſmittant Reverendiſſimo Pręfecto, vel Pro-Pręfecto dictæ Sacrę Congregationis, ſive alteri ejus vices exercenti, qua aperte dignoſcatur cauſa legitimę ipſorum abſentię, verumtamen, ea nihilominus non obſtante, eorundem Vota ad manus Secretarii pervenire faciant, qui poſtea in pręfatis Sac. Congregationibus illa referre debeat. Et ita &c. Die VII. Decembris MDCCXXXV.

A. F. Card. Zondadàri Pro-Pręf.

Loco ✱ ſigilli.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus S. R. C. Secr.

1. *Archivo.*) In quo exemplar typis R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum Romæ MDCCXXXV.

Anno 1745 Die 20 Decembris.

Feſtum B. Catharinæ de Riccis (1) a die XIII Menſis Februarii ad tertiam Dominicam menſis Maii tranſertur pro Eccleſia S. Vincentii Pratenſis duntaxat.

XXXV.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias nos de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prępoſitorum conſilio, ut Beatę Catharinę de Riccis olim Monialis expreſſe profeſſę in Monaſterio Monialium Civitatis Praten., Ordinis S. Dominici, feſtum die XIII menſis Februarii (3), uti certis in locis, quę in literis noſtris ſuper illius Beatificatione in forma Brevis emanatis expreſſa ſunt, ac de ea ſub ritu duplici recitaretur Officium, & Miſſa de Virgine non Martyre, ſingulis annis, juxta rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, & quantum ad Miſſam attinet a Sacerdotibus quoque confluentibus celebraretur, Apoſtolica auctoritate conceſſimus, & indulſimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die prima menſis Octobris MDCCXXXII expeditis literis, quarum tenorem pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus plenius continetur. Cum autem, ſicut Venerabilis frater modernus Epiſcopus, & dilectę in Chriſto filię Moniales Monaſterii Sancti Vincentii Praten., nobis nuper exponi fecerunt, Eccleſia dicti Monaſterii, ubi Corpus ejuſdem Beatę Catharinę, ut pie creditur, requieſcit, pręfata die XIII Februarii, ob cęli rigorem illarum partium, parvo Chriſtifidelium concurſu, illud pio cultu colendi gratia frequentetur, nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, celebrationem feſtivitatis Beate Catharinę prędictę, quoad memoratam Eccleſiam Sancti Vincentii Praten. duntaxat, ab eadem die XIII menſis Februarii, ad tertiam Dominicam menſis Maii, qua feſtivitas hujuſmodi celebrari valeat, ſalva tamen ſemper, & ſervata in reliquis pręfatarum noſtrarum literarum forma, & diſpoſitione, eadem auctoritate, tenore pręſentium, transferimus, & tranſportamus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XX Decembris MDCCXXXV, Pontificatus noſtri anno ſexto.

F. Card. Oliverius.

1. B. Ca-

1. *B. Catharinæ de Riccis.*) Conſulenda *Conſtitutio XIV Clementis XII.* Legitur *Tom. VI hujuſce Bullarii pag. 729.*
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Apoſtolico:

3. *Die XIII menſis Februarii.*) Optime ſic, uti videre eſt ex Conſtitutione mox laudata. Sic etiam legitur in autogra ho Vaticano. Hinc emendes, quod in nonnullis exemplaribus, amanuenſis incuria, reperire eſt *XXII*; Scribendum *XIII.*

De Præcedentia (1).

Anno 1736 Die 20 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XXXVI.

IN cauſa Mileten. præcedentiæ vertente inter Patres Minores Conventuales, & Obſervantes, & Capuccinos Seminaræ, ac Patres Sancti Dominici, propoſitum fuit ſequens Dubium, videlicet.

An, & quibus debeatur præcedentia in publicis ſeſſionibus, & functionibus, in caſu &c.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Zondadàri Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpenſa, decrevit, & declaravit, præcedentiam deberi Patribus S. Dominici, firmo remanente Decreto emanato ſub die quarta Septembris MDCCXXXIII quoad Proceſſiones. Romæ XX Januarii MDCCXXXVI.

Franciſcus Cardinalis Barberinus.

Loco ✻ Sigilli.

C. Archiepiſcopus Chalcedonenſis Secretarius.

1. *Præcedentia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. I.*
2. *Archivo.*) In quo autographum.

Indulgentia viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ ſuper Minervam conceſſa.

Anno 1736 Die 21 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CLEMENS PAPA XII.

XXXVII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pænitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam S. Mariæ ſuper Minervam nuncupatam, Fratrum Ordinis Prædicatorum de Urbe, tertia Dominica (2) immediate ſequenti poſt feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis Dominicæ hujuſmodi, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus pro una vice valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum, detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI Januarii MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Cardinalis Oliverios.

1. *Archivo.*) In quo autographum.
2. *Tertia Dominica.*) Qua feſtum S. Vincentii Ferrerii pro ſecularibus celebratum fuit, cum in honorem ejuſdem Sancti ſacra novendialia, plaudentis Urbis frequentia celeberrima, primum acta fuiſſent.

Privilegia (1) conceſſa Fratribus Ordinis Prædicatorum, qui Philoſophiæ, Theologiæ Scholaſticæ, Moralis, Aſceticæ &c. ac Sacrorum Canonum Scholas habent in Agrigentino Collegio SS. Auguſtini, & Thomæ de Aquino.

Anno 1736 Die 5 Martii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

XXXVIII.

CLEMENS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi nobis nuper fecit Venerabilis frater Laurentius (3) Epiſcopus Agrigentin., quod in univerſa Diœceſi Agrigentin. unicum exiſtat Seminarium Eccleſiaſticum, cura tamen, & ſtudio ipſius Laurentii Epiſcopi uſque ad numerum centum octoginta alumnorum auctum, cui inter alios exiſtunt tres Lectores Ordinis Fratrum Prædicatorum, duo pro philoſophia, binas quotidie lectiones obeuntes cum ſolitis exercitationibus collationum, & diſputationum publicarum, quas circulos, & cathedras appellant, & alter, qui ultra onus legendi ſingulis etiam diebus per horam Theologiam moralem, duarum aliarum horarum ſpatio Aſceticam docere debet, abſolutoque curſu Theologiæ hujuſmodi, alumni præfati tranſeunt ad Collegium Sanctorum Auguſtini, & Thomæ de Aquino nuncupatum, in eodem Seminario fundatum, ubi aliæ duæ Scholæ per Fratres Ordinis prædicti habentur, una Sacrorum Canonum, & altera Theo-

Theologię Thomiſticę, ac lectiones tres quotidie horas mane, & veſpere, perdurant pręter collationes, continuas, & obligationem octo diſputationum publicarum intra annum, quatuor ſuper librum ſextum decretalium, & totidem ſuper dictam Theologiam Thomiſticam, ac duplex examen annuum ipſorum Collegialium, quorum octodecim ab ipſo Collegio aluntur cum onere concurrendi poſt triennium ad beneficia, quibus imminet cura animarum. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, multa ex narrata Seminarii, & Collegii hujuſmodi inſtitutione commoda in amplam Diœceſim Agrigentin. pręfatam promanent, ac ſummopere interſit, optimos habere lectores, a quibus, vel maxime pendet alumnorum, ac Collegialium pręfatorum progreſſus, eidem vero Laurentio Epiſcopo compertum fuerit, non ſemper tales viros obtineri poſſe, eo quod poſtquam Lectores dicti Ordinis longo tredecim annorum decurſu, non ſine gravi labore ibidem legerunt, ad gradus Magiſterii juxta eorum inſtitutum minime promoti remaneant, ſed ſolummodo poſt octo annos lecturę nudum gradum adipiſcuntur; ac ſi magiſterium ſtudiorum, & Baccalaureatum in Ordine pręfato exercuiſſent: Ipſe Laurentius Epiſcopus eiſdem Lectoribus, tum Seminarii, tum Collegii, pręfatorum, qui per ſeptem annos legerint, & ad gradus ejuſmodi examinati, & approbati fuerint, ſex alios annos lecturę pro gradu, & forma magiſterii, nimirum duos ad magiſterium ſtudiorum, totidem ad Baccalaureatum, ac reliquos duos annos ad Regentiam obtinen. ſuffragari plurimum deſideret, itaut expletis hiſce ſex annis lecturę, Prior Provincialis Provincię Sicilię eis lauream magiſtralem ſupra numerum triginta Magiſtrorum in ea Provincia pręſcriptum cum pręrogativis ipſorum Magiſtrorum de numero impertiri teneatur: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, quatenus in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem Laurentium Epiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, qui relationem dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis prędicti, ſibi ſuper pręmiſſis factam, attenderunt, conſilio, memorati Laurentii Epiſcopi precibus ſupra relatis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, annuimus, cum conditionibus tamen, quod numerus Magiſtrorum dictę Provincię Sicilię ultra triginta pręfixos non augeatur, ſed Lectores Seminarii, qui lecturę operam jam dederunt, dabuntque in poſterum, ac pręfatum curſum laudabiliter compleverint, & poſtulationem Provincię Sicilię reportaverint, una cum Lectoribus, qui in ſtudiis generalibus Religionis curſum conſumaverint, ad magiſteria concurrant, itaut inter eos, qui prius curſum terminaverint, aut in Seminario, vel Religione pręfatis, magiſterium vacans obtineant. Interim vero Religioſi, qui lecturę curriculum in Seminario emenſi fuerint, omnibus privilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent Lectores Religionis pari modo fruantur. Salva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes ipſas pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcunque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Ordinis, & Provincię, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die V Martii MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Cardinalis Oliverius.

1. *Privilegia.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. VI.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Agrigentino.*

3. *Laurentius*) E gente *Gioena*, quæ præcipuas inter Siciliæ familias merito recenſetur, cum oriunda ſit ex Andegavenſibus Ducibus. Natalium ſplendorem virtutibus ornat Illuſtriſſimus Præſul. Præſtat egregiis animi dotibus, & ſibi commiſſum gregem, ſumma cum laude, regit. Mirum quam inſigni ſemper fuerit liberalitate. Optimo donatus Sacerdotio, cui a S. Michaele nomen eſt, nihil ex ipſius opulentis proventibus ſibi, nihil genti ſuæ tribuere, ſed ex ipſis inopiæ pauperum conſulere jampridem uverat. Per id temporis unus fuit ex fundatoribus Panormitani Collegii, nobilium inſtituendorum gratia conſtituti. Epiſcopus renunciatus nihil de priſtina conſuetudine remiſit unquam, ſed ipſi conſtans & gravis diſciplina: menſa tenuis: ſingularis, & admiranda frugalitas, ut pauperes, quos ut filios habet, facultatibus ſuis ſuſtentare pergat: Scientias, quas a puero coluit, in deliciis habet. Verbo dicam: Felix, cui præeſt, ampla Diœceſis. Ibi ſiquidem ſarta tecta ſervatur, & apprime floret obſervatio Sacrorum Canonum, quæ ut firma perſtet in ævum, Clericos Agrigentinos inconcuſſa, tutiſſimaque doctrina SS. Auguſtini, & Thomæ Aquinatis inſtruendos curat Præſul vigilantiſſimus, ut ex hac Apoſtolica Conſtitutione videre eſt.

Anno 1736 Die 10 Martii.

De ſupplicationibus, ſeu Proceſſionibus, & ſepultura (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

XXXIX.

NUSCANA.

CUm habitus fuerit recurſus ad Sacram Rituum Congregationem a Patribus Conventus Sancti Dominici Terrę Balneoli Nuſcanę Diœceſis contra Parochum, & Capitulum Eccleſię Collegiatę ejuſdem Terrę, ex eo quod iiſdem Patribus denegatum fuerit conficere nonnullas Proceſſiones extra ſepta eorum

eorum Monaſterii contra conſuetudinem, & privilegia Apoſtolica per eoſdem a Sancta Sede obtenta. Cumque Curia Epiſcopalis Nuſcana adhęrendo Parocho, & Capitulo dictę Collegiatę per affixionem Edictorum ad comminationem, & ſucceſſive ad fulminationem cenſurarum devenerit contra dictos PP. Dominicanos ob non paritionem eorundem Edictorum, non obſtantibus literis inhibitorialibus A C. & appellatione ad Sanctam Sedem, ideo propoſita per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Georgium Spinula Ponentem hujuſmodi controverſia ſuper infrapoſitis dubiis nempe.

I. An Cenſurę relaxatę a Curia Epiſcopali Nuſcana contra Patres Ordinis Prędicatorum Terrę Balneoli, eorumque Eccleſiam ſuſtineantur, in caſu &c.

II. An prędicti Patres in dicta Terra Balneoli, teneantur intervenire Proceſſionibus generalibus, aliiſque pro bono, cauſa, & honore publico ab Epiſcopo indictis, in caſu &c.

III. An teneantur, etiam intervenire aliis Proceſſionibus, fieri conſuetis a Capitulo Eccleſię Collegiatę dictę Terrę, in caſu &c.

IV. An ultra Proceſſiones contentas in concordiis initis de anno MDCL, & MDCLXX inter Capitulum dictę Eccleſię Collegiatę, & pręfatos PP. Dominicanos liceat eiſdem Patribus alias facere Proceſſiones extra Septa Conventus, & quoad contentas in illis, an ſit ſervanda forma in dictis concordiis, circa eaſdem pręſcripta, in caſu &c.

V. An liceat dictis Patribus in eiſdem proceſſionibus gerere Crucem obviam retrocedentibus, deferre ſtolam, induere Laicos habitibus ſacris, ſeu ejuſdem Religionis, in caſu &c.

VI. An iidem Patres invitati ad aſſocianda Cadavera tumulanda in Eccleſiis dictę Terrę, teneantur convenire ad Eccleſiam Collegiatam, & una cum Parocho progredi proceſſionaliter ad domum defuncti ſub Cruce ejuſdem Parochi, in caſu &c.

VII. An in aſſociatione Cadaverum tumulandorum in Eccleſia Sancti Dominici, teneantur dicti Patres accedere ad Eccleſiam Parochialem ad elevandum Parochum, & quatenus affirmative.

VIII. An funebris Proceſſio ducenda ſit ſub Cruce dictę Eccleſię Parochialis, ſeu potius ſub Cruce Eccleſię tumulantis, in caſu &c.

Sacra eadem Congregatio in ſcriptis, & in voce Partibus informantibus auditis, viſiſque Juribus hinc inde deductis, reſcribendum cenſuit.

Ad primum. Cenſuras eſſe nullas.
Ad ſecundum. Affirmative.
Ad tertium. Negative.
Ad quartum. Affirmative ad formam Concordię.
Ad quintum. Quoad geſtationem Crucis obvię retroincedentibus, licere, quoad delationem ſtolę in particularibus Proceſſionibus Religionis, licere, quo vero ad veſtitionem Laicorum habitibus ſacris, ſeu ejuſdem Religionis, Negative.
Ad ſextum. Affirmative.
Ad ſeptimum. Affirmative.
Ad octavum. Negative, quoad primam partem, Affirmative, quoad ſecundam. Et decrevit, ac ſervari mandavit. Die X Martii MDCCXXXVI.

A. F. Cardinalis Zondadàri Pro-Pręf.

T. Patriar. Hieroſolymitanus S.R.C. Secr.

1. *Sepultura.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo.*

2. *Archivo.*) In quo autographum :

F. Thomas Hieronymus Grimaldi (1) laudibus ornatur, & numero Magiſtrorum Provinciæ Lombardiæ aſcribitur.

Anno 1736 Die 12 Martii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XL.

Dilecto Filio Thomę Hieronymo Grimaldi Ordinis Fratrum Prędicatorum Profeſſori.

CLEMENS PAPA XII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Religionis zelus, literarum ſcientia, vitę, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus, apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, ſicut Nobis exponi feciſti, tu, qui (ut aſſeris) frater expreſſe profeſſus Provincię Lombardię Ordinis Prędicatorum exiſtis, alias poſtquam quindecim annorum ſpatio Philoſophię, ac Sacrę Theologię lecturam ſedulo exercueras, & deinde ad Magiſterium, ſine loco, & voce, poſt conſuetum examen coram dilecto filio tunc exiſtente Magiſtro Generali ejuſdem Ordinis habitum, promoveri obtinueras, a prędicta tua Provincia ad Magiſterium ſtudii uti habilis, & idoneus ad illud exercendum poſtulatus fueris, prout ſucceſſive inſignitus fuiſſes gradu Baccalaurei, ſive Regentis, quo te ad Magiſterium cum loco, & voce evexiſſet: ſubinde vero dilectus filius noſter Vincentius Aloyſius S R. E. Cardinalis Gotti (3) nuncupatus, dum in minoribus conſtitutus pro ſecunda vice munere Provincialis dictę Provincię functus fuerat, te in Socium ipſius Provincię aſſumpſerit, tuque etiam Prioris Conventus Sancti Dominici officium ſummo zelo, & prudentia geſſeris, necnon a tuis Superioribus ſępe in rebus magni momenti opera tua adhibita fuerit (4), ac pariter ex conceſſione felicis recordationis Benedicti PP. XIII Prędeceſſoris noſtri ad hanc Almam Urbem noſtram, tunc ſuam, ut te cuidam

cuidam Epiſcopatui in Epiſcopum, & Paſtorem pręficeret, qui ob renunciationem vacaturus credebatur, vocatus fueris, ac demum Congregatio Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita, te in Viſitatorem Conventuum Ordinis Sancti Hieronymi Congregationis Beati Petri de Piſis in Statibus Reipublicę Januen. exiſtentium deputaverit, & viſitatio a te peracta per (5) Epiſtolarum laudibus exornata, & probata fuerit, nunc vero *ob provectam tuam ętatem*, & valetudinem, calculorum morbo, aliiſque corporis infirmitatibus vexatam, *Magiſterii* ejuſdem Provincię honore a Nobis decorari ſummopere deſideres, Nos te, pręmiſſorum meritorum tuorum intuitu, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum tantum pręſentium conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Te memoratę tuę Provincię Lombardię Magiſtrum cum voce, & loco, aliiſque omnibus, & ſingulis pręeminentiis, pręrogativis, juribus, honoribus, exemptionibus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus alii Magiſtri Provincię hujuſmodi tam de jure, uſu, & conſuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, creamus, facimus, ac conſtituimus, & declaramus, teque aliorum ejuſdem Provincię Magiſtrorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus. Mandantes propterea in virtute ſanctę obedientię omnibus, & ſingulis Provincię pręd ictę Superioribus, Magiſtris, Fratribus, & perſonis, ceteriſque ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, ut te pręſentis gratię commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec te deſuper a quoquam, quavis auctoritate, quomodolibet, indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant. Ac decernentes ipſas pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & tibi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & pręſertim felicis recordationis Innocentii XI, & Innocentii XII Romanorum Pontificum Prędeceſſorum noſtrorum ſuper reductione Magiſtrorum, aliorumque Graduatorum dicti Ordinis emanatis, necnon prędictorum Ordinis, & Provincię, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Martii MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Card. Oliverius.

1. *F. Thomas Hieronymus Grimaldi.*) Quem natalium ſplendor, ſuaviſſimi mores, ac res præclare geſtæ commendant.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Genuenſi*.
3. *Cardinalis Gotti.*) De quo in *Appendice ad Pontificatum Benedicti XIII. T.VI hujuſce Bullarii pag.706.*
4. *Adhibita fuerit.*) Conſulenda *Conſtitutio CXIII Benedicti XIII T.VI hujuſce Bullarii pag.680.*
5. *Per.*) Delenda vox quæ, amanuenſis incuria, irrepſit in autographum.

Anno 1736 Die 13 Martii.

XLI.

Lectiones, & Oratio, die feſto B. Catharinæ (1) de Ricciis recitandæ.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Die XIII Februarii in feſto B. Catharinę de Ricciis Virginis Ordinis Prędicatorum.

D U P L E X.

Omnia de Communi unius Virginis non Martyris, præter hic poſita.

Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Beatam Catharinam Virginem tui amore ſuccenſam Paſſionis contemplatione clareſcere voluiſti, ejus interceſſione concede, ut Paſſionis myſteris devote recolentes, ejus fructum percipere mereamur: Qui vivis &c.

IN II NOCTURNO

Lectio IV.

Catharina Nobili Familia de Ricciis Florentię nata, vel ab ineunte ętate piam indolem pręmature oſtendit. In ſuburbano Monaſterio Sancti Petri de Monticulis, ubi morum diſciplina imbueretur, collocata, quotidie ad Chriſti Crucifixi Imaginem orans, non ſine lacrymis, horis etiam animi relaxationi addictis, ejus paſſionem meditabatur. Ad Monaſterium poſtea S. Vincentii Ordinis S. Patris Dominici in Civitate Prati translata, paternos lares ad tempus repetere, niſi certa ſpe reditus habita, conſtanter recuſavit. Tandem anno decimo tertio, ſeculi delitiis contemptis, ibidem religioſum Inſtitutum profeſſa eſt.

Lectio V.

Charitate in Deum fervens, orationi fere aſſidue vacabat, quidquid temporis neceſſariis occupationibus, & modicę quieti ſupererat, in ea inſumens: utque corpus in ſervitutem redigeret, ferrea catena, & flagellis illud macerabat. Cibi parciſſima octo ſupra quadraginta annos carnibus abſtinuit, leguminibus plerumque, & herbis veſcens, interdum vero ſolo pane, & aqua contenta. Proximorum ęternam ſalutem exoptans, ardentiſſimas ad Deum pro Peccatorum converſione preces fundebat: tanto etiam commiſerationis ſenſu erga purgantem animam commota eſt, ut acerbiſſimos dolores ſibi divinitus inflictos in pœnarum illi

illi debitarum expiationem pertuliſſe viſa ſit: Eximia prudentia, & regularis obſervantię zelo Moniales diu rexit, eas non minus exemplo, quam adhortationibus ad omnem ſanctimoniam informans: quo in officio humilitatem adeo coluit, ut abjectiſſima quęque opera ſponte obiret, ac infirmis pręcipua charitate, & ſummo ſtudio inſerviret.

Lectio VI.

Supernorum Chariſmatum copia ſingularis in ea enituit, annulo deſponſationis, ſacriſque Stigmatibus, quę non ſemel ſpectanda ſe exhibuerunt, acceptis. Plurium annorum ſpatio quinta, & ſexta feria in altiſſimam contemplationem rapta, ſingulos Redemptoris cruciatus in Paſſione toleratos ex ordine in corpore mirabiliter ſentire conſuevit. Prati degens Sanctum Philippum Nerium Romę commorantem videre promeruit, ejuſque colloquio frui. Ecſtaſum, raptuum, cęleſtium viſionum, ac Prophetici luminis dono illuſtris futura prędixit, ac ſimul occulta revelavit. Gravibus denique morbis decumbens, Eccleſię Sacramentis munita anno a Chriſto nato milleſimo quingenteſimo nonageſimo, ętatis ſexageſimo nono, quarto nonas Februarii in cęlum migravit. Eam ſubinde Clemens XII Beatarum Virginum numero adſcripſit.

F L O R E N T I N A.

Supraſcriptas Lectiones proprias, & Orationem Beatę Catharinę de Ricciis Monialis Profeſſę Ordinis Sancti Dominici per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Origum diligenter reviſas, examinatas, & in Sacra Rituum Congregatione relatas, Sacra eadem Congregatio ad enixas, humillimaſque preces Reverendiſſimorum Archiepiſcopi Florentini, ac Epiſcopi Pratenſis, nec non Reverendiſſimi P. Fratris Thomę Ripoll Magiſtri Generalis pręfati Ordinis approbavit, ac ſingulis annis die feſto ejuſdem Beatę pro ſecundo Nocturno in Officio, & Miſſa in Civitatibus Florentię, & Prati, ac in univerſo Ordine S. Dominici utriuſque ſexus recitari poſſe conceſſit. Si Sanctiſſimo D. Noſtro viſum fuerit. Die X Martii MDCCXXXVI.

Factaque deinde per me Secretarium de prędictis Sanctiſſimo D. N. relatione Sanctitas Sua benigne annuit, Die XIII ejuſdem menſis, & anni MDCCXXXVI.

A. F. Card. Zondadàri Pro-Pręf.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus S. R. C. Secret.

1. *B. Catharina.*) Conſulenda Conſtitutio XIV Clementis XII. Legitur *Tomo VI hujus Bullarii pag.* 720.

2. *Archivo.*) In quo autographum.

Indulgentia pro quatuor Anniverſariis.

Anno 1736 Die 26 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S P A P A XII.

XLII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUm, ſicut pro parte dilecti filii Thomę Ripoll Magiſtri Generalis Ordinis FF. Prędicatorum Nobis nuper expoſitum fuit in ſingulis Eccleſiis Fratrum, & Monialium dicti Ordinis, quatuor quot annis Anniverſaria, unum ſcilicet pro omnium, & ſingulorum Fratrum, & Monialium dicti, ac etiam tertii Ordinis S. Dominici defunctorum die decima menſis Novembris, ac ſecundum pro eorundem Fratrum, & Monialium, Parentum, & Conſanguineorum, & Affinium defunctorum animarum refrigerio, die quarta menſis Februarii, & alterum in ſuffragium animarum Familiarium, & Benefactorum ejuſdem Ordinis die quinta menſis Septembris, nec non reliquum in ſuffragium animarum Chriſtifidelium in Eccleſiis, & Cemeteriis, tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis ſepultorum die duodecima menſis Julii, ſeu aliis immediate ſequentibus reſpective diebus non impeditis celebrari conſueverint: Nos, ut opus, tam pium, majori cum fructu fiat, & ad augendam eorundem Fratrum, & Monialium devotionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris, pia caritate intenti, ac ſupplicationibus, dicti Thomę Magiſtri Generalis nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis in ſacro Preſbyteratus ordine conſtitutis, qui Miſſam in diebus, in quibus Anniverſaria prędicta celebrabuntur, in Eccleſiis dicti Ordinis, reſpective celebraverint, plenariam, aliis vero Fratribus dicti Ordinis non celebrantibus, nec non Monialibus prędictis, vere pęnitentibus, & Confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Miſſę, ſeu Officio Defunctorum in Eccleſiis prędictis diebus Anniverſariorum hujuſmodi celebrandis, devote interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum Concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, quam etiam animabus ſupradictorum defunctorum, quę Deo in caritate conjunctę ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicari poſſe indulgemus, in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur pręſentes nullę ſint, utque pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Martii MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Card. Oliverius.

5 *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1736 Die 26 Martii.

Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Monaſterii Pratenſis (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLIII.

C L E M E N S P A P A XII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſt olicam Benedictionem.

AD angendam Fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię Theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam Monaſterii Monialium Civitatis Pratenſis tertia Dominica menſis Maii a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis Dominicę bujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus: iis vero contritis, qui prędictam Eccleſiam in quinque feriis pręcedentibus dictam Dominicam, ut ſupra viſitaverint, & ibidem oraverint, qua feria prędictarum id egerint centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI Martii MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Card. Oliverius.

1. *Pratenſis.*) In Etruria.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Pratenſ.*.

Anno 1736 Die 24 Aprilis.

D E C R E T U M.

Peruſina. Canonizationis B. Benedicti Papæ XI (1) Ordinis Prædicatorum.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLIV.

CUm a Sacrorum Rituum Congregatione ſub die XIII Februarii anni MDCCXXXIV admiſſa fuerit (annuente etiam Sanctiſſimo D. N Clemente Papa XII feliciter regnante ſub die VI Martii dicti anni), & ſucceſſive ab eodem ſignata commiſſio introductionis cauſę Canonizationis prędicti Beati Benedicti PP.XI: Cumque modo ad tenorem pręfatę commiſsionis, inſtante Reverendiſsimo P. Thoma Ripoll Magiſtro Generali Ordinis Prędicatorum, nomine etiam totius ſuę Religionis, propoſitum fuerit ab Eminentiſsimo, & Reverendiſsimo Domino Cardinali Gotti Ponente in Sacra Rituum Congregatione Ordinaria, atque diſcuſſum Dubium: An ſententia Eminentiſsimi Epiſcopi Peruſini lata ſuper caſu excepto a Decretis felicis recordationis Urbani Papę VIII, ſive ſuper cultu immemorabili tempore prędicto B. Benedicto PP.XI exhibito ſit confirmanda in caſu, & ad effectum de quo agitur; Sacra eadem Congregatio, prędicto maturo examine Proceſſus informativi ſuper pręfato caſu excepto in Civitate Peruſię a cl. mem. Eminentiſsimo, & Reverendiſsimo D. Cardinali Anſidęo dictę Civitatis Epiſcopo conſtructi, ac etiam tam in ſcriptis, quam in voce audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, Sacra eadem Congregatio reſcribendum cenſuit, affirmative. Si Sanctiſsimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die XXI Aprilis MDCCXXXVI.

Factaque deinde per me Secretarium de prędictis Sanctiſsimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die XXIV ejuſdem menſis, & anni.

A. F. Card. Zondadàrius Pro-Pręf.

Loco ✱ Sigilli.

T. Cervinus Patriarcha Hieroſolymitanus Sac. R.C.S.

1. *B. Benedicti Papæ XI.*) Cujus vitam ſcripſerunt *Georgius Lazari*, eruditus noſter *Petrus Thomas Campana*, S.Th. Doctor, Vicarius Generalis Inquiſitoris Mediolanenſis; & Vir Clariſſimus *Antonius Scotus*. Conſulendi Scriptores laudati *Tom. II hujuſce Bullarii*, variis in locis, in quibus exhibui Conſtitutiones, quas idem S. Pontifex Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſit, & in *Appendice ad Pontificatum Bonifacii VIII.*

2. *Archivo*) In quo autographum, ac exemplaria typis impreſſa. Huc ſpectat ſequens Epiſtola.

In Dei Filio ſibi dilectis Rev. Adm. Patribus, Fratribus, ac Sororibus univerſi Ordinis FF. Prędicatorum. Fr. Thomas Ripoll Sacrę Theologię Profeſſor, ejuſdem Ordinis humilis Magiſter Generalis, & Servus, Salutem, & immortalem Deo gratulationem.

CUmulatum gaudium, quo hiſce diebus cor noſtrum uberrime perfuſum eſt, non ſatis vobis exprimere valemus Fratres in Chriſto dilectiſſimi. Enim vero, dum ſummopere lętabamur, quod in hac noſtra Eccleſia Sanctę Marię ſuper Minervam, tota plaudente Urbe, novendialia feſta in honorem glorioſiſſimi Noſtri Sancti Vincentii Ferrerii, ſolemniter, ac mira devotione, miroque fidelium concurſu celebrarentur, fauſtiſſimum accepimus Nuncium de translatione Corporis S. Noſtri Petri Martyris ad Altare noviſſime, & quidem magnifice illi erectum, facta a Patribus Conventus Noſtri Sancti Euſtorgii de Mediolano Provincię Sancti Petri Martyris. Qua occaſione, prout intelleximus, reſerata arca, in qua Sacrum Corpus ejuſdem S. Petri Martyris de anno milleſimo tercenteſimo quadrageſimo conditum fuerat, obſtu-

obſtupentibus omnibus adſtantibus, & præſertim Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino Vicario Generali præfate Civitatis, nec non Patribus, Magiſtris, Inquiſitoribus Mediolanenſi, Papienſi, Novarienſi, & Comenſi, qui ad hujuſmodi translationem perficiendam in eandem Eccleſiam convenerant, Sacrum idem Corpus repertum eſt incorruptum, tractabile, ac ſuaviſſimum ſpirans odorem. Quantam lętitiam ſuſcepimus, dum hęc audivimus, vos ipſi facili negotio conjicere poteritis, ſi vel leviter perpendatis, quanta hinc gloria toti Ordini noſtro accreſcat, & quantam venerationem apud omnes conciliare valeat ipſi Sancto Martyri novum hoc ejuſdem Sanctitatis argumentum.

Verumtamen cumulum addidit lętitię noſtrę, ac noſtrum gaudium fecit eſſe undequaque plenum ſententia lata eodem ferme tempore a Sacra Rituum Congregatione, dein vero confirmata a Sanctiſſimo D. N. feliciter regnante Clemente XII ſuper cultu immemorabili Beati Benedicti Papę XI, qui quondam, ut noſtis, fuit nonus Magiſter Generalis Ordinis Noſtri, nuncupatus Fr. Nicolaus Boccaſinus de Tarviſio. Id certe non ſine peculiari divinę providentię conſilio contigiſſe arbitramur, quod ſcilicet, dum Sancto Petro Martyri major comparabatur veneratio, eodem prorſus tempore Beato Benedicto antiquus cultus Decreto Apoſtolico comprobaretur. Singulari namque devotione erga Sanctum Petrum Martyrem afficiebatur B. Benedictus Undecimus, qua ratione, prout ferunt hiſtorię, ad ejuſdem Sancti Martyris aram plurima dona argentea offerri mandavit.

Non dubitamus propterea, quin quilibet veſtrum ſummam, ac plene exultantem lętitiam percepturus ſit, ubi cauſam hanc, quę per quatuor integra ſecula in oblivionem abierat, feliciter his diebus abſolutam intelliget. Fuimus quidem intenti ad expeditionem cauſarum, tum Canonizationis S. Agnetis de Monte Politiano, tum etiam Beatificationis Beatę Catharinę de Ricciis: ſed eodem tempore curavimus, ut neceſſarii conſtruerentur Proceſſus pro hujuſmodi cauſa promovenda, & abſolvenda, &, Deo dante, quod optabamus, obtinuimus, quemadmodum in Decreto Apoſtolico, quod una cum pręſentibus recipietis, obſervabitis.

Reliquum igitur eſt, Fratres dilectiſſimi, ut maximas divinę bonitati gratias agamus, qui Ordinem noſtrum tot beneficiis cumulare non deſinit. Quare mandamus Vobis, ut pręſentibus acceptis opportuno tempore cantetis ſolemniter canticum *Te Deum* cum Oratione *pro gratiarum actione*, additis verſiculo *ora pro nobis B. Benedicte*, nec non Oratione propria ejuſdem Beati, quam in chronica Magiſtrorum Generalium appoſita in fine Conſtitutionum noſtrarum Cap. X, ubi de B. Benedicto XI fit ſermo, impreſſam invenietis.

Conſiderate porro, quot quantiſque honoribus pręſertim hoc ſeculo aucta eſt Religio noſtra. Quod ſane Glorioſiſſimo Patriarchę noſtro Sancto Dominico tribuendum eſt, qui moriens abſque ulla limitatione, vel temporis, vel loci ſe nobis profuturum promiſit. Eidem itaque quamplurimas etiam gratias rependite, eundemque enixe deprecamini, ut apud Deum pro incolumitate Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papę XII, qui noſtrum Ordinem novo hoc honore augere dignatus eſt, cui etiam pluribus aliis titulis ſumus adſtricti, velit eſſe perpetuus interceſſor.

Hortamur autem vos, ut ſi progreſſu temporis aliquod novum occurreret miraculum ad invocationem hujus noſtri Beati Benedicti, ſtatim, & abſque ulla mora Nos de eodem per fidelem totius facti narrationem, certiores faciatis, qua perpenſa, quid ulterius agendum ſit, pręſcribere valeamus.

Agite itaque, Fratres dilectiſſimi, & dum uberi lętitię ſenſu gratulamini, noſtrum hunc Beatum Pontificem Benedictum Undecimum dignis laudibus extollite, dignis honoribus proſequimini, & populos ad ejus implorandum patrocinium excitate. Nos inſuper in orationibus, ac ſacrificiis veſtris commendatos habete, ut ſcilicet, quę pro majori cultu hujus noſtri Beati aſſidue meditamur, adjuvante Domino feliciter abſolvamus.

Datum Romę in Conventu noſtro Sanctę Marię ſuper Minervam die XXVIII Aprilis MDCCXXXVI.

Fr. Thomas Ripoll Magiſter Ordinis.

Indulgentia pro Eccleſia SS. Quirici, & Julitæ.

Anno 1736 Die 26 Junii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

C L E M E N S PAPA XII.

XLV.

Ad Futuram Rei Memoriam.

OMnium ſaluti paterna caritate intenti, ſacra interdum loca ſpiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animę, Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutę ex Purgatorii pęnis ad ęternam ſalutem, per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur Eccleſiam Parochialem SS. Quirici, & Julitę Fratrum Ordinis Pędicatorum de Urbe, & in ea ſitum Altare B. Marię Virginis de Roſario hoc ſpeciali dono illuſtrare, dummodo in dicta Eccleſia octo Miſſę quotidie celebrentur, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ut quandocunque Sacerdos aliquis ſecularis tantum Miſſam defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & ſingulis diebus intra illius Octavam, ac in duabus Feriis cujuslibet hebdomadę per dilectum filium noſtrum in Alma Urbe Vicarium in ſpiritualibus generalem deſignan. pro anima cujuſcunque Chriſtifidelis, quę Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit ad pędictum Altare celebrabit, anima ipſa de theſauro Eccleſię per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur, ita ut ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimę Virginis Marię, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragan. a Purgatorii pęnis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituria.

Datum

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI *Junii MDCCXXXVI*, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

Anno 1735 Die 27 Junii.

Conceſſio diverſarum Indulgentiarum pro Docentibus, & Adultis diſcentibus Doctrinam Chriſtianam in Urbe, ac Univerſa Italia, Inſuliſque adjacentibus.

XLVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CLEMEMS PAPA XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CŒleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtrę a Domino creditos, cum ad Catholicę Religionis incrementum, & animarum ſalutem profuturos ſperamus, libenter elargimur. Cum itaque ab ipſo Apoſtolici Regiminis noſtri primordio ad uberes fructus, ac ſpiritualem Fidelium ędificationem, qui ex aſſiduo uſu, & explicatione Catechiſmi, ſive Doctrinę Chriſtianę provenire noſcebantur, paternę dirigentes conſiderationis noſtrę intuitum, diverſas Ordinationes a nonnullis Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus Noſtris ad promovendum hoc pium, fidelique populo inprimis neceſſarium opus, quo ille nimirum Fidei Catholicę rudimentis, ac Myſteriis, omnibuſque Chriſtianis virtutibus inſtruitur, ſalubriter editas, per Edictum die XV Novembris MDCCXXX juſſu noſtro promulgatum confirmaverimus, ac etiam ampliaverimus: Nunc Nos Chriſtifideles tam Almę Urbis noſtrę, quam Univerſę Italię, ac Inſularum adjacentium pro tempore exiſtentes, ut operi hujuſmodi ferventius incumbant, novis ſpiritualium gratiarum muneribus excitare volentes, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pęnitentiarum relaxationes, quę a quibuſvis Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus Noſtris pręfatum Catechiſmum, ſeu Doctrinam Chriſtianam juxta Decreta Concilii Tridentini in Eccleſiis, aut Oratoriis pueros docentibus, aut eidem dum edocetur intervenientibus hactenus conceſſę reperiuntur, ad Adultos Urbis, Italię, & Inſularum prędictarum ipſi Catechiſmo, ſeu Doctrinę Chriſtianę intereſſentes, harum ſerie Apoſtolica auctoritate extendimus, & ampliamus. Pręterea de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, eiſdem Adultis, qui vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti ejuſmodi pio exercitio devote intervenerint, qua vice id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus, qui vero illud aſſidue frequentaverint, eundem Catechiſmum, Doctrinamve Chriſtianam docentes, vel addiſcentes, ac vere ſimiliter pęnitentes, & confeſſi, ſacraque Communione refecti pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, in Nativitatis *Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, Paſchatis Reſurrectionis Dominicę, necnon *SS.* Petri, & Pauli Apoſtolorum feſtis diebus, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut ipſarum pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVII Junii MDCCXXXV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar impreſſum *Romæ*, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ *MDCCXXXV*.

Anno 1736 Die 14 Augusti.

Indulgentiæ pro recitantibus ſub horam noctis ad pulſum Campanæ Pſalmum Deprofundis, vel ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum verſiculo Requiem æternam &c.

XLVII.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CLEMENS PAPA XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CŒleſtes Eccleſię theſauros, quorum diſpenſationem Nobis commiſit Deus, ad Chriſtifidelium pietatem fovendam, atque augendam, & animarum ſalutem promovendam libenter erogamus; Itaque de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi; omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui ſub horam noctis ad pulſum Campanę Pſalmum Deprofundis, vel ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum verſiculo Requiem ęternam &c. in ſuffragium animarum Chriſtifidelium defunctorum flexis genibus devote recitaverint, quo die id egerint, centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccle-

Eccleſię conſueta relaxamus. Inſuper eiſdem Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui per annum pręmiſſa peregerint, ac pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam in uno die cujuslibet anni duntaxat per unumquemque Chriſtifidelem ad ſui libitum eligendo lucrifaciendam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quę haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV Auguſti MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar impreſſum *Romæ*, Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ *MDCCXXXVI.*

Ut Generalis Magiſter juxta datam ſibi a Domino prudentiam Vicarium Generalem Congregationis S. Mariæ Sanitatis conſtituat ſine præſentatione ab eadem Congregatione facienda.

Anno 1736 Die 10 Septembris.

XLVIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S P A P A XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias Nos felici, proſperoque ſtatui, ac regimini Fratrum, & Conventuum Congregationum, Sanctę Marię Sanitatis Neapolitan., & Sancti Marci vulgariter de Gavotti reſpective nuncupatarum Ordinis Pędicatorum conſulere cupientes, binarum Congregationum pręd ictarum ſuppreſſionem, illarumque Conventuum unionem, ac erectionem in Provinciam a Capitulo Generali ejuſdem Ordinis noviſſime celebrato vigore quarundam felicis recordationis Benedicti PP XIII prędeceſſoris Noſtri in ſimili forma Brevis litterarum factas revocavimus, ambaſque Congregationes pręfatas ad primęva Jura reintegravimus, ac in priſtinum, & eum in quo ante ſuppreſſionem, unionem, & erectionem hujuſmodi erant ſtatum, repoſuimus; Attributa tamen unicuique ex dictis duabus Congregationibus facultate nominandi, ſive pręſentandi ſingulis bienniis Magiſtro generali ipſius Ordinis pro tempore exiſtenti tres e proprio cętu Religioſos qualitatibus a ſuis Conſtitutionibus requiſitis prędítos, e quibus idem Magiſter Generalis unum in Vicarium Generalem cujuslibet Congregationis hujuſmodi eligeret, ſeu deputaret, & alias prout in Noſtris deſuper in pari forma Brevis die VIII Julii MDCCXXXIV expeditis litteris, quarum tenorem pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur, & ſubinde in executionem litterarum noſtrarum pręfatarum prędicti tres Religioſi pro Vicariatu Generali dictę Congregationis Sanctę Marię Sanitatis per Fratres ejuſmodi Congregationis in Sacra Theologia Magiſtros nominati, ſeu pręſentati fuerunt dilecto Filio Thomę Ripoll moderno Magiſtro Generali Ordinis prędicti, qui alterum ex eis in Vicarium Generalem ejuſmodi ad biennium deputavit. Cum autem, ſicut pro parte plurium ex gravioribus, ac pręcipuis Fratribus ejusdem Congregationis Sanctę Marię Sanitatis Nobis nuper expoſitum fuit, re ipſa compertum ſit dictę Congregationi, illiuſque religioſę tranquillitati, ac regularis in ea diſciplinę, & obſervantię conſervationi, ac progreſſui longe utilius, ac conducibilius fore, ſi Vicarius Generalis hujuſmodi in poſterum per ipſum Magiſtrum Generalem Ordinis immediate, ac propria auctoritate, citra nominationem, ſeu pręſentationem trium Religioſorum pręfatorum a dicta Congregatione faciendam deputaretur, prout in eadem Congregatione ante enarratam ejus ſuppreſſionem per ſeſqui ſeculum ab ejus origine decurſum laudabiliter obſervatum fuiſſe memoratur: Nobis propterea prędicti exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur eorundem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, illorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod deinceps Vicarius Generalis dictę Congregationis Sanctę Marię Sanitatis a Magiſtro Generali ipſius Ordinis pro tempore exiſtente immediate, ac propria Auctoritate abſque pręſentatione, ſeu nominatione trium Religioſorum pręfatorum juxta datam ſibi a Domino prudentiam, ac prout ante ſupradictam ſuppreſſionem ſervabatur, eligi, ac deputari debeat, Auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, & ordinamus; Ita tamen, ut idem Magiſter Generalis priuſquam ad electiunem, & deputationem Vicarii Generalis hujuſmodi procedat, a timoratę conſcientię viris dictę Congregationis extrajudicialiter, ac pro animi ſui informatione ſedulo exquirere teneatur, ac certiorari curet de Religioſis, qui ad munus Vicarii Generalis pręfati rite, ac recte obeundum pręaliis habiles, & idonei fuerint, ipſius Magiſtri Generalis conſcientiam deſuper onerantes, ac decernentes eaſdem pręſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter conti-

contigerit attentari. Non obſtantibus, quoad ea, quę pręſentibus contraria ſunt, litteris noſtris ſupradictis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit, Congregationis Sanitatis, ac Ordinis pręfatorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X Decembris MDCCXXXVI, Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1736 Die 17 Septembris.

De numero Magiſtrorum Provinciæ S. Petri Martyris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XLIX.

CLEMENS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii decem Magiſtri in Sacra Theologia, totidemque alii graduati Provincię Sancti Petri Martyris Ordinis Fratrum Pręedicatorum, quod felicis recordationis Urbanus PP. VIII Pręedeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die XXIII Decemb MDCXXVIII expeditas literas ſtatuit, ejuſmodi Magiſtros Sacrę Theologię cum Voce, Loco, aliiſque privilegiis duodecim duntaxat numero in dicta Provincia eſſe debere: Verum quia poſtmodum experientia compertum fuerat, hunc numerum nimis exiguum exiſtere, propterea quod plures Religioſi ejuſdem Provincię poſt expletum munus Regentis, ſeu Baccalaurei in ſtudio Generali Sancti Euſtorgii dictę Provincię ad pręfatarum literarum pręſcriptum multo tempore laborum ſuorum mercede carebant, quinimo aliqui eorum nec illam aſſequebantur, quia locus Magiſtri hujuſmodi eis competens non vacabat, pro parte ipſius Provincię inſtitum fuit in Capitulo generali ejuſdem Ordinis anno MDCCVI Bononię habito, ut huic Sanctę Sedi ſupplicaretur pro ampliatione numeri magiſtrorum pręfatorum, ipſumque Capitulum generale inſtantię ęquitatem agnoſcens commiſit tunc exiſtenti Magiſtro Generali Ordinis hujuſmodi, ut pro conſolatione ejuſdem Provincię, ac pręmio eorum qui in ſcholis inſudabant, ageret cum Romano Pontifice tunc pariter exiſtente de augendo dicto numero Magiſtrorum Provincię, ſicut illa virium ſuarum conſcia poſtulabat. Cumque Religioſi dictę Provincię urgere neglexiſſent, ut pręfatus Magiſter Generalis rem promoveret, eadem Provincia ſubinde in noviſſimo Capitulo generali anno MDCCXXV celebrato, cum interventu dilecti filii Thomæ Ripoll moderni Magiſtri Generalis dicti Ordinis, poſtulationem inſtauravit, dictique Capituli generalis Vocales inhęrentes ordinationi in pręcedenti Capitulo generali anni MDCCVI favore ejuſdem Provincię factę, rogarunt pręedictum Thomam Magiſtrum Generalem, quatenus a memorato Pontifice ſupplex procuraret derogationem enarratarum literarum Urbani Pręedeceſſoris ad hoc ut ſupradicto numero duodenario magiſtrorum pręfixo in iiſdem literis, ſenarius numerus ſuperadderetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, licet Provincia pręfata iſtiuſmodi inſtantiam per plures annos proſecuta non fuerit, eo quod ob deceſſum nonnullorum ex dictis Magiſtris ſubrogati fuerint in eorum locum alii requiſitis qualitatibus pręditi, paucique pręmium laborum pręſtolantes ſupererant, nunc vero novem in Provincia pręfata Religioſi reperiantur, qui jam multis ab hinc annis lecturas in dictis literis pręſcriptas peregerunt, debitaque mercede propter deficientiam locorum Magiſtrorum hujuſmodi deſtituti remanent: ac inſuper plurimi ex hodiernis Magiſtris Provincię pręe ſenio, aliiſque infirmitatibus Capitulis Provincialibus intereſſe nequeant; adeoque regimen, & gubernium ejuſdem Provincię penes Religioſos non graduatos, ſicque autheritate & rerum uſu minus pręſtantes reſideat, ipſi exponentes juxta mentem duorum Capitulorum Generalium pręfatorum pręedictum numerum duodenarium ad alios ſex Magiſtros hujuſmodi cum Loco, Voce, & privilegiis extendi ſummopere deſiderent ad hoc ut qualitatibus ad formam ſupradictarum literarum pollentes, ſecundum eorum anzianitatem ad hujuſmodi magiſterium promoveri valeant dictaque Provincia proſpere ac ſalubriter per graduatos dirigatur. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorundem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtant, ad effectum pręſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auditis per Nos deſuper ipſius Thomę Magiſtri Generalis relatione & voto, ſupradictum numerum duodenarium Magiſtrorum Sacrę Theologię in pręfata Provincia Sancti Petri Martyris pręfixum, ſicut pręmittitur, ad tres alios Magiſtros tantum cum Loco itidem, Voce, & privilegiis ac ſervata in reliquis pręedictarum Urbani Pręedeceſſoris literarum forma, & diſpoſitione, auctoritate Apoſtolica harum ſerie extendimus, & ampliamus; Decernentes pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quo-

a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, Provincię, & Ordinis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die XVII Septembris MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Pro D. Cardinali Oliverio.
P. L. Jacquet.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

De Libris Choralibus Prædicatorum Familiæ imprimendis.

Anno 1736
Die 19 Septembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

I.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Ripoll Magiſter Generalis totius Ordinis Fratrum Prędicatorum, quod alias emanarunt a felicis recordationis Innocentio Papa XI Prędeceſſore noſtro ad inſtantiam tunc in humanis agentis Antonini Cloche ejuſdem Ordinis, dum viveret, Magiſtri itidem Generalis, literę in ſimili forma Brevis, tenoris, qui ſequitur videlicet: Innocentius PP. XI. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Cum, ſicut dilectus filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis Ordinis Prędicatorum Nobis nuper exponi fecit, ipſe Miſſale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Proceſſionale, Pſalterium, Officium B. Marię Virginis, Kalendarium perpetuum, & reliquos Libros Chorales, quibus Perſonę utriuſque ſexus dicti Ordinis utuntur, in Alma Urbe noſtra, pręvia debita approbatione, propediem typis mandare intendat: vereatur autem, ne alii eoſdem Libros poſtea, nec ea, qua decet ſedulitate, & caſtigatione edi curent; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, quatenus in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſpecialem ipſi Antonino Magiſtro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, pręſertim vero Typographis, Librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis ubilibet exiſtentibus, ſub excommunicationis latę ſententię, in noſtra vero temporali ditione commorantibus etiam quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amiſſionis Typorum, & Librorum omnium eidem Camerę applicandorum abſque aliqua declaratione incurrendis, & exigendis pęnis, interdicimus, & inhibemus, ne Miſſale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Proceſſionale, Pſalterium, Officium B. Marię Virginis, Kalendarium perpetuum, alioſque Libros Chorales pręfatos, vel eorum aliquos, aliquamve partem, poſthac in perpetuum abſque expreſſa, & in ſcriptis accepta dicti Antonini moderni, & pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis dicti Ordinis facultate, cujus exemplum in principio, vel fine cujuſque Librorum hujuſmodi impreſſum una cum pręſentibus noſtris literis ſemper addendum erit, imprimere, aut ab aliis impreſſa vendere, ſeu venalia habere, vel proponere quovis modo audeant, vel pręſumant. Mandantes univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ſeu Officialibus, ac in Statu noſtro Eccleſiaſtico Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & aliis Officialibus, ceteriſque, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectare poterit, ut quando, & quoties pro parte dicti Magiſtri Generalis, ſeu nomine dicti Ordinis requiſiti fuerint, prędicta contra inobedientes quoſcunque, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris, & facti remedia, auctoritate Apoſtolica exequantur, & obſervari faciant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium premiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem pręſentium literarum tranſumpta, ſeu exempla etiam in ipſis Libris impreſſa manu alicujus Notarii publici ſubſcripta, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munita, eandem prorſus fidem ubique locorum in judicio, & extra faciant, quam ipſę pręſentes facerent, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV Auguſti MDCLXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo. I. F. Albanus. Loco ✠ Annuli Piſcatoris. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſe Thomas Magiſter Generalis literas Innocentii Prędeceſſoris hujuſmodi, ne ulla ratione, ſeu arte infringi, eludi, aut labentis temporis decurſu labefactari valeant, ſed ut eo validius ſubſiſtant, ac exactius ſerventur, quo multiplici firmitatis vinculo ſępius fuerint

fuerint ab hac S. Sede conſtabilitę, Apoſtolicę confirmationis noſtrę prędidio communiri ſummopere deſideret; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, quatenus in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ejuſdem Thomę Magiſtri Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, pręinſertas Innocentii Prędeceſſoris literas, & in eis contenta quęcunque auctoritate Apoſtolica, harum ſerie approbamus, & confirmamus, ac, quatenus opus ſit, innovamus, illiſque perpetuę, ac inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur, vim, & efficaciam adjungimus. Pręterea omnibus, & ſingulis dicti Ordinis utriuſque ſexus perſonis, nunc & pro tempore exiſtentibus ſub privationis vocis activę, & paſſivę, ne aliis quibuſcunque Miſſali, Breviario, Diurno, Martyrologio, Rubricario, Proceſſionali, Pſalterio, Officio B. Marię Virginis, Kalendario perpetuo, ceteriſque Libris Choralibus, vel eorum aliquo, aliquave parte, quam iis, quę in Alma Urbe pręfata, vel de expreſſa, & in ſcriptis accepta ejuſdem Thomę moderni, ſeu pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis Ordinis prędicti facultate, & licentia, cujus exemplum in principio, vel fine cujuſque Librorum hujuſmodi per extenſum impreſſum una cum pręinſertis, aut pręſentibus literis ſemper additum ſit, typis mandata, ſeu impreſſa fuerint, deinceps perpetuis futuris temporibus uti; Superioribus vero dicti Ordinis cujuſvis gradus, dignitatis, ac pręeminentię exiſtant, ſub ſuſpenſionis ab Officio, quod obtinent, ac perpetuę ad idem, vel quodcunque aliud ſimile, vel diſſimile in futurum obtinendum inhabilitatis pęnis eo ipſo abſque alia declaratione per tranſgreſſores reſpective incurrendis, ne dictorum Librorum, vel alicujus, ſeu partis eorum aliter quam, ut ſupra dictum eſt, impreſſorum uſum pręfatis perſonis ſibi ſubditis permittere audeant ſimiliter, vel pręſumant, eadem auctoritate, tenore pręſentium pręcipimus, & mandamus. Decernentes ipſas pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & exacte obſervari; ſicque, & non aliter in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictęque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, necnon omnibus, & ſingulis, quę in pręinſertis Innocentii Prędeceſſoris literis conceſſa ſunt, non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Ceterum volumus pariter, ut pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam in ipſis Libris impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIX Septembris MDCCXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Pro D. Cardinale Oliverio.

P. L. Jacquet.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar impreſſum *Romæ*, Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ *MDCCXXXVI*.

Anno 1737 Die 4 Aprilis.

De Feſto S. Vincentii Ferrerii transferendo.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LI.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus Prior, & Fratres Conventus Ordinis Prędicatorum Civitatis Rhegien., quod alias omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum dicti Ordinis ubicunque exiſten., die Feſto Sancti Vincentii Ferrerii, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei ejuſmodi, ſingulis annis devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, plenaria omnium peccatorum ſuorum Indulgentia, & remiſſio auctoritate Apoſtolica perpetuo conceſſa fuit, prout in literis Apoſtolicis deſuper expeditis, quarum tenorem pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Chriſtifideles Indulgentiam prędictam die Feſto Sancti Vincentii Ferrerii certis de cauſis commode lucrari nequeant, illamque propterea exponentes prędicti, per Nos, ut infra transferri ſummopere deſiderent, Nos ſupplicationibus eorundem exponentium nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ſupradictam Indulgentiam die Feſto Sancti Vincentii Ferrerii conceſſam, ut prefertur, ad ſecundam Dominicam immediate ſequentem poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicę, itaut iidem Chriſtifideles pręmiſſa in Eccleſia ejuſmodi ſecunda Dominica immediate ſequenti poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicę adimplentes, eandem prorſus Indulgentiam conſequantur, quam conſequerentur, ſi eadem pręmiſſa die Feſto ejuſdem S. Vincentii Ferrerii adimplerent, ſervata tamen in omnibus, & per omnia literarum prędictarum forma, & diſpoſitione eadem auctoritate, tenore pręſentium quoad Eccleſiam prędicti Conventus duntaxat perpetuo

transfe-

transferimus. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV Aprilis MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

a. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Rhegienſi*.

Anno 1737 Die 12 Aprilis.

LII.

De Bajonenſi Confraternitate Cæmentariorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

C L E M E N S PAPA XII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUm, ſicut accepimus, in Eccleſia Fratrum Ordinis Prędicatorum Civitatis Bajonen. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Fabrorum Cęmentariorum vulgo des Maſſons tantum Confraternitas ſub titulo Aſcenſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti canonice erecta, ſeu erigenda exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt, ſeu intendunt; Nos, ut Confraternitas ejuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus Fabris Cęmentariis tantum, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi SS. Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, plenariam; Ac tam deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere quoque pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti Nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus corde devote invocaverint, etiam Plenariam; Necnon eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, & Conſororibus vere etiam pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, ſeu Cappellam, vel Oratorium die Feſto ejuſdem Aſcenſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei ejuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam. ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper dictis Confratribus, & Conſororibus vere pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis Eccleſiam, ſeu Cappellam, vel Oratorium ejuſmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, ſeu Dominicis diebus per eoſdem Confratres ſemel tantum eligendis, & ab Ordinario approbandis, ut ſupra viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die prędictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas; Quoties vero Miſſis, & aliis divinis Officiis in Eccleſia, ſeu Cappella, vel Oratorio ejuſmodi pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes Hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora defunctorum tam Confratrum, & Conſororum ejuſmodi, quam aliorum ad Sepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque Proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimęque Euchariſtię Sacramentum, tam in Proceſſionibus, quam cum ad Infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel ſi impediti Campanę ad id ſigno dato ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro animabus Defunctorum Confratrum, & Conſororum ejuſmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes pręcepta Dei, & ea quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum exercitio ſexaginta dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Prę ſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, vel in poſterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illi nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullę ſint. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII Aprilis MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar;

Anno 1737 Die 20 Maii.

LIII.

Indulgentia pro exercitiis ſpiritualibus.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Ripoll Magiſter Generalis Ordinis Prędicatorum, quod in multis Conventibus, & Monaſteriis dicti Ordinis conſuetum eſt, ut tam Fratres, quam Moniales eorundem Conventuum, & Monaſteriorum quotannis in aliquod Cubiculum ſibi a Superioribus aſſignatum, ſecedant, ubi per quadraginta dies diverſis exercitiis Spiritualibus alternative, nempe Orationibus, Mortificationibus, Corporis flagellationibus, ſeu diſciplinis, & aliis, in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus in deſerto fuit, magna cum devotione, & ſilentio vacant. Nos igitur devotionem hujuſmodi cęleſtibus Eccleſię theſauris diſpoſitioni noſtrę a Domino commiſſis conſovere volentes, ac ſupplicationibus ejuſdem Thomę Magiſtri Generalis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, & ſingulis tam Fratribus, quam Monialibus dicti Ordinis, qui per dictos quadraginta dies piis hujuſmodi exercitiis ſemel quotannis operam dederint, qua vice id egerint, eaſdem Indulgentias, peccatorum remiſſiones, ac pęnitentiarum relaxationes, quas felicis recordationis Paulus PP. V Prędeceſſor noſter Fratribus, & Monialibus prędictis, & aliorum Ordinum, qui decem per ſpatium dierum ſpiritualibus exercitiis incumbunt, conceſſit, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium miſericorditer in Domino concedimus. Non obſtantibus noſtra, & Cancellarię Apoſtolicę regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, cęteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Pręſentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint, quodque pręſentium transſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX Maii MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar impreſſum *Romę*, Typis Rev. Cam. Apoſt. *MDCCXXXVII.*

Anno 1737 Die 20 Maii.

LIV.

Indulgentia pro Miſſionibus.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S PAPA XII.

Univerſis, & ſingulis pręſentes literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CŒleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſatores eſſe Nos voluit Altiſſimus, libenter erogamus, cum ad Religionis incrementum, & animarum ſalutem profuturum ſperamus. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Fratres Ordinis Prędicatorum de Ordinariorum locorum, & Superiorum licentia in diverſas Chriſtianę Reipublicę Provincias ad procurandam Fidelium ſalutem mitti ſoleant: Nos eorundem Fratrum pietatem, omniumque ad quos illi mittentur devotionem conſovere, atque augere cupientes, omnibus, & ſingulis Fratribus prędictis, ac aliis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ad quos mittendi acceſſerint, Noſtram, & Apoſtolicam Benedictionem per pręſentes impertimur, eiſdemque vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui pro Sanctę Romanę Eccleſię exaltatione, Principum Chriſtianorum unione, Infidelium converſione, hęreſum extirpatione, prout unicuique ſuggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, una vice tempore dictę Miſſionis plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad Septennium, quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint, utque earundem pręſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX Maii MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar impreſſum *Romę*, Typis Rev. Cam. Apoſt. *MDCCXXXVII.*

Indulgentia pro die XV Septembris. — Anno 1737 Die 20 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LV.

CLEMENS PAPA XII.

Univerſis, & ſingulis preſentes literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cęleſtibus Eccleſię theſauris pia caritate intenti, ac ſupplicationibus dilecti filii Thomę Ripoll Ordinis Prędicatorum Magiſtri Generalis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis ubicunque exiſtentibus die decimaquinta Menſis Septembris, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Preſentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, preſentatione, admiſſione, ſeu publicatione preſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, preſentes nullę ſint, utque earundem preſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis eadem prorſus fides adhibeatur; quę adhiberetur ipſis preſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX Maii MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar impreſſum *Romæ*, Typis Rev. Cam. Apoſt. *MDCCXXXVII.*

Indulgentia pro Roſario, quod perpetuum vocant. — Anno 1737 Die 20 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LVI.

CLEMENS PAPA XII.

Univerſis, & ſingulis preſentes literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cęleſtibus Eccleſię theſauris pia caritate intenti, omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui hora ſibi aſſignata Roſarium Beatę Marię Virginis devote recitaverint, & pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſemel in anno duntaxat omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus; quamquidem Indulgentiam, & peccatorum remiſſionem pro animabus Chriſtifidelium, quę Deo in caritate conjunctę ab hac luce migraverint, per modum Suffragii applicari poſſe indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Preſentibus ad Septennium, quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, preſentatione, admiſſione, ſeu publicatione preſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, preſentes nullę ſint, atque earundem preſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę adhiberetur ipſis preſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX Maii MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar impreſſum *Romæ*, Typis Rev. Cam. Apoſt. *MDCCXXXVII.*

Armenos Prædicatores Fratres Regi Perſarum commendat. — Anno 1737 Die 18 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Illuſtri, ac Potentiſſimo Regi Perſarum.

LVII.

CLEMENS PAPA XII.

Illuſtris, ac Potentiſſime Rex, Salutem, & lumen Divinę Gratię.

QUanquam ea fuit in inclyto Perſarum Regno perturbatio omnium rerum, ut mirandum non ſit, plura ibi contigiſſe, quę tranquilla republica nequaquam eventura fuiſſe cenſeri poſſint, id tamen utcunque ad excuſandam acceptam calamitatem quidpiam momenti habeat, ad leniendam nil aliud, quam

quam celſitudinis tuę beneficentia valere poteſt. Ad hanc igitur confugiunt Orthodoxi religioſiſſimę Dominicanę Familię Sodales, qui tuo ſub imperio Armeniam incolunt. Quam atrociter ſuperioribus annis ſęviente iſtic armorum turbine vexati fuerint fortaſſe celſitudinem tuam non latet. Aliqui ipſorum fame, alii ferro abſumpti, reliqui incenſis domibus, dirutis, expilatiſque Templia diſperſi, profugi, errantes vitam omni morte duriorem vivunt, una chriſtiana caritate iſtic detenti, ne catbolici Armeni, quos rerum ſacrarum cultu inſtruere conſueverunt, ope ſua pęnitus deſtituantur. Verum cum adeo miſerrima vivendi ratione diutius uti nequeant, & Nos pro noſtra univerſę Chriſtianę Gentis ſuprema cura ingens teneat ſolicitudo, ut libere ſuſceptum jamdiu munus explere poſſint, illos tutelę tuę quam maxime commendamus, atque obteſtamur, ut ſodales ipſos, ac prępſertim eorundem Pręſidem Alexium Alexii, ejuſque Socium Petrum Joannis Regio potentiſſimo patrocinio tuo recreare velis, jubeaſque, ne ullo afficiantur incommodo, neve probibeantur, ędes ſuas, Templaque inſtaurare, nullo denique impoſterum onerari debeant tributo, quod in capita conſerri ſolet. Id iis te libenter daturum ſpem Nobis facit bumaniſſima, qua celebraris indoles, quam natura inſitam cultiſſimis tuis populis, ipſe prę ceteris obtines, ac mirifice foves, glorioſiſſimos Reges Majores tuos ęmulatus, quibus in more fuit, Catbolicos noſtros humanitate, pręclariſque beneficiis complecti, ſupremique Chriſtianorum Pontificis precibus faciles prębere aures, ac dictis obſequi. Et ſane ſodales ipſi quidpiam babent, quo ad clementiam erga ſe tuam aditum ſibi muniant; Tot enim ęrumnas ab tuis hoſtibus accepiſſe viſi ſunt ob ſervatam tibi fidem tuas partes egregio ſtudio proſequuti: Nec unquam pro tua ſelicitate immortali Deo nuncupare vota ceſſarunt. Tua modo liberalitate in priſtinam libertatem ac decus reſtituti, preces pro Te ſuas vehementius urgebunt, quas & Nos utique proſequemur, hoc iiſdem pręſtito beneficio Celſitudini Tuę quamplurimum obſtricti, Tuęque proſperitatis, pacatique Regni pręter modum cupidi, ſtudioſique. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Julii MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

8. Arcbivo.) In quo exemplar.

Anno 1737 Die 22 Auguſti.

LVIII.

Ut Guimaraen. Monaſterium juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Arcbivo (1) Ordinis.

Dilecto Filio Vicario Capitulari Metropolitanę Eccleſię Bracharen. illius Sede Archiepiſcopali vacante legitime deputato.

C L E M E N S P A P A XII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SAcroſancti Apoſtolatus Officium humilitati noſtrę per ineffabilem divinę bonitatis abundantiam commiſſum ſalubriter exequi adjuvante Domino jugiter ſatagentes, ad ea, per quę Monaſteria, & alia regularia loca devoti ſęminei ſexus ad religionis, & divini cultus, piorumque operum incrementum ubique locorum inſtitui valeant libenter intendimus, muneriſque noſtri Paſtoralis partes peculiari deſuper caritate interponimus, ſicut omnibus maturę conſiderationis trutina perpenſis ad Omnipotentis gloriam, & animarum ſalutem in Domino expedire arbitramur. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt Dilectę in Chriſto Filię Puellę Tertiarię Ordinis Sancti Dominici Conſervatorii Sanctę Roſę Oppidi de Guimaraen. Bracharen. Diœceſis, quod cum idem Conſervatorium quinquagintaquinque abhinc annis pręſtito prius conſenſu totius Populi, & Senatus ſub adminiſtratione tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus Fratrum Ordinis Prędicatorum juxta Statuta, & Privilegia eis conceſſa erectum fuiſſet, attamen tunc exiſtens Archiepiſcopus Bracharen. nonnullis annis poſt erectionem pręfati Conſervatorii per ſuum decretum ipſas Exponentes a regimine, & poteſtate pręfatorum Fratrum ſub prętextu quod eis illius conſenſus deerat, exemit, qua de cauſa dictę Exponentes Ordinario ſubjectę remanſerunt, & ad Nunciaturam Apoſtolicam illius Regni, ut in pacifica poſſeſſione, in qua antea reperiebantur manutenerentur, poſtea vero ad felicis recordationis Benedictum PP. XIII Prędeceſſorem noſtrum recurſum habuerunt, & per ſuas literas deſuper in ſimili forma Brevis die XI Martii MDCCXXVIII expeditas facultatem obtinuerunt avocandi ad ſe litem inter Exponentes, & Archiepiſcopum pręfatos cum omnibus, & ſingulis ei annexis, cum impoſitione perpetui ſilentii, & quod pro tempore de tali re diſputare minime debuiſſent, reintegrando inſuper eaſdem Exponentes ad primęvum ſtatum, videlicet ſub juriſdictione Fratrum hujuſmodi, in cujus temporis curriculo nonnullę Virgines intra Conſervatorium introductę fuerunt aſcendentes de pręſenti ad numerum quinquaginta, & uſque a fundatione memorati Conſervatorii cęperunt ducere vitam ad Monialium uſum abſque eo quod egrederentur foras, nec loqui ſoleant niſi ad Crates, & locutoria, prout etiam viginti abhinc annis in Choro cantu Gregoriano Divinum Officium recitare, necnon in reliquis omne id, quod ad formam rigoroſę clauſurę requiritur adimplere ſolent, retinendo duntaxat titulum Tertiarię. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſę Exponentes pluribus abhinc annis, ſeu temporibus Monaſterium fabricare incęperint, illudque in bono ſtatu reperiatur cum dormitorio, & triclinio magnis, aliiſque officinis ad hunc effectum neceſſariis, necnon Eccleſiam, in quibus ſummam viginti millium Cruciatorum monetę illarum partium conſumpſerunt, & nonnulla bona immobilia poſſideant, quorum proventus tritici, & vini in quolibet anno ad prędictum effectum ſufficiunt, ac inſuper annuatim redditus, ſeu fructus ad tria millia quinquaginta cruciata paria monetę in pecunia numerata aſcendunt, quod ad earum manutentionem largiter ſufficit; Quare pręfatę Exponentes ad majorem Dei gloriam, & maximam ſtatus perfectionem de ſtatu laicali ad Monachalem, in quo melius intelligunt Domino inſervire, ut Regulam, Statuta, & Conſtitutiones dicti Ordinis

Sancti

Sancti Dominici in ſecundo ſuo Ordine obſervare poſſint tranſeundi, & velamine nigro utendi, ac duas Monisles ex alio Monaſterio ejuſdem Ordinis transferendi ad effectum ess reformandi, docendi, & inſtruendi, necnon ſub jurisdictione eorundem Fratrum vigore literarum memorati Benedicti Prędeceſſoris remanendi, facultatem a Nobis concedi plurimum deſiderent: Nos ipſas Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus earum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, qui relationem tuam ſuper pręmiſſis ad eoſdem Cardinales tranſmiſſam attenderunt, & omnia deducta mature perpenderunt, conſilio, diſcretioni tuę per pręſentes committimus, & mandamus, ut, veris exiſtentibus narratis, & quatenus tibi conſtiterit, ędificium, ſive Conſervatorium cum Eccleſia, Campanili, Sacriſtia, Choro, Collocutorio, Refectorio, Dormitorio, Hortis, Officinis neceſſariis, Spatiis, numeriſque omnibus eſſe abſolutum, ac Supellectili tam ſacra, quam prophana ſufficienter inſtructum, ac redditibus neceſſariis pro alendis Monialibus pręditum, ad formalis Monaſterii erectionem ſub Regulis, Statutis, & Conſtitutionibus Sancti Dominici in ſecundo ſuo Ordine, utendo velamine nigro, & ſub regimine, & jurisdictione Fratrum Ordinis Prędicatorum pręvia taxatione dotium juxta morem Regionis, pro tuo arbitrio, & conſcientia, ſervatis ſervandis, juxta petita, auctoritate noſtra Apoſtolica devenias, necnon petitam facultatem aſſumendi ex aliquo Monaſterio ejuſdem Ordinis nedum de permiſſione, & licentia Ordinarii ejuſdem Monaſterii, verum etiam de conſenſu Monialium ipſius capitulariter, & per ſecreta ſuffragia pręſtando, duas Moniales omnibus requiſitis ad id neceſſariis pręditas, eaſdemque transferendi ad novum pręfatum Monaſterium erigendum pro fundatricibus ejusdem, ibique pro ejuſmodi effectu permanendi, ad ſexennium dicta auctoritate concedas, iis tamen ut tranſitus recta via, & ſine ulla ad extraneum locum diverſione, comitantibus honeſtis Matronis, ac ſi commode fieri poſſit proximioribus conſanguineis ipſarum duarum Monialium transferendarum, rheda, ſeu lectica, fiat, & ſi contigerit per viam cibum ſumere, vel pernoctare, id non in Tabernis, aut locis publicis, ſed in aliqua honeſta domo exequatur, & in reliquis omnia, quę per ſacros Canones, Sacrum Concilium Tridentinum, atque Conſtitutiones Apoſtolicas circa hujuſmodi Sanctimonialium novorum Monaſteriorum erectiones, & Monialium translationes pręſcripta ſunt, religioſe ſerventur, ac ſalva ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII Auguſti MDCCXXXVII, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

F. Cardinalis Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Pro Cappella Sancti Antonii F.M. de Carconiis Collector &c.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

S. Vincentius Ferrerius Civitatis Placentiæ (1) Patronus.

Anno 1737 Die 7 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

P L A C E N T I N A.

LIX.

Electo nuper ab univerſo Clero Seculari, & Regulari, ac Communitate Civitatis Placentię in Patronum minus principalem S. Vincentio Ferrerio, ex parte eorundem pro illius confirmatione Sacrę Rituum Congregationi humillime ſupplicatum fuit, & Sacra eadem Congregatio attento quod hujuſmodi Electio ſervatis ſervandis, & juxta pręſcriptum in Decreto ſan. mem. Urbani PP. VIII die XXIII Martii MDCXXX edito, legitime facta fuerit, illam benigne approbavit, & confirmavit, dictoque Clero Seculari, & Regulari Officium, & Miſſam ſub Ritu Duplici majori in Feſto ipſius Sancti indulſit, atque conceſſit. Die VII Decembris MDCCXXXVII.

F. J. A. Card. Guadagni Pro-Pręf.

Loco ✱ Sigilli.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secr.

1. *Placentia.*) In Italia.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Placentino.*

De Feſto S. Vincentii Ferrerii in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Civitatis Clodien. celebrando.

Anno 1738 Die 5.....

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

C L E M E N S PAPA XII.

LX.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Alias Nos omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum Ordinis Prędicatorum in una ex Septem feriis ſextis Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii immediate pręcedentibus, per eos ad ſui libitum eligenda devote

devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, plenariam ſemel in anno omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſimus; in reliquis vero feriis ſextis hujuſmodi eiſdem Chriſtifidelibus vere pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, aliquam ex prędictis Eccleſiis, ut ſupra viſitantibus, & ibidem orantibus, qua feria prędictarum id egiſſent, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxavimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die XXVIII Januarii MDCCXXXIII expeditis literis, ad ſeptennium tantum valituris, plenius continetur; Cum autem, ſicut dilecti filii modernus Prior, & Fratres Eccleſię Sancti Dominici Civitatis Clodien. dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecerunt, Chriſtifideles ſupradictas Indulgentias, ac pęnitentiarum relaxationem in ſeptem feriis ſextis Feſtum ejuſdem Sancti Vincentii Ferrerii immediate pręcedentibus, certis de cauſis commode lucrari nequeant, illaſque propterea Exponentes prędicti per Nos, ut infra, transferri ſummopere deſiderent: Nos ſupplicationibus eorundem Exponentium nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati ſupradictas Indulgentiam, ac pęnitentiarum relaxationem in ſeptem feriis ſextis Feſtum ipſius S. Vincentii Ferrerii immediate pręcedentibus a Nobis conceſſam, ut pręfertur, ad ſeptem ferias quartas intra annum ab Ordinario deſignandas, itaut iidem Chriſtifideles Eccleſiam ejuſmodi iiſdem feriis quartis viſitantes, & pręſcripta in dicta conceſſione peragentes, eaſdem Indulgentiam, ac pęnitentiarum relaxationem conſequantur, quas conſequerentur, ſi eadem pręmiſſa in ſepeem feriis ſextis Feſtum Sancti Vincentii Ferrerii immediate pręcedentibus, quoad ſupradictam Eccleſiam ibidem durante dicto ſeptennio tantum, adimplerent, auctoritate Apoſtolica harum ſerie transferimus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die V....., MDCCXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

1, *Archivo*,) In quo exemplar,

Anno 1738 Die 7 Aprilis.

LXI.

Pro Miſſionibus Americanis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Domini.

FRatres Andreas Mane, & Dominicus Monthieu, Ordinis Fratrum Prędicatorum, Prefecti Apoſtolici a S. Congregatione in Inſulis Americanis Martinica, Guadalupa, & adjacentibus, Regis Galliarum dominio ſubjectis, ac Inſula Sancti Dominici, reſpective conſtituti, humillime ſupplicant Eminentiis Veſtris, ut, cum varias ob cauſas, & in primis propter repentinos morbos mortiferos, quibus ſępius illis in Regionibus Miſſionarii affligantur, Operariorum penuria nonnunquam laborent, ſi qui prędictas in Inſulas Americanas venerint Sacerdotes, ſive Seculares, ſive Regulares, non ibi permanendi cauſa, ſed tranſeuntes, quales ſunt plerique Cappellani Navium Europęarum, ipſos quandiu ibi commorabuntur, pręfati Pręfecti, eorumque Succeſſores pro tempore a Sac. Congregatione itidem conſtituti, adhibere poſſint ad audiendas Incolarum Confeſſiones, & ad alia Apoſtolatus miniſteria, ubi neceſſitas, frequentia Populi, proprii Miſſionarii abſentia, aut etiam Chriſtianorum, vel Neophitorum conſolatio id poſtulabit. Quam &c.

Decretum Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ die 10 Martii 1738.

Relato per R. P. D. Philippum de Montibus Secretarium ſupraſcripto Libello ſupplici, Eminentiſſimi Patres cenſuerunt, annuendum eſſe, ſi Sanctiſſimo placuerit, precibus Oratorum pro petita facultate ad ſexennium, eorum tamen conſcientiam, & illorum in munere Pręfecturę ſucceſſorum onerando circa qualitates Sacerdotum, de quibus agitur, & dummodo iidem Sacerdotes exhibeant approbationem ſuorum reſpective Ordinariorum ad Confeſſiones audiendas.

Quam Sacrę Congregationis Sententiam per eundem R. P. D. Secretarium Sanctiſſimo Domino Noſtro D. Clementi Divina Providentia PP. XII relatam in ſolita Audientia habita die 31 ejuſdem Menſis Sanctitas Sua benigne, ac plene approbavit, & ita pręſentium vigore exequi mandavit. Datum Romę ex Ædibus prędictę Sac. Congregationis. Die VII Aprilis MDCCXXXVIII.

Vinc. Card. Petra Pręfectus.

Loco ✱ Sigilli.

Philippus a Montibus Secretarius.

1. *Archivo*,) In quo autographum.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM
ALTERUM
AD BULLARIUM
ORDINIS FF. PRÆDICATORUM.

INNOCENTIUS III.

Ab anno MCXCVIII, die VIII Januarii, ad XVI Julii MCCXVI. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.1, & hoc T VII pag.1.*

HONORIUS III.

Ab anno MCCXVI, die XVIII Julii, ad XVIII Martii MCCXXVII. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.2, & hoc T.VII pag.2.*

Tomo I pag.15 Conſt.XXX ante illa verba : Angelicę fundatrici *addendum ex autographo Bononienſi* : Dilectę in Chriſto filię.

Ibidem Nota 2 addendum : Ipſius Epiſtola hujus tenoris eſt.

Innocentius Apoſtolicę Sedis electus, Servus Servorum Dei. Dilectę in Chriſto Filię Angelicę Fundatrici Eccleſię Sanctę Marię de Monte Guardię, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM pias poſtulantium voluntates ſine lęſione juſtitię alienę, ducere poſſumus ad effectum, gratum petentibus aſſenſum impendimus, & favorem; Ea propter dilecta in Chriſto filia, Venerabilis Fratris noſtri C. Epiſcopi, & dilectorum filiorum Archidiaconi, & Capituli Bonon. precibus annuentes, Eccleſiam Sanctę Marię de Monte de Guardia, tuo ſtudio fabricatam, a juriſdictione ipſius Epiſcopi, & Succeſſorum ejus, & Eccleſię bona eximimus, & ad exemplar bon. me. C. PP. Prędeceſſoris noſtri, Apoſtolicę protectionis pręſidio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę Conſtitutionis, & affirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani V Kalendas Februarii. *Ex Archivo Ordinis, in quo exemplar authenticum ex alio authentico Bononienſi.*

Ibidem Nota 3 addendum : Cujus Epiſtola hujus tenoris eſt:

Cęleſtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectę in Chriſto Filię Angelicę Fundatrici Eccleſię Sanctę Marię in Monte de Guardia, & aliis ibidem in Dei ſervitio conſtitutis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LIcet Eccleſię per univerſum Orbem diffuſę, noſtrę ſint ſollicitudini, & curę commiſſę, illas tamen ſpecialiter protegere volumus, & tenemur, quę in locis Beato Petro, & Nobis a Fundatoribus earum oblatis, de auctoritate Sedis Apoſtolicę conſtruuntur. Ea propter, veſtris precibus annuentes, & attendentes, quod tu filia, ab olim Nobis, & Eccleſię Romanę fundum, in quo ad honorem Dei, & Beatę Marię Virginis, Eccleſiam poſtmodum fabricaſti, devote obtuleris, & conſtruendi licentiam, & primarium lapidem a Nobis ad multam inſtantiam impetraris, Eccleſiam, ac perſonas ipſius cum bonis omnibus, quę in pręſentiarum rationabiliter poſſidet, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad indicium autem, quod ipſa Eccleſia ſub Eccleſię Romanę, ac noſtra protectione conſiſtat, unam libram thuris nobis, & ſucceſſoribus noſtris annis ſingulis exſolvetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrę paginam protectionis infringere, vel ei

auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XII Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Septimo. *Ex Archivo Ordinis, in quo exemplar authenticum ex alio authentico Bononienſi.*

Huc etiam ſpectat ſequens Epiſtola Honorii III.

Honorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilecto Filio ..... & Canonico Bononien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias Economus Ecclesię Sanctę Marię de Monte Guardia Nobis conquerendo monſtravit quod Jo: Ariſſian., & Jo: Pruorgii Cives Bononien. ſuper quadam ſumma pecunię, poſſeſſionibus, & rebus aliis ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, injuriantur eidem, ideoque diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audias cauſam, & appellatione remota, uſuris ceſſantibus, debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, compellas veritatis teſtimonium prębere. Datum Laterani III Non. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo. *Ex Archivo Ordinis, in quo exemplar authenticum ex autographo Bononienſi.*

GREGORIUS IX.

Ab anno MCCXXVII, die XIX Martii, ad XXI Auguſti MCCXLI. Vide *T.I hujus Bullarii pag.*18, *& hoc T.VII pag.*8.

Anno 1232 Die 23 Octobris.

Inſerit Conſtitutiones (1) Monialium S. Sixti de Urbe Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCXXVI.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto Filiabus Sororibus Pęnitentibus Sanctę Marię Magdalenę, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

NE hoſtis antiquus, qui Nobis inſidiatur ut Leo, quietem veſtram ullatenus perturbaret, Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut vobis religionis habitum, & vivendi Regulam concedere dignaremur. Nos igitur de ſalute veſtra gaudentes in Domino, & veſtris piis ſupplicationibus inclinati, Regulam Beati Auguſtini, & inſtitutiones Ordinis Monialium Sancti Sixti de Urbe vobis duximus concedendam, quę noſcitur eſſe talis. Sicut in primordio naſcentis Eccleſię multitudinis Credentium erat cor unum, & anima una, erantque illis omnia communia; Sic vos unius moris, & vitę in Domo Domini eſſe decet; Ideoque convenit, ut vos, quę ſub eadem Regula, & unius Profeſſionis voto vivitis, inveniamini ſemper in norma vivendi, & canonicę religionis obſervantiis uniformes, quę ſunt tales. Quęlibet, cum recipitur in Sororem, promittat Obedientiam, loci ſtabilitatem, & Ordinis, vivere ſine proprio, ac etiam continenter, Domum illam, in qua profeſſionem fecerit, nullatenus egreſſura, niſi ad Conventum alium ejuſdem Ordinis ex cauſa neceſſaria transferatur. A Feſto Reſurrectionis Dominicę, uſque ad Feſtum Sanctę Crucis in Septembri reficiantur bis in die Sorores, exceptis ſextis feriis, diebus Rogationum, & Vigilia Pentecoſtes, & jejuniis quatuor temporum, Vigiliis Sanctorum Joannis Baptiſtę, Petri, & Pauli, Jacobi, Laurentii, Aſſumptionis Beatę Marię, ac Sancti Bartholomęi. A Feſto autem S. Crucis in Septembri, uſque ad Paſcha ſemel reficiantur in die, Dominicis diebus exceptis, niſi debiles, & Infirmę, vel cum aliqua ex cauſa fuerit aliter diſpenſandum. Singulis diebus, ſi fieri poteſt, habeant duo pulmenta cocta. Poterit autem Prioriſſa aliquando ſuperaddere, prout opus judicaverit, & facultas permiſerit domus ſuę. In toto autem Adventu, Quadrageſima, & jejuniis quatuor temporum, Vigiliis Aſcenſionis, & Pentecoſtes, Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum, quorum jejunia ſunt indicta, & omnibus ſextis feriis quadrageſimali cibo utantur Sorores, nec tunc, quę ſerviunt, mixtum (3) ſumant. In Refectorio ſemper ad menſam legatur, & Sorores devote cum ſilentio audiant lectionem. Sane circa infirmas caveat illa, quę pręeſt, ne ſit negligens, vel auſtera. Sic enim procurandę ſunt infirmę, ut citius releventur. Infirmis, aut debilibus tamen in infirmitorio indulgeatur cibus carnium, prout Regula S. Benedicti permittit. Si qua vero talem infirmitatem habuerit, quę modicum ipſam debilitet, ac comedendi appetitum non turbet, ſuper culcitram propter hoc non jaceat conſuetudinaria, nec frangat jejunia, nec refectorii cibos mutet. Legat, & operetur, ſecundum quod ei a ſua injunctum fuerit Prioriſſa. Poſt Veſperas omnes ſimul ad collationem veniant, ubi legatur lectio, prout in Ciſtercienſi Ordine fieri conſuevit. Puellas extra undecimum annum recipere non ſolemus. Quę tamen propter vitandum grave ſcandalum, vel ſpirituale commodum, infra hos annos receptę fuerint, mittantur ſeorſum, & diligenter bonis moribus, uſque ad annum quartum decimum informentur. Porro infirmę, valetudinarię, vel Puellę non debent abſtinentia, vel jejuniis adgravari. Sorores autem ſilentium teneant in locis omnibus, pręterquam in locutorio, & Capitulo in hora Capituli. Nec etiam in locutorio loquantur ſine licentia ſpeciali. In Operatorio vero loqui ſilenter poterunt, de his, quę ſpectant ad opera, & ad feneſtram de licentia Prioriſſę. Sane Prioriſſa pro ne-

neceſſitate, vel utilitate licentiam dare poterit aliquando, in aliis locis loqnendi, & ipſa etiam loqui poterit, cum viderit expedire. Veſtes anten ſint albę, quibus utemini, & non ſint nimis ſubtiles, vel etiam delicatę, ne ſit *nobilis* veſter habitus, quę non debetis veſtibus placere, ſed moribus, & nitore mentium, cum eſſe debeat omnis gloria filię Regis ab intus. Sufficiat autem Moniali, habere duas tunicas, & duas camiſias groſſas uſque ad genu, cum pellicio competenti. Tunica non deſcendat ultra calcaneum, ne per humum defluat indecenter. Duos babere mantellos Soror poterit (ſi domus ejns hoc voluerit tolerare) alterum tamen cum pellibus, & ſcapulare, ac calceamenta neceſſaria, & etiam duo vela. Super ſtramina & laneis Soror jacebit in una veſte lanea, & camiſia, ſi volnerit, ſemper cincta. Tonſurę Monialium, & Fratrum etiam Converſorum octo vicibus in anno fiant: ſcilicet in Paſcha, Pentecoſte, Feſtivitatibus Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sanctę Marię Magdalenę, in Nativitate Beatę Virginis, Feſtivitate Omnium Sanctorum, in Nativitate Domini, & in Purificatione Virginis glorioſę. Si qua Sororem ſuam ſcandalizaverit, tamdiu ante pedes proſtrata jaceat, quouſque placata ipſam erigat, niſi forſan ita commota fuerit, quod diu rogata placari non poſſit, quę tamen poſtmodnm propter duritiam cordis ſui pęnam debitam non evadat. Si qua non babens certum aliquod officium, cui deſervire cogatur, ſi mox, ut ſignum datur, ſe relictis omnibus neglexerit prępararе, ut dicat ſecundum Regulam ordinate, ac compoſite horas ſuas, ſeu decenter impleat deſignatum ſibi legendi officium, aut cantandi; Si Reſponſorium, vel Antiphonam inceptura, Chorum turbaverit, legendo incompoſite, vel tacendo, & offendens non ſtatim ſe coram omnibus humiliaverit, & ad operam hora, qua tenetur, negligenter ire diſtulerit; Si ibi aliquid tumultus, vel inquietudinis improvida fecerit, & ad menſam cum ceteris hora ſtatuta non venerit; Si ad omnem cenſuram pęnitens non fuerit; Si aliquam in dormitorio inquietudinem fecerit; Si potum effuderit; Si dixerit, vel fecerit aliquid, unde ſcandalizentur Sorores; Si forſan in aliquo geſtu reprehenſibilis fuerit, vel in aliqno forſan notabilis apparuerit; Si potum, vel cibum abſque benedictione ſumpſerit; Si operantes inquietaverit, vel ipſa deſidioſe opus ſuum fecerit; Si, cum habuerit loquendi licentiam, diſſolute ridens Cachinis, vel Ludicria dictis, vel factis alias ad ridendum ſtudioſe excitare intenderit; Si ad gloriam primi Pſalmi non affuerit, & ſtatim ad gradus Altaris non ſatisfecerit: Pro ſingulis harnm culparum injungatur pro pęnitentia petenti veniam unus Pſalmus. Si qua in Choro aperte riſerit, vel alias fecerit ridere; Si ad Capitulum, vel ad Officium non venerit; Si cum juramento, ut in loquendo ſolet fieri, aliqnid negaverit, vel affirmaverit; Si turpem ſermonem dixerit, cum loqui licuerit; Si ſtatutum ſilentium fregerit; Si qua earum, quę ſunt officiis deputatę, in aliquo circa officium negligens reperta fuerit, & his monita ſe non emendaverit; Si indumenta, vel alia Sorori data, vel conceſſa, ſine ipſius Sororis, vel Prioriſſę licentia receperit, clamata in Capitnlo pro aliqua prędictarum culparum petat veniam, & unam recipiat diſciplinam modeſtam cum tot Pſalmis, quot ei placuerit, quę Capitulum tunc tenebit. Si qua per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens Pręlatę ſuę fuerit, vel cum Pręlato ſuo, Prioriſſa, vel Subprioriſſa lites habuerit; Si cum Sorore inhoneſte contenderit; Si cum aliqua perſona extranea, ſine licentia, vel contra Statuta Ordinis, locuta fnerit; Si procedens ante homines oculos ſtudioſe in eos fixerit, & hoc in uſu habuerit; Si de induſtria mendacium dixiſſe fuerit deprehenſa; Si rumpere ſilentium in conſuetudinem duxerit; Si forſan in illam, a qua in Capitulo aliquando eſt clamata, vel in quamlibet aliam minas, vel maledicta, ſeu verba irreligioſa malitioſe protuliſſe fuerit deprehenſa; Si alicui Sorori pręteritam culpam, pro qua ſatisfecerat, improperare auſa fuerit, aut pandere ſecreta Capituli; Si de Fratribus, Sororibus, vel Majoribus ſuis aliqua minus bona dixerit, quę teſtimonio Sororum ſuarum probare nequiverit; Si ſola cum ſolo, niſi cnm Confeſſore, locuta fuerit; pro hujuſmodi culpis, & his ſimilibus veniam petenti, ſed non clamatę, diſciplinę tres dentnr in Capitulo, & trium dierum, interpolate tamen, panis, & aquę jejunium imponant: Clamatę vero una diſciplina, & una dies jejunii addi debet. Si qua vero pro victu, vel veſtitu, vel pro aliqua alia re murmurare pręſumpſerit, & non potius elegerit prius ſuas neceſſitates, vel defectus Prępoſito exponere, pluries, ſi opus fuerit, ſeu etiam Prioriſſę, prędictam pęnam ſuſtineat, & quadraginta dies ab illo genere cibi, vel potus, vel alterius rei, pro qua murmuraverit, abſtinere cogatur. Si qua ſtudioſe percuſſerit aliquam, vel crimen mortale commiſerit, ut furtum, ſacrilegium, vel aliud hujuſmodi, aut rem collatam ſibi, vel Conventui, celaverit ſtudioſe; ſi publica fuerit culpa ejus, clamata in Capitulo ſponte ſurgat, humiliter petens veniam, & confitens culpam ſuam, poſtmodum ſuper nudo condignam factis recipiat diſciplinam, de permanendo in pęna gravioris culpę debita pręcepta recipiat, videlicet, ut ſit omnium noviſſima in Conventu Sororum ad tempus, ut quę fieri membrum Diaboli culpam perpetrando non erubuit, aliquandiu in conſpectu Sororum omninm confundatnr, & doleat, dignos fructus pęnitentię faciendo. In refectorio vero ad communem menſam cum ceteris non ſedebit, ſed in medio refectorio ſuper nudam menſam veſcetur; providebitur autem ei ſeorſum panis groſſior, & potus aquę, niſi Prioriſſa ei aliquid per miſericordiam largiatur. Nec reliquię ſui prandii admiſceantur cum aliis, ut cognoſcat ſe ita ſeparatam in terris a Sororum conſortio, quod privabitur perpetuo a Sanctorum Collegio, niſi per dignam pęnitentiam denuo facta fuerit membrum Chriſti. Ad Canonicas tamen horas veniat, ante oſtium Eccleſię maneat, tranſeuntibus Sororibus proſtrata jaceat, quouſque intraverint univerſę. Nulla ſe conjungere illi audeat, vel aliquid ſibi mandare; ipſa tamen Prioriſſa, ne in deſperationem labi valeat, mittat ad eam Seniores, ac prudentiores Sorores, quę moneant eam ad pęnitentiam, & provocent ad lamentum, per compaſſionem eam foveant, & ad ſatisfactionem hortentur, per ſuam interceſſionem adjuvent, quam pro ipſa jugiter effundere non omittant. Porro ſi viderint in ea ſigna humilitatis, & pęnitentię, ſuffragetur ei totus Conventus, nec renuat Prioriſſa; cum illa facere miſericordiam, cum viderit expedire. Cum autem reconcilianda fuerit, omnium pedibus advolvatur, miſericordiam petitura; primitus Prioriſſę; deinde utriuſque lateris ſedentium hinc inde Sororum. Talia vero quandiu in hac pęna fuerit, non communicet, niſi forſitan in mortis articulo, nec ad pacis oſculum veniat, cum ſequeſtrata ſit a Conventu Sororum. Sane ſi fuerit Prioriſſa, vel Officialis aliqua, perpetuo amittat officinm, nec deinceps ad aliquod aſſumatur, niſi per Generale Capitulum

cum ea forſitàn fuerit diſpenſatum. Si vero hujuſmodi peccatum occultum fuerit, ſecreta pęnitentia, & diſcreta, ſecundum tempus, & pęnam ſatisfacere Deo ſtudeat, prout ei fuerit imperatum. Si quę per conſpirationem, vel conjurationem, contra Prętatos ſuos, vel Pręlatas ſe prępſumpſerint erigere manifeſte; Si qua forſan de Fratribus, vel Sororibus, vel ſuis Majoribus coram extraneis maledixerit ſtudioſe, vel ſuper aliqua re, unde ſcandalum poſſit oriri, non ſecundum Statuta Ordinis, Parentibus ſuis, vel aliis malitioſe conqueſta fuerit, ſupradicto modo pęniteat. De cetero in omni vita ſua extremum locum ſui Ordinis teneat; nec ei adminiſtratio aliqua injungatur, niſi a Prępoſito per Generale Capitulum cum ea fuerit diſpenſatum. Si qua tamen adverſus Pręlatum ſuum, vel Pręlatam non malitioſe quidem, ſed in veritate aliquid habuerit, quod tolerari non debeat, vel deceat, prius perſonam hujuſmodi cum omni humilitate, ac caritate de ſua correctione ſtudeat admonere, quod ſi frequenter admonita ſe corrigere neglexerit, vel contempſerit, ad eam admonendam, & corrigendam, Priorem Domus advocet, vel Curatoribus, cum ad eandem Eccleſiam viſitandam venerint, hoc manifeſtare procuret, vel ſignificare ſtudeat majori Prępoſito, aut Capitulo Generali. Graviſſima culpa eſt incorrigibilitas, quia nec culpas timet admittere, ac pęnam refugit ſuſtinere. Talis quidem perſona incarceretur, & affligatur, & ponatur in pęna gravioribus culpis debita, uſque ad ſatisfactionem condignam. Super pęnis tamen alleviandis, vel etiam aggravandis Prępoſitus, ſive quicunque Pręlatus, vel Pręlata, quę tunc Conventum rexerit, liberam habeat poteſtatem. Moniales ſi ſemel egrediuntur animi levitate, nunquam poſtea niſi de ſpeciali miſericordia Prępoſiti Ordini admittantur. Tres autem de maturioribus, & religioſioribus Sororibus feneſtrę parlatorii pręponantur, quibus audientibus, vel ad minus duabus ex ipſis, loquatur illa, cui, de Prioris, vel Prioriſſę licentia loqui, aliquando indultum fuerit, cum viſum fuerit expedire; Teſte nihilominus feneſtrario ſemper, & pręſente, qui attente ſuper verbis, & nutibus loquentium invigilare, & ſi quid minus honeſtum, ſeu diſcretum audierit, aut religioni contrarium, ſtatim ſilentium imponat loquentibus, & quantocius Prioriſſę, aut Priori ſignificare procuret. Delinquenti autem congrua pęnitentia imponatur, ut eadem a locutione juxta quantitatem delicti, ſecundum quod Prioriſſę viſum fuerit, ſuſpendatur. Prioriſſa tamen, & tres Celerarię, cum Priore, ac Celerariis exterioribus de neceſſitatibus, & utilitatibus ſuę Domus, ſupradictis teſtibus pręſentibus, loqui poterunt ad feneſtram. Nullus Fratrum intret clauſuram Monialium, niſi cum Cardinali, Epiſcopo, vel Legato Sedis Apoſtolicę, ſeu in caſibus in regula iſta conceſſis, & tunc intus cum aliqua non loquatur, niſi hoc fecerit de licentia majoris Prępoſiti, vel Provincialis Prioris. Provincialis autem Prior tantum ſemel in anno tempore viſitationis intrare poterit, niſi pro aliqua neceſſitate aliter provideatur a Prępoſito Generali. Si aliqua tamen ad feneſtram confiteri, communicare, vel unctionem recipere infirmitate gravata nequiverit, Sacerdos, & maturi Miniſtri, Sacris induti veſtibus, intrare poterunt, ad illud officium peragendum, nihil aliud locuturi. Quicunque vero aliqua neceſſitate intraverit, non minus quam duos boni teſtimonii ſecum habeat, quos ſequantur religioſiores Moniales, eos ſemper coram videntes, donec Monialium egrediuntur clauſuram, cum feneſtrario vero de licentia Prioriſſę loqui poterunt de Domus utilitatibus Moniales. Porro feneſtrarię non conſueverunt petere licentiam loquendi cum feneſtrario, cum opus fuerit, ſine Prioriſſę tamen licentia cum extraneis non loquantur. Periculum latronum, & ignis, intrantes, & loquentes, a culpa, & a pęna abſolvere conſuevit. Fici autem procuratrices pauca verba, ſi neceſſitas exigit, cum illo, qui hortum excolit, loqui poterunt, ſi talis fuerit hortulanus, de quo vel levis mala ſuſpicio minime poſſit oriri. Si qua vero aliter, quam dictum eſt locuta fuerit, niſi cum Cardinali, Epiſcopo, vel Legato, vel forſan cuiquam alii quęrenti, niſi de licentia, reſpondendo, in pęna gravi culpę debita permaneat, donec a Prępoſito fuerit abſoluta. Prior, & exteriores Celerarii, exteriores poſſeſſiones abſque licentia Prępoſiti, aurum vero, vel argentum, veſtes, aut aliquid hujuſmodi dare, vel vendere non audebunt, niſi de Prioriſſę, ac Celerariarum conſilio, vel conſenſu. Similiter etiam interiores poſſeſſiones infra Domus ſuę ambitum conſtitutę ſine conſenſu Capituli, vel Prępoſiti Generalis, commutari, vel minorari non poſſunt. Sane tam interiores, quam exteriores Officialium rationem faciant perceptorum, & expenſarum, coram ſuo Priore, aut Prępoſito Generali bis in anno, vel amplius ſi requiratur. Porro coram Prioriſſa, & Maturioribus Monialibus, ad minus tribus, computationes toties faciant, quoties viſum fuerit expedire. Si aliquę Sorores cum literis teſtimonialibus Prępoſiti majoris, vel Prioris Provincialis, ad aliquem Conventum ejuſdem Ordinis venerint, benigne recipiantur, & eis locus in refectorio, & dormitorio, ut ceteris Sororibus aſſignetur. Nullus autem Clericus, aut Laicus, Frater, vel Soror audeat recipere, vel expellere Fratrem, vel Sororem ſine mandato Prępoſiti Generalis, vel illius, cui commiſerit vices ſuas. Ipſe vero Prępoſitus poteſtatem habeat amovendi Clericos, & Laicos Seculares, ac Procuratores Sororum, quando viderit expedire. Iterum, quia otioſitas inimica eſt animę, necnon Mater, & Nutrix eſt vitiorum, nulla in Clauſtro maneat otioſa, ſed ſemper, ſi poterit, aliquid operis faciat; quia non de facili a tentatione capitur, qui exercitio bono vacat. A Domino enim dictum eſt homini, quod in ſudore vultus ſui veſci debeat pane ſuo. Et Apoſtolus dicit, qui operari noluerit non manducet. Et Propheta: Labores manuum tuarum manducabis; beatus es, & bene tibi erit. Inde, exceptis illis horis, quibus orationi, lectioni, vel proviſioni Divini Officii, ſeu Cantus, aut eruditioni literarum debent intendere, operibus manuum omnes attente inſiſtant, prout viſum fuerit Prioriſſę. Hebdomadarię provideant, quę legenda fuerint, vel cantanda. Diebus vero feſtivis omnes vacent Lectioni, Divinis Officiis, & Orationi, mechanicis operibus pętermiſſis. Poſt Completorium, & Nocturnos, horam unam habebunt Sorores, qua orationi, contemplationi, ac devotioni poſſint vacare, ſic tamen, ne aliqua, tardius intrans dormitorium, ceteras inquietet. Diebus autem profeſtis horis canonicis nihilominus omnes devote maneant, & intente. Primam vero, Tertiam, Sextam, & Nonam profeſtis diebus in operatorio dicere poterunt, cum fuerit viſum expedire. Sane caveant omnes, & ſingulę diligenter, ne pręſumant ullo modo rancore, odio proſequi, ſeu calumniis, vel querelis, aut accuſationibus injuſtis, aliquatenus pertubare Monialem fidelem, quę reprehenderit, vel reſtiterit his, quę operantur reli-

Digitized by Google

religioni contraria, & institutionibus Ordinis, vel quia Prioriſſę, Priori, vel Prępoſito tranſgreſſiones indicaverit; ut regulariter corrigantur. Quod ſi quę facere forte pręſumpſerint, ſub gravi pęna in ultimo gradu ad tempus pęniteant, ut cetere ſibi caveant, & ſimilia facere non pręſumant. In ſingulis hujus Ordinis Domibus ordinentur, ſi habere poterunt, quatuor Viri Religioſi Deum timentes, qui exteriora procurent: eodem modo quatuor Moniales interiorum procuratrices, quę ad Prioris, & Prioriſſę conſilium omnia patrabunt. Ipſi tamen aurum, argentum, pannos, frumentum, vel aliquid hujuſmodi, ſine Prioris, vel Prioriſſę, licentia dare nequaquam pręſumant. Prioriſſa eligatur ab aliquibus Senioribus, & prudentioribus, de Conventu Sororum, ad hoc a Conventu electis, & confirmetur per Prępoſitum Generalem, per quem etiam poterit amoveri, cum viſum fuerit expedire. Officiales autem cetere per Prioriſſam, de ſeniorum Sororum, & prudentiorum conſilio, debent inſtitui, & mutari, ſalva in omnibus Generalis Prępoſiti providentia, & mandato. Similiter Prior a ſuis Fratribus eligatur; Confirmetur autem, vel ſi opus fuerit, deſignetur, & ordinetur, a Prępoſito Generali. Fratres Regulam Sancti Auguſtini obſervent: in qualibet autem Domo, ſi fieri poterit, ſint ſex Fratres, ad minus, Religioſi quidem, & Regulam Beati Auguſtini Profeſſi, ex quibus tres ad minus Sacerdotes exiſtant. Quia igitur, dilectę in Chriſto Filię, finis, non pugna coronat, & exitus acta probat, diligenti vigilare ſollicitudine vos oportet, ut adverſario veſtro, qui circuit quęrens quem devoret, tota die conſtanter, & viriliter reſiſtatur; Sic enim ſperare poteritis ſecure, quod ſi Auctore Domino, victrices fueritis, Cęleſtem Regem, Virginis Filium, Sponſum habebitis, qui vos in cęleſtis Palatii thalamum feliciter introducet. Datum Anagnię X Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Conſtitutiones.*) Quas Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus edidit. Eadem crediderim Statuta, de quibus loquitur Innocentius IV Conſt. CC -- *Ex parte* -- T. I pag. 181. Conſulendæ Conſtitutiones Gregorii Noni CXLIX data 24 Martii 1236. -- *Similis* -- T. I pag. 86. CLIII, data 7 Aprilis 1236. -- *Ex parte* -- T. I pag. 87. Innocentii Quarti XLIII, data 3 Februarii 1244 -- *Cum vos* -- T. I pag. 131. LI, data 1 Martii 1244 -- *Sacroſancta* -- T. I pag 134. LXXIII, data 14 Maii 1244. -- *Cum dilecta* -- T. I pag. 143. &c.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex Archivo Apoſtolico. Typis prodiit in *Raymundi Duellii Reg. S. Auguſtini Canonici, & bibliothecarii Sanct. Hyppolitenſis Miſcellaneorum, quæ ex Codicibus MSS. collegit, Libro I pag. 169. &c.* Editionis Auguſtæ Vind., & Græcii 1723.

3. *Mixtum.*) Quod eruditus *Duellius*, loco mox laudato; *Prandium* interpretatur dicens: *conſuetum fuerat ſervientibus ad menſam, prandium prius ſumere, quod mixtum vocabant* Caveas tamen, ne Verba hæc de vero prandio dicta putes, ſed intelligenda de parva quadam comeſtione, quæ prius a ſervientibus fit quam cibos miniſtrent ceteris, qui primi prandent. Et hæc prima menſa vocatur. Qua finita, prandent illi, qui ceteris miniſtraverant. Id non ſolum Fratribus, ſed etiam Monialibus noſtris ſolemne. De ceteris Ordinibus Religioſis adeas *Carolum du Freſne du Cange* in Gloſſario: verbo: *Mixtum*.

INNOCENTIUS IV.

Ab anno MCCXLIII, die XXIV Junii, ad VII Decembris MCCLIV. Vide *T. I hujus Bullarii pag. 117, & hoc T. VII pag. 17.*

Indulgentias impertitur viſitantibus ædes Sacras Majoricenſis (1) Cœnobii. Anno 1246 Die 22 Junii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Prędicatoribus Majoricen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. CCCLXXXV.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuę, quę merita ſupplicum excedit, & Vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri; Cupientes tamen Domino reddere populum acceptabilem, Chriſtifideles ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis pręmiis, indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinę gratię aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in honorem Beati Dominici dedicata congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui eandem Eccleſiam in feſto ejuſdem Beati Dominici, & uſque ad octavas ipſius, annis ſingulis, cum debita reverentia viſitaverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pęnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugduni, decimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Majoricen.*) In ejuſdem nominis Inſula quæ etiam *Balearis major* dicitur.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum, ex autographo *Majoricenſi*.

Fratres

Anno 1247 Die 23 Martii.

Fratres Ordinis Prædicatorum, quem laudibus effert, delegat qui Sententiam in Fredericum latam publicandam curent (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCCLXXXVI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Univerſis Prioribus Provincialibus Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEi filii, qui pro ſalvando humano genere de alto Cęlorum ad ima terrę deſcendit, ut ſuo deſcenſu homini ad ſuperna pararet aſcenſum, Vicarii, licet immeriti conſtituti, ſaluti omnium vigilanter intendere, ac totis amplecti deſideriis, omniſque diligentię ſtudio, procurare tenemur: Unde id ex officii noſtri debito ardenter appetimus, & ad hoc operam juxta inſufficientię noſtrę poſſibilitatem efficaciter adhibemus, ut ſinguli erectis ad Deum oculis, affectibuſque directis ad ipſum, ſibi placita operantes, tutis ad eum ſub conſcientię fiducia tendant greſſibus, ſecum ſine fine victuri, qui ad ipſos, ne abſque termino morerentur, acceſſit. Sane (3) cum Ordinem veſtrum hiſce temporibus, diſponente Domino, In ejus Eccleſia ſalubriter inſtitutum, Apoſtolica Sedes opportuni favoris curaverit munire pręſidio, & beneficio gratię attollere ſpecialis, ipſiuſque Ordinis Fratres tantam ejuſdem ſedis benevolentiam, velut gratitudinis filii, plenitudine devotionis, & obedientię promptitudine, reverenter agnoſcant, Nos per eos tanquam Catholicę Fidei, & juſtitię fervidos zelatores, paratos ſemper noſtra beneplacita ſollicite adimplere, Proceſſum contra Fredericum, quondam Romanorum Imperatorem, in Concilio, quod nuper Lugduni, annuente Domino, celebravimus, habitum, volumus publicari. Sed ut clarius Vobis liqueat proceſſum eundem juſtitię plenitudine fore munitum, ſcire Vos volumus, quod expoſitis in ipſo Concilio pręfati Frederici nefandis exceſſibus, eodemque Concilio diſcuſſione deliberante vigili ſuper eis, Nos tandem de communi, tam Fratrum Noſtrorum, quam Concilii ejuſdem conſilio finaliter contra memoratum F..... duximus procedendum, prout ex tenore ſententię, quam ſub bulla noſtra Vobis tranſmittimus, plenius innoteſcet. Unde, ne Chriſtifideles prędicto F..... contra eandem ſententiam per ignorantiam pareant, vel intendant, & ut ſententię ipſius ęquitas omnibus nota fiat, Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, in remiſſionem Vobis pecaminum injungentes, quatenus proceſſum hujuſmodi per Vos, & alios veſtri Ordinis Fratres, providos, & diſcretos, in locis opportunis publicari curetis. Nos enim Vobis, veſtriſque fratribus; convocandi propter hoc tam Clerum, quem in hujuſmodi negotio Vobis favorabiliter aſſiſtere volumus, & mandamus, quam populum diebus feſtivis, & aliis, ac relaxandi miſericorditer omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui ad veſtras prędicationes, in quibus proceſſum publicaveritis ſupradictum, acceſſerint, quadraginta dies de pęnitentiis injunctis eiſdem liberam tribuimus, auctoritate pręſentium, poteſtatem. Et ſi forte propter hujuſmodi publicationem contumelias, exilia, vincula, carceres, verbera, ſeu quęcunque ſupplicia, vel corporis cruciatus, Vos ſuſtinere contigerit, concedimus de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ut hęc omnia Vobis, velut conſtantibus fidei juſtitię, & Eccleſiaſticę libertatis Athletis, ad plenam remiſſionem peccaminum, & ęternę pręmium vitę cedant. Datum Lugduni decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Laus Ordinis.

Nota.

1. *Curent.*) Vide Notam I ad Conſtitutionem CXXII ejuſdem *Innocentii IV* Tomo I pag. 158.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum eſt autographo *Majoricenſi*.

3. *Sane.*) Quæ ſequuntur, verbis paululum immutatis, leguntur in Conſtitutione CLXXIII ejuſdem Innocentii IV, Tomo I pag. 172. Aliam tamen diem habet adſcriptam.

ALEXANDER IV.

Ab anno MCCLIV, die XXI Decembris, ad XXV Maii MCCLXI. Vide *T. I hujus Bullarii pag. 266, & hoc T. VII pag. 35.*

Anno 1257 Die 27 Martii.

De conſtruenda Tarraconenſis (1) Conventus Eccleſia.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CCCXVI.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum fuit, ſive malum, oportet Nos diem meſſionis extremę, miſericordię operibus pręvenire, ac ęternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cęlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus, & metet vitam ęternam. Sane dilectiſſimi Filii Fratres Ordinis Prędicatorum Tarraconen., ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam appetunt conſtruere, in qua divinis poſſint laudibus deſervire. Cum itaque ipſis propter Chriſtum extremam ferentibus ſarcinam paupertatis ad hoc fidelium ſubſidium ſit plurimum opportunum; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem Vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis Vobis a Deo collatis

collatis piis eis eleemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram memorata Eccleſia valeat conſummari, & Vos per hęc & alia bona, quę Domino inſpirante feceritis, ad ęterna poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ae Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui fratribus eiſdem pro dicta Eccleſia conſummanda manum porrexerint adjutricem centum dies de injuncta ſibi pęnitentia miſericorditer relaxamus, pręſentibus poſt quinquennium minime valituris. Datum Laterani ſexto Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Tarraconen.*) Juris eſt Aragoniæ Provinciæ. 2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Tarraconenſi*.

Præſcribit Fratri Rainerio (1) quid in hæreticos ſit agendum.

Anno 1260 Die 7 Decembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCCXVII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Fratri Rainerio Placentino, Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Licet ex omnibus mundi partibus &c. (3) Datum Laterani VII Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *Rainerio.*) Viro celeberrimo, de quo ſæpius dictum fuit.
2. *Archivo.*) In quo autographum.
3. *Partibus &c.*) Ut in Conſtitutione CXXXIV Alexandri IV T I pag. 126, quibuſdam tamen additis, quæ quia, præ autographi vetuſtate, vix legi poſſunt, nec magni momenti videntur, miſſa facio.

Quædam ex uſuris, & id genus ceteris reſtituendis aſſignat Fratribus Ferrarien. (1) Conventus.

Anno 1261 Die 23 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CCCXVIII.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis, Priori, & Fratribus Ordinis Prędicatorum Ferrarienſibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Neceſſitatibus veſtris benigno compatientes affectu, ut de uſuris, rapinis, & aliis male acquiſitis, ſi hi, quibus ipſorum reſtitutio fieri debet, omnino ſciri, & inveniri non poſſint, nec non de quibuslibet legatis indiſtincte in pios uſus relictis, dummodo executorum teſtamentorum ad id accedat aſſenſus, ae de commutatione, & redemptione votorum, Dięceſanorum auctoritate factis, Ferrarię limitantes dumtaxat ..... uſque ad ſummam trecentarum marcharum argenti recipere valeatis, auctoritate vobis pręſentium duximus concedendum, ſi pro ſimilibus receptionibus alias non ſitis a Nobis hujuſmodi gratiam conſecuti: ita quod ſi aliquid de ipſis trecentis marchis dimiſeritis, vel reſtitueritis, aut dederitis illis, e quibus eas receperitis, hujuſmodi dimiſſum, vel reſtitutum, ſeu datum nihil ad liberationem eorum proficiat, nec quantum ad illud habeantur abſoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani, decimo Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Ferrarien.*) Juris eſt Congregationis S. Sabinæ. 2. *Archivo.*) In quo exemplar.

URBANUS IV.

Ab anno MCCLXI, die XXIX Auguſti, ad II Octobris MCCLXIV. Vide *T. I hujus Bullarii pag. 416, & hoc T. VII pag. 42.*

CLEMENS IV.

Ab anno MCCLXV, die V Februarii, ad XXIX Novembris MCCLXVIII. Vide *T.I hujus Bullarii pag.449, & hoc T.VII pag.43.*

Tomo I pag.470 Conſtit.XXXIX Nota 3 hæc addenda: Bononiæ aſſervatur exemplar authenticum, cujus hic tenor.

Univerſis pręſentes literas inſpecturis, Frater Theodericus, Dei gratia Epiſcopus Cervien., Salutem in Domino ſempiternam.

NOverit Univerſitas veſtra Nos vidiſſe, & legiſſe tranſcriptum Venerabilis Patris olim Domini Jacobi miſeratione Divina Sanctę Marię in Coſmedin Diaconi Cardinalis, ſanum, & integrum non cancellatum, non vitiatum, non abolitum, nec in aliqua ſui parte corruptum, ac ejuſdem proprio ſigillo munitum, cujus tenor talis eſt: Jacobus Miſeratione Divina S. Marię in Coſmedin Diaconus Cardinalis, univerſis pręſentes literas inſpecturis, Salutem in Domino. Noverit Univerſitas veſtra Nos vidiſſe, & legiſſe literas felicis recordationis Domini Clementis Papę IV, quarum tenor talis eſt: Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Obtentu Divini nominis &c. (ut in Conſtitutione XXXIX mox laudata.) Datum Peruſii II Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno Primo. In hujus autem viſionis, & lectionis teſtimonium, pręſens ſcriptum fecimus noſtro ſigillo muniri. Datum Viterbii VIII Idus Martii. In cujus rei teſtimonium, pręſentes fieri fecimus literas, & ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum Bononię Anno Domini MCCLXXXVIIII Kal. Decembris, Pontificatus Domini Nicolai PP. Quarti Anno Secundo.

Ceterum Theodoricus, cujus hic mentio, ille eſt de quo loquor T.I hujuſce *Bullarii in Appendice ad Pontificatum Clementis IV pag.501.*

Huc etiam ſpectat ſequens Inſtrumentum.

Rudolphus Dei gratia Epiſcopus Faventinus, Sacroſanctę Apoſtolicę Sedis, ad Bohemię, & Polonię Regna, ac certas Alemanię partes cum poteſtate Legati de Latere Legatus miſſus, univerſis, & ſingulis has noſtras literas viſuris, ſeu legi audituris, Salutem in Domino.

JUſtis, & honeſtis petitionum votis, ex ſuſcepto Legationis officio libenter annuimus, ex quo dum a Nobis petitur, favoribus proſequimur opportunis; Hinc eſt, quod Religioſus Fr. Paulus Meiſner Prior Monaſterii S. Adalberti, Ordinis Fratrum Prędicatorum de obſervantia, in Civitate Wratislavienſi, quoddam Privilegium felicis memorię Clementis Papę IV, quod in quadam litera vidimus inſertum, de ſucceſſione in bonis temporalibus, & prędiis Fratribus Ordinis Prędicatorum, in quibus ſuccederent in ſeculo exiſtentes, expreſſe conceſſum exhibuit, & produxit tenoris ſub his verbis ſequentis, videlicet Noverint univerſi, quod Nos Fr. Joannes Portnenſis, & S. Ruffinę, & Nicolaus Oſtienſis, & Velletren. Epiſcopi, & Guillermus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus, Divina Miſeratione S. R. E. Cardinales, vidimus, tenuimus, & diligenter inſpeximus, & de verbo, ad verbum legimus quaſdam literas Apoſtolicas, vera Bulla plumbea cum filo ſericeo, bullatas, non abolitas, non cancellatas, non raſas, nec in aliqua parte vitioſas, ſed omni ſuſpitione carentes, ut prima facie apparebat, quarum tenor talis eſt.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

OBtentu Divini Nominis, cujus cultui ſub ſacrę veſtrę &c. Datum Peruſii Secundo Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo. In cujus viſionis, & inſpectionis teſtimonium, Nos prędicti Epiſcopi, & Diaconus, Cardinales huic pręſenti literę noſtra ſigilla mandavimus appendenda. Datum Burdegallis die decimaſeptima Menſis Martii, Indictione quinta, Pontificatus Domini Clementis Papę Quinti Anno Secundo.

Poſt cujus Privilegii exhibitionem, pręfatus Prior aſſeruit, prętactum Privilegium ad Sanctimoniales Monaſterii S. Catharinę Wratislavienſis, quę ſub habitu, & cura Ordinis Fratrum Prędicatorum, ac ſub regulari obſervantia exiſtunt, ſe extendere, & non nullos aſſerere Sanctimoniales prędictas, Mundo mortuas eſſe, nec volentes proprium poſſidere, & propterea a quibuslibet ſucceſſionibus excludere velle. Quod idem Prior, pro parte Monialium Monaſterii S. Catharinę, ac Fratrum Ordinis Prędicatorum Conventus S. Adalberti prędictorum, Nobis humiliter ſupplicavit, ut Auctoritate Apoſtolica, & noſtrę Legationis, Privilegium prędictum, quoad omnem ejus effectum, & tenorem, etiam ad Prioriſſam, & Sanctimoniales dicti Monaſterii S. Catharinę extendere, eiſque de novo, ut in temporalibus bonis, & prędiis, in quibus ſuccederent in ſeculo exiſtentes, licite ſuccedere poſſint, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac ea vendere, & in utilitatem Monaſterii libere convertere valeant. Necnon Fratribus S. Adalberti prędictum Privilegium ipſum renovare dignaremur. Nos igitur Rudolphus, dictarum Sanctimonialium Monaſterii S. Catharinę, & Fratrum Prędicatorum Monaſterii S. Adalberti Supplicationibus favorabiliter inclinati, Auctoritate Apoſtolica, & noſtrę Legationis, qua fungimur, & tenore pręſentium, declaramus, & decernimus, quod Sanctimoniales prędicti Monaſterii S. Catharinę Wratislavien., in temporalibus, in quibus ſuccederent in ſeculo exiſtentes, libere poſſint nomine dicti Monaſterii ſuccedere, & bonorum eorundem poſſeſſionem realem apprehendere, ac ipſa bona vendere, atque pretium ex bonis hujuſmodi receptum, in utilitatem Monaſterii convertere, prout hoc uti-

utilius, & melius videbitur expedire; Privilegium vero prętactum, in omni ejus forma, & tenore, quoad Fratres Monaſterii S. Adalberti, pręfata auctoritate renovamus, ac illud ſuum effectum ſortiri debere, decernimus, ſimiliter, & declaramus. Datum Wratislavię in Domo habitationis Hoſpitii noſtri ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Octavo, die vero Mercurii Tertia Menſis Februarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pauli Divina Providentia Papę Secundi. *Ex monumentis Conventus Wratislavien. in Archivo Ordinis exiſtentibus.*

B. GREGORIUS X.

Ab anno MCCLXXI, die I Septembris, ad X Januarii MCCLXXVI. Vide *T.I bujus Bullarii pag.503, & hoc T.VII pag.45.*

INNOCENTIUS V.

Ab anno MCCLXXVI, die XXI Januarii, ad XXII Junii ejuſdem anni. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.541.*

ADRIANUS V.

Ab anno MCCLXXVI, die X Julii, ad XVIII Auguſti ejuſdem anni. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.547.*

JOANNES XX, dictus XXI.

Ab anno MCCLXXVI, die XVI Septembris, ad XVI Maii MCCLXXVII. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.547.*

NICOLAUS III.

Ab anno MCCLXXVII, die XXV Novembris, ad XXIII Auguſti MCCLXXX. Vide *T.I hujuſce Bullarii pag.553.*

MARTINUS II, dictus IV.

Ab anno MCCLXXXI, die XXII Februarii, ad XXIX Martii MCCLXXXV. Vide *T.II hujus Bullarii pag.1, & hoc T.VII pag.47.*

Tomo Secundo pag.2 Conſt.2 Nota 2 hæc addenda: Aliud autographum aſſervatur Mantuę. Duo alia exemplaria authentica habes Romę in Archivo Ordinis, & in Tabulario Conventus Veronę. In exemplari authentico Cremonenſi, ſic legitur:

Univerſis pręſentes literas inſpecturis tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus Perſonis Cazacomes miſeratione divina Cremonenſis Epiſcopus, Salutem, & ſinceram in Domino Caritatem.

NOverit Univerſitas veſtra, quod Viri Religioſi Fratres Rolandinus de Caſali Majore, & Lanfranchinus de Ronziis Ordinis Prędicatorum, literas D. Martini Papę IV ſanas, & nullatenus vitiatas cum plumbea Bulla pendenti e ſerico ſano, & integro Nobis pręſentaverunt petentes humiliter, ut ipſas mandaremus per noſtrum Notarium tranſcribi, & autenticari, ad fidem, & memoriam habendam, & retinendam; Quarum literarum tenor per omnia talis eſt: Martinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro, & Provincialibus, Prioribus Ordinis Fratrum Prędicatorum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad fructus uberes &c. Datum apud Urbem veterem IIII Idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Quas vero literas per infraſcriptum Benaducem Notarium ad memoriam, & Fidem, & probationem habendam, & retinendam tranſcribi, & autenticari mandavimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri, & infraſcriptorum Notariorum ſubſcriptionibus roborari.

Datum Cremonę in Epiſcopali Palatio noſtro Anno Dominicę Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Octogeſimoquarto, Indictione Duodecima, die Nona Junii pręſentibus Jacomino de Sancta Flora, & Viviano de Labroxolla, ac Benaduce de Landareſta, Albertino de Rimenengo, & Egidiolo de Aliotis Teſtibus ibi rogatis.

Ego Jacobus de Sancta Flora Judex Ordinarius, & Notarius Publicus authenticum originale hujus exempli una cum infraſcriptis Notariis coram ſupradicto Domino Epiſcopo, & prędictis Teſtibus, vidi, & legi, & diligenter abſcultavi, in quo nihil plus, vel minus continebitur, quod ſenſum mutet, quod in iſto continetur, & de mandato pręfati D. Epiſcopi me Teſtem ſubſcripſi.

Ego Vivianus de Labroxola Notarius ab Imperatore Federico Autenticum originale hujus exempli una cum infraſcripto Notario coram ſupradicto D. Epiſcopo, & prędictis Teſtibus, vidi, & legi, & diligenter abſcultavi, in quo nihil plus, vel minus continebitur, quod ſenſum mutet, quod in iſto legitur exemplo, & de mandato prędicti D. Epiſcopi me Teſtem ſubſcripſi.

Ego Benadux de Landareſta Notarius Sacri Palatii autenticum originale hujus exempli una cum ſupraſcriptis Notariis coram D. Epiſcopo vidi, & legi, & diligenter auſcultavi, & ipſum, D. Epiſcopi mandato in hac forma tranſcripſi nihil addito, vel diminuto, quod ſenſum mutet, & me ſubſcripſi.

HONORIUS IV.

Ab anno MCCLXXXV, die II Aprilis, ad III Aprilis MCCLXXXVII. Vide *T.II bujuſce Bullarii pag.6.*

Tomo II pag.9 Conſt.VI Nota II addendum. Aliud autographum habes in Cœnobio Veronenſi, cujus exemplar authenticum aſſervatur Romę in Archivo Ordinis.

NICOLAUS IV.

Ab anno MCCLXXXVIII, die XXII Februarii, ad IV Aprilis MCCXCII. Vide *T.II bujus Bullarii pag.19, & hoc T.VII pag.48.*

Tomo II pag.22 Conſt.VI Nota 2 addendum: Autographum habes in Conventu *Vilnenſi*: exemplar vero authenticum in Archivo Ordinis aſſervatur *Romę*. Notandum quod hoc verbum *Moſſelitorum* in exemplari authentico mox laudato ſcribitur: *Moſcelitorum*.

S. CÆLESTINUS V.

Ab anno MCCXCIV, die V Julii, ad XIII Decembris ejuſdem anni. Vide *T.II bujus Bullarii pag.38, & hoc T.VII pag.49.*

BONIFATIUS VIII.

Ab anno MCCXCIV, die XXIV Decembris, ad XI Octobris MCCCIII. Vide *T.II bujus Bullarii pag.39, & hoc T.VII pag.51.*

Anno 1297 Die 15 Martii.

XLII.

Ut Tarviſien. Monaſterium S. Pauli juris ſit Provinciæ Lombardiæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus.... Prioriſſę, & Sororibus Monaſterii S. Pauli de Tarviſio, Ordinis S. Auguſtini, ſecundam inſtituta Fratrum Prędicatorum viventibus, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Apoſtolicę Sedis benignitas &c. (2) Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, vos incluſę corpore in Caſtris Clauſtralibus, mente tamen libera devote Deo famulantes, de inſtitutionibus Ordinis Fratrum Prędicatorum illas, quę vobis competunt laudabiliter hactenus duxeritis obſervandas, & committi dilectis Filiis.... Magiſtro, &.... Priori Provinciali Lombardię ipſius Ordinis affectetis: Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtrę precibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum, auctoritate pręſentium Magiſtro, ac Priori committimus ſupradictis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina Magiſtri, & Prioris Pro-

Provincialis Lombardię, qui pro tempore fuerit, debeatis decenter permanere, illis gaudentes privilegiis, quę Ordini prędicto ab Apoſtolica Sede conceſſa fuerunt, vel in poſterum concedentur: ipſique Magiſter, & Prior, contraria conſuetudine ipſius Ordinis, vel indulgentia ab eadem Sede obtenta, nequaquam obſtantibus, animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam, vobis de inſtitutionibus ejuſdem Ordinis illas &c. (3) Datum Romę apud S. Petrum Idibus Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar. Legitur apud virum Clariſſimum *Antonium Scotum* in erudito opere quod nuper vulgavit, cuique titulus: *Memorie del Beato Benedetto XI Pontefice Maſſimo detto pria Frate Niccolò da Trevigi dell'Ordine de' Predicatori. In Trivigi MDCCXXXVII.* Eſt Documentum XIII *pag.*236.

2. *Benignitas &c.*) Ut in ejuſdem tenoris exordiis.

3. *Illas &c.*) Ut in ejuſdem tenoris Conſtitutionibus.

Ut Excommunicati denuncientur, qui Majoricenſi (1) Conventui vim adhibuerunt.

Anno 1298 Die 22 Novembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XLIII.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Archidiacono, & Petro Botteri, ac Poncio de Guardia Canonicis Tarraconen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUA Nobis dilecti Filii Prior, & Conventus Domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Majoricen. petitione monſtrarunt, quod licet eidem Ordini per ſpeciale privilegium Sedis Apoſtolicę foret indultum, ut nullus Eccleſiam, Officinas, & loca ipſorum pręſumeret infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, & illi qui divini poſtpoſito timore nominis ſecus facere pręſumpſerint, ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrerent, a qua non poſſent niſi per Apoſtolicam Sedem abſolvi: quodque ſepultura ſit in eorum Eccleſiis, & Oratoriis libera, ut eorum devotioni, & extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, aut interdicti, vel etiam publici Uſurarii fuerint, nullus obſiſteret, tamen Berengarius de Cunillis Archidiaconus, Raymundus de Arro Pręcentor, Petrus de Turricella, Arnaldus de Turre, & Ferrarius Terrionis, Canonici Majoricen., Guillelmus Caſtagner Rector Eccleſię de S. Eulalia Majoricen. Dięc., Petrus de Vico, Guillelmus de S. Martino, Guillelmus de Bas Clerici Beneficiati in Majoricen. Eccleſia, Raymundus Carbonelli, Petrus de Gualba, Arnaldus de Noguerio, Bartholomęus Vitalis, Petrus de Rivoſicco, Guillelmus de Colle, Arnaldus Palau, Bernardus Provincialis, Gerardus de Pulcroſole Presbyteri, & Bernardus Forreti Clericus Majoricen Civitatis, & Dięc., manu armata, in loco prędictorum Fratrum hoſtiliter irruentes portam Eccleſię eorundem Fratrum frangere, ac Corpus quondam Marię Filię Bertrandi Marque impuberis, quam idem Bertrandus apud locum dictorum Prioris, & Fratrum, prout de terrę conſuetudine poterat, elegerat ſepeliri, violenter e vaſe exhumare, & inſuper de prędictorum Fratrum Clauſtro, in quo ſepultum erat extrahere, & in Cęmeterio Majoricen. Eccleſię ſepelire auſu nephario pręſumpſerunt, in animarum ſuarum periculum, dictorum Prioris, & Fratrum non modicum pręjudicium, & gravamen, propterquod non ſolum prędictam prolatam in eodem privilegio, ſed etiam promulgatam a Canone in Fractores, & Violatores Eccleſiarum ſententias incurriſſe noſcuntur. Cum autem dicti Prior, & Conventus, ſicut aſſerunt, dictorum injuriantium potentiam merito perhorreſcentes, eos infra Civitatem, & Dięceſim Majoricen. nequeant convenire ſecure, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictos Sacrilegos tandiu, appellatione remota, excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari, donec ſuper his ſatisfecerint competenter, ac debitę abſolutionis beneficium ſuper his meruerint obtinere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Reate, X Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1. *Majoricen.*) Juris eſt Aragoniæ Provinciæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi*.

Eadem de re.

Anno 1299 Die 9 Februarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

XLIV.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Archidiacono Botteri, ac Poncio de Guardia Canonicis Tarraconen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUa Nobis dilecti filii Prior, & Conventus Fratrum Ordinis Prędicatorum Majoricen. petitione monſtrarunt, quod licet eidem Ordini per ſpecialia privilegia Sedis Apoſtolicę foret indultum, ut nullus Eccleſias, officinas, & loca ipſorum pręſumat infringere, aut in ipſis violentiam damnabilem exercere, & quod illi, qui divini poſtpoſito timore nominis ſecus facere pręſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt, a qua non poſſint niſi per eandem Sedem abſolvi; Nihilominus tamen Berengarius de Cunillis Archidiaconus, Raymundus de Arro Pręcentor, Petrus de Turricella, Arnaldus de Turre, & Ferrarius Terrionis, Canonici Eccleſię Majoricen., Guillelmus Caſtagner Rector Eccleſię de S. Eulalia Majoricen. Dięceſis, Petrus de Vico, Guillelmus de S.Martino, & Guillelmus de Bas Clerici Beneficiati in Majoricen. Eccleſia ſupradicta, Raymundus Carbonelli, Petrus de Gualba, Arnaldus de Noguerio, Bartholomęus Vitalis, Petrus de Rivoſicco, Guillelmus de Colle. Arnaldus Palau, Bernardus Provincialis, & Gerardus de Pulcroſole Presbyteri, & Bernardus Forreti Clericus Majoricen. Civitatis, & Dięceſis,

Dei timore poſtpoſito, violenter ac temere capientes Petrum Scutiferi Priorem, Raymundum de *Vallibus* Suppriorem, Jacobum Repoſterii, & Petrum Bennaſer Lectores, Simonem de Ponte, Guillelmum de Podiata Fratres dicti Conventus ipſos tandiu ſic captivos in prędicta Majoricen. Eccleſia auſu ſacrilego tenuerunt, donec ipſi ad locum dictorum Fratrum armata manu hoſtiliter accedentes, fracta porta Eccleſię ipſius loci, Petrum de Podio Fratrem ipſius Ordinis in capite uſque ad effuſionem ſanguinis percuſſerunt, ac in Jacobum Alamanni tunc Vicarium prędicti Prioris, & Raymundum Breſca de Conventu prędicto manibus violentis injectis, reliquos Fratres dicti Ordinis in eodem loco manentes aliis diverſis injuriis affecerunt, & quendam pannum ad uſum Sacerdotis, & aliorum Miniſtrorum majoris Altaris ipſius Eccleſię prędicti loci deputatum de dicta Eccleſia auferendo, eiſque alias damna gravia, injurias, & offenſas multipliciter irrogando; & quamvis dicti Sacrilegi non ſolum excommunicationis ſententiam pro hujuſmodi captione, & detentione, manuum injectione, ac fractione ejuſdem Eccleſię dictorum Prioris, & Fratrum, latam a Canone, verum etiam pro tam damnabili violentia per eos in prędicto loco illata, illam, quę per pręfatam Sedem juxta prędicti Indulti continentiam, ut pręmittitur, promulgatur, incurriſſe noſcantur, tamen nihilominus hujuſmodi excommunicationum ſententias damnabiliter contemnentes, divina Officia celebrare, immo verius quantum in eis eſt prophanare pręſumunt, in animarum ſuarum periculum, eccleſiaſticę diſciplinę contemptum, dictorum Prioris, & Conventus pręjudicium, & ſcandalum plurimorum. Quare prędicti Prior, & Conventus Nobis humiliter ſupplicarunt, ut eoſdem Sacrilegos denunciari uſque ad ſatisfactionem condignam pręfatis excommunicationum ſententiis innodatos, & nihilominus ipſos pro tantę temeritatis exceſſu ab eis, celebrando officia divina, commiſſo, pęna puniri canonica faceremus. Cum autem prędicti Prior, & Conventus, ſicut aſſerunt, merito perhorreſcentes ſacrilegorum potentiam prędictorum, eos infra Civitatem, & Dięceſim Majoricen. nequeant convenire ſecure, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit de pręmiſſis, tandiu, appellatione remota, excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari, donec ſuper his pro quibus dictas excommunicationum ſententias incurrerunt ſatisfecerint competenter, ac debitę abſolutionis beneficium ab ipſis ſententiis, meruerint obtinere. Super eo vero quod iidem Sacrilegi divina officia celebrare dicuntur, quod canonicum fuerit, appellatione poſtpoſita, decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani V Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi*.

Anno 1299 Die 23 Martii.

XLV.

Ne quis Majoricenſes Fratres moleſtiis afficiat, cavet.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Raymundo de Angularia Pręcentori Eccleſię Tarraconen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SUb religionis habitu vacantibus pię vitę ſtudio ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum igitur dilecti filii Prior, & Conventus Domus Ordinis Fratrum Prędicatorum Majoricen., ſicut iidem Nobis ſignificare curarunt, a nonnullis, qui Nomen Domini in vacuum recipere non formidant, diverſas patiantur injurias & jacturas, Nos volentes eorundem Prioris, & Fratrum providere quieti, & perverſorum malignitati obviare, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Priori, & Fratribus, pro noſtra, & Apoſtolicę Sedis reverentia, pręſidio defenſionis aſſiſtens, non permittas eos contra Indulta privilegiorum Sedis ejuſdem ab aliquibus indebite moleſtari, Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Attente proviſurus, ne de his ſuper quibus lis eſt forte jam mota, vel quę cauſę cognitionem exigunt, & quę Indulta hujuſmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas, nec in Epiſcopos, alioſve Superiores Pręlatos excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut in Univerſitatem aliquam interdicti ſententias promulgare pręſumas; Nos enim, ſi ſecus pręſumpſeris, tam pręſentes literas, quam etiam proceſſum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, & nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter, & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas. Pręſentibus poſt triennium minime valituris. Datum Laterani, X Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi*.

B. BENE-

B. BENEDICTUS XI.

Ab anno MCCCIII die XXIII, Octobris, ad VII Julii MCCCIV. Vide *T. II hujus Bullarii pag. 77, & hoc T. VII pag. 52.*

Quædam ex reſtituendis aſſignat Ferrarienſi (1) Conventui. Anno 1303 Die 18 Decembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori, & Conventui Ordinis Prędicatorum Ferrarien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. XLI.

MEritis veſtrę Religionis inducimur, ut vos illa proſequamur gratia, quam vobis fore noſcimus opportunam. Volentes igitur veſtris neceſſitatibus ex noſtra providentia ſubſidium aliquod provenire, auctoritate vobis pręſentium indulgemus, ut de uſuris, rapinis, ac aliis male acquiſitis, ſi illi, quibus horum reſtitutio fieri debeat, omnino ſciri, & inveniri non poſſint, uſque ad ſummam mille florenorum auri recipere valeatis, in neceſſitates convertendam prędictas; ita quod ſi aliquid de dictis mille florenis dimiſeritis, vel reſtitueritis, ſeu dederitis, illis a quibus eos receperitis, bujuſmodi dimiſſum, vel reſtitutum, ſeu datum, nihil ad liberationem eorum proſit, nec, quantum ad illud, habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prẹſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XV Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Ferrarienſi.*) Juris eſt Congregationis S. Sabinæ.

2. *Archivo.*) In quo exemplar, ex autographo Ferrarien. Plumbum ſericis filis appenditur.

T. II pag. 87 Nota 12 addendum hoc inſtrumentum, cujus exemplar authenticum aſſervatur in Archivo Ordinis ex autographo Patavino.

Nicolaus Dei gratia Epiſcopus Signienſis. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam.

QUia decorem domus Dei, & honorem habitationis glorię ipſius, intendimus ex affectu, cultum ejus ampliare in Chriſti populo, totis viſceribus concupimus. Unde & Altare Beati Nicolai Confeſſoris, exiſtens in Eccleſia dilectorum nobis in Chriſto Fratrum Ordinis Prędicatorum Paduę in honorem pretioſi Confeſſoris, & Doctoris Auguſtini, per Venerabilem Patrem Dominum Nicolaum tunc Oſtienſem, & Velletrenſem Epiſcopum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, nunc vero Summum Pontificem, & Benedictum XI, cum quampluribus aliis Venerabilibus Patribus, Patriarchis, & Epiſcopis conſecrata de voluntate, & aſſenſu Domini Gifredi, tunc Ven. Patris Domini Pagani Epiſcopi Paduani Vicarii, conſecravimus in die Anniverſario conſecrationis ejuſdem. Ut igitur dicta Eccleſia, & Altare prędictum, a fideli populo devotius frequentetur, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui ad eandem Eccleſiam, vel Altare, in die ſupradicta, & per ſeptem dies immediate ſequentes, cauſa devotionis, acceſſerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & auctoritate confiſi, cum beneplacito Vicarii ſupradicti unum annum, & quadraginta dies de injunctis eis pęnitentiis, miſericorditer relaxamus. Inſuper diebus prędictis ſecundum formam ſuperius poſitam, ad locum prẹnominatum, accedentibus, auctoritate uniuſcujuſque Ven. Archiepiſcopi, vel Epiſcopi inferius poſita, nec non de miſericordia Dei, & auctoritate confiſi, quadraginta dies de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer relaxamus. Venerabiles Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſunt iſti; Archiepiſcopus Spalatenſis, Epiſcopus Thymenſis, Epiſcopus Tragurienſis, Epiſcopus Lendonenſis, Epiſcopus Corpavigienſis, Epiſcopus Quadrenſis, Epiſcopus Nonenſis, Epiſcopus Sitoricenſis, Epiſcopus Arbenſis, Epiſcopus Veſglenſis, Epiſcopus Anſetenſis, Epiſcopus Wratiſlavienſis, Epiſcopus Circimienſis, Epiſcopus Scorcilenſis, in cujus rei teſtimonium, pręſentes literas ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum Paduę Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quarto V Nonas Maii, Pontificatus Domini Benedicti XI Anno Primo.

L. ✻ S.

Firmat Majoricenſem compoſitionem de jure Sepeliendi. (1) Anno 1304 Die 2 Aprilis.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Conventui Fratrum Ordinis Prædicatorum Majoricen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. XLII.

MEritis Veſtrę Sacrę Religionis, in qua ſub voluntaria paupertatis ſarcina continuum impenditis Domino famulatum, inducimur, ut votis veſtris in his, quę veſtrum, & Ordinis veſtri favorem reſpiciunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit

propo-

propoſitum coram Nobis, quod cum dudum inter vos ex parte una, & bo. me. Petrum Epiſcopum, & Capitulum Majoricen. ex altera, ſuper jure ſepeliendi Corpora decedentium Majoricen. Civitatis, & Diœceſis in Cęmeterio Veſtro, prout Vobis ex Indulto Apoſtolicę Sedis competit, orta eſſet materia quęſtionis, demum inter partes quędam ſuper hoc amicabilis compoſitio intervenit, quę per Sedem ipſam fore dignoſcitur confirmanda. Poſtmodum autem bonę mem. Poncius Epiſcopus Majoricen., & Capitulum ſupradicti quandam ſuper hoc ordinationem de conſenſu omnium Rectorum Eccleſiarum prędictarum Civitatis, & Diœceſis ediderunt per quam Vobis inter alia conceſſerunt, quod Vos, & Succeſſores Veſtri qui eſſent pro tempore, omnia corpora Defunctorum impuberum earundem Civitatis, & Diœceſis, quibus Patres ipſorum Defunctorum apud Vos eligerent Sepulturam, & etiam adultorum ſeu puberum, ſive oriundi de dictis Civitate, & Diœceſi, ſive advenę, ſeu peregrini, aut alieni de dicta Diœceſi cujuſcunque ſtatus gradus aut conditionis exiſterent, qui ſe apud Vos ſepeliri mandarent, nec non & illorum Corpora, ſeu Oſſa, quos extra prędictas Civitatem & Diœceſim, ſive in Mari, ſive in terra, in quibuſvis Mundi partibus abſque electione Sepulturę mori contingeret, ſi ad hoc major pars propinquorum, ſeu parentum ipſorum defunctorum aſſenſus accederet, vel ubi inter ipſos parentes, ſeu Defunctis ipſis eadem affinitate conjunctos æqualis ſuper hoc eſſet diviſio requirentibus his Corpora, ſeu Oſſa Defunctorum hujuſmodi apud Vos, aliis autem ipſa petentibus apud dictam Majoricen., ſeu Parochiales ipſorum Defunctorum Eccleſias ſepeliri, & tunc Patres, vel alii propinquiores dictorum Defunctorum in Cęmeterio Veſtro exiſterent tumulati accipere in eodem Cęmeterio ad Sepulturam Eccleſiaſticam abſque cujuſque moleſtia, & contradictione, irrequiſito etiam ſuper his alicujus conſenſu, libere, ac pacifice valeretis; Ita tamen quod ex quo corpora hujuſmodi Defunctorum, ſeu eorum alicujus apud Vos ſub pręfatis modis, vel eis deficientibus apud alias Eccleſias ſemel exiſterent tumulata, nunquam ex tunc prętextu novę occaſionis, vel allegationis cujuſquam, veluti ſi inveniretur de novo, quod Pater, aut Mater, vel alii Parentes eorum alibi tumulati fuiſſent, vel aliis quibuſcunque modis, aut cauſis noviter advenientibus exhumari deberent eadem corpora ſic ſepulta, ſed ſemper apud illam Eccleſiam remanerent ubi ſemel eſſent, ut prędicitur, tumulata, hoc ſpecialiter in ordinatione ipſa expreſſo, quod in die funeris, quo primo ſingula corpora quorumcunque Defunctorum, tam puberum, quam impuberum, ſive in carne, ſive in oſſibus, ad Eccleſiaſticam Sepulturam, ut dictum eſt, receperitis loco illius quartę portionis, quam de legatis intuitu Sepulturę dare conſueveratis retroactis temporibus, ex tunc daretis, & dare teneremini omnino illi, vel illis Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, de quorum Parochiis fuerant ipſi defuncti dum viverent, vel dictę Majoricen Eccleſię, ſi ad eam dicti defuncti pertinerent, quatuor ſolidos reg.lium Valentię, vel in alia moneta, ſi hujuſmodi moneta regalium deficeret ęſtimationem eorum, ſive ſi aliquid pro ipſorum Defunctorum Sepulturis, ſive non contingeret Vos habere. Cetera autem omnia ſive legata Vobis in teſtamentis, vel aliter facta, ſive luminaria, oblationes, & panni, ac quaecunque aliiſque Vobis ratione Sepulturę, in die quo aliquis Defunctus apud Vos ſepeliretur, & deinceps quocunque modo obvenirent, cederent in jus, & proprietatem veſtram libere, & abſque contradictione cujuſquam, nec aliquid plus dictis Majoricen., ſeu aliis Parochialibus Eccleſiis teneremini tribuere, niſi ſolum, ut dictum eſt quatuor ſolidos memoratos, & quod etiam pręter hoc tam eadem Majoricen. Eccleſia, quam dicti Rectores, & eorum Eccleſię haberent legata omnia ipſis tam in teſtamentis, quam aliis modis facta, & quicquid ratione funerum Parochianorum ſuorum, vel aliunde, ut dictum eſt, venientium de jure, vel conſuetudine de bonis eorum ultra ea, quę apportarentur ad officinas, ſeu ad Eccleſiam Veſtram ratione funerum, ſeu aliis quibuſcunque modis haberetis, & conſueviſſetis habere, nec de his, quę, ut pręmiſſum eſt, Rectores, & Eccleſię ſupradicti haberent, vel deberent habere poſſetis quavis occaſione habere, ſeu petere illam partem. Ceteris omnibus contentis in compoſitione prędicta, quę prędicta ordinationi non obviant in ſuo robore duraturis, prout in patentibus literis inde confectis prędictorum Pontii Epiſcopi, & Capituli ſigillis munitis plenius continetur. Nos igitur Veſtris ſupplicationibus inclinati, prędictam Ordinationem, & omnia in ipſa contenta rata, & grata habentes ea Conſtitutionibus, tam noſtra, quę incipit: *Inter cunctas*: quam quibuslibet aliis, ſeu conſuetudinibus pręmiſſis contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & pręſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum quarto Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Sepeliendi.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit.VII.*

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi*.

CLEMENS V.

Ab anno MCCCV, die V Junii, ad XX Aprilis MCCCXIV. Vide *T.II hujus Bullarii pag.104, & hoc T.VII pag.54.*

JOHANNES XXI, dictus XXII.

Ab anno MCCCXVI, die VII Auguſti, ad IV Decembris MCCCXXXIV. Vide *T.II hujus Bullarii pag.130, & hoc T VII pag.56.*

Tomo II pag.147 poſt Conſtitutionem XXIII Johannis XXII hæc addenda:
Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum. Ad annum 1319 Die 24 Februarii.

Frater Jacobus miſeratione divina Aquen. Archiepiſcopus, Conſervator, ſeu Judex ad infraſcripta una cum infraſcriptis Collegis noſtris a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Reverendis in Chriſto Patribus... Caſtellano, &.... Mantuan., &..... Vicentin., ac..... Ariminen. Epiſcopis, Salutem in Domino.

Literas Sanctiſſimi Patris, & Domini noſtri Domini Johannis Divina Providentia PP. XXII, cum vera Bulla plumbea, & filo canapis, more Romanę Curię, bullatas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, nos recepiſſe noveritis, quarum tenor ſic incipit: Johannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus... Arelaten., & Aquen. Archiepiſcopis, ac.... Epiſcopo Siſtaricen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dilectos filios &c. Datum Avenione VI Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Verum, cum ad contenta in prędictis literis Apoſtolicis, in illis partibus quoad pręſens perſonaliter intendere nequimus, aliis arduis negotiis occupati, de veſtra circunſpectione, & induſtria non immerito confidentes, vobis, & cuilibet veſtrum, in ſolidum, tenore pręſentium, plenarie committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. In cujus rei teſtimonium pręſentes literas expediri fecimus, & ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum Avenione die XXVI Menſis Aprilis anno Domini MCCCXXVI. Ex autographo *Veneto*.

BENEDICTUS XII.

Ab anno MCCCXXXIV, die XX Decembris, ad XXV Aprilis MCCCXLII. Vide *T.II hujus Bullarii pag.218, & hoc T.VII pag.60.*

Inquiſitori Siciliæ (1) adverſus Fraticellos. Anno 1339 Die 9 Julii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Benedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Inquiſitori hęreticę pravitatis in Inſula Sicilię, auctoritate Apoſtolica deputato, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. VI.

Licet dudum ſecta illa peſtifera, quę Fraticellorum, ſeu Fratrum de paupere vita dicebatur vulgariter, reprobata, & damnata, perpetuęque prohibitioni ſubjecta fuerit per Sedis Apoſtolicę providentiam circunſpectam, nonnulli tamen pernicioſi homines, & perverſi, ſe Fraticellos, ſeu Fratres de paupere vita nominantes, ſub habitu, quem geſtare ante reprobationem prędictam ſolebant homines dictę Sectę, in Inſula Sicilię, ſuas iniquas, & damnatas Congregationes, ſicut habet multorum aſſertio faciunt, ac periculoſos & deteſtandos errores, & hęreſes ibidem diſſeminant; & ut ex illis ſinceritatem fidelium poſſint inficere, & corrumpere illos, dogmatizare prędſumunt, ſub ovina pelle ad decipiendum citius ſimplices, vulpinam, qua utuntur, aſtutiam abſcondentes. Nos igitur tam periculoſam, & pręſumptuoſam ipſorum audaciam refręnari, & corrigi, ac prędictos, & quoſvis alios errores, & hęreſes extirpari de medio fidelium cupientes, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctę obedientię diſtrictius injungendo mandamus, quatenus Inquiſitionis commiſſum tibi officium diligenter, & fideliter ſuper his, & aliis exequens, & exercens, de prędictis nequam hominibus, eorumque complicibus, receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus, ac eorum, & cujuslibet ipſorum in hac parte criminibus, erroribus, & hęreſibus, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii ſolerter inquirere, & ut de ipſorum erroribus, & hęreſibus, habere valeas plenius, & citius veritatem, Libris, & Scripturis eorum per te ſicut cautius poteris perquiſitis, & captis, ad correctionem, & punitionem ipſorum, ac complicum, receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum prout cujuslibet exceſſus, vel criminis qualitas exegerit, procedere ſecundum ſanctiones canonicas, & privilegia prędicto conceſſa Inquiſitionis officio, adhibita diligentia operoſa procures, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi eis, vel eorum aliquibus, communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum apud Pontemſorgię Avenionen. Diœceſis, Septimo Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. In-

1. *Inquiſitori Siciliæ.*) Is erat *Guillelmus* noſter *Llupia* alumnus Majoricenſis Conventus, & *Lector* Cathedralis Eccleſiæ Majoricenſis, uti nuncupatur in Inſtrumento aſſervato in Archivo ejuſdem Majoricenſis Cœnobii.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi*.

CLEMENS VI.

Ab anno MCCCXLII, die VII Maii, ad VI Decembris MCCCLII. Vide *T II hujuſce Bullarii pag.*223, *& hoc T.VII pag.*62.

*Tom.II pag.*227 *Conſt.VI Nota* 2 *addendum*: Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum.

Frater Oliverius de Vicentia Ordinis Fratrum Prędicatorum Commiſſarius, & Executor delegatus a Sede Apoſtolica ad infraſcripta ſpecialiter deputatus,

Dilecto ſibi in Chriſto filio Fratri Gregorio Paduano Lectori prętati Ordinis, Salutem, & mandatis noſtris, immo verius Apoſtolicis, firmiter obedire.

NOveritis, nos literas Sanctiſſimi Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis divina Providentia Papę VI cum Bulla more ſolito plumbea, & canapicio appenſa, non abraſas, non vitiatas, aut in aliqua ſui parte ſuſpectas, cum devota, ac debita reverentia recepiſſe, tenor quarum talis eſt: Clemens &c. Dilecto filio Oliverio de Vicentia &c. Illius qui quęrit &c. Nos vero volentes Mandatum, ut tenemur, Apoſtolicum exequi, reverenter dilectionem veſtram attente requirimus, & mandamus, quatenus pręfatas literas Apoſtolicas in Civitate, & Dięceſi Paduan. ob reverentiam dictę Sedis ſolemniter publicetis, ut hi quos tangunt eędem literę exinde debitum conſequantur effectum. In quorum teſtimonium pręſentes duximus ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum Venetiis Secunda Julii.

INNOCENTIUS VI.

Ab anno MCCCLII, die XVIII Decembris, ad XII Septembris MCCCLXII. Vide *T.II. hujuſce Bullarii pag.*243, *& hoc T.VII pag.*62.

URBANUS V.

Ab anno MCCCLXII, die XXIII Septembris, ad XIX Decembris MCCCLXX. Vide *Tomo II. hujuſce Bullarii pag.*257, *& hoc T.VII pag.*63.

GREGORIUS XI.

Ab anno MCCCLXX, die XXX Decembris, ad XXVII Martii MCCCLXXVIII Vide *T.II hujuſce Bullarii pag.*268, *& hoc T.VII pag.*64.

URBANUS VI.

Ab anno MCCCLXXVIII, die VIII Aprilis, ad XV Octobris MCCCLXXXIX; Vide *T.II hujuſce Bullarii pag.*296, *& hoc T.VII pag.*65.

BONIFATIUS IX.

Ab anno MCCCLXXXIX, die II Novembris, ad I Octobris MCCCCIV. Vide *T.II hujus Bullarii pag.*308, *& hoc T.VII pag.*66.

Tomo II pag. 410 Conſt. CLXV Nota 2 addendum:
Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum.

Franciſcus Bembo Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus, Venerandis Viris, & Mulieribus de Pęnitentia B. Dominici nuncupatis, Deoque ſub habitu Religionis ejuſdem S. Dominici famulantibus, & in noſtra Dięceſi Caſtellana commorantibus, Salutem in Domino.

QUÆ Animarum ſalutem concernunt, tanto liberius proſequimur favoribus opportunis, quanto ex debito Paſtoralis officii ad id fortius obligamur; Ea propter veſtra devota, & ſancta Deſideria cupientes benigne, ac pro viribus adimplere, cum per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & D. Dominum Bonifatium divina Providentia Papam IX, ſit vobis indultum, quod poſſitis ubilibet, ſive ubique per totam Italiam a Fratribus Ordinis Prędicatorum per ſuos Superiores ad hoc deputatis confiteri, & Sacramentum Venerabile Corpus Chriſti recipere, cum vobis fuerit opportunum, pręterquam in Feſto Reſurrectionis Dominicę, ac jure Parochianorum in omnibus ſemper ſalvo; & hoc non obſtantibus juribus quibuſcunque, quemadmodum in ejuſdem Domini N. Papę, indulto vobis Privilegio ſub verę Bullę Papalis appenſione nobis exhibito plenius continetur. Idcirco prout devote, & humiliter affectatis, & quemadmodum Reverendus in Chriſto Pater, & D. Dominus Leonardus Delfino, miſericordia eadem Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus Prędeceſſor noſter ad veſtram fecit inſtantiam; ita & nos, etiam amplius idem approbantes, & confirmantes, tenore pręſentium rogamus omnes noſtrę Dięceſis Caſtellanę curam Animarum habentes, necnon & Plebanos, Priores, ſive Rectores ejuſdem noſtrę Dięceſis Caſtellanę Nobis ſubjectos, & etiam mandamus eiſdem, quatenus contra ſupradictos homines utriuſque ſexus de Pęnitentia B. Dominici nuncupatos propter hujuſmod Indultum nullatenus dedignentur, ſed potius ędificentur, atque congratulentur; cum ex hoc, ac etiam ex tenore, & norma vivendi ipſorum, non minus, immo amplius reddantur ad Parochianorum reverentiam promptiores, quam in impetrando Indultum ſupradictum apud Sedem Apoſtolicam oſtenderunt, de facto, petentes hujuſmodi gratiam cum conditionibus duntaxat ad ſupradictam reverentiam erga nos, & Parochianos noſtros humiliter conſervandam. In quorum Teſtimonium has noſtras Patentes Litteras fieri juſſimus, & noſtri Pontificalis ſigilli appoſitione muniri. Datum Venetiis in noſtro Epiſcopali Palatio Caſtellano, Anno Nativitatis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Primo, Indictione IX. Menſis Octobris die XVI, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini N. D. Bonifatii Divina Providentia Papę IX Anno XII.

INNOCENTIUS VII.

Ab anno MCCCCIV, die XVII Octobris, ad VI Novembris MCCCCVI, Vide *T. II hujuſce Bullarii pag. 471.*

Tomo II Conſt. III Innocentii VII pag. 477 Nota 2 addendum: Exemplar authenticum, ex alio authentico *Veronæ* aſſervato, habes *Romæ* in Archivo Ordinis. Ad calcem Diplomatis ſic legere eſt.

NOS Thomas Donato miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum, Univerſis, & ſingulis pręſentes literas inſpecturis fidem facimus, & atteſtamur, qualiter ſupraſcriptum exemplum, ſive tranſumptum literarum Apoſtolicarum pręfatarum fe. re. Innocentii VII Summi Pontificis ſigillo ejuſdem ad cordulam rubei, croceique coloris communitarum, nobis exhibitarum, ac pręſentatarum per Venerabilem Patrem Dominum Fratrem Hieronymum de Verona Ordinis Prędicatorum, vice, & nomine Conventus Monaſterii Sanctę Anaſtaſię de Verona dicti Ordinis, exemplari fecimus ex authenticis literis originalibus Apoſtolicis pręfatis, & coram nobis per Cancellarium, & Notarios noſtros infraſcriptos legi, & collationari fecimus. Et quia repertum eſt, ipſum tranſumptum cum dictis literis Apoſtolicis originalibus de verbo ad verbum concordare, nihilque eſſe additum, vel diminutum, ſedentes pro Tribunali in Camera cubiculari Patriarchalis Palatii noſtri, quem locum pro idoneo elegimus ad hanc pronunciam noſtram proferendam, auctoritate noſtra Patriarchali ad ipſius exempli fidem, & teſtimonium, & ut ipſi exemplo ab omnibus in judicio, & extra adhibeatur fides, non ſecus prout ipſis originalibus literis, ita tranſcripto, & exemplo ipſi auctoritatem noſtram Patriarchalem interpoſuimus, & per pręſentes interponimus pariter, & judiciale decretum: mandantes Notariis infraſcriptis, qui coram nobis collationaverint, & auſcultaverint exemplum, & tranſumptum pręfatum cum dictis Apoſtolicis literis, ut manu ſua ſeſe ſubſcribant, & fidem faciant de fide, & conſonantia cum dictis literis Apoſtolicis authenticis, apponantque ſigna illorum conſueta, in quorum fidem pręſentes fieri juſſimus, & noſtri Pontificalis ſigilli appenſione muniri. Actum, & datum Venetiis in Patriarchali Palatio, die XVIIII Menſis Aprilis MCCCCIII, pręſentibus Presbytero Luca Spirono, Presbytero nominato in Eccleſia Sancti Hieremię Venetiarum, & Ser Laurentio de Tortona Cubiculario noſtro, Teſtibus vocatis, & rogatis.

Ego Presbyter Petrus Sicla publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius ſupraſcriptum exemplum, ſive tranſumptum literarum Apoſtolicarum ſupraſcriptarum cum ipſis authenticis Apoſtolicis literis, una cum Notariis infraſcriptis coram pręfato Reverendiſſimo Domino Patriarcha fideliter de verbo ad verbum legi, & auſcultavi, & quia ipſum exemplum, ſive tranſumptum concordare inveni cum ipſis literis Apoſtolicis, & nihil eſſe additum vel diminutum, ad ſupraſcripti exempli, & tranſumpti fidem me manu propria ſubſcripſi, ſigno meo appoſito conſueto.

Digitized by Google

Ego Presbyter Raphael de Peciis Civis Brixię publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius ſupradictum exemplum, ſive tranſumptum literarum Apoſtolicarum ſupraſcriptarum cum ipſis authenticis Apoſtolicis literis una cum Notariis ſupradicto, & infraſcripto coram prędicto Reverendiſſimo Domino Patriarcha fideliter de verbo ad verbum legi, & auſcultavi, & quia exemplum, ſive tranſumptum concordare inveni cum ipſis literis Apoſtolicis, & nihil eſſe additum, vel diminutum ad ſupraſcripti exempli, & tranſumpti fidem me manu propria ſubſcripſi, ſigno meo appoſito conſueto.

Ego Franciſcus Morandus quondam Philippi, publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Cancellarius prędicti Reverendiſſimi D. Patriarchę Venetiarum ſupradictum exemplum, ſive tranſumptum aliena manu ſubſcriptum, & exemplatum cum literis Apoſtolicis, & authenticis, de quibus ſupra, una cum ambobus Notariis ſupradictis coram prędicto Reverendiſſimo D. Patriarcha fideliter de verbo ad verbum auſcultavi, & collationavi, & quia illud cum dictis Apoſtolicis literis optime concordare inveni, & nihil eſſe additum, vel diminutum, ad ſupraſcripti exempli, ſive tranſumpti fidem me manu propria ſubſcripſi, ſignoque meo appoſito conſueto.

GREGORIUS XII.

Ab anno MCCCCVI, die XXX Novembris ad IV Julii MCCCCXV. Vide *T.II bujuſce Bullarii pag.482, & hoc T.VII pag.76.*

ALEXANDER V.

Ab anno MCCCCIX, die XXVI Junii, ad III Maii MCCCCX. Vide *T.II bujuſce Bullarii pag.487, & hoc T.VII pag.77.*

JOHANNES XXII, dictus XXIII.

Ab anno MCCCCX, die XVII Maii, ad XXXI Maii MCCCCXV. Vide *T.II bujuſce Bullarii pag.504.*

MARTINUS V.

Ab anno MCCCCXVII, die XI Novembris, ad XX Februarii MCCCCXXXI. Vide *T.II bujus Bullarii pag.532, & hoc T.VII pag.79.*

EUGENIUS IV.

Ab anno MCCCCXXXI, die III Martii, ad XXIII Februarii MCCCCXLVII. Vide *T.III bujus Bullarii pag.1, & hoc T.VII pag.80.*

Tomo III pag.180 Conſt CCLXXIV Nota 2 addendum: Reperitur etiam in Tabulario Conventus Mantuani, cujus exemplar authenticum aſſervatur Romę in Archivo Ordinis. Hujus tenoris eſt.

IN Nomine Sanctę, & individuę Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Amen: Noverint univerſi, & ſinguli pręſentes, pariterque futuri hoc pręſens tranſumpti publicum inſtrumentum inſpecturi, quod Nos Ludovicus de Garſiis utriuſque juris doctor Canonicus Bononien. Domini Noſtri Papę Capellanus, ipſiuſque, & ejus Camerarius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor. Ad venerabilis & religioſi Viri Fratris Jacobi de Regno, in ſacra Pagina Magiſtri, & Doctoris, totius Ordinis Fratrum Prędicatorum Generalis Procuratoris, prout de ſuo Procuratoris mandato nobis legitima extitit facta fides, inſtantiam, & requiſitionem, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, & quos infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, eorumque Procuratores, ſi qui forent in Romana Curia pro eiſdem ad videndum, & audiendum infraſcriptas literas Apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Eugenii divina providentia Papę Quarti produci, & poſtquam productę fuerint, tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemque, & decretum dictę Curię per Nos interponi, vel dicendum, & cauſas, ſi quas haberent, rationabiles allegan., quare pręmiſſa minime fieri deberent, per audientiam publicam literarum condictarum Domini Noſtri Papę, ut moris eſt, citari mandavimus, &

feci-

fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horas infraſcriptas, in quibus comparens in judicio coram nobis pręfatus frater Jacobus Procurator nomine quo ſupra proprio, & dictas literas citatorias in audientia publica literarum condictarum antedicta debite executas facto realiter, & in ſcriptis exhibuit, atque produxit, citatorumque in eiſdem contentorum non comparentium, neque hujuſmodi diei termino ſatisfacien. contumaciam accuſavit, ipſoſque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ſupradictas literas Apoſtolicas pręfati Sanctiſſimi Domini Noſtri Eugenii Papę Quarti gratioſas cum filis ſericis, rubei, croceique coloris, vera bulla plumbea dicti Domini Noſtri Eugenii Quarti more Romanę Curię impenden. bullatas ſub tenore infraſcripto exhibuit, atque dedit, ipſaſque tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemque, & decretum dictę Curię interponi per nos debita cum inſtantia poſtulavit. Nos igitur Ludovicus Auditor pręfatus dictos citatos non comparentes, neque hujuſmodi diei termino ſatisfacientes, contumaciam accuſantes, ipſoſque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ſupradictas literas . . . . . . diligenter inſpect. . . . ſanas, integras, & illęſas, non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes inſpeximus, ipſaſque ulterius ad pręfati fratris Jacobi Procuratoris inſtantiam, & requiſitionem per diſcretos Viros Magiſtros Dominicum Nardi de Peſcis, & Gerrardum de Vulterris dictę Curię, & Camerę Apoſtolicę Notarios publicos tranſumi, exemplari, publicari, & in hanc publicam formam redigi mandavimus, & fecimus. Volentes, & auctoritate dictę Curię decernentes, quod hujuſmodi ſupradicto publico Inſtrumento in judicio, & extra judicium ac ubique locorum de cetero detur, & adhibeatur tanta fides, quanta ipſis originalibus literis inferius de verbo ad verbum ſcriptis, & regiſtratis, & cum pręſenti inſtrumento auſcultatis, & collationatis data fuit, & adhibita, ac detur, & adhibeatur. Quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, tanquam rite, & legitime celebratis, & factis in eodem judicio coram nobis, noſtram, & dictę Curię auctoritatem judiciariam, & ordinariam interpoſuimus, ac pręſentibus interponimus pariter, & decretum. Tenor vero dictarum literarum Apoſtolicarum, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis. Eugenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Sedis Apoſtolicę &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo Tertio, Nono Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium pręmiſſorum pręſentes literas, ſive pręſens tranſumpti publicum Inſtrumentum exinde fieri, & per ſupradictos, ac infraſcriptos Magiſtros Dominicum, & Gherardum Notarios publicos, noſtroſque & dictę Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Scribas juratos tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandavimus, & fecimus, ſigillique proprii dictę Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę, quo utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romę apud Sanctum Petrum Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo Octavo, Indictione XI, die vero Veneris octava Menſis Martii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Nicolai divina providentia Papę Quinti Anno primo. Pręſentibus ibidem providis Viris Magiſtris Johanne de Caſtello, & Laurentio de Venetiis dictę Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notariis teſtibus ad pręmiſſa vocatis, ſpecialiter, ac rogatis.

Et ego Dominicus Nardi de Peſcia Lucen. Dięceſis publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Curięque Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius, & Scriba, quia dictarum literarum aperitioni, productioni, receptioni, viſioni, inſtitutionique . . . ., interpoſitioni, ceteriſque pręmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut pręmittitur, fierent . . . . . . una cum pręnominatis teſtibus pręſens fui, atque omnia, & ſingula ſic fieri, vidi, & audivi. Idcirco hoc pręſens tranſumpti publicum Inſtrumentum per alium aliis occupatus negotiis fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & facta prius diligenti auſcultatione una cum originalibus ſimul cum infraſcripto Magiſtro Gherardo Notario in hanc publicam formam redegi, ſignoque, & nomine meis ſolitis conſuetis ſignavi rogatus, ac requiſitus in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum pręmiſſorum.

Et ego Gherardus Johannis Maffei de Vulterris publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus, curięque Cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius, & Scriba, quia pręſens tranſumptum una cum ſuis originalibus ſimul cum ſupradicto Magiſtro Dominico de Peſcia fidelem auſcultationem feci, & ambas ſcripturas . . . . . . tranſumpta publico Inſtrumento me manu propria ſubſcripſi, ſignoque, & nomine meis ſolitis, conſuetis ſignavi, & publicavi. Rogatus, & requiſitus in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum pręmiſſorum.

Ut Generalis Magiſter Fratrum Prædicatorum ad OEcumenicum Concilium veniat cum duodecim ejuſdem familiæ Magiſtris.

Anno 1437 Die 23 Septembris.

Ex Actis (1) Florentini Concilii.

CCCXL

Dilecto filio . . . . Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

EUGENIUS PP. IV.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM Baſileenſe Concilium ad Civitatem Ferrarienſem pro Œcumenico Concilio inibi celebrando, tam propter Occidentalis, & Orientalis Eccleſiarum unitatem, quam reformationem Eccleſię, & pacem Chriſtiani populi, & aliis rationabilibus cauſis, totis viribus, auctore Domino, procurandas, duxerimus transferendum, prout tua devotio videre poterit per copiam literarum pręſentibus incluſam,

eidem devotioni tuę in virtute Sanctę Obedientię injungimus, & mandamus, quatenus cum per Dei gratiam ſperemus, immo certi reddamur, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Johannes Gręcorum Imperator illuſtris, ac venerabilis frater noſter Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum eorum Prętatis, & Clericis, pro quibus jamdudum cum Galeis, & aliis neceſſariis, & conventis, miſimus, circa Kalendas Novembris proxime futuras accedent ad Concilium memoratum, quantocius poteris te conferas, atque una tecum duodecim Magiſtros tui Ordinis perducas, de quibus devotioni tuę per alias noſtras literas intimavimus, ut in ipſo Concilio, Altiſſimi cooperante miſericordia, per tuam, illorum, & aliorum prudentiam, & virtutem tractentur, & agantur ea, quæ cedant ad laudem Dei, pacem Chriſtianorum, ac ſtatum, & exaltationem Eccleſię ſuę ſanctę. Datum Bononię Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo Septimo, Nono Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Actis*.) Quæ Typis S. Congregationis de Propaganda fide Romæ prodierunt anno MDCXXXVIII. Legitur Parte 1 pag. 39.

Anno 1440 Die 10 Maii.

Firmat Compoſitionem factam a Conventu (1) S. Geminiani, & Capitulo Eccleſiæ Plebis nuncupatæ.

CCCXII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Eugenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori, & Fratribus S. Dominici, alias Annunciatę de Sancto Geminiano Ordinis Prędicatorum, Vulterranę *Diœceſis*, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUia libenter in pacis obſervantia delectamur, ea quę ſunt judicio, vel concordia definita, ut firma perſiſtant, Apoſtolico nos decet prędidio communire. Exhibita ſiquidem nobis petitio continebat, quod olim inter vos ex una, & Capitulum Eccleſię Plebis nuncupatę Terrę Sancti Geminiani, Vulterranę Diœceſis, ex altera, ac Antonium Stephanum de Gentiluzzis de dicta Terra, & reliquis partibus, ſuper eo quod Capitulum, & Antonius prędicti, quilibet videlicet eorum Eccleſiam ſine cura, & Oratorium S. Laurentii *Al Ponte* de prędata Terra, ad ſe ſpectare dicebant, orta materia queſtionis, tandem mediante dilecto filio noſtro Juliano Sanctę Sabinę Presbytero Cardinali, inter vos ſuper his amicabilis compoſitio intervenit, prout in litteris ſuper hoc confectis, ipſius Cardinalis ſigillo munitis, plenius continetur, quam Apoſtolico petiſtis munimine roborari. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati Compoſitionem ipſam ſicut rite ſine pravitate provide facta eſt, & ab hujuſmodi partibus ſponte recepta, & hactenus pacifice obſervata, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Florentię Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo, Sexto Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Conventu*.) Juris eſt Congregationis S Marci. Conſulendus *Fontana* de Romana Provincia Tit. XXII pag. 155.

2. *Archivo*.) In quo exemplar.

NICOLAUS V.

Ab anno MCCCCXLVII, die VI Martii, ad XXIV Martii MCCCCLV. Vide *T. III hujus Bullarii pag. 237, & hoc T. VII pag. 83.*

Tomo III pag. 302 Conſt. LXXXI Nota 2 addendum: Alind exemplar authenticum aſſervatur *Mantuæ*: Hujus tenoris eſt:

IN Chriſti Nomine. Amen. Per hoc pręſens publicum tranſumpti Inſtrumentum cunctis ipſum intuentibus pateat evidenter, & ſit notum, quod Nos Johannes de Manzacollis legum Doctor Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor ad Venerabilis, & Religioſi Viri Fratris Conradi de Aſt Sacrę Theologię, ac Ordinis Fratrum Prędicatorum Profeſſoris, ejuſdem Ordinis Procuratoris Generalis, inſtantiam, & requiſitionem, omnes, & ſingulos, quorum intereſt, vel intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, eorumque Procuratores, ſi qui tunc erant in Romana Curia pro eiſdem, ad videndum, & audiendum infraſcriptas literas Apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Nicolai Divina Providentia Papę Quinti ejus vera Bulla plumbea cum filis ſericis, rubei, croceique coloris more Romanę Curię impenden. bullatas, ſanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes tranſumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi mandavimus, noſtramque, & dictę Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę auctoritatem pariter, & decretum, ut moris eſt, interponi, vel dicendum, & cauſam, ſi quam haberent, rationabilem, quare id minime fieri deberet, allegandum in audientia publica literarum contradictarum pręfati Domini Sanctiſſimi PP. per expreſſas literas ſpeciales citari mandavimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet diem, & horam infraſcriptas, in quibus comparuit judicialiter coram Nobis dictus Frater Conradus de Aſt Procurator Generalis, & dictas literas citatorias, in qua audientia literarum contradictarum poſitas, atque lectas, ſignatas, & ſigillatas, ac alias, ut moris eſt, debite executas facto realiter, & in ſcriptis repręſentatas, citatorumque in eiſdem contentorum non comparentium, neque hujuſmodi literas Apoſtolicas tranſumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi mandari, necnon auctoritatem, & decretum dictę Curię, atque noſtram

Digitized by Google

tram, ut moris eſt, interponi, videre, & audire curantium contumaciam accuſavit, Ipſoſque contumaces per Nos reputari, debita cum inſtantia poſtulavit, & in eorum contumaciam literas Apoſtolicas ſanas, & integras, ac illęſas, ut pręfertur, coram Nobis exhibuit, atque produxit hujuſmodi ſub tenore: Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. Licet ea &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLI, Octavo Idus Augusti, Pontificatus noſtri Anno Quinto. Poſt quam quidem literarum Apoſtolicarum exhibitionem, & productionem coram Nobis, ut pręmittitur, factas Nos Johannes Auditor prętatus ſupradictos citatos non comparentes, nec hujuſmodi diei termino in aliquo ſatisfacere curantes, reputavimus merito, prout erat quoad actum, & terminum hujuſmodi, ſuadente juſtitia, contumaces, & in eorum contumacia hujuſmodi literas Apoſtolicas vidimus, tenuimus, palpavimus, & diligenter inſpeximus: & quia per viſionem, & diligentem inſpectionem hujuſmodi eas ſanas, integras, & illęſas, ac omnibus prorſus vitio, & ſuſpicione carentes reperimus; idcirco ad ulteriorem dicti Fratris Conradi de Aſt Procuratoris Generalis inſtantiam, ipſas per diſcretum virum Magiſtrum Paulum Nunnez Clericum Giſten., ut pręſenti tranſumpto publico ubique locorum, & terrarum, tam in judicio, quam extra judicium detur, & adhibeatur de cetero tanta fides, quanta ipſis pręinſertis originalibus literis Apoſtolicis coram Nobis, ut pręfertur, exhibitis, & fideliter, ac diligenter una cum pręſenti tranſumpto publico auſcultatis, & collationatis data fuit, & adhibita, ac daretur, & adhiberetur in futurum, ſi pręfatę literę Apoſtolicę originaliter forent exhibitę, vel oſtenſę; Quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, tanquam rite, & legitime coram Nobis in eodem judicio factis, & celebratis, noſtram, & dictę Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę auctoritatem ordinariam interpoſuimus, ac pręſentibus interponimus, pariter, & decretum. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium pręmiſſorum pręſentes literas, ſive pręſens publicum tranſumpti Inſtrumentum exinde fieri, & per Dominum Magiſtrum Paulum Nunnez Notarium ſubſcribi, & publicari mandavimus, ſigillique proprii dictę Curię, quo utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & Actum Romę in domo habitationis noſtrę, Nobis inibi, mane hora audientię cauſarum conſueta ad jura reddendum, & cauſas audiendum, pro Tribunali ſedentibus, ſub anno a Nativitate Domini MCCCCLII, Indictione XV, die vero Sabathi Nona Menſis Decembris, Pontificatus pręfati Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Nicolai Divina Providentia PP. Quinti Anno Sexto. Pręſentibus ibidem diſcretis Viris Magiſtris Johanne de Caſtello, & Andrea de Viterbio dictę Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Notariis teſtibus ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Ego Paulus Nunnez Clericus Giſten. Dięceſis publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę prędictę Notarius, prędictarum literarum Apoſtolicarum exhibitioni, productioni, viſioni, inſpectioni, authenticiſque, & decreti interpoſitioni, omnibuſque aliis, & ſingulis pręmiſſis, dum ſic, ut pręmittitur, fierent pręſens fui, eaque, ſic fieri, & audivi, ideo pręſens publicum Inſtrumentum per alium fideliter tranſcriptum, & per me Notarium cum ſuo originali debite auſcultatum de dicti D. Johannis Auditoris mandato confeci, ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque, & nomine meis ſignavi, una cum proprii dictę Curię appenſione ſigilli, in fidem, & teſtimonium omnium pręmiſſorum rogatus, & requiſitus.

CALISTUS III.

Ab anno MCCCCLV, die VIII Aprilis, ad VI Auguſti MCCCCLVIII. Vide *T.III hujus Bullarii pag.*337, *& hoc T.VII pag.*85.

PIUS II.

Ab anno MCCCCLVIII, die XIX Auguſti, ad XV Auguſti MCCCCLXIV. Vide *T.III hujus Bullarii pag.*377, *& hoc T.VII pag.*87.

PAULUS II.

Ab anno MCCCCLXIV, die XXXI Auguſti, ad XXVIII Julii MCCCCLXXI. Vide *T III hujus Bullarii pag.*440, *& hoc T.VII pag.*94.

*Tomo II' Conſt.XXXIV pag.*465 *addendum Nota* 2: Hic notes velim, quod in alio exemplari *Romę* in Archivo Ordinis aſſervato hęc Conſtitutio inſcribitur: *Abbati Monaſterii de Agnano Aretin. Dięceſis*: & data dicitur *Tertio Idus Martii*.

SIXTUS IV.

Ab anno MCCCCLXXI, die IX Auguſti, ad XII Auguſti MCCCCLXXXIV. Vide *T.III hujus Bullarii pag.*480, *& hoc T.VII pag* 100.

To-

Tomo III pag.577 Conſt.CXXII Nota 2 addendum: Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum:

Thomas de Albieis de Florentia Ordinis Prædicatorum, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Callienſis. Univerſis, & ſingulis præſentes literas viſuris, & audituris, Salutem in Domino Sempiternam.

ETſi unicuique Chriſtiano, pro debito Chriſtianæ Religionis, & voti debitum ſit, illibatum reddere teſtimonium veritati, Nobis id maxime convenit, qui ad Dominici gregis cuſtodiam inter Pontifices, præter merita licet, aggregamur. Quare cum ſuper hoc fuerimus requiſiti, fidem facimus, præſentiumque teſtamur tenore, qualiter dum Gallias una cum Reverendiſſimo tunc Generali totius Ordinis Prædicatorum Magiſtro Vincentio Bandello viſitaremus, vidimus, ac de verbo ad verbum legimus literas Apoſtolicas plumbatas filo ſerico, rubri croceique coloris, munitas, ſanas, & integras, concedentes aſcriptis, & aſcribendis in Confraternitate Roſarii Beatiſſimæ Virginis Mariæ plenariam omnium peccaminum ſuorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, felicis olim memoriæ Sixti Papæ IV in Conventu Fratrum Prædicatorum Civitatis Senonenſis. In quorum fidem præſentes noſtra propria manu ſubſcripſimus, ac noſtri conſueti ſigilli in ſimilibus affixione munivimus. Datum Calii in noſtris Ædibus Epiſcopalibus, die Prima Aprilis MDXVI. *Ex Archivo Ordinis in quo exemplar authenticum.*

Ibidem pag.605 Conſt.CLV Sixti IV Nota 1 addendum: Aliud exemplar authenticum aſſervatur Bononiæ in Archivo Provinciæ utriuſque Lombardiæ, in quo hæc inſcriptio legitur: Dilectis Filiis Priori, ſeu Præſidenti, ac Fratribus Conventus S. Johannis Ordinis Prædicatorum extra muros Cuman. præſentibus, & pro tempore exiſtentibus.

INNOCENTIUS VIII.

Ab anno MCCCCLXXXIV die XXIX Auguſti, ad XXV Julii MCCCCXCII. Vide *T.IV hujuſce Bullarii pag.1*, & hoc T.VII pag.110.

Tomo IV pag.19 Conſt.XXXIII Nota 1 addendum: Hujuſce Conſtitutionis exemplar authenticum ex autographo *Mantuano* habes *Romæ* in Archivo Ordinis.

Anno 1487 Die 15 Decembris.

Valliſoletani (1) Collegii fundandi facultas.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CVI.

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Secularis, & Collegiatæ Beatæ Mariæ de Fuſillos (3) Palentinæ Diœceſis, & de Fronéea (4) Burgen. Abbatibus, ac Priori Palentinæ, Eccleſiarum, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

IN Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, & rationis oculis intuentes quanta per literarum præſertim ſacrarum ſtudia Chriſtianæ Fidei commoda, & ornamenta proveniant, quantumque ex illis, & maxime ex prædicationibus Verbi Dei, quæ deinde per Viros ſacræ lectionis ſtudio eruditos Chriſtifidelibus continuo fiunt, animarum ſaluti conſulatur, ad illa libenter intendimus, per quæ Religioſis Perſonis, quæ præ nimia paupertate ſtudio hujuſmodi intendere nequeunt, ut in illo proficere poſſint, facultates, & alia opportuna ſubſidia non deficiant, prout pia Epiſcoporum noſtrorum devotio expoſcit, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane pro parte Venerabilis Fratris noſtri Alphonſi Epiſcopi Palentini Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe, qui Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſor fuit, pia devotione ductus ſummopere deſiderat in Oppido Vallis-Oleti Palentinæ Diœceſis, quod in partibus illis admodum inſigne exiſtit, & in quo ſecunda Univerſitas ſtudiorum generalium Caſtellæ, & Legionis Regnorum eſt inſtituta, ac una magna ampla domus Fratrum dicti Ordinis de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum, in qua continue profeſſores dicti Ordinis in magno numero degunt, unum Collegium, in quo ſexdecim Fratres Ordinis prædicti de Obſervantia, reformati nuncupati, ſacrarum literarum ſtudio operam dantes continue degant, ut exinde Verbum Dei, ad quod dictus Ordo principaliter inſtitutus fuit, Chriſtifidelibus prædicare, & animabus ſalutem afferre poſſint, maximis ſumptibus, & expenſis erigere, inſtituere, ſi ſibi ad id Apoſtolica auctoritas ſuffragetur. Quare pro parte ejuſdem Alphonſi, qui, ut aſſerit, cariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ferdinandi Regis, & cariſſimæ in Chriſto Filiæ Noſtræ Eliſabeth Reginæ eorundem Regnorum illuſtrium Conſiliarius exiſtit, ac domum pro hujuſmodi Collegio non ſine maxima expenſa jam ædificare cœpit, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi Collegium hujuſmodi in dicto Oppido, & domo prædicta, loco ad hoc convenienti, pro ſexdecim Fratribus dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatis, qui continue inibi literarum præſertim ſacrarum ſtudio vacare poſſint, erigendi & inſtituendi, ac dictos Fratres ad libitum ſuum in illo ponendi, quorum unus eorum dicti Collegii Rector exiſtat, ſibique Statuta, & Ordinationes, ſecundum quæ Religioſi in dicto Collegio exiſtentes vivere, & quæ obſervare teneantur condendi, licentiam concedere, ac pro ſuſtentatione Collegii, & Fratrum Prædicatorum aliqua præſtimonia, ſive præſtimoniales portiones, ac ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, in quibusvis Civitatibus, & Diœceſibus Regnorum eorundem conſiſtentia, quæ Perſonæ illa obtinentes ad effectum hujuſmodi reſignare, & quæ præfatus Epiſcopus, & alii locorum Ordinarii aſſignare voluerint, eidem Collegio perpetuo unire, annectere, & in-

& incorporare, aliaſque in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, quique literarum ſtudia, preſertim per quę Fides Catholica exaltatur, & ampliatur, ubique vigere, & augeri noſtris potiſſime temporibus ſupremis deſideramus affectibus, predictum & laudabile propoſitum hujuſmodi plurimum in Domino commendantes, prefatumque Alphonſum Epiſcopum a quibuſcunque Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus Vos, vel Duo, aut Unus veſtrum eidem Alphonſo Epiſcopo Collegium hujuſmodi pro ſexdecim Fratribus dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatis, qui inibi literarum ſtudio continue vacare poſſint, in domo predicta erigendi, & inſtituendi, ac dictos Fratres ſtudentes ad libitum ſuum in eo ponendi, quorum unus eorum dicti Collegii Rector exiſtat, ſibique laudabilia Statuta, & Ordinationes, non tamen Sacris Canonibus contraria, ſecundum quę Collegium, & Scholares in eo pro tempore degentes, vivere & perpetuo obſervare teneantur condendi, auctoritate, noſtra licentiam, & facultatem concedatis, ac quod Fratres in dicto Collegio pro tempore exiſtentes, non tamen ultra dictum numerum ſexdecim, quandiu in eo fuerint, ſolum Vicario Generali dicti Ordinis Reformatorum de Obſervantia nuncupatorum dictorum Regnorum ſubjecti exiſtant. Quodque ut ſtudio melius vacare, & in illo commodius elaborare poſſint, Carnibus pro tempore, quo illarum eſus aliis Chriſtifidelibus non Religioſis non eſt prohibitus, veſci, ac camiſiis, & linteaminibus lineis uti, & in illis dormire libere, & licite abſque alicujus peccati, ac Tranſgreſſionis Regulę, & Statutorum dicti Ordinis incurſu valeant, auctoritate eadem ſtatuatis & ordinetis. Et nihilominus ſi licentiam hujuſmodi per Vos vigore preſentium concedi contigerit, ut prefertur, a Perſonis ſponte & libere in manibus veſtris preſtimonia, ſeu preſtimoniales portiones, aut ſimplicia beneficia hujuſmodi ad effectum, quod illa dicto Collegio perpetuo uniantur, annectantur, & incorporentur, ſponte, libere, ſimul, vel ſucceſſive, reſignare volentibus, vel Procuratoribus ſuis ad hoc ab eis ſpeciale mandatum habentibus, dicta auctoritatę ea vice duntaxat recipiatis & admittatis, illiſque per Vos receptis & admiſſis, preſtimonia, ſive preſtimoniales portiones, aut ſimplicia beneficia hujuſmodi, & quę prefatus Epiſcopus, & alii locorum Ordinarii, ad hujuſmodi effectum eidem Collegio aſſignare voluerint, etiam ſi hujuſmodi reſignata diſpoſitioni Apoſtolicę, ex quavis cauſa, generaliter reſervata, ſeu affecta exiſtant, dummodo illorum omnium fructus, redditus, & proventus quingentarum librarum Turonenſium parvorum, ſecundum communem eſtimationem, valorem annuum non excedant, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Collegio pro Fratrum in eo pro tempore degentium ſuſtentatione, & aliis eidem Collegio neceſſariis eadem auctoritate perpetuo uniatis, annectatis, & incorporetis. Ita quod liceat ex tunc Gubernatori dicti Collegii pro tempore exiſtenti, per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem preſtimoniorum, preſtimonialium, & beneficiorum, juriumque & pertinentiarum predictarum poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus in Scholarium & Collegii hujuſmodi uſus, utilitatemque convertere, Diœceſanorum locorum, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, non obſtantibus voluntate noſtra predicta, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, ac Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, Regnorum predictorum, quibus caveri dicitur expreſſe, quod nullus preſtimonia, ſeu preſtimoniales portiones, aut beneficia hujuſmodi obtinere poſſit, niſi illarum Canonicus actu Prebendatus, aut alias in illis perpetuus beneficiatus exiſtat, quibus, etiam ſi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roborata ſint, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de preſtimoniis, ſeu preſtimonialibus portionibus, ac hujuſmodi, ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, Generales, dictę Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eoſdem, & inde ſequuta quęcunque ad preſtimonia ſeu preſtimoniales portiones, aut beneficia hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem preſtimoniorum, ſeu preſtimonialium portionum, aut beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Ceterum cum non ſit veriſimile quod quis beneficia ſua multis forſan laboribus acquiſita, vel quibus percipit Vitę ſubſidium, abſque magna cauſa ſponte reſignet, attente provideatis, ne in reſignationibus hujuſmodi, ſi fiant, ex parte reſignantium, ac Gubernatoris, & Fratrum Studentium aliqua pravitas interveniat, ſeu etiam corruptela. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicę Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Septimo, Octavo Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno IV.

1. *Valliſoletani.*) Conſulenda ejuſdem Innocentii VIII Conſtitutio LXXX legitur *Tomo IV pag.*17.

2. *A chivo.*) In quo exemplar authenticum ex Autographo *Valliſoletano*.

3. *Fuſilos.*) In Conſtitutione mox laudata legitur: *Friſellis.*

4. *Froncea;*) Ibidem dicitur: *Froneca.*

ALE-

Digitized by Google

ALEXANDER VI.

Ab anno MCCCCXCII, die XI Auguſti, ad XVIII Auguſti MDIII. Vide *T.IV hujuſce Bullarii pag.*88, *& hoc T.VII pag.*110.

Anno 1494 Die 31 Januarii.

Ut S. Geminiani Conventus (1) Fratres ſtipem per totum Dominium Florentinum rogare poſſint.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXXIV.

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Domus Sancti Dominici de Sancto Geminiano Ordinis Prędicatorum, Vulterranę Diœceſis.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem:

CUM, ſicut Nobis exponi feciſtis, vos certos redditus, quibus ſuſtentari, ac Domum, & Eccleſiam veſtram, quę reparatione non pauca indiget, inſtaurare poſſitis, non habeatis, neceſſeque ſit vobis mendicando victum quęrere, Nos favore gratioſo vos proſequi, & neceſſitatibus veſtris paterna caritate providere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut pro veſtra ſuſtentatione, Domuſque, & Eccleſię prędictarum, ac illarum ędificiorum reparatione, & conſervatione eleemoſynas per totum Dominium Florentinum quęrere, & a quibuſvis perſonis illas vobis exhibere volentibus recipere libere, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium, licentiam concedimus, & elargimur. Et nihilominus Dilecto Filio Abbati Monaſterii Beatę Marię Florentin. Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Sanctę Juſtinę per prężentes in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis pęna mandamus, ut vobis in premiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtens, non permittat vos deſuper per quoſcunque directe, vel indirecte moleſtari, & perturbari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die Ultima Januarii MCCCCLXXXXIV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Conventus.*) Cujus meminit *Fontana* de Romana Provincia.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1495 Die 14 Aprilis.

Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſiam Conventus S. Geminiani (1).

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXXV.

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

LIcet is de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, & laudabiliter ſerviatur de abundantia pietatis ſuę, quę merita ſupplicum excedit, & vota, bene merentibus ſibi multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus deſiderantes reddere Domino populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei quaſi quibuſdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinę gratię aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia Domus Annunciationis B. Marię Virginis Terrę S. Geminiani Ordinis Fratrum Prędicatorum Vulterranę Diœceſis in ſuis ſtructuris, & ędificiis manuteneatur, & conſervetur, paramentis, aliiſque ornamentis eccleſiaſticis ad Divinum Cultum neceſſariis, & decentibus fulciatur, Chriſtique fideles ad eandem Eccleſiam devotionis cauſa eo frequentius confluant, quo ex hoc ibidem cęleſtis gratię dono uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam prędictam in Feſto Sancti Dominici proxime futuro, a primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas ejuſdem Feſti, devote viſitaverint, & inibi manus adjutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem elargimur. Illis vero Chriſtifidelibus poſt Feſtum prędictum ſimiliter confeſſis, & contritis, qui in Annunciatione Beatę Marię Virginis, & S. Dominici hujuſmodi, necnon S. Stephani Prothomartyris feſtivitatibus, etiam a primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas feſtivitatum earundem, Eccleſiam prędictam devote viſitaverint, & inibi manus adjutrices porrexerint, quindecim annos, & totidem quadragenas pro qualibet dictarum feſtivitatum, de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Preſentibus quoad plenariam remiſſionem poſt dictum Feſtum Sancti Dominici proxime futurum non; quoad vero Indulgentiam quindecim annorum, & totidem quadragenarum perpetuis futuris temporibus, valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus prędictam Eccleſiam, & ad manutentionem, & conſervationem ſtructurarum, & ędificiorum Eccleſię hujuſmodi manus adjutrices porrigentibus, ſeu alias, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, pręſentes literę nullius exiſtant roboris, vel

vel momenti. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę MCCCCLXXXXV, Decimo octavo Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Conventus S. Geminiani.*) De quo præcedens Diploma. 2. *Archivo.*) In quo exemplar.

De S. Geminiani Conventus Eccleſia conſecranda.

Anno 1496
Die 6 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

ALEXANDER PAPA VI.

CXXXVI.

Univerſis Chriſtifidelibus prſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes, ut Eccleſia Domus Beatę Marię Annuntiatę Terrę Sancti Geminiani Ordinis Fratrum Prędicatorum Vulterranę Diœceſis, quam Venerabilis Frater Barto Epiſcopus Collenſis (a) Confeſſor noſter de bonis ſuis decenter inſtauravit, congruis frequentetur honoribus, ac in ſtructuris, & ędificiis ſuis debite reparetur, & conſervetur, Chriſtique fideles eo libentius devotionis cauſa ad eandem Eccleſiam confluant, ac ad reparationem, & conſervationem prędictam manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam prędictam die, qua per ipſum Epiſcopum, vel alium Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicę Sedis habentem conſecrabitur, devote viſitaverint, & ad reparationem, & conſervationem prędictam, manus porrexerint adjutrices, Plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint Indulgentiam, & remiſſionem, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, elargimur. Nos enim pręfato Epiſcopo per ſe, vel alium Catholicum Antiſtitem dictam Eccleſiam conſecrandi, & Benedictionem ſolemnem ſuper populum elargiendi plenam, & liberam harum ſerie concedimus facultatem; Pręſentibus poſt hanc primam vicem minime valituris. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die VI Julii MCCCCLXXXXVI, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Nota;

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

a. *Barto Collenſis.*) In Etruria reperiri *Collenſem* Urbem, quam Clemens VIII Epiſcopalem conſtituit, certum. Sed primus illius Civitatis Epiſcopus, Uſimbardus nomine, anno duntaxat MDXCII die quinta Junii renunciatus fuit ab eodem Clemente, uti liquet ex Diplomatibus, quæ refert *Ughellus* in Italia Sacra Tomo III pag.106, &c. Hinc Epiſcopus iſte nec *Barto*, nec *Collenſis* dicendus eſt, ſed *Bartholomæus*, *Callienſis Epiſcopus*. Bartholomæus enim Tortellus qui Alexandro VI a confeſſionibus fuit, tunc *Callii*, vulgo *Cagli*, ſedebat. Magni Nominis Theologus fuit, oriundus e Caſtello S. Geminiani. Eſt autem *Callium* Urbs Epiſcopalis ſub Urbinatenſi Metropoli, *Calle* ab Antonino, *Calis* a Procopio Græco Scriptore vocatur. Adeas *Ughellum* in Epiſcop. *Callien.*

Lucani (1) Monaſterii S. Dominici fundandi facultas.

Anno 1502
Die 25 Septembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Nicolao Benedicti Canonico Eccleſię Lucanę, & Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Lucani in Spiritualibus Generali, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CXXXVII.

INter alia pia opera, quę grata, & accepta ſunt Divinę Majeſtati, fundare Cęnobia, in quibus prudentes Virgines, accenſis lampadibus obviam exeant Chriſto Sponſo, ac gratum, & meritorium exhibeant eidem famulatum, non minimum, imo pręcipuum reputamus, cum in eis divinis laudibus glorificetur Altiſſimus, & per innocentis vitę merita, ęternę Beatitudinis gloria acquiratur; unde pia, & ſalubria Chriſtifidelium ad id tendentia vota pii Patris affectione proſequimur, & ut optatum ſortiantur effectum opem, & operam impendimus efficaces. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Pauli Balbani, & Nicolai Turrectini, ac Thomę Bernardi Civium Lucanorum, petitio continebat, quod ipſi ob ſingularem devotionis affectum, quem ad Moniales Ordinis S. Auguſtini, ſecundum Inſtituta Ordinis Fratrum Prędicatorum ſub regulari obſervantia Domino famulantium, viventes, gerunt, ad Dei laudem, & Religionis propagationem, ac pro animarum ſuarum ſalute conſtrui facere inceperunt eorum ſumptibus, & expenſis in Civitate Lucana, unum Monaſterium Monialium cum Eccleſia, Campanili, Dormitorio, Refectorio, & aliis officinis neceſſariis, & illud ad perfectionem deduci facere, ac aliquas Moniales ex aliis Monaſteriis ad ipſum conſtruendum Monaſterium, ut in eo regularis obſervantia introducatur, & conſervetur, transferre intendunt, ſi eis Sedis Apoſtolicę auctoritas ſuffragetur. Quare pro parte Pauli, & Nicolai, ac Thomę prędictorum, aſſerentium quod dictum Monaſterium novum erit arctioris Regulę, quam ſint Monaſteria, a quibus ipſas Moniales transferre intendunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictum Monaſterium per eos jam conſtrui inceptum in Monaſterium Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, quę inibi ſub Regulari obſervantia, & ſecundum Inſtituta Fratrum dicti Ordinis Prędicatorum, & ſub cura & viſitatione Prioris pro tempore exiſtentis Domus S. Romani Lucani dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum Altiſſimo famulentur, ſub invocatione S. Dominici erigere, & inſtituere, eiſdemque Paulo, & Nicolao, ac Thomę Monaſterium ipſum cum hujuſmodi Eccleſia, Campanili, Campana, Dormitorio, Refectorio, Hortis, & hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis perficiendi, & ad illud decem Moniales dictum Ordinem S Auguſtini expreſſe profeſſas, ex Monaſteriis S. Dominici Piſani, vel S. Nicolai Lucani, aut alterius Monaſterii ejuſdem, vel alte-

alterius Ordinis transferendi licentiam, & facultatem concedere, ac alias in pręmiſſis opportune providere de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religionis propagationem, ac Divini cultus augmentum hujuſmodi, noſtris potiſſime temporibus, ubique vigere, & augeri ſinceris deſideriis affectamus; Pauli, & Nicolai, ac Thomę prędictorum propoſitum hujuſmodi plurimum in Domino commendantes, ac eoſdem Paulum, & Nicolaum, ac Thomam, & eorum quemlibet, a quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum pręfatum Monaſterium, per dictos Paulum, & Nicolaum, & Thomam jam conſtrui inceptum, in Monaſterium Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, quę inibi ſub Regulari obſervantia, & ſecundum Inſtituta Fratrum dicti Ordinis Prędicatorum, & ſub cura, & viſitatione Prioris pro tempore exiſtentis Domus S. Romani Lucani Ordinis Fratrum Prędicatorum prędictorum, & ab omni juriſdictione, viſitatione, & ſuperioritate Ordinarii loci, nunc, & pro tempore exiſtentis exemptę, Altiſſimo famulentur, ſub invocatione ejuſdem S. Dominici, abſque alicujus pręjudicio, erigere, & inſtituere, dictiſque Paulo, & Nicolao, ac Thomę Monaſterium ipſum cum hujuſmodi Eccleſia, Campanili, Campana, Dormitorio, Refectorio, Hortis, & Hortalitiis, & aliis Officinis neceſſariis perficiendi, ac ad illud, ut in eo Regularis obſervantia, & inſtitutiones Regulares introducantur, & conſerventur, decem Moniales Ordinem ipſum S. Auguſtini expreſſe Profeſſas, ſua ſponte ad illud tranſire volentes, ex dictis Monaſteriis S. Dominici Piſani, vel S. Nicolai Lucani, aut alterius Monaſterii ejuſdem S. Auguſtini, ſeu Dominici nuncupati, ſuperioris ſui petita, licet non obtenta, vel petita, & obtenta licentia Superiorum ſuorum, vel alterius, Ordinum, ad pręfatum Monaſterium novum, ut in eo ſi voluerint, etiam mutato habitu, ſi alterius Ordinis fuerint, per triennium duntaxat, quo durante ſi etiam voluerint poſſint uſumfructum dotum, quas earum primo Monaſterio dederint, ab eodem primo Monaſterio, ſalva earum proprietate, petere, & exigere, ita quod dicto triennio finito, ad earum primum Monaſterium redeant, transferendi licentiam, & facultatem concedere, ac eiſdem Monialibus, dicto triennio durante, de uſufructu hujuſmodi reſponderi facere: Necnon dilectis filiis Magiſtro Generali dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum, necnon Priori, & Fratribus dictę Domus S. Romani, nunc & pro tempore exiſtentibus, ut ipſum Monaſterium novum, & illius Prioriſſam, & Moniales pro tempore exiſtentes, ſub eorum cura, & viſitatione recipiant, eiſque provideant, de Confeſſore, ſeu Confeſſoribus idoneis, qui earum Confeſſiones audiant, & pro commiſſis pęnitentiam ſalutarem injungant, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrent in virtute ſanctę obedientię, & ſub excommunicationis pęna pręcipere, & mandare auctoritate noſtra curetis. Nos enim eidem erigendo Monaſterio, & illius Prioriſſę, & Monialibus pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, indulgentiis, & indultis aliis Monaſteriis Monialium dicti Ordinis S. Auguſtini, & illorum Monialibus ſub Regulari obſervantia, & ſub cura, & viſitatione, nec non ſecundum Inſtituta Fratrum dicti Ordinis Prędicatorum Altiſſimo famulantibus, in genere conceſſis, & quibus illę de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, Auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium indulgemus, jure Parrochialis Eccleſię, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Et inſuper ut dictum Monaſterium in ejus ſtructuris, & Ædificiis citius, & commodius perfici valeat, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui in ſingulis Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Thomę de Aquino, ac S. Dominici feſtivitatibus primi anni conſtructionis ipſius Monaſterii, poſtquam Moniales clauſtraliter habitare cęperint, a primis Veſperis, uſque ad ſecundas Veſperas feſtivitatum earundem, Eccleſiam dicti Monaſterii devote viſitaverint, & pro conſtructione, & perfectione dicti Monaſterii manus adjutrices porrexerint, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; pręſentibus quoad hujuſmodi Indulgentiam poſt dictum primum annum habitationis minime valituris. Volumus autem, quod ſi pro conſtructione, & perfectione hujuſmodi aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, pręſentes literę quoad hujuſmodi Indulgentiam, ſeu remiſſionem nullius ſint roboris, vel momenti. *Datum* Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Primo, Septimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Lucani.*) Cujus meminit *Fontana* de Romana Provincia Cap. III Tit. X pag. 265.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Lucano*.

PIUS III.

Ab anno MDIII, die XXII Septembris, ad XVIII Octobris ejuſdem anni. Vide *T. IV hujuſce Bullarii pag. 215.*

JULIUS II.

Ab anno MDIII, die I Novembris, ad XXI Februarii MDXIII. Vide *T.IV hujus Bullarii pag.216, & hoc T.VII pag.114.*

Ne Valliſoletani Collegii Fratres ire teneantur ad ſupplicationes publicas, funera &c.

Anno 1506 Die 19 Julii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilectis Filiis Rectori, & Fratribus Collegialibus Collegii S. Gregorii, Ordinis Prędicatorum, Oppidi Vallis-Oleti, Palentinę Dięceſis. XCII.

JULIUS PAPA II.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſtis, quod ſecundum ſtatuta, & conſuetudines Studii Generalis Oppidi Vallis-Oleti Palentinę Dięceſis omnes in eodem ſtudio Scholares Rectori dictę Univerſitatis ſingulis annis ſub certis modo, & forma de obediendo dicto Rectori in licitis, & honeſtis juramentum pręſtare tenentur, quod vos Rector, & Collegiales Collegii Sancti Gregorii Ordinis Prędicatorum de Obſervantia nuncupatorum ejuſdem Oppidi Vallis-Oleti, qui numero triginta eſtis, hucuſque pręſtitiſtis, & in futurum pręſtare intenditis; ac aliquando evenit, quod per Rectorem dictę Univerſitatis vobis ſub pęna eidem pręſtiti juramenti, ut ad certas Proceſſiones, funera, & alios actus accedatis, mandatur, ex quo materia vagandi extra dictum Collegium vobis prębetur. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his paterne providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioſorum cunctorum pręſertim ſub regulari obſervantia Altiſſimo famulantium, ac literarum exercitiis continue inſiſtentium quietem, & tranquillitatem ſupremis deſideramus affectibus, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod deinceps vos Rector, & Collegiales, qui nunc eſtis, & pro tempore fueritis in perpetuum, ad Proceſſiones, Funera, & alios actus quoſcunque per mandatum Rectoris dictę Univerſitatis contra voluntatem veſtrorum Pręlatorum, quando aliter per eoſdem Pręlatos vobis fuerit impoſitum, ire non teneamini, neque ad id a Rectore dictę Univerſitatis compelli poſſitis, tenore pręſentium, decernimus, ac de ſpecialis dono gratię indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac juramento prędicto, necnon Statutis, & Conſtitutionibus dictę Univerſitatis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cęteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die XIX Julii MDVI, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

A. Adrianus.

E. Taraſconus.

(1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Valliſoletano*.

LEO X.

Ab anno MDXIII, die XI Martii, ad II Decembris MDXXI. Vide *T.IV hujus Bullarii pag.296, & hoc T.VII pag.119.*

Tomo IV pag.297 Conſt.II Nota 3 addendum: Quia tamen per id tempus vixerat *Franciſcus Alidoſius*, qui Cardinalis *Papienſis* agnomen ſortitus erat, hinc nullus dubito, quin de iſto loquatur ibi *Leo*. Conſulendi Scriptores, quos laudat *Oldoinus* in additionibus *ad Ciaconium Vit. Pont., & Card. T.III ad an.MDV num.X pag.257.*

Ibidem pag 297 Conſt.II Leonis X Nota 4 addendum: Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum;

Orlandus Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Archiepiſcopus Avenionen. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Julii Divina Providentia PP. Secundi Theſaurarius Generalis, ac pro Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino, D. Johanne miſeratione Divina S. Marię in Domnica Diacono Cardinale de Medicis nuncupat. in Civitate Bononien., Exarchatu Ravennę, ac tota Romandiola dictę Sedis Legato, in eiſdem Civitate, Exarchatu, & Romandiola ipſius Sedis Vice-Legatus, cum poteſtate Legati de Latere. Dilectis Nobis in Chriſto Prioriſſę, & Monialibus Monaſterii S. Lucę in Montibus extra Muros ejuſdem Civitatis Bononien, Ordinis Prędicatorum S. Dominici, Salutem in Domino ſempiternam.

SAcrę Religionis, ſub qua devotum, & ſedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, illis pręſertim, per quas quorumlibet ſcandalorum materia, quę veriſimiliter exoriri poſſet, de medio tollitur, ut eo quietius, & devotius ſub ſuavis Religionis jugo valeatis

Altiſſimo, ſine intermiſſione famulari, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Sane, Nobis nuper pro veſtri parte exhibita petitio continebat, quod licet jamdudum non ſolum a longo, ſed etiam longiſſimo, & antiquiſſimo tempore, citra, continuo, & de pręſenti, de cujus initio memoria hominum non habetur in contrarium, Imago, & Figura Glorioſę Dei Genitricis Virginis Marię, quę a B. Luca Evangeliſta, ut aſſeritur, depicta fuit, in veſtris Monaſterio, & Eccleſia pręfatis nutu divino, & miraculoſe, ut extant publica in ejuſdem Civitatis Archivo monumenta, apparuerit, ſeu eo delata, & inibi repoſita fuerit, & quę quotannis tempore rogationum per eandem Civitatem Bononien. ſumma cum reverentia, & devotione proceſſionaliter defertur, & deferri conſuevit, tuncque in ipſa Civitate ipſius Unigenitus Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, ejuſdem Virginis, & Matris, ut creditur, ſedulis apud ipſum, quem genuit filium, intercedentibus precibus, diverſa, & ineffabilia miracula ad populi Bonon. conſolationem, & Fidei Catholicę firmitatem pie oſtendere dignatur: Et deinde completo tempore dictarum Rogationum ad ipſum Monaſterium, & Eccleſiam defertur, ibique eadem Imago, tanquam res ſacra, & venerabilis Reliquia, &, prout decet, ſub cura, cuſtodia, conſervatione, & gubernatione veſtra, perpetuis, & continuatis temporibus conſervata fuerit, prout conſervatur etiam de pręſenti; tamen nonnulli ſe pro Rectore, Priore, Maſſario, Officialibus, & Confratribus Confraternitatis, ſeu Societatis Hoſpitalis Beatę Marię de Morte Bonon. gerentes, vos, licet minus vere, quodammodo diffamantes, de nimia facilitate oſtendendi imaginem pręd ictam, & ſub pręt extu quarundam pręt enſarum literarum per bo: me: D. Franciſcum tunc Cardinalem Papien. nuncupat., & in eadem Civitate pręfatę Sedis Apoſtolicę Legatum, eiſdem, ſuper hoc ad eorum importunam, & ſubreptitiam, ac obreptitiam ſupplicationem conceſſarum, curam, & cuſtodiam dictę Imaginis ſibi ipſis appropriare, ac claves, vel ſaltem unam ex clavibus Tabernaculi, in quo ipſa ſacra Imago reconditur, penes ſe retinere, ac alias vos ſuper hujuſmodi ſacrę Imaginis veſtra ſolita antiqua, conſueta, & hactenus obſervata cuſtodia, quominus ſine ipſis Venerabilis, & ſacra Imago, & Figura pręd icta haberi, videri, & inſpici non poſſit, diverſimode turbare, & impedire nituntur: Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, cum id nonniſi in opprobrium religioſarum perſonarum, damnum, & pręjudicium veſtrum, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum cedere dignoſcatur, & juri, rationi, ac honeſtati non conveniat, dictos Rectorem, Priorem, Maſſarium, Officiales, & Confratres, qui ſeculares ſunt, ſub pręt extu curę, & retentionis clavium pręd ictarum vobiſcum, quę ſemper dietim, cum ſumma, & illibata honeſtate, ſanctimonia, & ſolitaria vita, ſine intermiſſione Altiſſimo famulari, & contemplationi cęleſtium ferventer invigilare non ceſſatis, converſari, neque ipſos ſe in locis, rebus, & juribus ad vos, & Monaſterium veſtrum pręd ictum legitime pertinentibus intromittere: Quare pro veſtri parte Nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus vobis, quę rationabiliter pręmiſſa nimis ęgre fertis, ſuper hoc de opportuno, & ſalubri remedio providere de benignitate noſtra dignaremur. Nos, qui ſcandalorum hujuſmodi materiam de medio tollere, & honorem, ac proſperum, & tranquillum ſtatum quorunlibet piorum locorum, & pręſertim fęminei ſexus religioſarum perſonarum conſervari, quantum cum Deo poſſumus, intenſis deſideramus affectibus, volentes vos, alias apud Nos de religionis zelo, vitę, ac morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis, multipliciter commendatas, horum intuitu ſpecialibus gratiis, & favoribus proſequi, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, pręd ictas literas Societati, & hominibus pręd ictis per dictum Franciſcum Cardinalem Legatum, ut pręmittitur, conceſſas, tanquam nullas, & invalidas, ac ſubreptitie, & obreptitie obtentas, auctoritate Apoſtolica, & pręfati Reverendiſſimi D. Cardinalis, & Legati, qua fungimur in hac parte, dummodo omnes claves pręd ictę Imaginis, tempore datę pręſentium penes vos eſſe reperiantur, tenore pręſentium revocamus; & nihilominus citra pręjudicium jurium veſtrorum, & vobis jam ex longa, longiſſima, antiquiſſima, & continuata poſſeſſione, ac alias quomodolibet quęſitorum motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis pro veſtri parte oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera delib ratione, ac voluntate, & noſtri certa ſcientia, & etiam auctoritate, ac tenore ſimilibus ſtatuimus, & decernimus, quod vos tantummodo, ſicut in pręterito conſueviſtis, ita, & perpetuis futuris temporibus venerabiliter, devote, & prout decet, in loco ſolito, & conſueto ipſam Imaginem, & Figuram retineatis, cuſtodiatis, & gubernetis, abſque eo, quod pręfati Rector, Prior, Maſſarius, Officiales, & Homines dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentes, aut aliquis alius, vel alter cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, & ſub pręt extu dictarum literarum, aut in illis contentorum, ſeu alia quavis ratione, vel cauſa, ſcienter, vel ignoranter per ſe, vel alium, ſeu alios nullo unquam tempore ſuper gubernio, retentione, & cuſtodia pręd ictę Imaginis, & clavium armarii, & tabernaculi ejuſdem, vel alicujus eorum, ſe aliqualiter intromittere, aut vos ſuper pręmiſſis diffamare, inquietare, moleſtare, aut perturbare poſſint, ſeu quovis modo pręſumant: inhibemus inſuper, & ſub excommunicationis ſententia, ac aliis cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis diſtricte pręcipiendo mandamus pręfatis Rectori, Priori, Maſſario, Officialibus, & Hominibus dictę Societatis, ſeu Confraternitatis, ac aliis quibuſcunque, ne ipſi dictas claves, aut aliquam ipſarum petere, vel habere, ſeu quomodocunque vos ſuper pręmiſſis, aut aliquo pręmiſſorum moleſtare, perturbare, aut quomodolibet inquietare, ſeu impedire pręſumant, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quocunque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in futurum contigerit attentari. Quo circa dilectis Nobis in Chriſto Decano Sancti Petronii Bonon., ac Dionyſio de Caſtello Majoris Eccleſiarum Canonico, motu, auctoritate, & tenore pręd ictis mandamus, quatenus ipſi, aut alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios pręmiſſa omnia, & ſingula ubi, quando, & quoties expediens fuerit, & pro parte veſtra fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, vobis ſuper his efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes faciant vos libera poſſeſſione, vel quaſi, cuſtodię Imaginis clavium, & tabernaculi pręd ictorum gaudere, non permittentes vos ſuper his per quoſcunque quomodolibet moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus omnibus illis, quę dictus Franciſcus Cardinalis, & Legatus, in ſuis literis voluit obſtare, ac Conſtitutionibus, & Ordi-

& Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus hominum Confraternitatis, & Societatis dicti Hoſpitalis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, & indultis Hoſpitali, ac Hominibus Societatis ejuſdem conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, illorum tenores, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. In quorum fidem pręſentes fieri, ſigillique noſtri, quo in ſimilibus utimur, juſſimus appenſione muniri. Datum Bononię in Palatio noſtrę ſolitę Reſidentię, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Duodecimo, die Tertia Novembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Julii Divina Providentia PP. Secundi Anno Nono. *Ex Archivo Ordinis in quo exemplar authenticum ex autographo Bononienſi.*

Ut excommunicati denuncientur, qui Majoricenſi Conventui vim intulerunt.

Anno 1516 Die 4 Martii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CXXIII.

Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Cantori, & Johanni Alberti, ac Petro Poncio Canonicis Eccleſię Majoricen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CONqueſti ſunt Nobis Prior, & Fratres Domus Sancti Dominici Majoricen. Ordinis Fratrum Predicatorum, quod Judices Seculares Civitatis Majoricen., & ipſorum Miniſtri, ac quidam alii Clerici, ſive Laici Majoricen. ad dictam Domum auſu ſacrilego accedentes in eam violenter intrarunt, & quemdam hominem ad dictam Domum confugientem dum divina inibi celebrarentur officia abinde in Eccleſiaſticę immunitatis contemptum extraxerunt, ac in dictum Priorem, & quoſdam ex dictis Fratribus, Dei timore poſtpoſito, manus injecerunt temere violentas, excommunicationis ſententiam in tales a Canone generaliter promulgatam damnabiliter incurrendo, ac quaſdam alias injurias, & jacturas ſibi irrogarunt, propter quas expenſas feciſſe, & damna ſe aſſerunt incurriſſe. Ideoque diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos ſacrilegos tamdiu, appellatione remota, excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari, donec de pręmiſſis ſatisfecerint competenter, & cum veſtrarum teſtimonio venerint ad Sedem Apoſtolicam abſolvendi, ſuper aliis vero, vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit decernatis, facientes, quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, proviſo ne in eandem Civitatem auctoritate pręſentium interdicti ſententiam proferatis. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo, aut unus veſtrum nihilominus exequantur. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Quinto Decimo (2), Quarto Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Majoricenſi.*

2. *Quinto Decimo.*) Stylo Bullarum, ęræ communis *Sexto Decimo.*

ADRIANUS VII.

Ab anno MDXXII, die IX Januarii, ad XIV Septembris MDXXIII. Vide *T.IV hujus Bullarii pag.407, & hoc T.VII pag.124.*

De transferendis Sacris Reliquiis B.Margaritæ (1) Virginis Ordinis Prædicatorum.

Anno 1523 Die 6 Septembris.

Ex Archivo (2) Ordinis.

XIII.

Thomas miſeratione divina Tituli Sancti Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis ad Hungarię, Bohemię, & Polonię Regna Sedis Apoſtolicę Legatus de latere.

Dilectis nobis in Chriſto Prioriſſę, & Monialibus Monaſterii Beatiſſimę Virginis Marię Inſulę Leporum ſub cura Fratrum Prędicatorum degentium prope Budam Weſprimienſis Dięceſis, Salutem in Domino.

CUM nuper apud Monaſterium veſtrum diverteremur, oſtenſa nobis per vos fuerunt oſſa Beatę Margaritę Virginis Monialis veſtrę, Filię quondam clarę memorię Belę Quarti Regis Hungarię, in loco, ut aſſerebatis, expoſito aquarum inundationibus. Et quoniam illam vitę Sanctimonia, non minus quam proſapia claruiſſe aſſerebatis, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut illa inde transferri, & in loco decentiori, in quo inundationes hujuſmodi non officerent, poni permitteremus. Nos igitur attentis pręmiſſis, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut adhibitis vobiſcum Fratribus dicti Ordinis, ſeu aliis, qui vobis videbuntur, oſſa hujuſmodi, in Eccleſiam Monaſterii veſtri prędicti in loco decenti transferre poſſitis, auctoritate Apoſtolica, qua etiam per literas Sanctiſſimi Domini noſtri Papę nobis con-

conceſſa fungimur in hac parte, tenore prędentium concedimus, & indulgemus. Datum Budę dictę Diœceſis, Anno Incarnationis Dominicę MDXXIII, die V Menſis Septembris, Pontificatus pręlibati Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Adriani Divina Providentia Papę Sexti Anno Secundo.

Jobannes Baptiſta Flavius Secretarius.

L. ✱ S.

b: *B. Margarita.*) Vide Notas ad Conſtitutiones IV, & V Innocentii V Tomo I pag. 544, & 545.

c. *Archivo.*) In quo exemplar.

CLEMENS VII.

Ab anno MDXXIII, die XIX Novembris, ad XXVI Septembris MCCCLXX. Vide *Tomo IV. hujus Bullarii pag.* 417, *& hoc T. VII pag.* 126.

Anno 1524 Die 11 Novembris.

Celebritatem Feſtivitatis Conſecrationis Eccleſiæ S. Geminiani transfert,

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXIV.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte fili (2), Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper feciſti, quod ſi celebritas conſecrationis Domus Beatę Marię Annunciatę de Sancto Geminiano Ordinis Prędicatorum Congregationis Sancti Marci Thuſcię, Vulterranę Diœceſis, quę hucuſque ſecunda die Menſis Octobris cujuslibet anni celebrari conſuevit, ſecunda Dominica ejuſdem Menſis Octobris celebraretur, Chriſtifideles in die feſtivo libentius ad eam Eccleſiam, quę reparatione, & conſervatione indiget, in honorem celebritatis feſtivitatis hujuſmodi convenirent, & ad reparationem, conſervationem, & manutentionem dictę Domus manus promptius porrigerent adjutrices, ac Fratres ejuſdem Conventus ferventiori animo ipſam feſtivitatem celebrarent. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut celebritatem, ſeu feſtivitatem conſecrationis prędictę ad ſecundam Dominicam menſis Octobris transferre, aliaſque in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui Divini cultus augmentum noſtris temporibus ſupremis deſideramus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, celebritatem feſtivitatis Conſecrationis Eccleſię dictę Domus die ſecunda Menſis Octobris celebrari ſolitam, ad ſecundam Dominicam ejuſdem Menſis Octobris annis ſingulis per dictos fideles celebrandam Apoſtolica auctoritate, decernimus, atque mandamus; & ut fideles pręfati eo libentius devotionis cauſa ad Eccleſiam, & Domum hujuſmodi, & illius reparationem, conſervationem, & manutentionem prędictas manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque Sexus Fidelibus pręfatis vere pęnitentibus, & confeſſis, ſeu firmum propoſitum confitendi habentibus, qui in Annunciationis Beatę Marię Virginis, & Dominica ſecunda prędicta, in qua Conſecratio dictę Eccleſię deinceps celebrabitur, feſtivitatibus, & diebus, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſtivitatum earundem dictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, ad reparationem, conſervationem, & manutentionem prędictas manus porrexerint adjutrices, quoties id egerint, viginti annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Prędentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romę apud Sanctum Petrum, die XI Novembris MDXXIII, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

2. *Dilecte fili.*) Inſcriptio deſideratur.

Anno 1531 Die 28 Aprilis.

De Cordubenſi Cœnobio (1) SS. Aciſcli, & Victoriæ Martyrum.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXXV.

Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

REligionis propagationi, & Animarum ſaluti conſulere cupientes, votis omnium, quę ad hoc tendere dignoſcuntur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane pro parte Venerabilis Fratris noſtri moderni Epiſcopi Cordubenſis, ac dilectorum filiorum fratrum Domus Scalę Cęli extra, & prope muros Corduben. Ordinis Fratrum Prędicatorum, de obſervantia nuncupatorum, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias cum in Monaſterio Sanctorum Martyrum Aciſcli, & Victorię Cordubenſi Ciſtercienſis Ordinis, quod dilectus Filius Petrus de Caſtilla Canonicus Cordubenſis in commendam de conceſſione Apoſtolica tunc obtinebat, duo dumtaxat Monachi dicti Ciſtercienſis Ordinis reſiderent, & vitam a Religione alienam in Ciſtercienſis Ordinis prędicti opprobrium, ac dilectorum filiorum Communitatis Civitatis Cordubenſis non modicum ſcandalum ducerent; dictus Epiſcopus de conſenſu Petri Commendatarii, ac tunc Magiſtri Generalis Ordinis Prędicatorum, & Communitatis prędictorum, Fratres dictę Domus in Monaſterium prędictum, amotis ab eo dictis Monachis, non

expreſſe

expreſſe reclamantibus, nec invitis, introduxit, ac ex tunc jam per annum, vel circa, dicti fratres in eodem Monaſterio habitarunt, gratum Altiſſimo ſub Regularibus Inſtitutis ejuſdem Ordinis Prędicatorum famulatum exhibere, ac verbo, & exemplo Civibus, & Incolis dictę Civitatis proficere ſtudendo. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Fratres prędicti in dicta Domo propter illius Fratrum tenuitatem abſque maxima difficultate ſuſtentari non poſſunt, ac fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii quinquaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem ęſtimationem, valorem annuum non excedant, & ſi in ipſo Monaſterio Ordo Ciſtercienſis hujuſmodi, ac omnis dependentia ſupprimerentur, & extinguerentur, ac ipſius Monaſterii fructus, & Ædificia Fratribus prædictis pro eorum Domo, ſeu conſtructione unius Domus pro eorum uſu, & habitatione perpetuis, ac Eccleſia ipſius Monaſterii pro Eccleſia Domus Martyrum hujuſmodi concederentur, & aſſignarentur, ac fructus, & bona quęcunque Monaſterii, ac Domus Scalę Cęli prędictorum Sacriſtię ipſius Domus Martyrum perpetuo applicarentur, & appropriarentur, ex hoc profecto in dicta Civitate Religio propagationem, ac Divinus cultus augmentum ſuſciperent cum animarum ſalute, & Civium, ac Incolarum prędictorum ſpirituali conſolatione; quare pro parte dictorum Epiſcopi, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſingulos eoſdem Fratres ab excommunicationis, aliiſque ſententiis, & cenſuris, ſi quas propter tranſitum eorum ad Monaſterium hujuſmodi quomodolibet incurrerunt, abſolvere, ac ſuppreſſionem, extinctionem, conceſſionem, aſſignationem, applicationem, & appropriationem hujuſmodi facere, aliaſque in pręmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum ęſtimationem prędictam etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet; quemlibet ex Fratribus prędictis a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine quavis alia quam tranſitus hujuſmodi occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac dictę Domus Scalę Cęli fructuum, redditūum, & proventuum verum valorem annuum pręſentibus pro expreſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ſingulos eoſdem Fratres ab excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pęnis Eccleſiaſticis, ſi quas propter tranſitum hujuſmodi incurrerunt, abſolvimus; ac in dicto Monaſterio nomen Monaſterii, & Ciſtercienſis Ordinis, ac dependentiam penitus, & omnino perpetuo ſupprimimus, ac extinguimus; ipſiuſque Monaſterii ſtructuras, & Ædificia eiſdem Fratribus pro eorum Domo, ſeu conſtructione unius Domus pro eorum, & aliorum fratrum ejuſdem Ordinis Prędicatorum perpetuis uſu, & habitatione, concedimus, & aſſignamus, ac eiſdem Fratribus, ut Domum Martyrum hujuſmodi perpetuo inhabitare, & eidem Domui Martyrum, ac Priori, & Fratribus in ea nunc, & pro tempore degentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, conceſſionibus, favoribus, & gratiis, quibus alię quęcumque Domus dicti Ordinis Prędicatorum, ac illarum Priores, & Fratres de jure, aut conſuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, perpetuo concedimus; necnon fructus, & bona quęcunque Monaſterii, ac domus Scalę Cęli hujuſmodi eidem Sacriſtię Domus Martyrum perpetuo applicamus, & appropriamus; dummodo Ordinarii, ad quem omnimoda diſpoſitio dicti Monaſterii pertinet, ad hoc accedat aſſenſus. Et nihilominus Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Caſertan., & dilectis filiis Priori Monaſterii per Priorem gubernari ſoliti Sancti Pauli Cordubenſis, ac Officiali Cordubenſi per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra faciant pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque plenum effectum ſortiri, illiſque Fratres prędictos pacifice frui, & gaudere; nec permittant eoſdem Fratres contra tenorem pręſentium quomodolibet moleſtari, impediri, aut inquietari; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus voluntate priori noſtra prędicta, ac ultimi Lateranenſis Concilii, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Domorum, & Ordinum prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, ac literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem quod quilibet ex Fratribus prędictis pęnitentiam ſibi per Confeſſorem, ab eo ad hoc eligendum, occaſione pręmiſſorum injunctam adimplere omnino teneatur; alioquin abſolutio prędicta ſibi non ſuffragetur; quodque Domus prędictę debitis propterea non fraudentur obſequiis, ſed illarum congrue ſupportentur onera conſueta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, mandati, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo Primo, Quarto Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

1. *Cœnobio*.) Vide Notas ad Conſtitutionem XXXI Pauli III Tomo IV pag. 563.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Cordubenſi*.

Ab

PAULUS III.

Ab anno MDXXXV, die XII Octobris, ad X Novembris MDXLIX. Vide *T. IV hujus Bullarii pag. 533, & hoc T. VII pag. 136.*

Tomo IV pag. 681 lin. 3 hæc addenda: Unum ex illis monumentis hujus tenoris eſt:

HOdie Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Paulus Divina Providentia Papa III in ſuo Conſiſtorio ſecreto, ut moris eſt, ad relationem Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. Antonii Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyteri Cardinalis S. R. E. Majoris Pęnitentiarii, Stagnenſi, ac Curzolenſi Eccleſiis invicem perpetuo Apoſtolica auctoritate unitis, annexis, & incorporatis per obitum bonę memorię Nicolai olim Epiſcopi Stagnenſis, & Curzolenſis extra Curiam Romanam defuncti, Paſtoris ſolatio deſtitutis, unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, etiamſi ex quibuſvis; quantumvis arduis, ſive neceſſariis, vel urgentiſſimis cauſis, quas Sanctitas Sua haberi voluit pro expreſſis factę exiſterent, de RR. DD. meorum S. R. E. Cardinalium conſilio, dicta auctoritate Apoſtolica perpetuo, & in forma gratioſa diſſolvit, ac eidem Eccleſię Stagnenſi, ut pręfertur, vacanti, quę Capitulo, ac Vaſſallis carere dignoſcitur, de perſona R. P. D. Thomę Epiſcopi Tribun., & Mercan. de ſimili conſilio, eadem auctoritate providit, ipſumque illi in Epiſcopum pręfecit, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſię Stagnenſis in ſpiritualibus, & temporalibus ipſi plenarie committendo; ita tamen quod propter hoc Tribunen., & Mercanen. Eccleſiia, quibus olim de ejus, tunc de Ordine Fratrum Pręedicatorum Profeſſoris, perſona proviſum fuerat, & quibus proprie pręeſſe dignoſcebatur, pręeſſe non deſineret, ſed tam Tribunen., & Mercanen., quam Stagnen. Eccleſiis in Epiſcopum pręeſſet, & illarum Pręſul, & Paſtor exiſteret. Abſolvens eundem D. Thomam a cenſuris ad effectum &c. In quorum fidem hanc pręſentem cedulam nunc manu propria ſubſcriptam fieri, & noſtri ſoliti ſigilli impreſſione muniri, ac per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi mandavimus. Datum Romę Anno Domini MDXLI, die II Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Anno Octavo.

N. V. S N.

JULIUS III.

Ab anno MDL, die VIII Februarii, ad XXIII Martii MDLV. Vide *T. V hujus Bullarii pag. 1, & hoc T. VII pag. 149.*

Anno 1551 Die 12 Martii.

Senenſe Cœnobium Romanæ Provinciæ reſtituendum decernit (1).

Ex Archivo (2) Ordinis.

XXXIV.

JULIUS PAPA III.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicę ſervitutis officio ad Regularium locorum quorumlibet, nec non illorum perſonarum, ſtatum in melius, dante Domino, proſperandum, curis intendentes aſſiduis, libenter illa opportunę proviſionis impendimus auxilia, per quę loca ipſa, pręſertim, quę ſuorum Pręlatorum incuria, vel aliter damnoſę deformitatis ſubjacent detrimentis, proſperiores amplectantur ſucceſſus, & auctioribus, auctore Domino, jugiter proficiant incrementis. Dudum ſiquidem fel. record. Clemens PP. Septimus Prędeceſſor noſter, ut loca Regularia Romanę Provincię, & illorum regulares perſonę, a rectitudinis tramite, & obſervantia Regularis vitę, & a Regularibus Inſtitutis deviantes, facilius reformarentur, & corrigerentur, Congregationem Sancti Marci de Florentia Ordinis Fratrum Prędicatorum, Apoſtolica auctoritate, ſuppreſſit, & extinxit, & ſimilem Congregationem in Provinciam Romanam inſtituit, & erexit, & deinde, ſicut accepimus, Fratres dictę Congregationis ſuppreſſę, & extinctę, & in dictam Provinciam Romanam, ut pręfertur, erectę, ad reformationem hujuſmodi, locorumque Regularitatem juxta Regulas dicti Ordinis diligentius quam potuerunt proviſerunt, & nonnulla ex eis ad debitam vivendi normam reduxerunt; ſed ob illorum paucitatem reliqua loca deformata hujuſmodi reformare hactenus nequiverunt, & in pręſentiarum Domus Sancti Dominici de Campo Regio Senen. ejuſdem Ordinis celeri indiget reformatione. Nos qui Religionem, & Regularis normę obſervantiam ubique florere, & augeri ſinceris deſideramus affectibus, ſcandalia, & aliis inconvenientibus, quę exinde oriri poſſent, quantum in nobis eſt, obviare volentes, Domum pręfatam, ac omnia, & ſingula membra adjacentia, & loca dictę Domus, a Vicaria Romana, & illius Vicario ſeparamus, & ab eorundem Vicarię, & Vicarii juriſdictione eximimus, & penitus liberamus, dictamque Domum, membra, & loca ei adjacentia eidem Provincię Romanę, & illius Priori Provinciali pro tempore exiſtenti, illorumque juriſdictioni, & ſuperioritati perpetuo ſubjicimus, ipſamque Domum, & alia bona, jura, obventiones, libros, contractus, & emolumenta quęcunque ſibi ex quibuſvis privilegiis, & indultis Apoſtolicis, alias quomodolibet ſpectantia, & pertinentia pręfatę Provincię unimus, annectimus, & incor-

& incorporamus; Mandantes tibi, ut, quamprimum tibi opportunum fuerit, ad dictam Domum perſonaliter te conferre debeas, & pro dicta Provincia Romana corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Domus, necnon jurium, obventionum, & emolumentorum prędictorum, per te, vel per alium, ſeu alios libere apprehendere, necnon Domum prędictam reformare, & ut facilius pręmiſſa exequi poſſis, auctoritate noſtra omnium, & ſingulorum Fratrum dictę Domus aſſignationes removere, & modernum Priorem dictę Domus a ſuo officio Prioratus abſolvere, & arbitrio tuo quoſcunque Fratres in dicta Domo deputare, & aſſignare, quos ſic a te deputatos pro aſſignatis haberi, & ad eos tantum futuri Prioris electionem pertinere volumus, & decernimus, & ſi tibi magis expedire videbitur, dicta auctoritate pro hac vice tantum, per te ipſum prędictam Domum, tanquam Prior regere, & gubernare, & illius curam habere poſſis, & valeas, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium facimus, & concedimus. Mandantes dilectis filiis Conventus dictę Domus, & illius ſingularibus perſonis ſub excommunicationis ſententia, necnon habitus, & omnium bonorum ſuorum (3) eo ipſo incurrendis pęnis, ut tibi poſſeſſionem prędictam cum effectu capere permittant, ac tibi in omnibus pareant, & obediant, tibique omnia, & ſingula bona, libros, contractus, ad prędictam domum ſpectantia tradant, & conſignent, ac computum, rationemque adminiſtrationum rerum, & bonorum prędictę Domus reddant. Volentes tamen, quod ſi aliquis ex Fratribus profeſſis dictę Domus voluerit in ea remanere, & ſecundum obſervantiam Conſtitutionum prędicti Ordinis vivere in prędicta Provincia per te incorporari poſſit; Necnon Venerabili Fratri Archiepiſcopo, & dilecto filio ejus in ſpiritualibus Vicario Generali, quatenus tibi in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtant, &, ſi opus fuerit, & a te requiſiti fuerint, auxilium, conſilium, & favorem opportunum pręſtent; Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pęnas prędictas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſtitutionibus, necnon Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis eidem Ordini, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas idem importantes mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nos enim ultra pręmiſſa omnes, & ſingulos, quorum intereſt, & intererit, quoties tibi videbitur, & opus fuerit, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, citandi, ac ſub prędictis, & aliis etiam pecuniariis arbitrio tuo imponendis, & applicandis, & moderandis pęnis, inhibendi, monendi, & requirendi, & incarcerandi, aliaque in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, abſque alicujus cenſurę, ſeu pęnę eccleſiaſticę incurſu, plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus per eaſdem pręſentes, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XII Martii MDLI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Decernit.*) Conſulendus *Fontana* de Romana Provincia Cap.II Tit.III pag.84 &c.
2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Senenſi*. Inſcriptio deeſt.
3. *Necnon habitus, & omnium bonorum ſuorum.*) Deeſt aliquid.

Ut Senenſe Cœnobium S. Dominici ſolius Generalis Magiſtri juris ſit.

Anno 1551
Die 1 Maii.

XXXV.

Ex Archivo (1) Ordinis.

M O T U P R O P R I O &c.

Quia licet Nos Breve pręinſertum (2) bono zelo conceſſerimus informati a nonnullis, quibus fidem adhibendam eſſe propter eorum qualitates reputamus, quod Prior, & Fratres Domus Sancti Dominici de Campo Regio prenominati indecenter, & ſcandaloſe viverent, & quod propterea ſicut in ipſo pręinſerto dicitur, Monaſterium ipſum celeri indigeret reformatione, tamen ſicut poſtea publica fide dilectorum filiorum Officialium Balię, & Dominorum nuncupatorum ejuſdem Civitatis, & aliorum fide dignorum atteſtatione accepimus, veritas aliter habeat, cum immo Prior, & Fratres prędicti, nunquam intimatis ſibi literis felicis recordationis Clementis PP. VII, de quibus in pręinſerto fit mentio, neque eis ad aliquod pro taſium literarum implemento faciendum unquam requiſitis, ſemper honeſte, prout viros religioſos decet, & ſecundum ſui Ordinis inſtituta, ac ſub ejuſdem Generalis cura reformatis prędictis obedientia, regulariter, & laudabiliter vixerunt, itaque ex ipſorum vita, nullum omnino ſcandalum, aut malę vitę odor, ſed potius religionis zelus, religioſęque vitę exemplar, ſemper eſt publice prębitum, quin potius nunc facta pręinſerta executione, poſitiſque ibi aliis ex Reformatis prędictis, videndo eos numero quinquaginta, vel circa, Viros Religioſos, omnes vitę laudabilis a propria Domo, & Monaſterio ejectos merito univerſus populus ſcandalizatur, & periculum eſt, ne, niſi, prout decet, reſtituantur, vere aliquod magnum ſcandalum ſubſequatur. Nos igitur ex eo, quod ſub ſpecie boni fieri mandavimus, quantum in nobis eſt, contrarium effectum ſequi nolentes, ſed potius quę geſta ſunt, ne malum aliquod eveniat, corrigere, & emendare volentes, motu proprio, & ex certa noſtra

ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, Breve pręinſertum, & in eo contenta caſſantes, revocantes, & irritantes, Domum pręd ictam, & qui ibi erant Priorem, & Fratres vigore pręinſerti, ut accepimus, inde expulſos, a Provincia Romana prędicta, illiuſque, & ſui Provincialis juriſdictione, & ſuperioritate ſeparamus, eximimus, & liberamus, omneſque, & ſingulos per Provincialem, & Provinciam prędictam, ſeu alias quacunque auctoritate in Domo prędicta de novo poſitos, & ibi exiſtentes Priorem, ſeu quocunque alio nomine nuncupatum Prelatum, ſeu Prelatos, Fratres, & Conventum removemus, & abjicimus, eandemque Domum, & illius Conventum dilecto filio Generali ejuſdem Ordinis, qui etiam ejus cenſuram (3) facultatem habeat, ubi opus eſſe viderit, reformare, corrigere, & omnia ad regulam ſecundum Conſtitutiones Ordinis redigere, ejuſdemque Generalis juriſdictioni, viſitationi, correctionique immediate ſubjicimus, & in ceteris eos ad priſtinum, & eum, in quo antequam pręinſertum Breve emanaret, ſtatum in omnibus, & per omnia reponimus, reſtituimus, & reintegramus, & nihilominus, quia nec convenit, quod ipſi de facto vigore pręinſerti, ejecti, & ſpoliati, per litium diſpendia, & moras, Tribunalia frequentando, pro ſui reintegratione litigare conentur, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Senen., vice ejus Vicario Generali, ut receptis pręſentibus, illico, & omni mora poſtpoſita, eoſdem, a Domo prędicta vigore pręinſerti expulſos, Priorem, & Fratres ad priſtinam ſuam realem, & actualem poſſeſſionem Domus Monaſterii prędicti, ac Prioratus, aliorumque Dignitatum, & Officiorum, necnon bonorum, jurium, obventionum, librorum, contractuum, & emolumentorum ejuſdem integraliter, in qua, antequam pręinſertum emanaret, erant, in omnibus, & per omnia reponat, reintegret, & reſtituat, ejectis, & expulſis, qui ibi per Provincialem, vigore pręinſerti, ſeu alias quomodolibet poſiti fuerint, & reperiantur, ac aliis quibuſcunque quomodolibet ſe opponentibus, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio, & favore brachii ſecularis, Magiſtratuumque prędictorum, & Populi Civitatis ejuſdem, quacunque oppoſitione, & reclamatione poſthabita, cum facultate, ut idem Dominus Archiepiſcopus, ſive ejus Vicarius tam Priorem, & Fratres prędictos ibi intruſos, & ſe opponentes, quam omnes alios, quos, & quoties ſibi videbitur, & opus erit, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummarie &c. de non tuto acceſſu, citare, eiſque, & quibus, & quoties opus fuerit, quęcunque pręcepta, inhibitiones etiam ſub excommunicationis latę ſententię ipſo facto incurrendę, aliiſque Eccleſiaſticis, necnon pecuniariis arbitrio ſuo moderandis pęnis facere, renitentes capere, & carcerare, ad declarationemque incurſus, & totalem cenſurarum, & pęnarum prędictarum executionem procedere poſſit, & valeat, committimus, & mandamus de gratia ſpeciali, non obſtantibus pręmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque, habendo omnium exprimendorum tenores pro ſufficienter expreſſis. Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum Motus proprii, & per Breve noſtrum, ac ſupplicatione introcluſa, &, ſi videbitur, etiam extenſum &c.

Fiat, Motu proprio. J. M. V. (4).

Et committatur Protectori, qui provideat, prout ſibi videbitur, ibique pręſentium ſola ſignatura ſufficiat.

Fiat, ut petitur. J. M. V.

Datum Romę apud S. Petrum Kalendis Maii &c. Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Senenſi*.
2. *Quia licet nos Breve præinſertum*.) Id dictum quidem de Brevi præcedenti: verum nonnihil deſiderat, probant hæc verba: *Quia licet &c.*
3. *Cenſuram*.) Turbatus locus.
4. *J. M. V.*) Johannes Maria Vincentius, vel Vincentii, ſic ante Pontificatum vocabatur *Julius III.*

MARCELLUS II.

Ab anno MDLV, die IX Aprilis, ad I Maii ejuſdem anni. Vide *T. V hujuſce Bullarii pag. 39.*

PAULUS IV.

Ab anno MDLV, die XXIII Maii, ad XV Auguſti MDLIX. Vide *T. V hujus Bullarii pag. 40, & hoc T. VII pag. 153.*

PIUS IV.

Ab anno MDLIX, die XXVI Decembris, ad IX Decembris MDLXV. Vide *T. V hujus Bullarii pag. 57, & hoc T. VII pag. 157.*

Toms V Conſt. XL pag 96 Nota 4 addendum: Regula Societatis Nominis Dei, ſeu Juramentorum typis prodiit auctoritate Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi D D. Petri Gonçalea de Mendoça Epiſcopi Salmanticenſis. Hujus tenoris eſt;

REgula Societatis Nominis Dei, ſeu juramentorum, & Bulla S.D.N. Pii IIII dictę Societati conceſſa. Hęc ſunt pręcipua capita Confraternitatis Nominis Dei, ſeu juramentorum, quę ad cavendam blaſphemiarum, & perjuriorum pravitatem, alioſque temere jurantium abuſus, a quibuſdam Religioſis Ordinis Prędicatorum nuper inſtituta eſt, cui Sanctiſſimus D. N. Pius Divina providentia Papa IIII multas Indulgentias, aliaque Privilegia nunc recens conceſſit, quorum exemplaria ad veritatem excuſſa cum his traduntur.

Primo, unuſquiſque eorum, qui huic Confraternitati adſcribuntur, ſummo ſtudio, omnique circumſpectione cavere debet, ne glorioſum Dei nomen, aut Sanctorum in vanum aſſumat, & ut id ſecurius adſequatur, attendere, ne unquam juret omnino, niſi aut juſta neceſſitas, aut fraterna caritas, aut Superioris auctoritas exigat, juxta illud, nolite jurare omnino, & ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Quod ſi aliquando abſque hujuſmodi cauſa jurare contingat, a ſeipſo pęnas exigat, vel elargiendo eleemoſynam, vel dicendo orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam, ut hoc veluti fręno in poſterum cohibeatur. Si quis vero eorum Sanctum Dei nomen blaſphemaverit, aut Beatiſſimę Virginis, aliorumve Sanctorum, ſolent hujus Regulę Confratres Eccleſiam eo die, ſi commode poſſint, adire, & flexis genibus, & procumbentes veniam petere, dicentes ter Dominicam orationem cum Salutatione Angelica, & inferentes aliquam eleemosynam in locum ad hoc deputatum.

Secundo, ſi aliqui horum Confratrum ſunt Patresfamilias filiis, atque domeſticis, quam ſerio pręcipiant, ne nomen Domini indigne ab eis aſſumatur, & quos intellexerint in hoc deficere paterne admoneant, & corrigant, ut tandem a propriis Ædibus deteſtabile hoc vitium eliminetur.

Tertio, ſi quando extraneos, aut blaſphemantes, aut temere jurantes audierint, quando ſecundum prudentiam utile futurum exiſtimabunt, debent modeſte, ac benigne eos admonere, quoties ejus rei neceſſitas fuerit, ut ſemper inter eos ſit, qui pro Dei nomine ęmulari videatur.

Quarto, hujus Societatis Confratres in die Circumciſionis Domini ſolent, & ſua peccata confiteri, & ſacram Euchariſtiam percipere, & feſtum glorioſi Nominis Jeſu quanta poſſunt ſolemnitate celebrare; in qualibet autem prima Dominica cujuslibet Menſis ſolent etiam ad Eccleſiam ab eis electam accedere, & ante Miſſarum majorum ſolemnia privatam Miſſam in communi audire, & privatas eleemoſynas in unum conferre, prout cuique placuerit.

Quinto, communi horum Confratrum, qui in aliqua Civitate conſcribuntur, aſſenſu deliguntur duo viri probati, qui huic Societati pręſint, & aſſignantur eis alii tres, aut quatuor Conſiliarii, ut ea, quę pertinent ad conſervationem, & promotionem hujus Societatis in communi decernant, & ſingulis annis, ab iſtis, qui pręceſſerunt, deſignantur, quorum eſt officium curare, ut hę Miſſę privatę ſingulis Menſibus non omittantur, & feſtum Dominici Nominis ſolemnius peragatur, alter etiam prępoſitus clavem unam, & unus Conſiliariorum, clavem alteram ſecum gerit illius capſulę, in quam ejuſmodi eleemoſynę, & jurantium pęnę inferuntur, ut tertio quoque menſe in communi oblatam pecuniam effundant, & acceptam ſcripto referant, & eorum arbitrio expendatur, & pro ſtipendiis Sacerdotum celebrantium, & pro aliis neceſſitatibus ſublevandis, maxime eorum, qui huic Regulę ſunt adſcripti.

Pręter hęc autem capita, quę pręcipua ſunt, & omnibus videntur poſſe convenire, pro Regionum diverſitate poterunt alia ſuperaddi, maxime accedente Reverendiſſimorum Epiſcoporum auctoritate, quos hujus Regulę Socii, ut ſingulares patronos, ac protectores habere deſiderant.

Sequuntur poſtea Conſtitutiones duæ Pii Papæ IV. Deinde ſic legitur: Impreſſa hęc ſunt, habita prius facultate, & auctoritate Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi D. D. Petri Gonçalea de Mendoça Epiſcopi Salmanticenſis, qui literas Apoſtolicas originales, & vidit, & illęſas probavit. *Ex Archivo Ordinis*, in quo exemplar authenticum typis impreſſum.

S. P I U S V.

Ab anno MDLXVI, die VII Januarii, ad I Maii MDLXXII. Vide *T.V hujus Bullarii pag.* 109, *& hoc T.VII pag.* 171.

Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Monaſterii S. Agnetis (1) Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Anno 1568 Die 1 Maii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

CXXXIX.

P I U S P A P A Q U I N T U S.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes ex Paſtorali noſtro officio, & caritate Chriſtifidelium Animarum ſaluti conſulere, & ut Eccleſia Monaſterii S. Agnetis Ordinis Fratrum Prędicatorum Civitatis Montis Politiani, in qua, ſicut accepimus, in die Jovis, quę erit ſexta pręſentis menſis, Capitulum Provinciale dicti Ordinis cele-

celebrari incipiet, ab eiſdem Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, & devotius viſitetur: De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere Pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Eccleſiam incipiendo a dicta die, uſque, & per totum illud tempus, per quod Capitulum hujuſmodi duraverit, devote viſitaverint, & ibi pro felici dicti Capituli ſucceſſu, ac hęreſum extirpatione, Sanctęque Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu quomodolibet debitis pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Pręſentibus finito Capitulo hujuſmodi minime valituris. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die prima Maii MDLXVIII, Pontificatus noſtri anno Tertio.

1. *S. Agnetis.*) Quam SS. Pontifex Benedictus XIII in Sanctarum Virginum numerum retulit.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1571 Die 9 Junii.

Eadem de re.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXL.

P I U S P A P A V.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes ex Paſtorali noſtro officio, & caritate Chriſtifidelium Animarum ſaluti conſulere, & ut Eccleſia Monaſterii S. Agnetis Ordinis Fratrum Prędicatorum S. Dominici de Monte Politiano, ab eiſdem Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, & devotius viſitetur, precibus quoque pro parte dilecti Filii Baſilii, nunc ipſius Monaſterii Prioris nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati; De Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque Sexus Chriſtifidelibus vere Pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Eccleſiam, & Ipſius Altare majus, in quo Corpus ejuſdem S. Agnetis collocatum eſt, in Feſto SS. Jacobi, & Philippi a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem Feſti annis ſingulis, ad triennium a data pręſentium computandum, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & unione, ac hęreſum extirpatione, Sanctęque Matris Eccleſię tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, Septem Annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis Pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque; Pręſentibus poſt dictum Triennium minime valituris. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die IX Junii MDLXXI, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Tomo V pag.226 Conſt. LXXXII addendum: In Libro Brevium ad Principes pag.250 hoc Breve datum legitur die XI Octobris.

GREGORIUS XIII.

Ab anno MDLXXII, die XIII Maii, ad X Aprilis MDLXXXV. Vide *T.V hujus Bullarii pag.*304, *& hoc T.VII pag.*189.

Anno 1578 Die 29 Novembris.

De cujuſdam Poſſeſſionis inveſtitura concedenda Ferrarienſi Cœnobio.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Domus S. Dominici Ferrarien. Ordinis Fratrum Prędicatorum.

CLV.

G R E G O R I U S P A P A XIII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUO pię teſtantium voluntates ſublatis impedimentis quibuslibet ſuum conſequi poſſint effectum opportune providendum eſſe interdum cenſemus. Exponi ſiquidem nobis nuper feciſtis, quod alias quondam Johannes Baptiſta Bojardus ſuum ultimum condens de bonis ſibi a Deo collatis teſtamentum, poſſeſſionem quandam, cujus utile tantum dominium ad eundem Johannem Baptiſtam, ejuſque univerſales, aut ſingulares ſucceſſores ſpectabat, directum vero ad Eccleſiam Ferrarien., illiuſque Menſam Epiſcopalem pertinet, in cujus alienatione neceſſarium eſt nunc ad dilectum Filium noſtrum Aloiſium S. Angeli in foro Piſcium Diaconum Cardinalem Eſtenſem nuncupatum, cui inter alia facultas celebrandi contractus Inveſtiturarum hujuſmodi bonorum ad Menſam Epiſcopalem Ferrarien. ſpectantium reſervata exiſtit, pro Inveſtitura recurſum habere, & laudemium, ac forſan alia jura pręſtare, ac perſolvere pro obtinenda inveſtitura prędicta, ac ejuſdem Aloyſii Cardinalis reſervatione ceſſante, ad

pro

pro tempore exiſtentem Epiſcopum Ferrarien. recurrere, Domui veſtrę jure legati, ſeu alias reliquit; et pro qua inveſtitura obtinenda ipſo Johanne Baptiſta vita functo, ac dicto legato facto, ſolutis juribus dictę Eccleſię Ferrarien. ad eundem Aloyſium Cardinalem recurſum habuiſtis: Verum cum Conſtitutione felicis recordationis Bonifatii PP. VIII, ſive alterius Romani Pontificis prędeceſſoris noſtri Bonifatiana appellata, inter alia caveri dicatur expreſſe, quod de bonis hujuſmodi ab Eccleſia acceptis, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, ſalvo tamen jure ipſius Eccleſię, in quaſcunque perſonas, pręterquam in prohibitas diſponi poſſit, quales ſunt Monaſteria, Eccleſia, & alia pia loca, dictę poſſeſſionis Inveſtituram juxta jam per vos oblatam conditionem obtinere nequiviſtis, niſi per nos deſuper proſpiciatur. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus in pręmiſſis opportune conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos, & veſtrum quemlibet a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac Conſtitutionis, & prohibitionis hujuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pręſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Aloyſio Cardinali, vel eis, ad quos ejuſdem nomine ſimiles inveſtituras bonorum celebrandi cura ſpectat, quod prohibitione hujuſmodi non obſtante, inſtrumentum Inveſtiturę in Domus veſtrę favorem, alias ſalvis juribus Eccleſię Ferrarien., celebrare, ut moris eſt, vobiſque ac juxta dicti Teſtatoris voluntatem, ac ſervata forma inveſtiturę in ſavorem Domus veſtrę celebrandę, poſſeſſionem prędictam recipere, illamque prout dictus Teſtator poſſidebat, in perpetuum poſſidere libere, & licite valeatis, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus, ac contractum Inveſtiturę hujuſmodi in ſavorem Domus veſtrę celebrandum, prędicta prohibitione non obſtante, perpetuis futuris temporibus valere, vobiſque, & in dicta Domo ſucceſſoribus veſtris juxta illius formam ſuffragari debere, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, & S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiep. Ravennaten., & Epiſcopo Amerin., ac Dilecto Filio Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę generali Auditori per pręſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes litteras, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque, & in dicta Domo Succeſſoribus veſtris in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, vos pręmiſſis omnibus, & ſingulis juxta pręſentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere; Non permittentes vos deſuper a quocunque quomodolibet indebite moleſtari; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus pręmiſſis, ac etiam Bonifatii VIII Prędeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore pręſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictę Eccleſię Ferrarien. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſię, illiuſque Pręſuli, & Capitulo, necnon ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel ſpecie, conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quęvis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac quodcunque juramentum de ſervanda prohibitione prędicta, & de non conſentiendo inveſtituris bonorum, niſi juxta dictę Conſtitutionis Bonifatianę formam, & non contraveniendo eidem qualitercunque pręſtitum dicto Aloyſio Cardinali, & quibuſcunque perſonis, ad effectum pręſentium relaxamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indultis hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XXIX Novembris MDLXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Ferrarienſi*.

Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Peruſini Monaſterii B. Columbæ (1).

Anno 1580 Die 18 Martii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XIII. CLVI.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum ſalutem, cęleſtibus Eccleſię theſauris pia caritate intenti omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento refectis, qui Eccleſiam Monaſterii Monialium B. Columbę Civitatis Peruſię die Feſto Annunciationis B. Marię ſemper Virginis a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ejuſdem diei, ſingulis annis, ad quinquennium devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & unio-

unione, ac hęreſum extirpatione, Sanctęque Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus Pręſentibus poſt dictum quinquennium minime valituris. Volumus autem, quod ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad certum tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus, eędem pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XVIII Martii MDLXXX, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Cę. Glorierius.

1. *B. Columba.*) Virginis Ordinis Fratrum Prædicatorum.   2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1580 Die 19 Junii.

Altare privilegiatum Conventus Tarraconenſis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CLVII.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Omnium ſaluti paterna caritate intenti, inter tam multa pietatis officia, quę Nos pro munere noſtro convenit exercere, ſacra interdum loca ſpeciali privilegio inſignimus, ut inde fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur; Quocirca ut Eccleſia Domus Sancti Dominici prope, & extra Muros Tarraconen. Ordinis Fratrum Prędicatorum ſupra duodecim regulares Sacerdotes dicti Ordinis Profeſſores, ibi divinis laudibus Altiſſimo famulantes, habens, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare Beatę Marię de Roſario, quod non eſt majus, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate Nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties Miſſa Defunctorum ad prędictum Altare celebrabitur pro anima cujuſcunque Fidelis, quę Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, ipſa de theſauro Eccleſię Indulgentiam conſequatur, quatenus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimę Virginis Marię de Roſario, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum Omnium meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pęnis liberetur. Datum Romę apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo, Tertiodecimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cę. Glorierius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum ex autographo *Tarraconenſi.*

Anno 1583 Die 23 Februarii.

Ratum habet, quod Dertuſenſis (1) Conventus Fratres venerint in poſſeſſionem alterius Dertuſenſis Domus.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CLVIII.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Ad uberes fructus, quos Profeſſores Ordinis Prędicatorum in Agro Dominico quotidie faciunt, attente reſpicientes, dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea, quę in illorum favorem conceſſa fuerunt, approbemus. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Prior, & Fratres Domus S. Franciſci Dertuſen. dicti Ordinis FF. Prędicatorum; Quod cum alias per literas felicis recor. Pii Papę V Prędeceſſoris noſtri, ut univerſi Regnorum Hiſpaniarum Profeſſores Ordinis FF. Minorum Conventualium ad Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia transferrentur, & reducerentur, diſpoſitum, & ordinatum, ac mandatum extitiſſet, & Domus prędicta, in qua dicti Fratres Conventuales habitabant, cum omnibus bonis ſuis ad Profeſſores dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia deveniſſet; iidem Fratres de Obſervantia Domum prędictam cum illius bonis in manibus Vener. Fratris Epiſcopi Dertuſen. renuntiarunt; Ipſeque Epiſcopus eandem Domum una cum omnibus bonis ſuis pręfato Ordini Fratrum Prędicatorum, tanquam Sedis Apoſtolicę Delegatus donavit, & conceſſit, prout in Inſtrumentis publicis pro renunciatione, & donatione, ſeu conceſſione hujuſmodi confectis continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Prior, & Fratres Prędicatores hujuſmodi, deſiderent renunciationem, donationem, ſeu conceſſionem hujuſmodi, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, noſtro, & Sedis Apoſtolicę patrocinio roborari; Pro parte eorundem Prioris, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio in pręmiſſis annuere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem Priorem, & Fratres prędictos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac literarum dicti Prędeceſſoris noſtri, necnon Inſtrumentorum prędictorum tenores, ac veros annuos valores Domus, & bonorum prędictorum pręſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, renunciationem, & donationem, ſeu conceſſionem, ac Inſtrumenta hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuę, ac inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & omnes, ac ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum juris forſan ommiſſarum defectus, ſi qui intervenerint, in eiſdem ſupplemus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilectis Filiis cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę Generali Auditori,

& Offi-

& Officiali in ſpiritualibus Generali Dertuſen., ac Priori Majoris Eccleſię Dertuſen., vel eorum alteri per pręſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Fratrum Pręedicatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra pręmiſſa omnia obſervari, non permittentes eos deſuper a quocunque quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores quoslibet, ac rebelles, & pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus pię memorię Bonifatii PP. VIII etiam Prędeceſſoris noſtri, qua cavetur expreſſe, ne cujuſvis Ordinum Mendicantium Profeſſores loca ad habitandum recipere prę ſumant abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali, de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac Domus, & Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, eorum tenoribus pręſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XXIII Februarii MDLXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

Cę. Glorierius.

1. *Dertuſenſis.*) Juris eſt Provinciæ Aragoniæ. 2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Dertuſenſi.*

Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Peruſini Monaſterii B. Columbæ (1). Anno 1585 Die 12 Februarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

GREGORIUS PAPA XIII. CLIX.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum ſalutem cęleſtibus Eccleſię theſauris, paterna caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui Eccleſiam Monaſterii Monialium B. Columbę vocati, Peruſin. die Feſto Annunciationis Beatiſſimę Virginis Marię a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ejuſdem Feſti, annis ſingulis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in Domino concedimus, pręſentibus ad decennium duntaxat valituris &c. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XII Februarii MDLXXXV, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

1. *B. Columbæ.*) Virginis Ordinis Fratrum Prædicatorum, cujus Feſtum celebratur die vigeſima Maii. 2. *Archivo.*) In quo exemplar.

SIXTUS V.

Ab anno MDLXXXV, die XXIV Aprilis, ad XXVII Auguſti MDXC. Vide *T.V hujus Bullarii pag.*435, *& hoc T.VII pag.*201.

URBANUS VII.

Ab anno MDXC, die XV Septembris, ad XXVII ejuſdem Menſis. Vide *T.V hujuſce Bullarii pag.*477.

GREGORIUS XIV.

Ab anno MDXC, die V Decembris, ad XV Octobris MDXCI. Vide *T.V hujus Bullarii pag* 478, *& hoc T VII pag.*212.

INNOCENTIUS IX.

Ab anno MDXCI, die XXX Octobris, ad ejuſdem anni diem XXX Decembris. Vide *T.V hujuſce Bullarii pag.*483.

CLEMENS VIII.

Ab anno MDXCII, die XXX Januarii, ad III Martii MDCV. Vide *T.V hujus Bullarii pag.*484, *& hoc T.VII pag.*214.

*Tomo VII pag.*241 *Conſt.CXLVII addendum*: Hujuſce Conſtitutionis meminit *Paſſerinus* de Hominum Statibus, & Officiis T.III Quęſt.CLXXXIX Inſpect.VI pag.136 Num.148, ubi data dicitur 12 *Februarii* 1598.

*Tomo V pag.*541 *Conſt.LII Nota* 1 *addendum*: Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum:

IN Nomine Sanctiſſimę, & Individuę Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti &c. Noverint univerſi, & ſinguli pręſens publicum tranſumpti Inſtrumentum viſuri, lecturi, pariter, & audituri, quod Nos Camillus Burgheſius Prothonotarius Apoſtolicus Sanctiſſimi D. N. Papę, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum Apoſtolicarum univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus, vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus literas patentes ſub ſigillo expeditas, coram Nobis pro parte RR. PP. Fratrum Ordinis Sancti Dominici Congregationis Reformatorum Sanctę Catharinę Senenſis exhibitas, & quia eas ſanas, integras, & illęſas, & omni prorſus vitio, & ſuſpicione carere reperimus, ideo illas per infraſcriptum noſtrum Notarium tranſumi, & in publicam tranſumpti formam redigi curavimus, volentes, & auctoritate noſtrę Curię decernentes, ut pręſenti noſtro tranſumpto, diligenter dictis literis originalibus auſcultato, & collato talis, & tanta fides ubique adhibeatur, qualis, & quanta eiſdem literis inferius inferendis adhiberetur, ſi in medium exhibitę forent, aut oſtenſę, dictarum autem literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis, videlicet a tergo: All'Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Signori, li Signori Cardinali della Congregazione de Regolari, Per il Vicerè di Napoli per Santa Maria dell'Arco: Intus vero Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Signori: Il Vicerè di Napoli eſpone alle Signorie Voſtre Illuſtriſſime, come nelli giorni paſſati reſtorono ſerviti di ſcrivere a Monſignor Nuntio di Napoli, che faceſſe erigere la Collegiata nel Caſal di Santa Anaſtaſia con cinquecento ſcudi annui dell'entrate di S. Maria dell'Arco, e che il reſtante di detta Chieſa ſe ne deſſe l'aſſoluto Dominio alli Frati Reformati di S. Domenico, quali ſi trovano al ſervitio di detta Chieſa con molta edificazione del Popolo, il che ſi è differito per la domanda fatta per la Terra di Somma a Sua Santità di volere nell'iſteſſa Terra detta Collegiata, e già le Signorie Voſtre Illuſtriſſime anno commeſſo a Monſignor Nuntio, che informi, e mandi il ſuo parere ſopra di ciò, e della relatione ſua appare quanto ſia neceſſario dare libera amminiſtratione a detti Frati, conforme alla relatione fatta da detto Monſignor Nuntio, che lo riceverà per gratia ſingolariſſima dalle Signorie voſtrę Illuſtriſſime. Quam Deus &c. Sacra Congregatio ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium cenſuit, quod poſt erectionem Collegiatę, Eccleſia S. Marię de Arcu libera remaneat Fratribus Ordinis Sancti Dominici Congregationis Reformatorum Sanctę Catharinę Senenſis cum omnibus bonis, & eleemoſynis in futurum ipſi Eccleſię concurrendis. Romę die Decimanona Aprilis MDXCV. Cardinalis Alexandrinus. Loco ſigilli impreſſi ✠. B. Mara Secretarius. Super quibus omnibus pręmiſſis tanquam rite, & recte, & legitime geſtis noſtram, & Curię noſtrę auctoritatem pariter, & decretum interponi duximus, & interponimus per pręſentes. In quorum fidem pręſentes fieri, & per Notarium noſtrum publicum, Inſtrumentum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romę in Ædibus noſtris, Anno a Nativitate Domini Jeſu Chriſti Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Quinto, Indictione Octava, die vero Vigeſimaoctava Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Papę Clementis Divina Providentia Papę Octavi, Anno ejus Quarto. Pręſentibus ibidem Magnificis D. D. Marco Antonio Bruto, & Johanne Franciſco Ugolino Curię noſtrę Notariis Teſtibus ad prędicta omnia, & ſingula vocatis, & rogatis. Lucas Ripa Vicarius. Adeſt Sigillum in capſula lignea. *Cęterum Congregatio, cujus hic mentio, nunc eſt Aprutina Provincia.*

Anno 1596 Die 19 Julii.

De transferendo Feſto S. Hyacinthi.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CXLIX.

Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Domus S. Dominici Ferrarien. Ordinis Prędicatorum.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUoniam, ut Nobis exponi feciſtis, Feſtum S. Hyacinthi, quod ex veſtri Ordinis inſtituto celebrare tenemini, in diem, quo in Civitate Ferrarien. Nundinę habentur, & quo celebratur Feſtum S. Rochi in Monaſterio Monialium S. Rochi Ferrarien. veſtri Ordinis, cadit, nec utrumque Feſtum eodem die celebrari commode poteſt. Nos veſtris in hac parte Nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati, vobis, ut Feſtum S. Hyacinthi in Dominicam poſt Feſtum Aſſumptionis Beatę Marię immediate ſequentem, & transferre, ac celebrare libere, & licite, valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium licentiam concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-

Apoſtolicis, ac Breviarii Ordinis S. Dominici, & Kalendarii Romani præſcripto, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die XIX Julii MDXCVI, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ferrarienſi*.

Mayden. (1) Cœnobii conſtituendi facultas. Anno 1601 Die 21 Novembris.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

CLEMENS PAPA VIII. CL.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXpoſitum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Univerſitatis, & Hominum Terræ Maydæ Neocaſtren. Diœceſis, quod cum multis ab hinc annis quoddam legatum relictum fuiſſet ad effectum, ut in dicta Terra fundaretur Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, & propterea pro erigenda ibidem dicta Domo quaſdam ædes Baronis de Piriotta emerint, ibidem ex tunc Domus hujuſmodi fabricari cœpta fuit. Verum quia in dicta Terra Conventus Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci exiſtit, & nova Fabrica pro Conventu Fratrum Prædicatorum a prædicto Conventu Fratrum Conventualium per ſpatium ducentarum cannarum, juxta Conſtitutiones Apoſtolicas, & Privilegia eiſdem Ordinibus per Sedem Apoſtolicam conceſſa non diſtat, ad inſtantiam dictorum Univerſitatis, & Hominum, Provincialis Fratrum Conventualium conſenſum præſtitit, ut Domus Ordinis Prædicatorum in loco prædicto erigeretur. Ne autem ſucceſſu temporis aliqua ſuper præmiſſis dubitatio, aut controverſia oriri poſſit, cupiunt tam Univerſitas, & Homines prædicti, quam Fratres Ordinis Prædicatorum Apoſtolicam ſuper hoc auctoritatem intercedere. Propterea Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eis in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Univerſitatem, & Homines, ac Fratres Ordinis Prædicatorum prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictis Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut ibi eorum Domum erigere libere, & licite poſſint, & valeant, ſtante prædicto conſenſu Provincialis Fratrum Conventualium, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifatii PP. VIII Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne Fratres Mendicantes nova loca ad habitandum recipere poſſint, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac utriuſque Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegia quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XXI Novembris MDCI, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

1. *Mayden.*) In Calabria. 2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Ratam habet Anicienſis (1) Monaſterii fundationem. Anno 1605 Die 1 Januarii.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

Epiſcopo Anicienſi.

CLEMENS PAPA VIII. CLI.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EX injuncto Nobis Apoſtolici muneris debito, ad ea libenter intendimus, per quæ Viduarum, & Virginum Mulierum, ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium ſtatui opportune conſulitur. Expoſitum ſiquidem Nobis nuper fuit, pro parte dilectæ in Chriſto Filiæ Catharinæ de Colomb Uxoris quondam Gervaſii de Pullalion Nobilis, Diœceſis Anicienſis, ac etiam aliarum Viduarum, & Virginum Civitatis, & Diœceſis Anicienſis; quod ipſa ſpiritu devotionis mota, & ducta, vovit vitam ſanctam juxta Regulam Ordinis Prædicatorum, ſub invocatione S. Catharinæ de Senis ſervandam. Sed quia in Civitate, & Diœceſi hujuſmodi, nullum Monaſterium Monialium ejuſdem Ordinis exiſtit, in quo poſſit cum aliis recipi, & votum emittere, ſupradicta Catharina, & aliæ Viduæ, & Virgines a Fraternitate tua, ac Superioribus ejuſdem Ordinis licentiam obtinuerunt conſtruendi, & reædificandi Domum, & Capellam S. Petri veteris, & ibi ſub perpetua clauſura ſub ejuſdem Ordinis Superiorum obedientia, & juxta formam Sacri Concilii Tridentini vivendi: cum conditione tamen, quod intra ſex menſes, hujuſmodi licentiæ confirmationem a Nobis petere, & obtinere deberent; prout in tuis patentibus literis,

deſuper conceſſis, quarum tenorem pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius contineri dicitur: Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Catharina, & alię Viduę, ac Virgines cupiant literas patentes hujuſmodi, pro illarum firmiori ſubſiſtentia, Apoſtolicę noſtrę confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in pręmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad ea, quę ad Divini cultus, Religioniſque augmentum, & animarum ſalutem pertinent, intendentes, dictarum Catharinę, & aliarum Viduarum, & Virginum pio deſiderio annuentes, ac ipſas ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuę per pręſentes committimus, & mandamus, ut licentiam pręfatam, per te, ut pręfertur, conceſſam, ac deſuper has patentes hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in illis contenta, dummodo forma Conſtitutionis noſtrę ſuper receptione Mulierum nuper editę ſervata fuerit, non obſtantibus quod intra ſex dictos menſes &c. Catharina, & alię Viduę pręfatę hujuſmodi licentię confirmationem a Nobis non obtinuerint, auctoritate noſtra Apoſtolica confirmes, & approbes, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicias, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſuppleas, ac licentiam pręfatam a te conceſſam hujuſmodi, validam, firmam, & efficacem exiſtere, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Catharinę, & aliis Viduis, & Virginibus pręfatis, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, illaſque deſuper a quocunque, quavis auctoritate, ſuper pręmiſſis moleſtari, perturbari, vel inquietari minime poſſe, decernas, & declares, ac eiſdem Catharinę, & aliis Viduis, ac Virginibus, apud Domum, & Capellam S. Petri veteris pręfatam, unum ejuſdem Ordinis Pręedicatorum, ſub invocatione Sanctę Catharinę de Senis, Monialium Monaſterium erigendi licentiam, & facultatem dicta auctoritate concedas, & impartiaris, & inſuper Monaſterio, ſi, & poſtquam erectum fuerit, ejuſque futuris Abbatiſſę, & Monialibus, ut omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis, indultis, Indulgentiiſque, quibus alia Monaſteria Monialium, eorum Abbatiſſę, & Moniales ejuſdem Ordinis, uti, frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, concedas. Non obſtantibus pręmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores pręſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die Vigeſimaprima Januarii MDCV, Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

1. *Anicienſis.*) Vulgo *Le Puy*, in Gallia.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Anicienſ*,

LEO XI.

Ab anno MDCV, die I Aprilis, ad ejuſdem menſis diem XXVII. Vide *T.V hujuſce Bullarii pag.630.*

PAULUS V.

Ab anno MDCV, die XVI Maii, ad XXVIII Januarii MDCXXI. Vide *T.V hujus Bullarii pag.631, & hoc T.VII pag.232.*

Anno 1607 Die 13 Januarii.

De quibuſdam reſtituendis Colonienſi Conventui.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXVI.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, ſeu dilectis filiis Officialibus Colonien., & Treviren., ac Moguntin., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SIgnificarunt Nobis dilecti filii Prior, & Fratres domus S. Dominici Colonien. Ordinis Fratrum Pręedicatorum, hęredes quondam Davidis Erneſti Oxenfeldert, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, cenſus, terras, domos, poſſeſſiones, bona mobilia, & immobilia, pannos laneos, lineos, ſericeos, ſcripturas publicas, & privatas fidem tamen facientes, libros demum, etiam computorum, ac jura, necnon pecuniarum ſummas, auri, & argenti, vini, oleique, hordei, frumenti, ac aliarum frugum quantitatem, jocalia, domuſque ſuppellectilia magni momenti ad dictam domum reverſionis hęreditarię dicti Davidis legitime ſpectantis ſubtraxerunt, & temere occuparunt, eaque malitioſe occultare, ac occulte, & indebite detinere pręſumpſerunt, & pręſumunt, ex quo pręedictę domui

gravia

gravis damna, valorem quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt, in animarum ſuarum periculum, & dictę domus non modicum detrimentum, ſuper quo ipſi ſignificantes Apoſtolicę Sedis remedium implorarunt, quocirca Fraternitati veſtrę Fratres Archiepiſcopi, ſeu diſcretioni veſtrę, filii Officiales, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, & quilibet veſtrum, ſinguli in ſuis Civitatibus, & Dięceſi, ſi cauſa diligenter, & magna maturitate per vos examinata, pro rei, loci, temporis, & perſonarum qualitatibus vobis pro veſtra conſcientia videbitur expedire, omnes hujuſmodi bonorum detentores, & illorum celatores, aut alios ſcientiam habentes, ac damnorum illatores occultos ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram populo per vos, vel alium, ſeu alios, moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis pręfixeritis, ea dictę domui a ſe debita detentores quidem, & occultatores reſtituant, celatores vero, ac illa ſcientes revelent, & ſi id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptorie pręfigendum, eatunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, eamque faciatis ubi, quando, & quoties videritis expedire, uſque ad ſatisfactionem condignam, & revelationem debitam, ſolemniter publicari. Volumus autem, quod ex revelatione hujuſmodi, ſi eam fieri contingat, non poſſit niſi pro civili intereſſe, & civiliter agi, & alias revelatio ipſa, neque in judicio, neque extra judicium fidem faciat. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Sexto (a), Idibus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Colonienſi*. 2. *Sexto.*) Stylo Bullarum, æræ communis *Septimo*.

Ratas habet, firmat, & inſerit literas, quibus Clemens VIII mandat, ut Fratres Prædicatores Miſſali, Breviario, & id genus Libris Choralibus Romæ impreſſis utantur.

Anno *1608* Die 20 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXVII.

P A U L U S P A P A V.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Alias a felicis recordationis Clemente Papa Octavo, Prędeceſſore noſtro, emanarunt literę tenoris ſubſequentis, a tergo, videlicet: Dilecto Filio Magiſtro Generali Ordinis Fratrum Prędicatorum. Intus vero: Clemens Papa VIII. Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum, ſicut accepimus, in Capitulo Generali &c. (2) Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die Secunda Aprilis MDCII, Pontificatus noſtri Anno Undecimo. Cum autem firmiora ſint ea, quę ſępius fuerint Apoſtolica auctoritate confirmata, Nos, ne quiſquam quocunque pretextu pręinſertis contraire pręſumat, ac ut illę in ſuo robore perſiſtant, ac ab iis, ad quos ſpectat obſerventur, opportune providere volentes, ſupplicationibus dilecti filii Vicarii Generalis prędicti Ordinis, Nobis deſuper humiliter porrectis inclinati, pręinſertas literas, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę confirmationis robur adjicimus, eaſque validas, firmas, & efficaces eſſe, & fore, ac in ſuo robore perſiſtere, nec a quoquam, quavis auctoritate fungente, impugnari, infringi, retractari, aut illis contraveniri ullatenus poſſe, nec debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis quibuſcunque, ac etiam dilecto filio cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę Generali Auditori per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet illorum pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte quorumcunque intereſſe habentium, vel alicujus eorum, fuerint requiſiti, per ſe, vel alium, ſeu alios, ſolemniter publicantes, ac illis in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem pręinſertas literas per eos, ad quos ſpectat, inviolate obſervari, Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti, remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę in eiſdem pręinſertis literis expreſſum eſt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XX Januarii MDCVIII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Scipio Cobellutius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

2. *In Capitulo Generali &c.*) Ut in Conſtitutione XCIX Clementis VIII, Legitur Tomo V hujuſce Bullarii pag. 602.

Anno 1610 Die 13 Aprilis.

Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati SS. Dominici, & Jacobi de Mevania.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXXVIII.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei; Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

De ſalute gregis Dominici curę noſtrę meritis licet imparibus divina diſpoſitione commiſſi, ſollicitis ſtudiis cogitantes, fideles ſingulos, quorum merita pro demeritis penitus ſunt imparia, ad pia & meritoria opera exercenda ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus, ut per eorundem operum exercitium, ſuorum abolita macula delictorum, ad ęternę beatitudinis gaudia facilius pervenire mereantur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia Domus Ordinis Fratrum Prędicatorum Loci de Mevania Spoletanę Diœceſis una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas ſub Invocatione SS. Dominici, & Jacobi de Mevania nuncupata ad Dei Omnipotentis laudem, & animarum ſalutem, proximique ſubventionem, canonice, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis inſtituta exiſtat, cujus dilecti Filii Confratres quamplurima caritatis, pietatis, & miſericordię opera exercere conſueverunt. Nos igitur cupientes, ut ipſi, ac pro tempore exiſtentes dictę Confraternitatis Confratres in hujuſmodi, & aliorum piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea in poſterum exercenda, ipſique Chriſtifideles ad dictam Confraternitatem ingrediendum peramplius invitentur, dictaque Eccleſia in debita veneratione habeatur: De ejuſdem Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur, die prima illorum ingreſſus, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, ac tam ipſis, quam ad pręſens exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, vel ſaltem contritis, in eorum mortis articulo nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, invocantibus, necnon eiſdem Confratribus ſimiliter vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam prędictam die prima Menſis Maii a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, hęreſum extirpatione, Hęreticorum converſione, ac inter Chriſtianos Principes fovenda pace, concordia, & unione, ac Romani Pontificis ſalute pias ad Deum preces effuderint, quo die prędicto id fecerint, Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium concedimus, & elargimur. Prę terea eiſdem Confratribus pariter vere pęnitentibus, & confeſſis, ac eadem Communione refectis, qui eandem Eccleſiam in S. Vincentii Epiſcopi, & S. Gregorii Martyris, ac S. Dominici, & S. Jacobi hujuſmodi feſtivitatibus, & ſingulis annis viſitaverint, & oraverint, ut ſupra, qua feſtivitatum hujuſmodi id fecerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Poſtremo eiſdem Confratribus, quoties divinis officiis in eadem Eccleſia more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel ſecretis pro quolibet opere pio exercendo interfuerint, aut ipſum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aſſociaverint, & qui hoc facere impediti, campanę ad id ſigno dato, genibus flexis ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro eodem infirmo recitaverint, aut Proceſſionibus ordinariis, tam dictę Confraternitatis, quam aliis quibuſcunque de licentia Ordinarii celebrandis, aut ſepeliendis mortuis officioſe interfuerint, ac infirmos conſolati fuerint in eorum adverſitatibus, vel pauperes peregrinos hoſpitio ſuſceperint, & eleemoſynis, & officiis juverint, aut pacem cum inimicis compoſuerint, vel quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam pręfatas pro Animabus Confratrum dictę Confraternitatis in Chriſti caritate Defunctorum dixerint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei pręcepta, & quę ad ſalutem ſunt, docuerint, toties pro quolibet pręmiſſorum piorum operum ſexaginta dies de injunctis eis, aut quomodolibet debitis pęnitentiis auctoritate, & tenore prędictis miſericorditer in Domino relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alia ratione, pro illius indulgentiis conſequendis, aut de illis participandis uniatur, aut alias quomodolibet inſtituatur, priores, ſeu quęvis alię literę Apoſtolicę, prę ter has nullatenus ei ſuffragentur, ſed ex tunc prorſus nullę ſint eo ipſo. Quodque ſi Confratribus prędictis ratione pręmiſſorum, aut alias aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit eędem pręſentes nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexconteſimo Decimo, Idibus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

M Ginnettus. I. Fr. Ugolinus. V. Carlettus. L. Angelica. I. Bonettus.
Jo: C. Attorettus. pro Pręf. Sollicit. T. Bombellus. D. Canavarius.

Loco ✻ Diplomatis pendentis.

Reviſa.

Michael Angelus Lapius Subpromotor Fidei.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Indul-

Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati S. Telmi (1).

Anno 1619 Die 1 Octobris.

Ex Archivo (2) *Ordinis*.

CXXIX.

Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes noſtras literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DE ſalute Gregis Dominici curę noſtrę meritis licet imparibus divina diſpoſitione commiſſi, ſollicitis ſtudiis cogitantes, fideles ſingulos ad pia, & meritoria opera exercenda ſpiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus, ut per eorundem operum exercitium, ſuorum abolita macula delictorum, ad ęternę beatitudinis gaudia excitentur. Cum itaque, ſicut accepimus, in Eccleſia Domus regularis Sancti Telmi prope, & extra muros Oppidi de Vivaros Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Auguſtini Dertuſen. Diœc. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas Nautarum nuncupata ſub invocatione ejuſdem S. Telmi ad Dei Omnipotentis laudem, & animarum ſalutem proximique ſubventionem, canonice, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis erecta, & inſtituta exiſtat, cujus dilecti Filii Confraternitatis Confratres in quamplurimis piis operibus ſeſe exercere conſueverunt. Nos cupientes, ut ipſi, & pro tempore exiſtentes dictę Confraternitatis Confratres in hujuſmodi piorum operum exercitio confoveantur, ac magis ad ea in poſterum exercenda invitentur, dictaque Eccleſia in debita veneratione habeatur, & ab ipſis Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique, eo libentius ad dictam Eccleſiam devotionis cauſa confluant, quo ex hoc dono cęleſtis gratię uberius conſpexerint ſe eſſe refectos, de ejuſdem Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi; omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur, die prima illorum ingreſſus, ſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, eiſdemque Confratribus tunc, & pro tempore exiſtentibus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione, ſi id commode fieri poterit, refectis, vel ſaltem contritis in eorum mortis articulo pium nomen Jeſu corde, ſi ore nequiverint, devote invocantibus, ac dictis Confratribus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione prędicta etiam refectis, qui Eccleſiam prędictam in feſtivitate ejuſdem Sancti Telmi a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei Feſti hujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, hęreſum extirpatione, hereticorum, & infidelium converſione, ac inter Chriſtianos Principes concilianda, & fovenda pace, concordia, & unione, ac Romani Pontificis ſalute, pias ad Deum preces effuderint, quo die feſto prędicto id pro tempore egerint, Plenariam omnium, & ſingulorum ſuorum peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem Apoſtolica auctoritate perpetuo concedimus, & elargimur. Prętere eiſdem Confratribus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione prędicta etiam refectis, qui Eccleſiam pręedictam in Annunciationis, ac Aſſumptionis Beatę Marię Virginis, necnon Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac S. Andreę, feſtivitatibus, annis ſingulis, etiam devote, ut ſupra viſitaverint, &, ut pręfertur, oraverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Poſtremo eiſdem Confratribus quoties Miſſis, Salve Regina, Litaniis, & aliis divinis Officiis in eadem Eccleſia more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel ſecretis, ipſius Confraternitatis, pro quocunque opere pio exercendo, vel Proceſſionibus ordinariis, ſeu extraordinariis, tam dictę Confraternitatis, quam aliis quibuſcunque de licentia Ordinarii faciendis, vel ſepeliendis mortuis officioſe interfuerint, aut ipſum Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aſſociaverint, vel qui hoc facere impediti, campanę ad id ſigno dato, genibus flexis, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, pro eodem infirmo recitaverint, aut pauperes peregrinos hoſpitio ſuſceperint, aut eleemoſynis, & officiis adjuverint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, ſeu devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & pauperes puellas dotaverint, vel matrimonio collocaverint, ac ignorantes Dei pręcepta, & quę ad ſalutem ſunt docuerint, vel infirmos viſitaverint, & eos conſolati fuerint in eorum adverſitatibus, aut quinquies Orationem, & toties Salutationem pręedictas, pro animabus Confratrum dictę Confraternitatis in Chriſti caritate defunctorum recitaverint, aut aliquod aliud ſpiritualis, vel corporalis miſericordię opus exercuerint, toties, pro quolibet pręmiſſorum piorum operum exercitio ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis miſericorditer in Domino, & perpetuo relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod ſi dicta Confraternitas alicui Confraternitati aggregata ſit, vel in poſterum aggregetur, ſeu quavis alia ratione, vel cauſa, pro illius Indulgentiis conſequendis, aut de illis participandis uniatur, ſeu alias quomodolibet inſtituatur, priores, ſeu quęvis alię literę deſuper obtentę pręter pręſentes nullatenus ei ſuffragentur, ſed prorſus nullę ſint, eo ipſo: quod ſi Confratribus pręedictis ratione pręmiſſorum, aut alias aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit eędem pręſentes literę nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Tuſculi Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Sexcenteſimo Decimonono, Kalen. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

Gratis pro Deo.

I. Creſcentius.

P. Carteſius.

1. *S. Telmi*.) Seu *Petri Gonzales*, Ordinis Fratrum Prędicatorum Confeſſoris.

2. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum ex autographo *Dertuſenſi*.

GREGORIUS XV.

Ab anno MDCXXI, die IX Februarii, ad VIII Julii MDCXXIII. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.1, & hoc T.VII pag.262*

Anno 1623 Die 6 Maii.

XXV.

De Miſſa (1) Sanctiſſimi Roſarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

PARMEN.

Miſſa de Sanctiſſimo Roſario.

IN Caſu (3) propoſito, poſſe celebrari aliam Miſſam de B. Virgine, habito verbo cum Sanctiſſimo, Sanctiſſimus annuit.
Ita reperitur in Regeſtis Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum. In quorum fidem &c.
Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeſchi Epiſc. Liparitanus Secretar.

1. *Miſſa.*) Non illa quidem, quæ Dominica prima Octobris recitatur; ſed hic ſermo de alia peculiari Miſſa SS. Roſarii, quæ reperitur ad calcem Miſſalis Ordinis Fratrum Prædicatorum: incipit — *Salve Radix*.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.
3. *In caſu.*) Si quis ſcilicet habeat onus celebrandi Miſſam de Roſario: uti videre eſt apud *Barboſam* de Officio, & poteſtate Parochi Parte 1 Cap.1 Num.33 & in Collect. Deciſion. Apoſtol. Verbo: *Roſarium*: Num.7. Huc ſpectant alia ejuſdem S. Congregationis Decreta: die ſiquidem 8 Aprilis 1615 prædictam Miſſam de SS. Roſario approbavit pro Fratribus Prædicatoribus duntaxat. Idem cautum die 25 Junii 1622. Vide ſupra pag.265 Conſt.XXIII Gregorii XV. Initio etiam Miſſalis Romani ſic ex Regeſtis S.Congregationis legere eſt: *Sacra Rituum Congregatio inhærendo Decretis alias factis prohibet omnino Miſſas a S. Rituum Congregatione non approbatas, ac ſignanter Miſſas ..... Exceptis tamen Miſſis Roſarii, & de Monte Carmelo, quæ ſunt permiſſa Regularibus quibuſdam, & iiſdem duntaxat, nec poſſunt ab aliis celebrari, etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis ..... Et facta relatione horum Decretorum S. D. N. Urbano VIII, Sanctitas Sua annuit, & ab omnibus ubique ſervari, & in Miſſali Romano noviter imprimendo apponi præcepit -- Julius Roſpiglioſius Secretarius.* Vide infra ad diem 30 Septembris 1628.

URBANUS VIII.

Ab anno MDCXXIII, die VI Auguſti, ad XXIX Julii MDCXXIV. *T.VI* hujus *Bullarii pag.25, & hoc T.VII pag.266*

Anno 1624 Die 23 Septembris.
CLVII.

Jus præcedendi Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſertum.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CUM S. Dominici, necnon Carmelitarum loci Turris Grecę, Neapolitan. Diœceſis, Ordinum Regulares ſuper Jure pręcedendi in Proceſſionibus, aliiſque actibus, tum Publicis, tum Privatis, quod, hi ex pręſcripto Conſtitutionis felicis recordationis Gregorii XIII; illi vero ex conſuetudine, eis competere pretendebant, apud hanc Sacram Congregationem Cardinalium negotiis Regularium prępoſitam, contenderent, Illuſtriſſimi ejuſdem Sacrę Congregationis Patres, Illuſtriſſimo Camporeo referente, ſub die 8. Junii 1618. id, conſuetudine ejuſmodi attenta, ſupradictis Regularibus S. Dominici competere cenſuerunt, dubioque hujuſmodi per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Madrutium, eo die iterum propoſito, viſiſque Juribus hinc inde noviter deductis, ſacra eadem Congregatio ſupraſcriptum decretum ſervandum eſſe cenſuit, & ita pręcipit, atque committit Romę die XXIII Septembris MDCXXIV.

Oct. Cardinalis Bandinus.

Loco ✠ Sigilli.

A. Epiſcopus Caſert. Secretar.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Digitized by Google

Ne Gregoriana Conſtitutio (1) : *Inſcrutabili* : executioni mandetur in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.

Anno 1625 Die 3 Martii.

CLVIII.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Dilecto Filio Magiſtro Johanni Baptiſtę Pallotę in utraque Signatura Referendario, Jurium, & Spoliorum Camerę noſtrę Apoſtolicę in Portugallię, & Algarbiorum Regnis debitorum Collectori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALias a felicis recordationis Gregorio PP. XV Prędeceſſore noſtro emanarunt literę tenoris ſubſequentis, videlicet: Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inſcrutabili Dei providentia &c. (3) Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, nonis Februarii Pontificatus noſtri Anno Secundo. Cum autem, ſicut accepimus, circa executionem literarum prędictarum in Portugallię, & Algarbiorum Regnis faciendam nonnulla per dilectum Filium Michaelem Suarium Pereira negotiorum Regnorum hujuſmodi pro cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Portugallię, & Algarbiorum Rege Catholico in Romana Curia Agentem, ejuſdem Philippi Regis nomine, coram dilectis Filiis noſtris Dominico SS. Duodecim Apoſtolorum Gynnaſio, Joanne Garcia, SS. Quatuor Coronatorum Millino, ac Scipione S. Suſannę, necnon Antonio S. Honuphrii Titulorum Presbyteris Cardinalibus reſpective nuncupatis, ad id a Nobis ſpecialiter deputatis, deducta fuerint, idcirco donec deducta, ut prętertur, & quę deducenda fuerint per Dominicum, Johannem Garciam, Scipionem, & Antonium Cardinales prędictos, ſeu alios a Nobis ſuper his deputandos, maturius, & plenius videantur, atque conſiderentur, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine tibi per pręſentes committimus, & mandamus, ut in Regnis Portugallię, & Algarbiorum prędictis tantum ad executionem pręinſertarum literarum hujuſmodi ſuperſederi auctoritate noſtra cures, & facias, donec aliter a Nobis, ſeu Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris proviſum fuerit. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac tibi in hoc non parentes per ſententias, Cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtan. pręinſertis literis hujuſmodi, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die Tertia Martii MDCXXV, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Sumptum ex minuta Originali Brevium Secretorum felicis recordationis Urbani PP. VIII collatum concordat.

Loco ✱ Sigilli.

F. Cardinalis Oliverius.

1. *Conſtitutio.*) XIII. Legitur *T.VI pag.*27.
2. *Archivo.*) In quo duplex exemplar, *Romæ* typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum, anno *MDCCXXXIV*.
3. *Providentia &c.*) Ut in Conſtitutione mox laudata.

Ut abſente Generali Magiſtro, Procurator Generalis interveniat Congregationibus S. Officii, & ſedeat poſt Aſſeſſorem.

Anno 1628 Die 26 Aprilis.

CLIX.

Ex Archivo (1) Ordinis.

Feria IV, die 26 Aprilis 1628.

IN Generali Congregatione S. Romanę, & Univerſalis Inquiſitionis habita in domo ſolita habitationis Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Madrutii in Regione Burgi, coram Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD.S.R.E.Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana adverſus hęreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis, Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Cardinales pręfati decreverunt, quod in abſentia Patris Generalis Ordinis Prędicatorum, Procurator Generalis Ordinis pręfati interveniat Congregationibus S. Officii, & teneat locum immediate poſt Aſſeſſorem.

Jo: Antonius Thomaſſus S. R. Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✱ Sigilli.

Regiſtrata folio 31.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

De

Anno 1628 Die 30 Septembris.

CLX.

De Miſſa (1) Sanctiſſimi Roſarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

De Miſſa Roſarii.

COnfratres Societatum Roſarii Terrę S. Archangeli, Savignani, S. Mauri, ac Villę Cannonica nuncupatę, petierunt licentiam recitandi Officium, & Miſſam celebrandi de Roſario: & Sacra Congregatio ſequendo mentem Sanctiſſimi, mandavit, loco Miſſę Roſarii, dici debere aliam Miſſam de B. Virgine.

Loco ✻ Sigilli.

Ita reperitur in Regeſtis Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum. In quorum fidem &c.

N. M. Tedeſchi Epiſcop. Liparitan. Secretar.

1. *Miſſa.*) Vide Notam ad Conſtitutionem datam 6 Maii 1623. Legitur hoc in volumine pag. 454.

Anno 1628 Die 10 Novembris.

CLXI.

Indulgentia conceſſa viſitantibus Altare S. Thelmi (1) ſitum in Eccleſia Cathedrali Tuden.

Ex Archivo (2) Ordinis.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cęleſtibus Eccleſię theſauris; pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam Cathedralem Tuden., & in ea ſitum Altare Sancti Thelmi die Feſto ejuſdem Sancti Thelmi, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis Feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, quod ſi aliquibus Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus, quodque ſi pro pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur; ipſę pręſentes nullę ſint eo ipſo. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die X Novembris Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo Octavo, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

1. *S. Thelmi.*) Seu *Petri Gonzales* Ordinis Fratrum Prædicatorum.

2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1630 Die 31 Octobris.

CLXII.

Indulgentiæ conceſſæ Ravennatenſi Confraternitati SS. Nominis Dei.

Ex Archivo (1) Ordinis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUM, ſicut accepimus, in Eccleſia domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Ravennaten. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, ſub invocatione SS. Nominis Dei, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis canonice inſtituta exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quam plurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt. Nos, ut Confraternitas prędicta majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utrinſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, SS. Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam: Necnon tam eiſdem, & pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti Nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin autem corde devote invocaverint, etiam Plenariam; Ac eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac eadem ſacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium, die Feſto Circumciſionis Domini, a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper dictis Confratribus, & Conſororibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac dicta ſacra Communione refectis

Eccle-

Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium hujuſmodi in primo Pentecoſtes, ac SS. Philippi, & Jacobi Feſtis, & Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, necnon duodecima menſis Aprilis diebus, ut pręfertur, viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die prędictorum id egerint ſeptem annos, & totidem Quadragenas. Quoties vero Miſſis, & aliis Divinis Officiis in dicta Eccleſia, vel Capella, ſeu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint; aut Pauperes Hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora Defunctorum, tam Confratrum, & Conſororum dictę Confraternitatis, quam aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque Proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimumque Euchariſtię Sacramentum, tam in Proceſſionibus, quam cum ad Infirmos, aut aliter ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem prędictas pro Animabus Defunctorum Confratrum, & Conſororum dictę Confraternitatis recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei pręcepta, & ea, quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut aliud quodcunque pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum ſexaginta dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, duratura per Nos conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque etiam ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, ſeu in poſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo prorſus nullę ſint. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XXXI Octobris MDCXXX, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

M. A. Maraldus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ravennatenſi.*

Indulgentiæ pro Corduben. Confraternitate S. Dominici.

Anno 1635 Die 22 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

URBANUS PAPA VIII.

CLXIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUM, ſicut accepimus, in Eccleſia Scalę Cęli nuncupata Domus Fratrum Ordinis Prędicatorum prope, & extra muros Civitatis Cordubenſis, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, ſub invocatione Sancti Dominici, non tamen pro hominibus ſpecialis artis, canonice inſtituta exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt. Nos ut Confraternitas hujuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam: necnon deſcriptis, & deſcribendis in eadem Confraternitate Confratribus, & Conſororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere etiam pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, Nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin autem corde, devote invocaverint, etiam Plenariam: Ac pręfatis nunc, ac pro tempore Confratribus, ac Conſororibus vere quoque pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui pręfatę Confraternitatis Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium die Feſto Omnium Sanctorum, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis Feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper eiſdem vere pariter pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium hujuſmodi, in Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtę, Sanctorum Antonii, Sebaſtiani, & Martini Feſtis diebus, ut pręfertur, viſitantibus, & orantibus, quo die pręfatorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Quoties vero Miſſis, & aliis Divinis Officiis in dicta Eccleſia, vel Capella, ſeu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis ipſius Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, ac etiam qui corpora Defunctorum, tam Confratrum, & Conſororum hujuſmodi, quam aliorum ad Sepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque Proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimumque Euchariſtię Sacramentum, tam in Proceſſionibus, quam cum ad Infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro Animabus Defunctorum Confratrum, & Conſororum prędictorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet pręfatorum operum ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi alias dictis Confratribus,

& Conſororibus pręmiſſa peragentibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus, pręſentes nullę ſint, utque etiam ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, aut aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc, eo ipſo prorſus nullę ſint. Datum Romę apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XXII Decembris MDCXXXV, Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

M. A. Maraldus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

INNOCENTIUS X.

Ab anno MDCLIV, die XIV Septembris, ad VII Januarii MDCLV. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.144, & hoc T.VII pag.302.*

Anno 1644 Die 7 Novembris.

Indulgentiæ pro Ferrarien. Confraternitate S. Dominici.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XXXVI.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUM, ſicut accepimus, in Eccleſia S. Dominici domus Fratrum Ordinis Prędicatorum Civitatis Ferrarien. una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas, ſub invocatione S. Dominici de Suriano nuncupata, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice erecta, ſive erigenda, exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt. Nos, ut Confraternitas prędicta majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Eucharistię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam: necnon tam eis, & pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, Nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus corde devote invocaverint etiam Plenariam: ac eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac eadem ſacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium die Dominico infra Octavam *S. Dominici*, a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper dictis Confratribus, & Conſororibus, etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis dictam Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Oratorium in S. Marię Magdalenę, S. Catharinę Virginis, & Martyris, decimaquinta Menſis Septembris, & vigeſimaprima Menſis Maii Feſtis diebus reſpective, ut pręmittitur, viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die prędictorum id egerint ſeptem annos, & totidem quadragenas. Quoties vero Miſſis, & aliis Divinis Officiis in dicta Eccleſia, vel Capella, vel Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, & privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio receperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam, qui corpora Defunctorum tam Confratrum, & Conſororum dictę Confraternitatis, quam aliorum ad ſepulturam Eccleſiaſticam aſſociaverint, aut quaſcunque Proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctiſſimumque Eucharistię Sacramentum tam in Proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem prędictas pro Animabus Defunctorum Confratrum, & Conſororum prędictorum recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt, docuerint, & quodcunque pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum ſexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum, duratura, conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint. Utque ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, ſeu in poſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu etiam quomodolibet inſtituatur, priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo prorſus nullę ſint. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die VII Novembris MDCXLIV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Ferrarien.*

Ut

Ut Anicien. (1) Monaſterium juris ſit Ordinis Prædicatorum. Anno 1645 Die 27 Januarii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini. XXXVII.

PRioriſſa, & Sorores Monaſterii Civitatis Anicien. Ordinis Fratrum Prędicatorum, a quadraginta annis fundati in pręfata Civitate, ſemper fuerunt immediatę ſubjectę Superioribus pręfati Ordinis, qui eas viſitarunt, Confeſſores dederunt &c. reddita nihilominus ſemper obedientia Illuſtriſſimo Pręſuli pręfatę Civitatis eo modo, quo jubet, & pręcipit Sacrum Concilium Tridentinum. Modo vero ſuper pacifica poſſeſſione, quam habent vivendi ſub immediata obedientia, & directione Superiorum ſui Ordinis, & non obſtante contractu ſuę fundationis, inito cum Illuſtriſſimo Epiſcopo tunc exiſtente, perturbantur. Quapropter humillime ſupplicant Eminentiis Veſtris, quatenus in ſua poſſeſſione confirmentur, poſſintque ſub obedientia Superiorum ſui Ordinis permanere, non denegato tamen jure, quod concedit Sacrum Concilium Tridentinum Illuſtriſſimis Epiſcopis ſupra Conventus, ſeu Monaſteria Monialium Superioribus Regularibus ſubjectarum. Quam Deus &c.

Epiſcopo Anicien.

Pro Monialibus Ordinis Prędicatorum.

Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo, uti Fratri, Epiſcopo Anicienſi.

Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime Domine, uti Frater.

Ex annexo libello ſupplici amplitudo tua intelliget, quid Sanctimoniales Ordinis Prędicatorum Civitatis iſtius apud hanc Sacram Congregationem, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitam expoſuerint. Quia vero Reverendiſſimi Patres nihil deſuper deliberare intendunt, niſi facti prius cognita veritate, idcirco rei ſeriem ad eandem Sacram Congregationem reſcribes, & interim ſuper expoſitis nihil novi (3) amplitudo tua non gravabitur, cui proſpera quęque ex animo precor. Romę XXVII Januarii MDCXLV.

Amplitudinis tuę, uti Frater,
Ludovicus Card. Genetus.

Loco ✱ Sigilli.

Archiepiſcopus Patrocenſis Secretarius.

1. *Anicien.*) Vulgo *Le Puy* in Gallia.
2. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.
3. *Nibil novi.*) *Nibil innovare.*

Relatio, & Libellus ſupplex R. P. Johannis Baptiſtæ de Morales, ab eo, & ſeptem aliis Miſſionariis Apoſtolicis Ordinis Sancti Dominici in Sinarum Imperio, ſubſcriptus, & oblatus Sacræ Congregationi de Propaganda Fide.

Ex Archivo (1) Ordinis.

FRater Johannes Baptiſta de Morales Ordinis Prędicatorum, omnium Fratrum ejuſdem Ordinis in ampliſſimo Sinarum Regno Pręfectus Apoſtolicus, tam ipſe, quam ejus Socii Miſſionarii Apoſtolici, Sacroſanctum Chriſti Domini Evangelium pacis annunciantes, maximoque cum labore Semen Domini Verbi in Gentium cordibus ſeminantes, exilia non ſemel extra Sinę Regnum, Rectorum, & Vice-Regis imperio pro Catholica Fide ſupportantes; multoties coram tyrannis Pętoribus publice, & crudeliter uſque ad Sanguinis effuſionem aliqui ex ipſis Miſſionariis a Miniſtris verberati: Denique (relictis aliis ęrumnis, & laboribus, quos prędicti Fratres in eodem Regno paſſi ſunt, & adhuc patiuntur) unus illorum pro Chriſti Fide poſt multa tormentorum genera, carceris ſquallorem, famem, & crudeliſſimas vapulationes, inductus a quodam Tyranno Judice, ut Fidem Catholicam relinqueret (quod conſtanti animo Venerabilis Frater facere renuit) tandem de Mandato alterius Tyranni Judicis capite truncatus, ad ęternam felicitatem pertingere meruit. Igitur Fratres Prędicatores, qui in Vinea Domini Sabaoth plurimum laborant, & laboris ſui fructum animabus ſaluberrimum conſequi pro viribus maximopere cupiunt, ſanamque, ac Catholicam Doctrinam docere Neophitos, infatigabili labore ſemper procurant, ſed cum in terris Infidelium (cum quibus Neophyti commixti inveniuntur) contra Evangelicam prędicationem quamplurimę ſectę, ſuperſtitiones, & idololatrię verſentur, quę converſioni animarum, maximum, ac valde nocivum impedimentum pręſtant, prędicti Fratres his anguſtiis oppreſſi ad fontem totius veritatis (ſcilicet Sanctam Sedem Apoſtolicam) recurrere procuraverunt pro impetrandis ad aliqua dubia Reſponſionibus. Propterea anno Domini MDCXLIII ex Sinarum Regno

Regno prędictus Frater Johannes Baptiſta de Morales ad almam Urbem acceſſit, & coram Sanctiſſimo tunc temporis Pontifice Urbano VIII aliqua dubia (quę maxime ad manutentionem Neophytorum, & Gentium Converſionem, ac Catholicam Doctrinam declarandam pertinere videbantur) humiliter expoſuit. Re, de mandato Pontificis, ad Sacram Univerſalis Inquiſitionis Congregationem delata, a Sapientiſſimis Patribus Qualificatoribus dubia omnia a pręfato Patre propoſita, maturis diſputationibus pręmiſſis, qualificata fuerunt. Felicis recordationis Papa Urbano morte pręvento, poſtea coram felicis recordationis Innocentio X ejus Succeſſore Sacra Congregatio de Propaganda Fide prędicta dubia, & Reſponſiones ad ea retulit; atque ab eodem Pontifice ſub pęna excommunicationis majoris latę ſententię, ſibi, ac Sedi Apoſtolicę ſpecialiter reſervata, omnibus Miſſionariis tam exiſtentibus, quam exituris in Sinarum Regno ſtricte pręcepit, ut omnia Reſponſa, quę illic approbata fuerunt, in praxi obſervent, & obſervari faciant. Sed quia quotidie in prędicatione Sancti Evangelii inter Infideles paſſim non modici, ſed maximi momenti dubitationes oriuntur; ideo Fratres Prędicatores in pręfato Regno Miſſionarii Apoſtolici iterum ad Sanctam Sedem Apoſtolicam recurrunt, de novo alia dubia proponentes, ut Sua Sanctitas declaret, prohibeat, doceat, & pręcipiat, quid ab omnibus Miſſionariis firmiter tenendum ſit, & ſequendum.

Prius vero Relationem veram, & legitimam pręſtabimus eorum, quę a Sinenſibus Infidelibus in praxi exercentur, poſtea Fratrum Prędicatorum dubia infra proponentur.

Septem ſuper decem dubia a pręfato F. Johanne Baptiſta de Morales an. MDCXLIII Sacrę Congregationi de Propaganda Fide fuerunt exhibita, ſed quoad pręſens dubia noviter exorta, tantum attinent ad ſeptimum, octavum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, & tertium decimum Quęſitum, quia de ceteris dubiis jam Sacrę Congregationi propoſitis, prędicti Fratres hodie nullam dubitationem habent.

III Circa octavum Quęſitum, ad oſtendendam facti veritatem, neceſſe eſt notandum, quod in omnibus Sinarum Civitatibus, & Villis conſtructę ſunt generales Scholę pro Kunfucii, Sinarum principalis Magiſtri, Doctrina legenda, in quibus erecta ſunt cubicula, domus, & alia humano uſui neceſſaria, ut Diſcipulis, Diſcipulorumque Magiſtris, ſimulque Pręfectis (quos Sinę *Hio-Kuon* vocant) ſibi, & ſuę familię ſufficiens pateat habitatio. Pręter has alię magnę ſunt domus, quarum una (quam vocant Sinę *miñg tũn tang'*) pro ſcholarium negotiis deputata eſt. Si inter ſcholaſticos lites inſurgant, in hoc loco reſcinduntur, & judicantur. Hic examina fiunt, hic ad ſcholas recipiendi recipiuntur, & in ſcholaſticorum libris inſcribuntur, & ad gradus admittuntur: Hic ipſius Kunfucii ſententię explicantur, hic convivia pręparantur, & hoſpites recipiuntur, hic denique omnia politica negotia ad ſcholas pertinentia peraguntur.

Confucii Templa. Altera vero magna domus pro colendo Kunfucio tantummodo eſt ędificata intra domum prędictam, illique dicata, neque alium politici, ſcholaſtici, vel alterius generis uſum habet. Hanc domum appellant Sinenſes *Vueñ miáo* (de quo nomine infra late dicetur). *Miñg' tuñg' tañg'* Aulę, vel Gymnaſii nomen congruenter adaptatur, quia *miñg' tuñg' tañg'*, idem eſt quod latine *Domus ordinis claritatis*, vel *Domus ſapientię*. Illi autem domui, ſcilicet *Vueñ miáo*, Templi nomen eſt propriiſſimum. Unde *Vueñ miáo* idem eſt, quod *Eloquentię, Sapientię, vel Scientię Templum*. Quod autem vox *miáo* Templum ſignificet, ex infra dicendis circa nonum quęſitum clare apparebit. Pro nunc dicere ſufficiet, omnium Idolorum Templa a Sinis *miáo* vocari. Unde, vel nullum eſt in Sina Idolorum Templum (quod eſt abſurdum dicere) vel hęc vox *miáo* Templum proprie ſignificat. In hiſtorialibus Sinarum libris, *Tá miñg hoéy tien* vocatis, numerari non poteſt, quoties hac voce *miáo* utuntur, ad denominandum Kunfucii Templum; & ſi velimus citare libros Sinarum, & eorum capitula, ſeu paragraphos, in quibus eodem modo, & ad idem ſignificandum invenitur, opus magnum, & labor eſſet.

IV Nec mirum eſt, Sinas has prędictas duas domus diſtinctas in his ſcholis, ſeu univerſitatibus, ad diſtincta officia deputatas, in unum ſimul fabricaſſe, cum, & nos eandem diſtinctionem videamus in noſtris univerſitatibus. In Complutenſi, & eſt Templum Divi *Ildefonſi* nomine dicatum, & eſt alia magna domus ibi, quam *Theatrum* vocant, pro gradibus recipiendis, oppoſitionibus, & omnibus quibuſcunque aliis ſcholaſticorum negotiis. Similiter in Salmantina, ubi antiquiſſimum Divi *Hieronymi* Deo dicatum videmus Templum, ibique aliam agnoſcimus Domum, quam *Clauſtrum* vocant, pro omnibus ſcholaſticorum negotiis peragendis. Hę duę domus in Sinarum Regno ordine ſequenti erectę, & collocatę inveniuntur. Domus Kunfucii habet portam principalem, & ſuper eam literis magnis ſcriptum eſt: *Vueñ miáo*. Hęc porta ſemper eſt clauſa, niſi quando Prętores, & Magnates certis anni diebus Kunfucio oblationes, & proſtrationes faciunt, & quando ſcholaſtici gradus accipiunt, qui prius ingredi debent hanc Kunfucii domum, & ante ejus tabellam, effigiem, ſeu ſtatuam ſeſe proſternere; & tunc iſtius domus portę aperiuntur. Altera domus (quam *miñg' tuñg' tañg'* vocari ſuperius diximus) erecta, & ſimul conjuncta eſt domui Kunfucii. Hęc domus ſuper portam principalem habet hanc inſcriptionem *jùhiŏ*, hoc eſt, literatorum ſchola; & intra in ingreſſu alterius portę, quę ducit ad domum Magiſtrorum hujus ſcholę, ſeu univerſitatis, ſupra prędictam portam magnis literis apparet hęc inſcriptio, *miñg' tañg' tuñg'*, id eſt *Domus Claritatis, vel Sapientię*. Hę portę reſeratę frequenter manent.

V In pręfata vero Kunfucii domo quotannis Prętores, & literati illum oblationibus, & genuflexionibus, aliiſque cęremoniis magnifice extollunt. Sed, ut aperte maneat horum factorum veritas explanata, prius ſciendum eſt, quod omnia, quę immediate infra dicenda ſunt circa cęremonias, oblationes, collectas, & Regis leges, ex hiſtorialibus libris de Sinę Regibus, & eorum Statutis, & Legibus tractantibus fideliter deſumpta ſunt: quorum librorum titulus eſt, *Tá miñg hoéy tièn*, & quod hic dicendum eſt ex Tomo *Ly pú* vocato fol. 7. deſumptum eſt.

VI Functiones quę a Sinenſibus in Templis Confucii exercentur. Prima functio. Tres igitur a Sinenſibus in domo Kunfucii exercentur functiones: una quidem bis in quolibet anno, ſcilicet in Vere, & Autumno. Omnes Baccalaurei, Magiſtri, & Doctores in Kunfucii domibus congregantur, Caprarum, Suum, Cervorum capita cum eorum carnibus (ſi Cervorum capita non inveniuntur, Cervorum carnes, ſole, vel igne deſiccatas) pannos nigri, & albi coloris, ſal, acetum, leporis carnes, & omnium generum legumina, cum terrę fructibus, candelas, flores, & odoramenta pręparantes.

Quę

Digitized by Google

Quę omnia ante Kunfucii Tabellam (de qua inferius tractabitur) ſupra triginta pulchras, & perpolitas menſas collocantur; menſaque, quę juxta Kunfucii Tabellam reperitur, ſericis paramentis ad hoc deputatis, omni ſtudio perornatur. Pręparant inſuper ſericos pannos albi, & cęrulei coloris optime complicatos, pelvim, ac manutergium collocant, ut qui gerit vices Sacerdotis lavet manus, & abſtergat, inveniuntur etiam ibi cantores, qui cantare debent ſuis temporibus. His, & aliis jam pręparatis, ecce adeſt Civitatis, ſeu Villę major Pręfectus ad exercendum Sacerdotis officium, cui in Miniſterium tanquam Diaconus, & Subdiaconus (qui ſunt duo Scholarum Magiſtri), & alii ex Baccalaureis, vel Doctoribus, aliique multi ex literatia aſſiſtunt; qui omnes ibi jam congregati, in quodam rufi coloris perpulchri Papyri gyro ſubſcribunt ad uniuſcujuſque arbitrium ſuos Sinenſes Characteres, quibus Kunfucii ſpiritum, ſeu animam invitant, ut ad recipiendum oblationes, quas illi offerunt, venire dignetur. Hoc peracto, ille qui Sacerdotis gerit officium, lavat manus, extergit manutergio ad hoc deputato. Quo facto, qui gerit vices Sacerdotis, & alii, qui illum comitantur, ad vocem Magiſtri cęremoniarum accedunt ad locum; ubi ex Tabella Kunfucii, & alta voce cantans cęremoniarum Magiſter idiomate Sinico elegantiori ſic ait: *Virtutes tuę (o Kunfuci!) ſunt admirabiles, & factę, & omnibus patefactę, ſunt nobiles, & excelſę, honore, & magnificentia dignę: & ſi Reges dirigunt ſuos ſubditos, ut benefaciant, totum procedit ex virtutibus, & adjutorio tuo: & omnes te ſequuntur, ſacrificare, & deprecationes facere a principio, & ſemper ita fuit. Omnia quę offerimus munda ſunt, & pura ſine macula, florida, & abundantiſſima, veniat ergo ſpiritus tuus, & accedat ad hęc omnia cum tua pręclara, ac ſancta pręſentia.*

Confucii ſpiritus invitatur ad ſacrificium ſuſcipiendum.

VII

Preces ad illum funduntur.

VIII

His peractis, illi, (quos diximus) ſerici panni, cum illo rufi coloris Papyri gyro in ignem mittuntur, & concremantur. Habet functio iſta ſpecialem collectam, in qua aliis verbis invitant Kunfucii ſpiritum, ut recipiat illud munus, & ſequitur.

Ex illo tempore, a quo cęperunt homines naſci uſque hodie, quis eorum potuit, vel poteſt ſuperare magnificas, & ſuperabundantes Kunfucii virtutes? Solum ſpiritus, ſeu anima hujus Regis (ita vocant Kunfucium ad honorem) *pręcellit, & ſuperat omnes pręteriti temporis ſanctos. Hę oblationes, & pannus iſte ſericus, totum paratum eſt ad cęremoniandum ante tuam pręſentiam. Sed hęc omnia oblata quaſi oriza parvi ponderis videntur* (ſunt verba humiliationis), *& ſine fragrantia, & ſine guſtu: ſed tantum offerimus, ut ſpiritus tuus exaudiat.*

Pannus ſericus in honorem Confucii comburitur.

IX

Oblationes Confucio factæ.

Poſtea multis cum genuflexionibus ſequuntur oblationes: quarum primę correſpondet ſua collecta, ut in ſequentibus verbis apparet: *Virtutes magni, & admirabilis Regis ſancti* (Kunfucius intelligitur) *a Cęlo creatę, & productę ſunt. Reſonet Muſica ad honorandum, & exaltandum eum. Quando has oblationes facimus, nec vanam, nec pigritiam habemus. Vinum purum, & ſine aliqua mixtione, & odoriferum. Omnes carnes, tam Gallinarum, quam Suum, Leporum, Caprarum, quam volatilium, & alia, quę offerimus magna ſunt, & cum illis exaltamus ſpiritum tuum clariſſimum: accede ad nos, & recipe oblationes noſtras.*

X

Confucii ſpiritum oblationibus præſentem credunt Sinenſes.

Pro ſecunda vero, & tertia oblatione, una tantum collecta aſſignatur, ut in ſequentibus apparet. *Omnes Reges pręteriti, pręſentes, & futuri, habent te tanquam ipſorum Magiſtrum principalem, & primum. Tu es omnium hominum, & rerum optimum exemplar, & norma ad imitandum. Igitur humili reverentia omnes recipimus te valde magnum, & profundum quaſi maris pelagum, ſpiritus tuus hic aſſiſtit, & pręſens eſt. Cum iſto vaſe deaurato bibe vinum, quod ſit odoriferum, dulce, & purum, cum iſtis tribus oblationibus perficimus has cęremonias.*

XI

Poſtea ille, qui offert, accipit vinum in perpolito vaſe pręparatum, proceditque ad menſam, ubi collocata eſt Kunfucii Tabella, ſeu imago, & in pręfata Tabella, (ut Sinenſes fingunt, ſeu credunt) adeſt Kunfucii ſpiritus, ſeu anima, & genua flectit, Magiſterque cęremoniarum alta voce cantando ita dicit.

Vinum felicitatis vocant quod Confucio offertur.

Tabella eburnea.

Accedite ad locum, & ſedem ad bibendum felicitates, & omnia bona, ad recipiendum carnes oblatas: & etiam cantando dicit offerenti: *Flecte genua, & include in ſinu tuo Tabellam eburneam.* (Hanc Tabellam ille qui offert, in manibus ſuis habere debet, & elevare ante pectus toties, quoties genua flectere debet, in iſtis oblationibus) *& accipe vas, & prębe laudes, & bibe omnium felicitatum, omniumque bonorum Vinum.* (hoc dicto, & vino jam oblato, ipſemet, qui offert, bibit illud) *Accipe etiam carnes immolatas, & cum laudibus ſuſcipe illas, & extrahe ex ſinu tuo Tabellam eburneam, & proſtrationes facito, & erigas corpus tuum.* Et ſecundum quod Magiſter cęremoniarum ordinat, ſtatim qui offert, exercet. Et eſt notandum, quod quoties qui offert, genua flectit, omnes qui adſunt illic, etiam ſimul genua flectunt. Advertendum eſt etiam, quod iſta Tabella eburnea non eſt illa Tabella, quę ſemper eſt collocata in ſuperiori loco domus Kunfucii, in cujus conſpectu fiunt prędictę oblationes (de qua Tabella infra dicemus) quę non eſt eburnea, ſed lignea. Hac vero eburnea Tabella Regni Magnates utuntur, quando coram Rege loqui debent, duabus manibus eam erigendo ante facies ſuas. Simili modo hic in oblationibus Kunfucio faciendis hac eburnea Tabella utuntur. Et extra has duas functiones nunquam in univerſo Sinarum Regno alicui licebit uti hac eburnea Tabella. In quo apparet maximus Kunfucio exhibitus honor.

XII

Sinenſes a Confucio bona ſperant.

His oblationibus finitis, omnia ſupradicta oblata munera, ab illo loco tolluntur, pręter ſericos pannos, qui (ut diximus) ibidem igne combuſti fuerunt, & in cineres redacti. Habetur etiam pro illa oblatorum libatione ſpecialis collecta, in qua oblatorum munerum fit mentio, & in fine illius collectę dicitur, illis oblationibus homines pacem, animi lętitiam, & omnes ſimul honores, & felicitates, quibus majores eſſe non poſſunt, conſecutos fuiſſe. Hęc ſunt verba: *Omnia oblata coram te ſunt, inſtrumenta, & omnia neceſſaria ordinata, & in ſuis locis collocata, ut illis fruaris, & nos tibi obtulimus. Sunt enim odorifera, & candida. Cęremonię, & Muſicę bene pręparatę fuerunt: nos vero iſtis oblationibus in pace, & tranquillitate verſamur, & animę, ſeu ſpiritus noſtri valde lętantes ſunt, offerendo res iſtas; certum manet, & ſequitur, quod nos recipimus felicitates, honores, beneficia, & omnia bona.*

XIII

Poſt hęc ſequitur alia functio, in qua dicunt Sinenſes ſe comitari, vel deducere Kunfucii ſpiritum, ſeu animam, quę pro oblationibus recipiendis ad illum uſque locum pervenit, habeturque etiam pro iſta functione

Confucii ſpiritum comitantur

functione ſpecialis recitatio. Hęc ſunt verba: *Hęc Kunfucii camera, ſeu domus habet in ſe magnificentiam, gravitatem, pulchritudinem dignam totius reverentię, & honoris. Ex omni loco veniant homines venerari, & ſequi tanquam caput, & omnium principalem. Cum magna reverentia, & humilitate, veneratione, & gravitate has oblationes fecimus, cum magna ſerenitate ſervivimus tibi, invitando te, ut ad nos venires, & accederes ad noſtras oblationes odoriferas. Poſt hęc nos ſpiritum tuum deducimus, & comitamur eum, eumque portamus, ut redeat uſque ad ſuum locum. Et pro tantis oblationibus jam conſummatis, & peractis, omnes recepimus, & conſecuti ſumus omnes felicitates, & omnia bona.*

XIV Inſuper omnes pręnominatę cęremonię regia lege ſtabilitę, & conſignatę ſunt a quodam Rege *Hũng vù* vocato, qui trecentis ab hinc annis fuit Sinarum Rex: illius vero lex characteribus Sinenſibus invenitur impreſſa in libris *Tà mĩng hoêy Tien* nominatis, Tomo octogeſimo in hunc modum. *Rex Hũng vù in primo anno ſui Imperii pręcepit omnibus Gubernatoribus, ſeu Pręfectis totius Regni, ut ſacrificarent Kunfucio, & inviolabili Decreto firmavit, ut in Vere, & Autumno* (ſcilicet menſe Martii, & Auguſti) *odoribus combuſtis ſubjacerent Kunfucio, & illi ſe humiliarent. Etiam idem Rex mandavit omnibus ſui Palatii, & Civitatis Regię Magnatibus, ut Kunfucio ſacrificarent, in quarto etiam anno ſui Imperii idem Rex pręcepit, & ſtabilivit ſecundo, ut fieret Kunfucio ſolemne ſacrificium, declarando res, & inſtrumenta omnia pertinentia ad idem ſacrificium peragendum, qualia deberent eſſe, & ut collocarent ea ſuper Menſam excelſam, & elevatam, & quod ea, quę pręparanda eſſent, ſic fuiſſent: ſcilicet inſtrumentum factum ex arundinibus, & aliud inſtrumentum, quod continet brodium ſine ſale conditum, & aliud inſtrumentum, quo utuntur Reges in ſuis ſacrificiis, & alia inſtrumenta fictilia, & quod ea, quę ſacrificanda erant Kunfucio, debebant eſſe Sus, Capra, caeterę que carnes coctę, & quod fieri debebant Muſicę, & adeſſe ſaltatores, & eligere literatos, etiam Pręfectos, & filios eorum, & nobiliores, ad ſacrificium Kunfucio faciendum: & quod aliquibus diebus ante ſacrificium faciendum omnes ſe exercerent in cęremoniis faciendis. Poſtea in quinto decimo anno ſui Imperii idem Rex imperavit, & ſtabilivit, ut omnes Pręfecti totius Regni ſacrificarent, & deprecationes Kunfucio effunderent, & per totum Regnum hoc mandatum publicari fecit. Poſtea vero idem Rex anno vigeſimo ſexto ſui Imperii imperavit, & ſtabilivit, quod Muſicę, & ſaltatores habuiſſent octo choros, ſicut fiebat in ſacrificiis Regum, & ſtricte pręcepit omnibus totius Regni Pręfectis, tam Civitatum, quam Villarum, ut ita facerent.* Hęc Rex ille.

Cæremoniæ, & ſacrificia in honorem Confucii Regia lege ſancita, & firmata.

XV In libris hiſtorialibus hujus Regni Sinarum *Kũ e chaõ lùj tien'* vocatis, c.121 ſic aſſeritur: *Quidam ſcholaſticorum Pręfectus petitionem ad Regem Hũng vù pręſentavit, in qua ſic propoſuit. In toto Regno Sinarum ſunt Templa Kunfucio dicata ad magnificandum, & ſacrificandum ſancto Kunfucio. In his annis decem Kunfucii Diſcipuli intra Templa dicti Kunfucii in utroque latere Templorum ſacrificant Kunfucio, collocando ejus Tabellam, vel imaginem fictilem, in cęremoniis aliqua non recte agentes, vel aliqua verba minus compoſita, & inordinata proferentes. Reſponſum fuit: Debere omnes obſervare Statuta, & Leges a Rege Hũng vù promulgatas circa Templa, & ceteras cęremonias Kunfucio faciendas.*

XVI In ſupradictis cęremoniis, quę intra domos Kunfucio erectas ab omnibus Pręfectis in univerſo Sinarum Regno fiunt, videtur inveniri rationem ſacrificii; Primo, quia pretioſior munerum pars (ſcilicet ſerici panni) igne conſumitur, ut patet quando hujuſmodi cęremonię peraguntur, ſiquidem dicit Magiſter cęremoniarum, *Fuenpé*; hoc eſt: *Pannus ſericus comburatur*; & ſtatim comburitur. Comeſtibilium autem major pars ad offerentem, ſeu vices Sacerdotis agentem, pertinet, illique donatur: minor vero inter adſtantes pro uniuſcujuſque dignitate diſtribuitur: quod quidem omne antiquę legis hoſtię pacificę ſacrificio aſſimilari videtur. Secundo, quia ibi reperitur rerum ſenſibilium exterior oblatio, in ſignum debiti honoris, & affectus, quem ſatis explicant Sinenſes ſupradictarum collectarum verbis. Tertio ad omnia iſta ſignificanda utuntur Sinenſes hoc verbo, *Chy'* quod ſignificat *ſacrificare*. Utuntur etiam alio verbo, ſcilicet *Hièn*, quod idem valet, quod offerre, ut ex multis tam Chriſtianorum, quam Gentilium libris aperte conſtat. In quodam libro characteribus Sinenſibus pręlo mandato, cujus titulus eſt: *Miſſa Chy'y*, Pater Julius Aleni Societatis Jeſu in characteribus Sinenſibus valde verſatus ſic ait: *Magnificę cęremonię ſacrificandi Cęli, & Terrę vero Domino, Europęo idiomate, ſeu voce, Miſſa vocatur, Miſſa ſic explicatur, id eſt, Hièn, quod eſt offerre, & Sacerdos, quod eſt Chũ Chy', in nomine omnium offert Deo. Propter quas oblationes Deus deſcendere facit, & concedit hominibus, quam plurima dona, virtutes, & beneficia.* Hęc ille Pater Societatis; & ipſemet in pręcdicto libro multoties utitur hoc verbo *Chy'*, & hoc verbo *Hyen*, ad ſignificandum incruentum Miſſę ſacrificium, & oblationes, ac holocauſta Deo vero facienda. Etiam hoc verbum *Chy'* ad idem ſignificandum invenitur in libris quorum titulus eſt, *Tien hiõ xĕ y'*, a Patre Matthęo Riccio ejuſdem Societatis (& qui primus poſt D. Franciſcum Xaverium ex eadem Societate in Sinarum Regnum ingreſſus fuit) compoſitis, & pręlo mandatis. Et in multis horum librorum locis hęc vox *Chy'* reperitur ad ſignificandum ſacrificium, vel ſacrificare, ſive Deo vero, ſive aliis etiam pluribus, ſicut ibi videri poteſt. In aliis etiam pluribus libris Patrum Societatis pręlo mandatis, ſępe reperitur hoc verbum *Chy'*, ad ſignificandum ſacrificium, ſive Deo, ſive Idolis factum. Et ſi citare velimus Sinarum Infidelium tam innumeros libros pręlo mandatos, in quibus invenitur hęc vox *Chy'* ad ſignificanda ſua ſacrificia Idolatrica, eſſet magnam Provinciam aſſumere.

In cæremoniis Confucio factis invenitur propriç ratio ſacrificii.

XVII Sed quia valde neceſſarium videtur habere claram notitiam hujus vocis *Chy'*, & ejus proprię, & verę ſignificationis, deveniendum eſt ad explicationem ejuſdem vocis, a Sinarum Magiſtris in ſuis libris pręlo mandatis traditam, ut infra notantur. In magno Sinarum libro *Chù luy'* vocato, & pręlo mandato (quod opus habet pluſquam decem Tomos, & ibi explicationes verę, & legitimę omnium ſuorum characterum reperiuntur, & habetur apud Sinas, ut apud nos Calepinus) a diverſis Auctoribus explicatur hęc vox *Chy'* in hunc modum. *Chy', idem eſt, quod magnificare, exaltare, effundere preces, & in ſacrificiis poſtulare. Idem etiam eſt, quod actus ſublimior, & perfectior, ad quem poteſt aliquis devenire. Idem etiam eſt, quod recipere oblata, & frui illis. Idem etiam quod examinare, & manifeſtare abſcondita cordis.* Et addunt pręcdicti Authores Sinenſes, quod *ſupremum obſequium, quod homines poſſunt ſpiritibus pręhere, Chy' illis eſt. Id eſt, illis ſacrificare. Propterea Reges Sinarum tempore Autumni ſacrificant Cęlo, & Veris tempore ſacrifi-*

ſacriſicant Terrę, & in quatuor temporibus anni tam Reges, quam alii ſacrificant ſpiritui Keú mang vocato, quem dicunt Sinenſes reſidere in parte Orientali; & etiam ſacrificant ſpiritibus Chō juns Heū tù vocatis, quos dicunt habitare in parte Meridionali; & etiam ſpiritus neú neū vocato, quem dicunt reſidere in parte Occidentali; & ſpiritui Hiven ming' vocato, quem dicunt reſidere in parte Auſtrali: & in omni plenilunio ſacrificant ſpiritibus montium, & torrentium, & in aliis temporibus ſacrificant domorum portarum, & coquinarum ſpiritibus (ut Sinenſes fingunt). Prędictorum hi ſunt caracteres.. unde hoc verbum *Chy'* (quod apparet decem vicibus repetitum in prędictis characteribus) propriiſſime, & abſque nulla dubitatione ſignificat, *ſacrificare*, ſeu *ſacrificium*, quamvis Idololatricum.

Magis explicatur hoc verbum *Chy*, & id quod in ſe continet eſſentialiter ſecundum mentem Sinarum XVIII
Magiſtrorum, & Commentatorum. Et prius notandum eſt, quod in univerſo Sinarum Regno habentur Opera ſex a Sinarum magnis Magiſtris compoſita, & prelo mandata, quodlibetque opus continet tres, vel quatuor, vel amplius Tomos. Hęc ſex opera, ſeu libri intitulantur: *Chuñg juñg, xij kïñg, xú kiñg, Chuñ Chicū, jĕ kïñg, Ly' Ky'* Operaque iſta ab hinc mille, & octingentis annis plus, minuſve a ſuis Auctoribus compoſita fuerunt, & tanto honore ab omnibus hujus Regni Literatis habentur, ut ſolum illis ſex librorum Operibus maximam fidem tribuant, illiſque a pueritia ſtudeant, & explicando eorum auctoritates examinentur, & gradus ſuos obtinere valeant. Sextum vero opus *Ly' ky'* vocatum, continet plurimas ejuſdem Kunfucii Auctoritates. In libro ergo iſto, ſeu Opere Tom. 1 Cap *k'aòtē Señg*, ſic ſe habet: *jen jeñ*, & commentarium ſuper verbis prędictis: *Hac von Chy' includit in ſe petere, rogare, gratias agere pro receptis beneficiis, & gratificare. Item Chy' dicitur ad impediendum ne veniant mala, ut ſunt calamitates, inimicitiarum moleſtię, prava opera, & demerita, infirmitates, & alia hujuſmodi.* Ecce quomodo Sinenſes proprie utuntur verbo *Chy'*, & quales explicationes illi tribuunt. Similiter oſtenditur offerentem a Sinis vocari vices Sacerdotis gerentem his duabus vocibus *Chù Chy'*, id eſt, *Dominus qui offert ſacrificium, vel ſacrificat*. Ita in ſuis libris Patres Societatis utuntur iiſdem verbis, ad ſignificandum legis gratię veros Sacerdotes, ſicut notavimus ſupra.

Ad confirmandum, & corroborandum, quod omnes auctoritates, ſeu teſtimonia deſumpta ex ſex operibus immediate ſupra citatis, maximam fidem habent apud Literatos Sinenſes, valde notatione dignum eſt, quod in quodam libro characteribus Sinenſibus prelo mandato, cujus titulus eſt, *vadn vùe, chiñ jueñ*, a Patre Julio Aleni Societatis Jeſu compoſito fol. 2, & 3 inſertum invenitur. Ibi probat Pater elegantiſſime, & perſpicuis demonſtrationibus omnia creata principium habuiſſe, & inter alia ad convertendos Sinenſes argumentum ad hominem facit, citando ſex opera librorum prędictorum (quos *lō Kuñg* Sing vocant). Idem teſtimonium ad redarguendos Sinenſes etiam affert Pater Matthęus Riccius ejuſdem Societatis in Orologo Tom. 1 ſuorum Operum, *Tieñ ſnō nĕ'y'* vocato. Ex quibus concludimus, quod auctoritates, ſeu teſtimonia a nobis huc uſque, ex *Lō Kiñg*, ſeu Sinarum ſex Operibus deſumpta, a nullo Sinenſium negari poſſunt.

Quarto, videtur eſſe rationem ſacrificii in illis ceremoniis Kunfucio factis, quia promittunt ſibi Sinen- XIX
ſes illis oblationibus honores, felicitates, & omnia bona conſecuturos, ut ex prędictis collecta illic patet. Unde & ratio ſacrificii impetrativi ibi reperitur.

Quinto, quia non licet Sinenſibus pręfatas cęremonias in domibus propriis exercere, aliove loco, XX
niſi in Kunfucii domibus illi erectis, & dicatis, & ad illi offerendum ſpecialiter deſtinatis, & niſi fuerint Reges, Vice-Reges, Gubernatores, & Magnates Regni, aliis non licet Kunfucii oblationes, & cęremonias facere, & hoc regia lege ſtabilitum eſt. Unde etiam, & cultus iſte videtur religioſus. Rogati vero Sinenſes, quare in domibus ſuis particularibus non liceat has cęremonias Kunfucio exhibere, ſicut ſuis progenitoribus defunctis peragunt: Reſpondent, ex communi totius Regni conſenſu hoc ſibi ipſis non licere, ne forte aliquid minus decorum, vel decens, purum, aptum, & pulchrum, quam tantę Kunfucii Majeſtatis honor, & reverentia requirat, reperiatur in domibus particularibus. Ecce quomodo reverentur Sinenſes, & venerantur Kunfucium.

Secunda igitur Functio, quę in Kunfucii Domibus, ſeu Palatiis a Sinenſibus fit, hujuſmodi eſt: XXI Secunda functio in Templis Confucii facta.
In qualibet Luna omnes tam Urbium, quam Villarum Pręfecti tenentur pręſcripta Lege regia bis, ſcilicet prima, & quintadecima die Lunę ad prędictas domos Kunfucii accedere, ibique ante ejus Altare ſericis paramentis, candelis, & odoramentis perornatum, tres genuflexiones, capitibus uſque ad terram demiſſis, facere coram Kunfucii tabella (de qua infra tractabimus) ſupra Altare prędictum in altum collocata, & erecta, quibus cęremoniis peractis, & odoramentis in ignem conjectis, & concrematis, iterum genua flectunt, & ſic recedunt. Lex vero regia, qua prędicta Functio Pręfectis mandatur, ut fiat, ſic ſe habet in Libris, quorum titulus eſt, *Tá miñg hoéy tieñ*, Tom 2 Cap. 84 fol. 9. Continetur mandatum Regis *Huñg vù* primo anno ſui imperii in hunc modum: *Omnes Reges ſucceſſores mei, tam Filii, quam Nepotes, & infra, ſtatim, ut acceperint Imperii gubernium, mittant ſuos Legatos Pretores ad domum Kunfucii* (ſcilicet ad Aulam, ubi humatus erat Kunfucius, quę eſt in Provincia de *Xān Tung*, quę diſtat a Civitate Regia per octoginta, & nonaginta leucarum ſpatium) *ad ſacrificandum Kunfucio, & pro parte Regis notitiam illi dare de ſui Regni poſſeſſione, & gubernatione.* Item pręcepit idem Rex, quod etiam ſui Succeſſores Reges pergerent ad Aulam Kunfucii, quę eſt in Civitate Regia, & illi ſolitis cęremoniis ſacrificarent, & quod pręciperent, & mitterent Magnates, & Pręfectos Regni, ut in omni anni Luna, ſcilicet in prima, & quintadecima die Lunę, in eadem Kunfucii Aula genuflexiones facerent, & odorifera illi offerrent, quod omne uſque in hodiernum diem inviolabiliter obſervatur in omnibus Regni Civitatibus, & Villis, ut manifeſtum eſt omnibus hujus Regni Habitatoribus.

Tertia exercetur Functio in his Kunfucii domibus, quando ab Urbe Regia de triennio in triennium XXII Tertia functio in honorem Confucii.
deſcendit, pro unaquaque Provincia, unus ex Cancellariis, vel Examinator Generalis. Tunc enim omnium Civitatum Studioſi in Urbem Metropolitanam uniuſcujuſque Provincię, ad quam Civitates pertinent, pro examine conveniunt, finitoque examine, quicunque eorum Baccalaurei gradum obtinuerunt, in propriam Civitatem revertentes, tenentur ſe ſuę Civitatis Scholarum Magiſtro, vel Prędecto

prę-

Confucii domus non ipſius cultui dicata.

præſentare, ut in Baccalaureorum libro ſcribantur, & numerentur. Sed ante omnia Regia Lege omnes illi Graduati tenentur prius ingredi prędictam Kunfucii domum, ibique ante menſam, ſeu Altare, ſuper quod reperitur Kunfucii tabella collocata, ter genua flectere, capita uſque ad terram demittere, Kunfuciumque tanquam Magiſtrum principalem agnoſcere, & confiteri. Quibus peractis genuflexionibus ad interiorem domum (quam ſupra diximus vocari *miñg tuñ tañg'*) ingrediuntur, ubi Cancellarius Civitatis eos expectat, ibique in Scholarium matricula conſignantur, & ad Baccalaurei gradum recipiuntur. Ecce quomodo Kunfucii domus alium uſum pręter ipſum colendum, & venerandum, non habet. Ecce quomodo Aulam vocari poſſe non videtur, ſiquidem nullum ibi literarum negotium tractatur, niſi cultus, genuflexiones, proſtrationes, deprecationes, & cetera ſuperius relata in prima, ſecunda, & tertia Functione num. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, & 13.

XXIII Inſtitutio prima cultus Confucio a Sinenſibus exhibiti.

Inſtitutio prima hujus cultus, honoris, & reverentię Kunfucio exhibitę, reperitur in quodam libro literis Sinenſibus pręlo mandato, cujus titulus eſt, *çú K'yxú* Cap. 47 fol. 28, qui Liber in lucem editus fuit ab hinc retro bis mille annis plus, minuſve, quando Sinarum Regnum *Hán Chaō'* vocabatur, in quo libro Literati hujus Regni ſtudent, & inter eos in magna auctoritate habetur. Verba vero, quę ad rem pertinent, ita ſe habent: *Mortuo Kunfucio, illius Diſcipuli ſimul, & ipſius Kunfucii Cohabitatores, & Vicini,* (qui omnes centum plus erant) *acceſſerunt ad Sepulchrum illius, & decurſu unius anni ſine ceſſatione illi oblationes faciebant, & deprecationes effundebant, ibique Literati circa ſuas doctrinas diſputationes ingerebant, convivia pręparabant, & arcus tendentes ſagittas in Kunfucii Sepulchrum directas emittebant: Hoc etiam ſupradictum non ceſſavit, nec fuit tempore extinctum, ſed perduravit ducentis annis uſque ad Imperium Hán vocatum. Tunc Rex Sinarum nomine Kaó prateriens ante Kunfucii Sepulchrum tauros, & vaccas multas, & capras Kunfucio obtulit, & deprecationes effudit. Poſtea vero tam Regali, quam alii Regni Magnates, & Prefecti ſemper imitati ſunt, & fecerunt, quod a Rege Kaó factum fuerat, oblationes Kunfucio offerentes, & antequam Prefecti acciperent ſuę gubernationis poſſeſſionem, tenebantur adire Kunfucii domum, ſeu Sepulchrum, illi proſtrationes facere, & ſe illi humiliare.* Omnia prędicta fideliter tranſlata, & deſumpta ſunt ex libro ſuperius citato.

XXIV Cultus iſte, reverentia, & oblationes prędictę a Rege *Kaó* intra domum Sepulchri Kunfucii factę, etiam in Libris Hiſtorialibus totius Regni Sinarum Tom. 2 Cap. 3 fol. 34 narrantur his verbis: *Rex Kaó anno duodecimo ſui Imperii, in undecima Luna pręteriens locum ubi humatus erat Kunfucius, accepit multas vaccas, & capras, quas illi obtulit.*

XXV Iterum omnes Literati Sinenſes conveniunt (& in ſuis Chronicis paſſim invenitur) prefati Kunfucii cultum, & cęremonias initium ante Chriſti Incarnationem, anno ferme trecenteſimo, habuiſſe, tempore Imperii *Hán*, & Regis *Kaó*, ut ſupra dictum manet. Qui quidem Rex omnium primus prefatas Functiones, ſeu Oblationes ſtatuit, & ſanxit, ipſemet offerendo illi vaccas, & capras multas. Et poſt eum, omnes Proceres, & Regni Magnates, & Pręfecti etiam, & omnes Reges uſque in hodiernum diem ſine interpolatione ulla, ſeu remiſſione, quin potius ſemper addendo cęremonias cęremoniis, cultum ad cultum, ſolemnitates ad ſolemnitates, in univerſis Kunfucii Aulis in illius obſequium peragere non ceſſaverunt.

XXVI Cur lege Regia cautum ſit ne Confucii ſtatua publice exponatur.

Conveniunt etiam omnes Sinenſes in hoc, quod antequam Rex Sinarum *Huñg vú*, vocatus regnaſſet, a tempore prefati Regis *Kaó*, venerabantur Kunfucium in ſua imagine ſculpta, & in ejus domibus ſuper menſam, ſeu Altare collocata, ante cujus conſpectum omnes ſupradictę functiones, & cęremonię, minima fere differentia, ac modo aguntur, ab antiquis Sinenſibus fiebant. Poſtea vero Rex *Júñg lō* Filius Regis *Huñg vú* prędicti, in quarto anno ſui Imperii volens magis honorare Kunfucium prohibuit, ne ejus imago in poſterum ſuper menſam illam, ſeu Altare in publico collocaretur, ſed retro in quadam quaſi Capella includeretur. Aſſignantque Sinenſes hujus Statuti Regalis ſuo modo congruam rationem in hunc modum aſſerentes: Cum noſtri Regni Lignorum, vel Terrę Fabri parum curent ſua ſculptoria, vel terrifica arte imagines perpolitas facere, & viſui elegantes, evenire poteſt, ut tantę Sanctitatis Viri Kunfucii imago mœſta, vel ridens, vel nimis rigida, vel altera, quam decet, appareat facie, & ſpecie: Unde congruum eſt valde, ut non in publico pateat loco, ubi ejus virtutem, & majeſtatem ignorantes, minus eam, quam fas eſt, venerentur, vel aliquo modo derideant. Ex quo manifeſtum fit prędictam Regis *Júñg lō* ordinationem nihil Religioſi cultus minuiſſe, ſed potius auxiſſe. Decretum Regis *Júñg lō* circa prędicta ſic ſe habet: *Rex Júñg lō pręcipio, ut in Templis Kunfucii totius Regni non collocetur, nec veſtitus, nec biretum, nec Statua Kunfucii.* Unde notandum eſt primo, quod non obſtante prędicto Regis Decreto, hodie in Sinarum Regno in aliquibus Kunfucii Templis reperiuntur ejus Statuę. Secundo (ut patet ex prędicto Regis Decreto) in toto Regno inveniuntur Templa Kunfucio erecta.

XXVII Regia prohibitio, ne Confucio in Templis Idolorum ſacrificetur, ad majorem illius reverentiam, ac R[illegible] pertinet.

Iſtius Regię prohibitionis aliam congruentiorem rationem adducere poſſumus, quę non elongatur a prima, ſed magis eam confirmat in hunc modum: Antiqui Sinenſes collocabant Kunfucii Statuas in Templis Idolorum, & illic illi cultum exhibebant, & ſacrificabant. Poſtea vero Rex *Chiñg' tuñg'* vocatus in tertio anno ſui Imperii mandavit, & prohibuit, ne aliquis deinceps ſacrificaret Kunfucio in Templis Idolorum. Hęc ſunt verba Decreti Regalis ....

Ex quibus ſequitur manifeſte, quod ante hoc Regium mandatum, etiam in Templis Idolorum Kunfucio faciebant cęremonias, & tanquam Idolum eum habebant, ſiquidem inter Idola eum collocabant, & venerabantur: Et cum plebis homines communiter in Templis Idolorum non multum curent, in ſuis cęremoniis de illarum defectibus, Reges volentes exaltare, & valde honorare Kunfucium, ſtatuerunt quamplurimas Leges circa honorem, & excellentiam illius; ſcilicet, quod cultus, & functiones ſolum fierent in Aulis ipſi erectis, & dedicatis, & quod a principalioribus Pręfectis Civitatum, & a Literatis, a quibus omnibus, tanquam a politicis hominibus functiones ipſę honorifice peragi poſſent.

XXVIII Templa Confucio erecta, &

Hic notandum eſt valde, quod in univerſo Sinarum Regno, non ſolum a Magnatibus, Proceribus, Pręfectis, & Literatis omnibus, verum etiam ab omnibus Regibus in magna reverentia, gloria, honore, & exaltatione habetur iſte Kunfucius. Honor igitur maximus Kunfucio exhibitus apparet ex multis: primo

Publira ejus veneratio, non modo civilis, ſed Religioſa.

primo ex Templis in toto Regno illi magnifice dedicatis, & erectis in omni Civitate, & Villa. Et cum in Regno hoc numerentur trecentę, & plus Civitates, mille, & ſeptingentę Villę, ſequitur Kunfucium habere ad minus duo millia Templa, quod negari non poteſt. Et in iſtis Templis bis in anno ſolemniter oblationes, & cultum magnum illi conferunt, ſimulque in prima, & quinta decima die uniuſcujuſque Lunę ipſi Prefecti, etiam minori ſolemnitate, eundem cultum illi exhibent.

XXIX

Etiam veneratio Kunfucio exhibita apparet ex eo, quod in Civitate Regia invenitur magnum Kunfucii Templum, & per multos paſſus antea, & poſt, reperiuntur duę Tabellę defixę, in quibus ſcriptum eſt, quod omnes, qui per illam viam ante Kunfucii Aulę, ſeu Templi, portam equitando viam fecerint, deſcendant, & pedeſtres tranſeant ante portam ejuſdem Aulę, ſeu Templi, quod fit in magnum illius honorem. Hoc fuit ordinatum, & ſtabilitum a quodam Rege *Ching' hod* vocato, anno ſextodecimo ſui Imperii, Luna ſecunda, in hunc modum: *Rex Ching' hod ordinavit anno ſextodecimo, ut omnes, qui in univerſo Regno Sinarum equitantes tranſirent ante portam Templi Kunfucii, prius deſcenderent ex equo, & pedeſtres tranſirent.* Unde eſt notandum, quod non ſolum pręcepit Rex hanc venerationem Kunfucio ab omnibus exhiberi in Civitate Regia, ſed in omnibus Regni Civitatibus, & Villis, in quibus adeſt Kunfucii Templum. In Metropolitana Civitate Provincię de *Xañ tung* hujus Regni Sinarum, ſuper ſecundam portam Templi Kunfucii principalem, inſculptis literis deauratis, hunc titulum valde honorificum habet Kunfucius: *Vuán x'y Chuñg çú*: hoc eſt, *omnium Seculorum Protomagiſter*.

XXX

Apparet etiam honor iſte ex hoc, quod in toto Regno Sinarum, omnes, etiam Reges, vocant Kunfucium *Sanctum*, *&* *Sanctiſſimum*, & ad denominandum eum Sanctum utuntur Sinenſes hac voce *Xin'g*, quę vox in libris Sinarum *Chú gòey* vocatis (ubi legitimę explicationes ſuorum characterum inveniuntur)
,, ſic explicatur: *Xing*, ideſt plene, & perfecte omne bonum, ſive virtutes ſint, ſive intellectus dona,
,, quę reperiuntur in homine, & ſummitas, vel altitudo in illis virtutibus, ſupra quam homo tranſgredi non
,, poteſt, vel altitudo ſumma omnium virtutum, ad quam homo poteſt pervenire, & ulterius non tranſ-
,, gredi, & quod in omnibus nihil inveniatur, quod non penetret, & ſciat etiam futura.

XXXI

Etiam honor iſte maximus, quem Sinenſes tribuunt Kunfucio, apparet ex eo, quod doctrina ejus Sinenſibus tradita, ſit apud eos ita excelſa, & ab omnibus ita honorata, & omni fide in omnium cordibus fixa, & credibilis, ut in nullo ejus verbo apud eos dubitabilis ſit, ſicut nos quando Scripturę Sacrę ſententiam recitamus, nullus fidelis de ejus certitudine dubitare audebit. Unde eſt, quod quando Evangelii Miniſtri in Sina Evangelium, & ejus veritates prędicant, multoties coram Miniſtris dicunt: Doctrinam noſtram veram eſſe, quia Kunfucii doctrinę concors eſt. Et hoc probatur ex illo, quod in librorum prologo, quorum titulus eſt: *Tieñ hiō Xéy*, a Patre Matthęo Riccio Societatis Jeſu compoſito (quamvis prologus a quodam Literato Sinenſi dimanavit) ſic aſſeritur: *Tirñ chu hò xang ty' iè xē iñ chè pō Kun'g ie*: Hoc eſt: interrogatur: *Deus quis eſt? vel, quid ſit? Reſpondetur: Deus vere idem eſt, quod in Sinę libris ſcriptum eſt: ſurſum Rex*. Et hoc non vanum, & ſine fundamento dicitur. Unde, & iſte Literatus Sinenſis aſſeruit, Doctrinam noſtram docentem Deum eſſe, veram eſſe, ſiquidem Kunfucius docuit eſſe *Xau'g tì*, ſurſum *Regem*. Ecce quomodo Sinenſes valde honorant, & uſque ad Cęlum extollunt Kunfucium. Et utinam ſolum Infideles hoc facerent, ſed proh dolor! quia multi etiam ex Neophytis hoc quidem ſentiunt. Siquidem multi (maxime ex Literatis) Baptiſmum ſuſceperunt, quia illis videbatur, vel credebant Doctrinam Catholicam, Kunfucii doctrinę maxime inhęrere; poſtea vero audientes Miniſtros Evangelicos docentes Dei Legem, & Doctrinam, a Doctrina Kunfucii longe abeſſe, & in multis contrariam, Baptiſmum reliquerunt, & a fide apoſtataverunt. Et utinam pauci eſſent!

XXXII

Tabella Confucii.

Tabellę inſcriptio.

In Templis iſtius Kunfucii invenitur quędam Tabella lignea, in qua ſcriptum eſt nomen Kunfucii ſimul cum aliis literis infra explicandis; & ante hanc Tabellam fiunt omnes cęremonię, oblationes, & proſtrationes ſupradictę. Eſt igitur Kunfucii Tabella, Progenitorum Sinenſium defunctorum Tabellis (de quibus infra dicetur) longior, & amplior, quaſi in triplo, in medio concava, habetque aliam Tabellam in parte anteriori, quę, per rimas a furſum uſque deorſum deſcendens, operit magnę Tabellę interiorem concavitatem. In facie exteriori iſtius Tabellę inſcriptę ſunt deauratę literę, quę hic ſequuntur: *Chì Xing Sieñ çú* Kúng' *chù xiñ goèy*: hoc eſt ad literam: *Sanctiſſimi, & primi Magiſtri Kunfucii ſpiritus, ſeu animę ſedes*. Faciuntque hunc ſenſum: Sedes Spiritus, ſeu Animę Sanctiſſimi Kunfucii primi, & principalis Magiſtri jam pręteriti, & defuncti. Utrumque ſignificat illa vox *Sieñ*, & quia illa vox *Xiñ* communis eſt Angelis, & Animabus, Antiquorum errore ducti, & obcęcati Sinenſes, putant bonorum animas in Angelos tranſmutari. Qui quidem error valde in Sinis pręvaluit. Illa vox *goèy* Sedem ſignificat, Thronum, Habitaculum, Dignitatem, ſeu Majeſtatem.

In aliquibus Kunfucii Templis, & in prędicta Tabella inveniuntur alię literę inſcriptę in hunc modum: *Tà Chiñg' Chy' Xiñg Vuén Sivñ vuañg xin goèg*: Hoc eſt: *Sedes Spiritus, ſeu Animę Regis Sapientiſſimi* (vocant eum Regem in magnum illius honorem) *& Sanctiſſimi totius virtutis, & magnificentię pleniſſimi, & conſummatiſſimi*.

XXXIII

Confucii ſpiritum in Tabella inhabitare credunt Sinæ.

Nec prętereundum eſt prędictę Tabellę literarum inſcriptionem eſſe Lege Regia firmatam, & ſtabilitam, itaut nullus Sinarum poſſit eam immutare. Quam Legem firmavit Rex, qui regnabat quando Sinę Regnum vocabatur, *juen chào*, quod pręceſſit ab hinc quadringentis annis, minuſve. Aſſerunt quidem Sinenſes communiter (ut ex ipſa ſubſcriptione apparet, utinam non ſic eſſet!) Kunfucii Animam in prędicta Tabella commorari, & habitare; indeque reverentias, oblationes, genuflexiones, & cultum illi factum recipere, illiſque frui, & lętari. Unde fit, ut Chriſtiani Sinenſes, qui fide ſunt firmati, & gehennę metu perterriti, valde abhorreant non ſolum ſupradictis functionibus aſſiſtere, ſed & illam Kunfucii Aulam, ſeu Templum ingredi. Si tamen, humana fragilitate ducti, illis aſſiſtant functionibus, mortalis peccati noxa reos ſe eſſe cognoſcunt. Multos teſtes in hujus rei teſtimonium referre poſſemus, ſed brevitatis cauſa unum narrabimus. Cum diebus pręteritis a quodam Religioſo Miſſionario noſtri Ordinis quidam Chriſtianus (cui baptiſmatis nomen Linus) valde literatus in ſuis libris, & antiquus Baccalaureus rogaretur, ut de his, quę in Kunfucii Aulis, ſeu Templis fiunt, cęremoniis cum certiorem redde-

redderet; poſtquam omnes cęremonias ſupradictas, cultum, & reverentias retuliſſet, ipſe Chriſtianus ſua ſponte, & non rogatus in hęc verba prorupit. *Ex quo ab hinc triginta tribus annis baptiſmum ſuſcepi, nunquam unſus fui Kunſucii ſunctionibus intereſſe.* Et cauſam addidit, dicens: *Quia ipſe in corde meo non licere percepi, nec tum Divinę Legis mandatis poſſe compati.* Hęc ille Chriſtianus.

XXXIV
Non ſolum nomen Confucii, ſed ſpiritum, ſeu Animam, & ſedem Animæ venerantur Sinę.

Ex dictis conſtat, Sinenſes non venerari nomen Kunfucii in prędicta Tabella inſculptum, ſed ejus Animam, & Animę habitaculum, Sedem, Thronum, ſeu Majeſtatem. Nam ibi nomen Kunſucii non eſt in recto caſu, ſed in obliquo. Reverentia vero, cultus, & intentio non dirigitur, nec attendit illud, quod eſt in obliquo, ſed illud, quod eſt in recto. Exempli gratia: Demus noſtris temporibus inveniri Dianę Idolum a Conſtantino Imperatore (qui apud Gręcos ſaltem, ut ſanctus colitur) antequam ad fidem converteretur poſſeſſum, habereque Idolum illud hanc ſuperſcriptionem. *Magni Conſtantini Magnę Dianę Imago*, liceret ne nobis Idolum illud venerari, quia erat ibi Conſtantini nomen exaratum, & inſculptum? Demus etiam ſimiliter ſervari uſque in hodiernum diem Beatiſſimę Virginis Imaginem a Juliano Apoſtata, antequam a Fide diſceſſiſſet poſſeſſam, & ſculptam, habereque ſimiliter ſuperſcriptas ſequentes literas: *Juliani Auguſti Sacrę Virginis Marię Imago*, nonne liceret nobis Beatiſſimam Virginem, ejuſque Imaginem honorare, quamvis in ea exaratum eſſet nequiſſimi Juliani nomen? Utique & illius Idoli reverentia eſſet Idolol .ria, & Sacrę Virginis cultus eſſet hyperdulia; licet ibi Conſtantini, & hic Juliani nomina eſſent inſculpta; quia non illud, quod eſt in obliquo, ſed quod in recto eſt, actiones morales intendunt, & reſpiciunt. Sic ergo ſimiliter, dato pro nunc, quod Kunſucii nomen eſſet politico, ac civili cultu venerabile: ſed non videtur, prout inſcriptum eſt in illa Tabella; quia ibi non Kunfucii nomen, ſed ejus Spiritus, ſeu Anima, & Animę Sedes colitur.

XXXV.

Etſi verum eſt (ut conſtat ex prędictis) Sinenſes venerari Kunfucium, oblationes illi facere, invitare Animam ejus, ut veniat ad gaudendum illis oblationibus, & illis fruendum, credentes, quod propter illud obſequium innumerabiles honores, & beneficia recipiunt, non bene intelligi poteſt, hęc omnia ad ſolum nomen Kunſucii directa eſſe: nec Kunfucii nomen pręciſe poſſe illis hujuſmodi bona conferre. Sed quis Sinarum unquam cogitavit a Kunfucii ſolo nomine ſimilia poſſe derivari?

XXXVI
Avorum, & Proavorum defunctorū ſuperſtitioſus apud Sinenſes cultus.

Circa nonum Quęſitum (ad oſtendendam facti veritatem circa cęremonias, & functiones, quę a Sinenſibus fiunt erga ſuos Defunctos, tam in Templis, quam in Sepulchris, & in Domibus ſuis particularibus) neceſſe erit prius referre a quo tempore, a quibus Auctoribus, quomodo, & quales fuiſſent hujuſmodi cęremonię, & quale fuiſſet earum initium.

Ejus antiquitas, & prima inſtitutio.

Cęremonię ergo iſtę initium ſuum ita habuerunt. In libro magno hiſtoriali, qui in magna fide apud omnes Sinenſes Literatos babetur (cujus titulus eſt, *Vuen biēu tuūg Kāo*, habetque Opus iſtud, vel Hiſtoria circiter centum Tomos, quod opus in lucem editum fuit a quodam Magno Sinarum Magiſtro *Mà tuōu Liū* vocato, juſſu Regis *Kiā Chin'g* vocati, cujus Imperium vocabatur *Jū Chāo*, & hoc Imperium habuit initium ante Chriſti Domini Nativitatem bis mille, & quingentis annis plus, minuſve) In prędicto igitur libro, ſeu libris, 1 Tom. Cap 68 fol. 1 ſic ſe habet: *Rex vocatus Xùn oblationes obtulit, vel ſacrificavit tam Regi Hoaūg, quam Regi Kō, jam Defunctis.* Rex ergo *Xùn* fuit primus, qui his cęremoniis initium dedit, ut conſtat ex allegatis libris. Verba vero, quę explicant inſtitutionem primariam cęremoniandi Defunctis ſuis, ſic ſe habent: *omnia creata in ſua creatione pertinent ad Cęlum, & ex illo fuerunt producta, tanquam a ſuo principio, & origine. Homines vero a ſuis Avis etiam tanquam a ſuo principio, & origine initium habuerunt. Et iſti* (Avi ſcilicet Defuncti) *comparantur, ſimiles ſunt, coęquantur Regi, qui eſt ſurſum* (intelligitur Cęlum ſecundum multos Literatos Sinenſes) *Sacrificium, quod fit in Templo Kiaō vocato* (in hoc Templo Rex Sinarum quotannis ſacrificat Cęlo) *magnum eſt: quo Sacrificio magnę debent reddi gratię Progenitoribus defunctis, pro beneficiis ab iis receptis, & tanquam illis, a quibus homines habent principium.* Pręfata verba fideliter deſumpta ſunt ex libro, & loco ſuperius citato. Hi ſunt characteres, & verba Sinica: *Vuān vuē puēn hū tieū ſin puèn hū chùrhù sò y' poèy xàng ty' iè Kiaō chij chy' lè tà pào puèn ſàn x'y iè.*

XXXVII

Roboratur etiam clarius hoc intentum in libro quodam, in quo ſtudent Scholaſtici Sinenſes (& tam hic liber, quam alii poſtea a nobis citandi in magna ęſtimatione, bonore, & fide ab omnibus Literatis hujus Regni habetur, ſiquidem ſuper librorum iſtorum auctoritatibus compoſitiones faciunt, Rethoricam ordinant, Hiſtorias referunt, elegantioribus characteribus utuntur, & in eiſdem examinantur, ut gradus ſuos recipiant) In libro ergo hoc, cujus titulus eſt: *Xiì Kiūg cheū Kuūg*, librorum ſuorum magno Commentatore, & Regis *Chin'g Vuūg* Patruo (qui diſceſſit e vita annis ab hinc duobus mille) & ab aliis Doctoribus Sinenſibus compoſito; Tractatu *Cheū ſu'ng* fol. 1 referuntur ſequentia: *In hoc Regno Sinarum fuit quidem antiquiſſimus Rex Vu Vuáng vocatus* (qui habuit Sceptrum ante tempus Salomonis, ut apparet ex numero annorum ſuorum Chronicorum) *in quodam ampliſſimo, & magnifico Templo ſuorum Sacrificium ſolemne obtulit Patri ſuo Vuèn Vuâng vocato, & de vivis ſublato. Acceſſeruntque ad hoc Sacrificium omnes Regni Proceres, Reguli, & Magnates, & in prędicto Sacrificio laudibus excelſis uſque ad Cęlum magnificaverunt, & extulerunt Vuèn Vuâng defunctum, & tumulatum, & aſſerentes ejus virtutes Cęlo virtutibus omnino comparari, & in eiſdem virtutibus nullum inveniri defectum, ſed omne purum, ſincerum, & ſine ulla prorſus macula, & quod ſi filius ejus* (ſcilicet *Vu Vuâng* prędictus) *Regni Sceptrum acceperat, hoc dimanabat ex meritis, & virtutibus Regis defuncti. Poſtea vero filii, & Nepotes Regis Vu Vuâng ſacrificaverunt Avo ſuo Vuèn Vuâng prędicto in ipſius Aula, ſeu Templo dicentes: quod ſacrificare Avo ſuo idem erat, quam ſacrificare Cęlo, acceperuntque Vaccas, & Capras, & illi obtulerunt dicentes: Oblationes hę complacuerunt Avo noſtro, & illas ſuſcepit.*

Ah! in hoc Templo magnifico, & perpolito, puro, & prędaro cum magno ſilentio adſumus omnes ad offerendum, quo ampliſſimi Literati, & Magnates concurrunt, & hic congregati ſunt, ſuper Vuen Vuâng virtutibus admirati, conſiderantes eas ſuperexcellentes adeſſe in Cęlo. Unuſquiſque noſtrum diligenter, & ſine ulla mora prę paret ſe ad aſſumendum ea, quę in Templo iſto ſunt neceſſaria. In his functionibus nullum faſtidium, ſeu pigritiam babemus. Cęli doctrina, ſeu mandatum, & ejus diſpoſitio admirabilis, & profunda eſt,

& ſine

Digitized by Google

& ſine termino; nunc manifeſtata eſt in nobis conſiderantibus virtutes Regis Vuān Vuāng ita puras, & magnificas, ut Cęli virtutibus comparentur. Ah! ejus virtutes abundanter in nobis infunduntur, & nos recipimus eas, & ſequimur ejus doctrinam, & ejus Nepotes eam exaltamus, & oblivisci non decet: & poſtea dixerunt: *Doctrina Cęli ſine fine, & termino eſt. Virtutes Regis Vuen Vâng purę, & ſine ulla ſunt mixtione, & omnino comparantur Cęlo. Nos accipimus has Vaccas, & Capras, & offerimus Cęlo, & Regi Vuen Vuâng, qui adeſt cum ipſo Cęlo, & accipiunt noſtrum Sacrificium. Propterea omnes Filii, & Nepotes Regis Vuen Vuâng debent illum in virtutibus imitari. Virtutes vero iſtius Regis infundunt in omnes Sinarum Regni homines pacem, & tranquillitatem, & quietem magnam. Hoc, quod offerimus, ſuſcepit illud, & illi complacuit. Propterea nos hic, die, noctuque reverenter veneremur Majeſtatem Cęli, quod conſervat, & adjuvat eum omni tempore, & curam habet de illo*. Hęc in prędicto Libro.

XXXVIII
Sinæ bona ſperant a Progenitoribus ſuis defunctis.

Pręterea, Regi *Chiñg' tañg'* (qui etiam illis antiquiſſimis temporibus regnavit, quando Sinarum Regnum *Xañg Chuō* vocabatur) ejus Filii, & Nepotes oblationes fecerunt, dicentes: *Omnia bona, quę poſſidemus, a te derivata ſunt, & nobis conceſſa uſque in hodiernum diem, & ſunt bona, quę finem non habent. Propterea offerimus tibi hoc vinum, carnes, brodium, fructus terrę, propter quod recipimus longam vitam, & ceteros favores, & gratias, non ſolum uſque in hunc diem, ſed uſque ad futura tempora.*

Prędicta ex *Xij Kiñg* libro, tractatu *Xiñg Sun'g* fol. 29 extracta ſunt, & a bis mille, & quingentis ab hinc annis oblationes pręfatę prędicto Regi *Chiñg' Tañg'* defuncto a ſuis filiis, & Nepotibus fuerunt factę.

XXXIX

Inſuper *Vù Vuâng* Regi prędicto (qui oblationes obtulit Patri ſuo Regio *Vuen Vuâng* vocato, ut ſupra dictum eſt n. 27) & Regi *Chiñg' Vuâng*, ſimul, & Regi *Kang Vuâng*, vocatis, his (inquam) tribus Regibus defunctis eorum Nepotes in Aulis, ſeu Templis Defunctorum magnas oblationes fecerunt, & quando illas offerebant, Muſica reſonabat, & ſupremis laudibus ſuos defunctos exaltabant, credentes ſe propter illas oblationes defunctis factas, maximam recepturos eſſe remunerationem, innumerabileſque favores, & gratias, ſicut patet ex verbis ſequentibus, quaſi ad inſtar Rithmorum noſtrorum compoſitis; fideliterque deſumpti ſunt characteres ex libro ſupra citato *Xy Kiñg* vocato, fol 6: *Regis Vù Vuâng virtutes ſemper maxime ſunt ſine interruptione, nulluſque ei comparari poteſt. Virtutes, & merita ejus apparent in Filio, & Nepote Chiñg', & Kan'g Regibus. Propter ejus merita deſuper Rex fecit Filium, & Nepotem Regis Vù Vuâng regnare ſuper terram, & ſuper hoc ampliſſimum Regnum, virtuteſque horum trium Regum, & maxima eorum merita preclara ſunt, & omnibus nota. Pulſemus ergo Cymbala, & alia inſtrumenta, & alta voce clamemus, quia favores, & omnia bona abundantiſſime deſcendent ad nos. Honoremus hos Reges cum magna gravitate, & reverentia. Biberunt noſtri Reges, & manducaverunt ex noſtris oblationibus, & ſaturati, & inebriati ſunt. Omnes felicitates venerunt, & reverterunt.*

XL
Templa Progenitoribus defunctis dicata.

Pręterea, ſcitu dignum eſt, quod tam prędicti Reges, quam alii ad ſuas oblationes defunctis faciendas, erigebant prius magnifica Palatia, & in eis ſemper oblationes ſuis defunctis peragebant, ut patet ex ſuis libris, & uſque hodie in univerſo Regno omnibus aperte notum eſt, quod tam in Civitate Regia, quam in omnibus Civitatibus, Villis, & Oppidis (quantumvis parva ſint) inveniuntur innumerabilia Palatia, in quibus omnes oblationes, deprecationes, proſtrationes, & genuflexiones faciunt ſuis Progenitoribus defunctis. Sed ex illorum libris ſumamus teſtimonia. Videre licet Sinenſium libros hiſtoriales *Kang Kièn* vocatos, ubi fol. 38 ſic aſſeritur: *Tempore Imperii Hán Rex Kaō* (qui regnavit ab hinc mille, & octingentis annis) *precepit, & ordinavit, ut Proceres, & Magnates erigerent Palatia, ſeu Templa magnifica ſuis Progenitoribus defunctis, ad honorandos eos in Palatiis eis erectis.*

XLI
Oblationes, & deprecationes Progenitoribus faciendæ apud ſuas lege Regia pro toto Regno firmatæ.

Item in libro *Lij Kij* vocato, tom. 1 ſic invenitur: *cęremonię, quę fiunt ad colendos defunctos multę ſunt principales, nobiles, & pretioſę. Reges habent ſeptem Templa. Proceres, & Magnates Regni habent quinque. Prefecti, & Rectores Civitatum habent tria, & literati unum Templum habent.*

XLII

Etiam valde eſt notandum, quod prędictę cęremonię, & oblationes ſuis defunctis exhibitę, etiam ab ipſis Regibus antiquiſſimis, lege Regia firmatę fuerunt, & ſtabilitę pro toto Regno, ut patet ex libris *Ly Ky* vocatis, tom. 1 tractatu *ſne Ling Sang*, ubi ſic dicitur: *Reges antiqui pręceperunt, ut omnes in omnibus Provinciis Regni Sinarum teneantur magno conatu, & diligentia oblationes facere, & deprecationes effundere Regi, qui eſt ſurſum; etiamque teneantur in Templis ſuorum defunctorum oblationes facere: ſimulque hoc facere debeant omnibus ſpiritibus, qui ſunt in montibus, nemoribus, & torrentibus.* Hęc lex, ſeu Decretum pręceſſit annis ab hinc multis.

XLIII

Item in eodem libro *Ly Ky* vocato, tractatu *Chy fá*, ſic ſe habet, *Reges ſancti, & antiqui ordinaverunt, & pręceperunt omnibus in Regno habitantibus, ut ſacrificarent illis, qui, dum erant in mundo, miſericordes fuerunt erga proximos, illis etiam, qui pro Regno decertarunt, & vicerunt: etiam illis, qui pro bono communi pro viribus impedierunt ęrumnas, vel ſtrages: illis etiam, qui induſtria propria fecerunt, ut inimici non invaderent Regnum. Propterea omnibus ſupradictis, & aliis ſimilibus debere ſacrificare propter eorum merita.* Hoc regale Decretum fuit editum ab hinc bis mille annis plus, minuſve.

Juxta ſuperius relata judicium ferri poteſt, utrum cęremonię ab antiquiſſimis Sinenſibus inſtitutę, fuerint nec ne in ſua prima inſtitutione, & origine, ſuperſtitioſę, & idololatricę, vel non. Multa alia teſtimonia adducere poſſemus ad probandum intentum, ſed prędicta ad facti veritatem oſtendendam ſufficere videntur.

XLIV
Tabellę defunctorum.

Sed ut magis, & magis facti veritas attendatur, relictis antiquis teſtimoniis, videre neceſſe eſt, ab hinc trecentis annis, quando Sinarum Imperium *Tá min'g* nominari cepit, uſque nunc (quamvis ab hinc decem, & novem annis *Tà ching*, quia a Tartaris uſque hodie debellatum, & poſſeſſum eſt.) Igitur in principio hujus Imperii *Tà min'g* vocati, primus Rex *Hun'g vù* vocatus, inſtituit, & ordinavit leges regio pręcepto firmatas, erga defunctos Sinenſes, ſicut apparet ſcriptum, & pręlo mandatum in Chronico magno hujus Imperii *Tà min'g* Tractatu *Sun'g Ly* Tom. 1, ubi Rex prędictus poſtquam multa ordinavit circa funeralia, ſic pręcepit: *Omnes in toto Regno faciant Tabellam* (inferius tractabitur de hac Tabella qualis ſit), *& hec Tabella ſit ex ligno Cartanni arboris confecta, & habeat talem menſuram, longitudinem, & latitudinem, ſicut mos erat antea in Regno.* Hęc ſunt Regis verba: *Jē Chō xin' chú jun'g liě mŏ goeij chy' chy' tù y' Kiú Lij.*

Sacrificia defunctis oblata ex Sinarum legibus, ac moribus.

Etiam idem Rex *Hung vù* inter multa, quę ſtatuit, & ordinavit, lege mandavit, ut omnes in ſuo Regno ſacrificarent Draconibus, & ſpiritibus (ut Sinenſes fingunt), qui ſunt in Puteis, in Domorum portis, in Coquinis, in Montibus, in Torrentibus, & Cęlo, & Terra. Etiam bic mandavit, quod ad ſacrificandum defunctis, debeant ſacrificari ſus, capręe, piſces, legumina, & tauri, ſeu vaccę; & quod in eiſdem ſacrificiis debeant fieri Muſicę omnibus inſtrumentis compoſitę. Item, ſtatuit idem Rex, quod poſt mortem Regis omnes Primates, ſive adeſſent in Curia Regia, ſive diſperſi eſſent in diverſis Regni Civitatibus, per ſpatium trium dierum tenebantur indui veſtibus lugubribus, & candelis ſuper Altare collocatis, & odoribus concrematis, bumiliter facerent genuflexiones, & proſtrationes, capitibus uſque ad terram demiſſis, & hoc facerent quatuor vicibus quotidie. Poſtea Rex *jn'g lô* prędicti Regis *Hùng vù* filius ſtatuit, quod poſt mortem Regis, ejus Filii, & Nepotes, omnes Regni Magnates, & omnes plebeii tenerentur tribus diebus non bibere vinum, nec comedere carnes, & quod ad ſacrificandum defunctis uterentur veſtibus lugubribus. Hęc, & alia ſtatuta horum Regum continentur in libris, quorum titulus eſt, *Tà miu'g hòey Tieu'*, ubi, quia ab antiquiſſimis temporibus ordinatę erant multę cęremonię, quę erga ſuos defunctos ab omnibus Sinę hominibus obſervabantur, propterea in multis harum cęremoniarum remittunt ſe iſti Reges ad antiquas obſervationes. Et Rex *Sivên tê* vocatus, anno ſecundo ſui Imperii, in libris citatis *Tà ming hòey' tien'*, ſic pręcipit: *Tam Reges, quam Prefecti, & Rectores, quando in Templis ſuorum defunctorum ſacrificia offerre tenentur, uti debent cęremoniis Vuên Kun'g vocatis* (qui quidem *Vuên Kun'g* pręceſſit prędictum Regem *Kun'g vù* trecentis, & plus annis, ut conſtat ex Chronicis). Iſte auctor, ſeu Interpres *Vuên Kun'g* nominatus, interpretatus eſt plurimos libros, & Magiſtros Sinarum, alios libros ipſemet compoſuit, & prelo mandavit. Propterea hujus Regni omnes literati magna fide, & honore illum afficiunt, & in multis ſententiis ipſum ſequuntur. Ex libris ergo ab ipſo compoſitis (in quibus de cęremoniis erga defunctos in univerſo Sinarum Regno ab omnibus obſervatis tractat) aſſumemus infra, quam plurima teſtimonia circa has cęremonias, quales ſint, & quomodo fiant.

XLV Priuſquam ad alia explicanda accedamus, ad defunctos, ſeu ad cęremonias ſuis defunctis a Sinenſibus exhibitas pertinentia, valde neceſſarium videtur explicare, utrum Sinenſes aliquam Divinitatem, ſeu Numen defunctis ſuis concedant, vel ab illis aliquid petant, vel ſperent. Superius multa teſtimonia notata manent fideliter deſumpta ex libris Sinarum, ubi videri poteſt, utrum Sinę ſuis defunctis Divinitatem tribuant ab illis bona petendo, vel ſperando, vel non. Quę ſufficere videbantur ad confirmandam facti veritatem: ſed quia hec facti veritas valde explananda, & aperienda videtur, adducimus adbuc alia teſtimonia, tamex libris Chriſtianorum, quam Infidelium, ut veritas hęc magis eluceſcat.

In primis, paucis ab hinc annis, quidam Chriſtianus nomine *Coſmas* valde literatus, & qui Doctoratus lauream apud Sinenſes obtinuerat, & quod magis eum commendabat, in Doctrina Chriſtiana valde expertus, & peritus erat, qui anno pręterito MDCLX vitam finivit, compoſuit librum, cui Titulus eſt, *Tà Kê Vuên*, id eſt, Dialogus inter hoſpitem, & hoſpitantem. Ille interrogat, & hic reſpondet, liberque iſte fuit prelo mandatus. In libro vero hoc fol.28 interrogat hoſpes in hunc modum. *In Templis Majorum vita functorum, etiam ſi non habeant adverſitatum, proſperitatumque potentiam, aut dominium, attamen nunc homines aſpicientes parentum, amicorumque ſuorum humatorum effigies, quamvis illi dum ſuperſtites fuere, non habuerint virtutes dignas imitatione, ut propterea teneamur neceſſario illos honorare, tamen ſi ſtatus in Templis eorum ſemel genua flectamus, ſemel profunde inclinemur, eſt ne contra rationem?* Reſpondenſque prędicti libri auctor ait: *In Templis prędeceſſorum defunctorum effigies, quę eriguntur antiquorum hominum, omnes ſunt, ut ob adverſa pellenda, proſperaque obtinenda illis ſacrificia fiant. Eſt valde oberrare, eis inſervire, ac ſi eſſent Domini ſupremi. Diſcurri in caſu debet, ęquum non eſſe illos fieri ejuſdem, cum Rege normę, & qualitatir.* Hęc ibi. Ergo teſtimonium hoc probans ab Ethnicis Sinenſibus Divinitatem tribui ſuis antiquis defunctis, a quibus ſperantes poſtulant adverſa repelli, proſperaque adeſſe (ut ſupra videtur) deſumptum a tam literato Sinenſi, & in lege Divina valde inſtructo, clarius convincit in favorem veritatis juxta ſubjectam materiam, quam ſi alius non literatus Sinenſis, vel aliquis valde Scientificus Miſſionarius Europęus diceret; eo quod quemlibet Literatum Sinenſem, clarum eſt plus de ſua naturali lingua, ritibus, moribus, intentionibus, & literis Sinenſibus callere, quam quemlibet Europęorum Patrum, quantumvis verſatum in lingua, libriſque Sinenſibus. Propterea prędictum teſtimonium hujus Chriſtiani Sinenſis valde literati, etiam ſi unum eſt, unum pro mille reputatur.

XLVI Pręterea in libro horum Ethnicorum, cujus Titulus eſt, *xy' k'n'g*, Tractatu *Lũ Sun'g*, fol.24 ita aſſeritur: *Offerendo Vaccas, & Tauros, certum eſt, & obligatorium, quod venient, & deſcendent bona, & felicitates multę. Et Chêu kung. Et Reges Defuncti concedunt nobis omnia bona, & felicitates.*

XLVII Pręterea, in eodem libro, tractatu *Siaò jà*, fol.55 ſic dicitur: *Quando ſacrificamus in porta Templi progenitorum mortuorum res multas, & bene pręparatas, Spiritus, ſeu animę illorum oblata accipiunt, & acceptant, & illis fruuntur: filiique, & nepotes eorum lętitiam, & ſortem optimam recipiunt, felicitates magnas, vitam, & ętatem longęvam ſine fine, & termino.*

XLVIII Pręterea, in eodem libro *xy' kin'g*, Tractatu *Cheũ Sun'g* fol.7 ſic invenitur: *Heù Chie Regis defuncti virtutes comparantur Cęli virtutibus. Fertiles anni, qui ad nos veniunt, ab illo procedunt, & tam triticum, quam hordeum nobis confert. Surſum Rex pręcepit tibi, ut curam de nobis haberes, & aleres nos.*

XLIX Item, in pręfato libro, Tractatu *Cheũ Sun'g*, fol.2 ita ſe habet: *omnibus qui reſpiciunt Vneu' Vuan'g Regis defuncti Templum, venerantibus eum, & afferentibus ei munera, conceditur vita longa, & in perpetuum felicitates, & omnia bona.*

L Demum in eodem libro *Xy Kin'g*, & in eodem Tractatu, fol. 10 ſic dicitur: *Offerimus Vù Vuan'g Regi defuncto hec magna, & multa animalia, ſcilicet Vaccas, & Capras. Veniant omnes Magnates ad adjuvandum in his oblationibus. Ah! magnifica res eſt. Omnes Filii hujus Regis obedientes conſecuti ſunt pacem, & tranquillitatem magnam.* Prędicta teſtimonia ſufficere videntur ad declarandum, utrum Sinenſes petant, & ſperent a ſuis defunctis bona, & felicitates, & per conſequens utrum tribuant eiſdem aliquam Divinitatem, vel non. Alia, quam plurima teſtimonia ex diverſis eorum libris aſſumi poterant ad idem propoſitum declarandum, quę ob faſtidium vitandum relinquuntur.

Inſuper

Digitized by Google

Inſuper notandum eſt, quod Sinenſes reverentiam, & oblationes, honoremque *iſtum maximum ſuis* LI
defunctis prȩſtant in tribus locis, ſcilicet in Palatiis defunctis erectis, & dedicatis, in propriis domibus, & etiam in ſepulchris. Quantum attinet ad cȩremonias in dictis Palatiis a Sinenſibus, ſuis defunctis, exhibitas, multa notare neceſſe erit. Primo, quod omnia, quȩ hic dicenda ſunt ex libris, cujuſdam magni Sinarum Doctoris *Chû vuen kun'g* vocati, & nu. 44 citati, deſumpta ſunt, & approbata lege Regia. Doctor iſte Tom 1 fol. 37 ſic aſſerit: *Tabella, quȩ collocanda eſt pro defunctis, ex ligno Cartani arboris conficienda eſt, ad ſignificandum tempus, Solem, Lunam, & Stellas, ſeu Planetas. Hujus Tabellȩ pedeſtale debet eſſe quadratum, in quo ſignificantur quatuor tempora. Habeatque prȩdicta Tabella tertiam partem unius ulnȩ, & duodecim puncta in longum, in quo ſignificantur duodecim menſes: in latitudinem habebit triginta puncta, in quo ſignificantur triginta dies uniuſcujuſque menſis. In groſſitiem habebit duodecim puncta, in quo ſignificantur duodecim horȩ diei, & noctis* (duȩ horȩ noſtrȩ conſtituunt unam Sinenſium horam). *Fieri etiam debet hȩc Tabella ex duabus Tabulis conjunctis, & in exteriori parte ſcribi debent hȩc verba, ſeu characteres. Hien' kào' mèu kuōn fû k'ún xiū chù, & ad latus iſtorum characterum, etiam hȩc verba ſcribi debent. Hido chù, meù fun'g çū. Hoc eſt; ſedes, ſeu Thronus, vel Majeſtas Animȩ, ſeu ſpiritus talis parentis defuncti, talis, & talis dignitatis, qui manifeſtus, & apparens eſt. Talis filius obediens cum veneratione, & reverentia offero, & ſacrifico, & preces effundo. In interiori vero parte iſtius Tabellȩ reperiuntur, etiam ſequentes literȩ incluſȩ, quȩ non videntur. Sùng Kû mèu kuōn mèu kūng boēy meù chiū meſi xin' chū. Hoc eſt. Talis ſedes, vel Thronus Animȩ, ſeu ſpiritus Avi nobilis defuncti in tali Imperio Sinarum. Et in lateribus harum literarum in latere ſiniſtro inſcribuntur annus, dies, menſis, & hora, quando talis homo exiit in mundum, & in latere dextro inſcribuntur annus, menſis, & hora quando e vivis ſublatus fuit; etiam ſcribitur ejus nobilitas, ȩtas, & dignitas.*

Materia, & forma Tabellæ defunctorum.

Tabella, ſpiritus, ſeu Animȩ defuncti ſedes, a Sinenſibus creditur.

Idem Doctor *Chû vuèn kung* ordinat, quod quando ſepelire debent ſuos defunctos, tumulatis jam ca- LII
daveribus, accipiant prȩdictam Tabellam, & dicant: *Corpus revertitur ad terram, de qua exivit. Anima, ſeu ſpiritus revertatur in domum ſuam interiorem, quȩ eſt in Tabella. Jam hoc peractum eſt. Proſtrationes fiant nobili Animȩ, recedant vetera, nova ſint omnia. Hoc verum, firme approbatum, & confirmatum eſt.*

Ubi eſt valde notandum, Sinenſes firmiter credere Animas ſuorum defunctorum in hujuſmodi Tabel- LIII
la aſſiſtere, & habitare. Et nullus in toto Sinarum Regno negare poteſt prȩdictam ſubſcriptionem eſſe in prȩfata Tabella, quȩ, vel in domibus, vel in Templis defunctorum reperitur. Miſſionarii Ordinis Prȩdicatorum teſtes oculares ſumus, qui ſȩpiſſime hujuſmodi inſcriptionem literis Sinenſibus in his Tabellis exaratam conſpicimus. Inferius in ſuo proprio loco tractabitur de cultu magno, & veneratione, quam Sinenſes tribuunt huic Tabellȩ.

Inſtitutio originalis hujus Tabellȩ initium habuit ab hinc retro bis mille, & ſeptingentis annis plus, LIV
minuſve. In libro *pē y' liē chiuēn* vocato, & typis mandato inveniuntur hȩc verba: *Rex vù vuàng vocatus, bellum gerens cum alio Rege peſſimo Cheú vocato, inſtituit Tabellam ligneam* (ſcilicet prȩdictam) *ut eſſet ſignum patris ſui etiam Regis jam defuncti, Vuên Vuáng vocati*. Ecce quomodo inſtitutio hujus Tabellȩ initium habuit ab hinc bis mille, & ſeptingentis annis, ut videre eſt in ſuis Chronicis, ubi invenitur tempus, quo regnaverunt iſti Reges Sinarum.

Etiam notandum eſt, quod in univerſo hoc Regno, ut plurimum Sinenſes in domibus propriis taber- LV
nacula erecta, & in eis collocatas prȩdictas Tabellas cum ornatu habent. Collocant vero quatuor Tabellas, quarum prima vocatur *Kào'*, ſecunda *Chù*, tertia *Cheñg*, quarta *Kaó*. Hoc eſt, prima dicata eſt Patri defuncto, ſecunda Avo, tertia Proavo, quarta Proavi Patri defuncto. Et quando alter Pater moritur, collocatur ejus Tabella in illo Tabernaculo: & cum non debeant eſſe pluſquam quatuor Tabellȩ, ſecundum ſuas leges, & obſervantias, tollitur antiquior Tabella, & in domum, ſeu Templum ſuorum defunctorum transfertur, illicque collocatur. Hic etiam habent Sinenſes aliam obſervantiam, quȩ ſic ſe habet. Erigunt Sinenſes uniuſcujuſque familiȩ defuncti Originalis Tabellam prȩdictam, vel imaginem, ſeu ſtatuam fictilem, vel ligneam, & eam collocant ſub una menſa, ex adverſo portȩ domus, credentes, quod ſpiritus, ſeu Anima illius defuncti (qui fuit illius familiȩ Origo) ſuo aſpectu defendit domum illam ab omnibus ſpiritibus immundis.

Cœremoniæ, quibus coluntur progenitores in particularibus domibus.

In quanta veneratione, & Religione habeantur a Sinenſibus iſtȩ Tabellȩ, ex infra dicendis colligi po- LVI
terit. In libris *Chû' vuèn Kúng* ſuperius relatis nu 41, 3 Tom. ſic habetur: *Unuſquiſque in domo ſua erigat tabernacula, & in illis collocari debent quatuor Tabellȩ, pro Patre, Avo, Proavo, & Proavi Patre defunctis, quȩ ſunt quatuor generationes, unicuique generationi unum tabernaculum fiat*. Iterum dicit: *non prȩteribit dies aliqua, in qua non fiant ante has Tabellas adorationes, & reverentiȩ. Itaque quotidie antequam homines de ſuis domibus foras exeant, tres profundas reverentias illis facient, & odoramenta coram illis igne cremabunt: & poſtquam fuerint reverſi in domus ſuas eaſdem reverentias facient, & illas alloquentur, dicentes: Ego N. pergo ad talem locum ad agendum tale negotium. Et cum fuerint reverſi, dicent ante illas Tabellas: Ego reverſus ſum in domum, & tali, & tali modo negotium perfeci*.

Tabellarum religioſa veneratio.

„ Prȩdicta faciunt in ſuis domibus particularibus coram prȩfatis Tabellis, ſed majori ſolemnitate eaſdem LVII
„ colunt, & venerantur in aliis anni temporibus. In prima die primȩ lunȩ ſui anni novi, ſcilicet menſis
„ Februarii, & in quinta decima die ejuſdem Menſis, ſeu lunȩ, in domibus ſuis particularibus, una die
„ ante prȩdictos duos dies debent ſe prȩparare jejunando, & verrendo locum, ubi ſunt Tabellȩ prȩdictȩ,
„ expurgando illas. Et illis duobus diebus mane prȩparent menſas ante Tabellas, & ſuper eas menſas collo-
„ cent vinum, *Cha*, fructus terrȩ, carnes, piſces: & odorifera concrementur. Et omnibus iſtis prȩparatis,
„ cum reverentia extrahant Tabellas ex ſuis tabernaculis, & collocent eas ſuper menſam, prius lotis mani-
„ bus. Et principalior illius domus accipiat vinum in vaſe, & effundat aliquantulum ſuper terram. (In
„ qua actione reperitur ſuperſtitio inter Sinenſes credentes, quod propter talem effuſionem vini in terram,
„ attrahunt ſpiritum ejus, cui offerunt munera), quam actionem vocant *Kuòn*. Et vinum, quod reman-
„ ſit, collocent ante illas Tabellas, & omnes genua flectant, offerantque omnia prȩdicta illis Tabellis, &
„ capita ſua uſque ad terram inclinent, & ter hoc faciant. Et poſt iſtas functiones, cum magna veneratione,
„ & reve-

Verba ſunt Sinenſis auctoris citati.

Cha: ſunt folia modicæ cujuſdam arboris, in aquam ferventem miſſa, & bibunt hanc aquam.

„ & reverentia comitentur ſpiritum deſuncti, accipiendo Tabellas illas, & collocaodo eas in ſuotaber-„ naeulo.

LVIII In his functionibus, quę fiunt in domibus particnlaribus, quod eſt accidentale, non eodem prorſus modo invenitur. In domibus Divitum, & Magnatnm tabernacula pro Tabellis collocandis pulchra, & deaurata ſunt, & cum portis etiam deauratis, & perpolitis. In aliis vero domibus hęc Tabernacula ſine portis inveniuntur; & in aliis ſolum Tabellę in ſuperiori loco collocatę ab omnibus ſemper videntur manifeſte; in aliis demum cęremonię ſupradictę magis, vel minus ſecundnm divitias, vel paupertatem uniuscujuſque peraguntur. Item quolinet menſe prima, & quinta decima die menſis, & aliis temporibus aoni *Chiē* vocatis, etiam fiunt pręfatę cęremonię coram Tabellis.

LIX Pręterea ante prędictas Tabellas Sinenſes, ſive divites, ſive pauperes, ſive nobiles, ſive ex plebe ſint, pro beneficiis a ſuis defunctis receptis (ut illi fingunt, & credunt) ſive ad peragendum aliquod opus, ſive ad contrahendum matrimonium, ſive ad recipiendum gradus pro ſuis literis, vel in die natali Filiorum, accedunt humiliter, & proſtrati ante ipſas Tabellaa, gratias reddunt ſuis defunctis pro beneficiis ab eis receptis, vel recipiendis, nt ex verbis ſequentibus videtur: *Filii, & nepotes veſtri obcdientes, vobis reddimus gratias maximo cum amore, & ex toto corde, & animo. Offerimus vobis vinum, & fructus terrę, & his verbis admonemus vos, & certiores facimus de his omnibus &c.*

LX Iterum in libris prędictis ſic ſe habet: *unuſquiſque de omnibus pecoribus ſuis, fructibus terrę, tritico, hordco &c. debet primitias offerre reverenter ſuis defunctis ante ipſas Tabellas.*

LXI Inſuper in eiſdem libris ſic habetur: *Si domus igne comburatur, vel inundetur, vel latrones invadant domum, prius debent currere ad liberandum Tabellas, & illarum Tabernaculum, & poſtea ſuccurrere domui.*

Et eſt notandum, quod, ſi aliqui non habent locum aptum pro collocandis tabellis, illas collocant in Tabernaculis ceterorum Idolorum, quę domi habent, & hujuſmodi collocatio paſſim invenitur io hoc Regno, ut conſtans eſt.

Etiam valde eſt notandum, quod omnia, quę relata ſunt a num.45 uſque ad num.51 approbata fuerint a Regibus Sinarum, maxime a Rege *Sivēn tē* vocato, ut apparet ſuperius num.44 ubi iſte Rex approbavit ordinationes Doctoris *Chû vuēn kúng* circa defunctos, ex cujus libria fideliter deſumpta ſunt ſupradicta.

LXII Circa idem nonum Quęſitum aliqua de novo proponenda, etiam videntur, ac declaranda. Primo, circa domos defunctis dicatas, & earum nomen, ſupponendum eſt, quod in omnibus frontiſpiciis portarum domorum harum exaratę ſunt hę literę: *Chúng miáo*, vel *Chû' tang'*: & videtur, quod ambę inſcriptiones ſignificent Templum proprie dictum. In primia, ut certior teneatur ſenſus, & ſignificatio vera, & propria iſtins voeis *miáo*, conſulere debemua ipſos Magiſtros Sinenſea, in quibuſdam libris ſuis *Chû lùy*, & *chû goēy* vocatis (in quibus reperiuntur proprie, & verę ſignificationes uniuſcujuſque literę, ſeu characteris Sinarum) explicando quid iſta vox *miáo* ſignificet, ita ajunt: *vox iſta miáo, Templum progenitorum defunctorum eſt, & repręſentatio, ſeu effigies eorum.* Eorum, qui ſunt ex quinque ſublimioribus gradibus, Magnatum, Templa *miáo* vocantur. Eorum vero, qui ex inferioribus ſunt, Templa *Chû'* vocantur. Sed adhuc videtur probandum, qua ratione vox iſta *miáo* proprie ſignificet Templum, & non domum, ſeu Aulam, aut Palatium. Ex alio teſtimonio prędictorum librorum ſumitur fundamentum ad id probandum. Ipſi Doctorea, ſeu Interpretes explicando hanc vocem *Chû'* ita ajunt: *Chû' idem eſt, quod miáo. Quiſquis nobilis ſit, & crigere velit domum, prius erigat Chû' tang'. Sacrificare in ſecunda Luna uninscuinſque anni, Chû' vocatur.* Unde infertur, quod ſi hęc vox *Chû'* ſacrificare ſignificat ex ſua natura, & in portia harum domorum defunctis dedicatarum inſcribitur, conſequenter domus iſtę erunt Templa, ſiquidem in illis ſacrificatur. Et cum vox *Chû'* ſit idem, quod *Miáo* ſecnndum Doctores Sinenſes, ſequitur, quod domus prędictę ſint Templa, & vocari non poſſint domus tantum, Aulę, ſeu Palatia. Hoc idem confirmatur, ex ipſis libris ſuperius citatis *Chû', lùy*, & *Chû' goēy* vocatis in bunc modum. In prędictis libris ſic dicitur. *Hęc vox Chû', idem eſt, quod ſacrificare.* Iterum *deliberate offerre manducabilia.* Iterum ſignificat, *reddere gratias pro beneficiis, & felicitatibus receptis.* Secundum has legitimas explicationea, ſenſus erit legitimus: *Chû* idem eſt, quod ſacrificandi domus, & ubi gratias agunt bomines pro beneficiis receptis. Et ſi hęc vox *Chû* idem eſt, quod *Miáo* (ut dictum eſt) ſequitur, quod voces iſtę inſcriptę in frontiſpiciis portarum harum domorum defunctis dicatarum, proprie, & vere ſignificent Templa, & non domus communes, ſeu Palatia, vel Aulas.

De ſignificatione vocis *Miao*.

Domus Progenitoribus defunctis dicatę Templa ſunt proprie dicta.

LXIII Inſuper venerabilis Pater Matthęus Riccius Societatis Jeſu, & qui inter Patres ejuſdem Societatis in callendo, & penetrando characteres Sinenſes ſuperior, & principalis fuit (ut eſt manifeſtum) in opere ſuo, cujus titulus eſt, *Tiēn hió xèy'*, Tom. I ſol 33 reſpondendo ſibi interroganti, utrnm eſſent Dęmones, & ſpiritus, & ſi Animę erant immortales? Dimiſſis aliis rationibus, quibus doctiſſime probat Animas mori non poſſe, neque extingui, ita ait: *In veſtro Regno Sinarum cęremonię ab antiquis ita ſunt. In quatuor temporibus anni obſervatur, ut in Templis Avorum veſtrorum defunctorum homines honorabilioribus veſtibus induti offerant eis temporis comeſtibilia, & defuncti illis comeſtibilibus gaudeant.* Pater Riccius clare nominat Templum, in quo fiunt illę cęremonię Avis defunctia, & non domum, Aulam, ſeu Palatium: quia (ut jam ſuperius dictum eſt) *Miáo* Templum ſignificat vere, & proprie dictum. Ex quibus omnibus inferri poteſt, quod ſive dicamns *Chung miáo*, vel *Chû' tang'*, Templum proprie ſignificant, & non domos communes, ſeu palatia.

LXIV Pręterea, quiſquis videt, & legit omnes Kunfucii Sinarum principalis Magiſtri libros, negare non poteſt ſępiſſime eundem Kunfucium, loquendo de ſacrificiis defunctorum, & eorum Templis, uti hac voce *Miáo*. & hac voce *Chû'*, & in aliis innumerabilibus libris, qui in Sina reperiuntur, paſſim uſurpatur hęc vox *Miáo*, ad denominandum pręfata Templa, & etiam Templa Idolorum.

Demum in innumerabilium Idolorum Templorum portis anterioribus invenitur in boc Regno hęc inſcriptio: Talis Idoli *Miáo*, id eſt *Templum*. Igitur nullus Sinarum, unquam dixit, Templa ſuorum Idolorum, hac voce *Miáo* vocata, ſignificare domus communes, quia iſtę domus *fáng chû* vocantur, & non *Miáo*;

Mido, vel debemus dicere, quod ſi vox iſta *Mido* non ſignificat proprie, & vere Templum, Sinenſes non habent abſolute vocabulum ad denominandum Templum; vel quod in toto Regno Sinarum nullum invenitur Templum Idolorum proprie dictum, quod eſt abſurdum; aut confiteri vocem iſtam *Mido* proprie, & vere ſignificare Templum.

Circa oblationes, cęremonias, proſtrationes, & alias functiones, quę a Sinenſibus fiunt in his domibus defunctis dicatis, multa notari debent, quę omnia inferius dicenda a Sinarum Magno Magiſtro *Chú vuên kun'g* vocato, & ſuperius citato (qui a ſexcentis ab hinc annis multos libros compoſuit, & in magna fide, & auctoritate habentur apud omnes literatos hujus Regni) fideliter aſſumemus, & nullatenus Apocryphorum fabulas, neque hominum ſomnia, minuſque iſtius, vel illius hominis relata, ſine fundamento verba recitabimus. LXV

Igitur operum Magiſtri *Chú vu'ên kun'g* Tom. 1 cujus titulus eſt *Kiá ly*, hoc eſt; *Ceremonię domorum* (& ea quę in his libris continentur approbata fuerunt lege Regia pro toto Regno) ſic habetur: Quatuor anni temporibus, decem diebus antecedentibus, eligere debent per ſortes unum diem (in his ſortibus ad eligendum diem, ſive pro ſacrificiis faciendis, ſive ad matrimonia contrahenda, & alia multa peragenda, Sinenſes maximam ſuperſtitionem habent), & quamvis per ſortes acciderit, ut non denotent diem lege Regni deſtinatum ad has cęremonias faciendas Avis ſuis defunctis, hoc non obſtante, illis diebus lege Regia ſignatis (qui ſunt quarta decima dies lunę tertię Sinici anni, & quarta decima dies lunę ſeptimę) omnes, qui adeſſe debent his functionibus, clauſa janua illius domus, ſeu Templi, foris ſtant, aperiunt portam, & ingrediuntur, & veſtibus honorabilioribus induti, unuſquiſque in ſuo loco per ordinem collocantur. Ibi invenitur unus omnibus nobilior, qui gerit vices Sacerdotis, qui ſuo idiomate *Chú Chy'* vocatur, id eſt *Dominus, qui ſacrificat*: & adſunt etiam duo, qui exercent officium, tanquam Diaconi, & Subdiaconi, qui vocantur *ſú Chy'*, hoc eſt, *qui ſunt juxta ſacrificium, vel qui adjuvant ſacrificantem*. Inveniuntur etiam alii, qui exercent officium Acolythorum, qui vocantur *chè chú*. Tribus diebus ante has functiones debeat jejunare. Item, non licet eis tribus illis diebus maritaliter ſe conjungere cum ſuis uxoribus, nec lavare corpora ſua, nec comedere carnes, nec bibere vinum, nec adire infirmorum domus, nec audire Muſicam, nec adire ſpectacula. Expurgant Templa, & adornant, exponunt etiam imagines ſuorum defunctorum, & in propriis collocant. Inſtrumenta ad has functiones peragendas, ſunt aliquę menſę, ſellę, paropſides, ſcutellę, vas pro vino offerendo (ditiores utuntur argenteo vaſe) aqua, manutergium, carnes porcinę, gallinę, caprarum capita, piſces, fructus terrę, & alia comeſtibilia, vinum, & odoramenta cum candelis. Hęc omnia ſuper menſas bene, & pulchre collocantur. Inſuper ibi invenitur unus quaſi homo ex paleis confectus, *mò xa* vocatus (quem fingunt Sinenſes eſſe defuncti corpus, vel repręſentare corpus) quem collocant ſub una menſa.

Defunctorum cultus in Templis illis dicatis.

Sacrificia Progenitoribus defunctis a Sinis oblata.

His omnibus jam pręparatis, qui gerit vices Sacerdotis lavat manus ſuas, & manutergio extergit. LXVI
Hoc facto, magna cum gravitate, & reverentia a Miniſtris comitatus, accedit ad locum ſuperiorem, ubi tabellę ſuorum defunctorum incluſę ſunt intra perpolitum tabernaculum, & panno ſerico coopertum. Tabellęque iſtę (ut Sinenſes fingunt, & credunt) ſedes, ſeu Throni ſunt animarum, ſeu ſpirituum mortuorum ſuorum. Qui vero gerit vices Sacerdotis, aperit portas Tabernaculi illius, magna cum reverentia extrahit tabellas illas ex illo Tabernaculo, & omnibus genua flectentibus, Sacerdos illas incenſat, & odoramenta illis effundit. Tunc Magiſter cęremoniarum (qui *Ly Señ'g* vocatur) alta voce cantando ſic ait: *Filii, & nepotes Avorum noſtrorum obedientes, tali die, & menſe ſervivimus vobis, & honoramus vos, & invitamus has tabellas, ut exeant, & accedant ad medium noſtri, & ad hanc menſam, ut cum magna reverentia oblationes faciamus.*

Hac functione peracta, Magiſter cęremoniarum cantando dicit *pay'*: hoc eſt, *Flectamus genua*; & LXVII
ſtatim omnes adſtantes genua flectunt, & capita ad terram uſque demittunt. Poſtea dicit Magiſter, *Hing: ſurgite*, & omnes ſurgunt, & hęc functio ter fit cum magna ſolemnitate, & gravitate. Poſtea Magiſter alta voce ait: *ille, qui offert, accedat ad locum ſuum, reverentiam faciat Spiritibus, ſeu Animabus. Spiritus jam venerunt, & deſcenderunt: offerantur comeſtibilia.*

Hoc peracto Miniſtri accipiunt vinum, & tradunt offerenti, & offerens effundit illud ſuper hominem LXVIII
fictum ex paleis confectum, *Mò xā* vocatum, qui ſub menſa illa (ut dictum eſt) jacet. Statim omnes genua flectunt quater, & exurgunt, ſicut Magiſter cęremoniarum cantando illis ordinat, & dirigit. Poſtea Miniſtri ſimul cum offerente accipiunt capram, & alias carnes, & ante illas tabellas offerunt, & ante illas vinum collocant: & antequam vinum offeratur, dicit Magiſter, *Chy' chieù*, hoc eſt, *ſacrificate vinum*. Et offerens elevat vinum in vaſe, ſicut, veri Dei Sacerdotes elevamus Calicem. Poſtea Magiſter dicit: *In' ſō chieù*, hoc eſt, *Bibe honorum, & felicitatum vinum*: & tunc offerens bibit illud. In his functionibus, multoties Sacerdos ille, odoramentis concrematis, incenſat tabellas illas, & effigies ſuorum defunctorum.

Vini oblatio, & vaſis in quo offertur elevatio. Sinæ bona ſperant a ſuis defunctis.

Poſtea offerens alta voce ſic ait: *Avi noſtri vos pręcepiſtis cęremoniarum Magiſtro, ut diceret nobis, quod feciſtis nos recipere favores multos, & beneficia ſine fine. Viam feciſtis, ut veſtri filii, & nepotes reciperent dona magnifica de cęlo advenientia, ut ſunt anni fertiles, & abundantes, & vita longa, & hęc beneficia ſunt perpetua.* LXIX

Poſtea omnes ad vocem Magiſtri ter genua flectunt, & erigunt ſe. His finitis, offerens, & Miniſtri cum ſolemnitate, & veneratione accipiunt pręfatas tabellas, & reverenter eas collocant in ſuo Tabernaculo, & panno ſerico, eas, & Tabernaculum cooperiunt, & carnes oblatę omnibus adſtantibus tribuuntur. LXX

Poſtea cęremoniarum Magiſter alta voce ſic ait: *Propter hoc Sacrificium recepiſtis quinque favores, & gratias, ſcilicet divitias, propagationem multorum filiorum, nobilitatem, vitam longęvam, & quietem, & pacem.* Et tunc Sacerdos eadem verba reſpondet omnibus illic adſtantibus. LXXI

Et quamvis in Libris prędictis *Chú Vuen' kung* vocatis (ubi omnes prędictę cęremonię, oblationes, LXXII
& functiones reperiuntur ſcriptę) non fiat mentio de combuſtione papyrorum: verumtamen eſt mos invio-

Superſtitioſa cęremonia comburendi papyros.

inviolabilis, & in cęremoniis defunctis ſuis faciendis comburere papyros, & credunt Sinę, quod hujuſmodi papyri in cineres converſę, in alia vita in argentum tranſmutantur, ut Defunctorum Animę habeant, quo neceſſaria emant. Invenitur vero hęc ſuperſtitio in Libris cujuſdam Sectę, quę *Foē kiao* vocatur, quam communiter Sinenſes ſequuntur.

LXXIII

F. Joannes Baptiſta de Morales veritatem facti, ſacræ Congregationi a ſe expoſitam an. 1645 confirmat anno 1661.

Has prędictas functiones, & cęremonias duo Miſſionarii, unus Ordinis Prędicatorum, alter Ordinis Minorum (qui nunc in hoc Regno Prefectorum Apoſtolicorum ſuorum Ordinum officium tenent) ipſimet viderunt a Sinenſibus fieri, eo modo, & cum ipſis omnibus circumſtantiis, ut ſupra dictum eſt. Et, proh dolor! illi, qui exercebant officium Sacerdotis, Diaconi, Subdiaconi, Magiſtri cęremoniarum, & aliorum Miniſtrorum, Chriſtiani erant. Hę functiones, & oblationes fiunt in univerſo Regno, tam a Regibus, Principibus, Magiſtratibus, & Principalioribus hujus Regni, ut manifeſtum apparet, itaut nullus negare poſſit.

LXXIV

Cultus Progenitoribus defunctis exhibitus ad eorū ſepulchra. Ritus ſuperſtitioſi Sinarum in ſuis funeribus.

Circa idem nonum Quęſitum noviter notanda videntur, ea quę ad cęremonias, & functiones circa ſepulchra ſuorum mortuorum a Sinenſibus adhibentur. Et antequam veniamus ad declarandum cęremonias ad ſepulchra mortuorum, neceſſe erit, alia prius explanare, quę ad eundem finem conducunt. In prędictis Libris *Chú' Vuên kūg* vocatis Tom 2 fol. 13 inveniuntur cęremonię, quę a Sinis peraguntur ſtatim poſt mortem alicujus, quę *Chó riao* vocantur. Primo, ſtatim poſt mortem alicujus collocant Sinenſes, in anteriori parte domus, unam menſam, ſuper quam ponunt tabellam ſuperius relatam, quam Sinenſes vocant *Lin'g chò*, hoc eſt, *Animę Sedem*. Pręterea in panno ſerico rubeo, vel alterius materię (qui apud eos vocatur *ming' ching'*) ſcribunt virtutes, & merita illius Defuncti. Centum diebus poſt mortem continuis, quotidie mane juxta, vel ante tabellas prędictas apponunt in pelvi aquam ferventem, ut defunctus, quaſi eſſet vivus, faciem ſuam lavet. (Eſt enim mos inviolabilis in Sina in omni domo, omnes quotidie aqua ferventi lavare facies ſuas.) Tranſactis tribus menſibus, per ſpatium trium annorum, prima, & quintadecima die cujuslibet Lunę, etiam apponunt juxta Defunctum comeſtibilia, vinum &c., & illum invitant, ut ad manducandum, & bibendum accedat, & ſimul plorant.

LXXV

Etiam ſciendum eſt, quod ſtatim poſt mortem alicujus, exuunt veſtem illius, & unus accipit illam, & aſcendit ſuper tectum domus, & ter per aerem expandendo eam, vocat Defuncti Animam, ut ad domum ſuam redeat. Hoc peracto, illammet veſtem ſuper Defuncti cadaver reponit. Poſtea lavant cadaver, & tondent ejus capillos, ſimulque aperiunt os ejus, & cum parvo cochleari immittunt in illud paululum oriſę, & argenti ad latus dextrum, & ſiniſtrum, & in oris medium, ſicque claudunt os ejus, & aquam qua cadaver laverunt, in terra ſepeliunt. Poſtea vero cum forcipibus tondent ejus ungues, & panniculo involutos, ſimul cum cadavere in feretro includunt. Exuunt illud veſtibus veteribus, & induunt novis. Tunc vero homo (qui hoc habet ex officio) lavat manus ſuas, accipit vinum in vaſe, & cetera, quę defuncto offerenda ſunt, & omnia collocat ſuper unam menſam, eaque panno cooperit. Retro lectum defuncti collocant armarium quoddam, & panno cooperiunt illud. Ante illud armarium collocant Sellam unam, & panno adornant Sellę ſcapulam. Et notandum eſt, quod pannus iſte, cordis ita ligatus eſt ſupra, infra, & ad latus, ut appareat quaſi habens caput, brachia, & pedes, quod fingunt Sinenſes eſſe animam, ſeu reprę ſentare Animam illius Defuncti. In ſupradictis libris *Chú' vuên kūg* impreſſę ſunt, & delineatę aliquę imagines, ſeu figurę, quę ad funeralia pertinent. Ante Sellam prędictam collocant unam menſam, & ſuper eam odoramenta comburunt; *chá'* candelabra cum candelis, vinum &c. apponunt, vocaturque pannus ligatus (ut ſupra diximus) *Hoên pĕ*, ideſt, *Animę pannus*, vel qui repręſentat animam. Invitant ergo animam, ut exeat, & accedat ad ſuam ſedem, ut offerant illi comeſtibilia. Hęc ſunt verba, quibus illam invitant: *Fūg boên pĕ chū chiên lin'g chò biên xy' xĕ*.

Superſtitio in electione ſepulchri.

Notum eſt in toto Sinarum Regno, & hoc ab omnibus valde credibile eſt, tam Literatis, quam Ruſticis, ſcilicet, quod in terra, ſeu montibus inveniuntur, & vere ſunt loca particularia, quę ex ſe, & in ſe habent virtutem, & potentiam cauſandi bonam fortunam, & derivandi felicitates omnes in Filios, & Nepotes, quorum Parentes Defuncti in illis terrę locis humati fuerint. Inveniunturque libri plurimi prælo mandati de hac materia differentes, & tractantes, quorum titulus eſt, *Kā jū'*. Et ad eligendum locum felicem, & omnem felicitatem pręſtantem, mittunt ſortes, & ſi bonę ſortes exeunt, firmant locum illum ad aperiendum ſepulchrum. Si vero malę, relinquunt eum; emuntque locum favorabilem multo majori pretio, quam ſi ad ſeminandum emiſſent.

LXXVI

Apparatus, & ordo, Rituſque funeris apud Sinas.

In illo igitur felici loco (ut illi putant) faciunt ſepulchrum, & in latere ejus ſiniſtro continuate juxta illud faciunt etiam unum quaſi Tabernaculum parvum, ubi Sinenſes fingunt Spiritum illius loci habitare. Cum autem parata ſunt ad ſepeliendum Defunctum, unus equus, duo mancipia, *Hoên pĕ* ſupradictum, homo in manu ſua habens enſem, qui vocatur *Fāg Sian'g* (figurę omnes iſtę ex arundinibus ſunt factę) etiam pręparantur alia inſtrumenta ad eundem finem. Illa vero die, qua ſepelire Defunctum conſtituunt, prius exit de domo ille *Fāg Sian'g*, poſtea equus, deinde mancipia, poſtea lectulus, vaſa ad bibendum vinum, pannus ſericus ubi deſcriptę ſunt Defuncti virtutes, quem vocant Sinenſes *min'g chīg*. Poſtea exit ſella cooperta, in qua fingunt Animam illius Defuncti ſedere, quam ſellam vocant *Lin'g Kiū*, ideſt, *Currum*, vel, *Thronum Animę illius Defuncti*: deinde prunarium, in quo cremanda ſunt odorifera. Poſtea vero venit *Hoên' pĕ* ſupradictum. Poſtquam omnia ſic exierunt ex domo, ille, qui habet officium offerendi, lavat manus, accipit vinum, & odorifera, & ante figuram *Hoên pĕ* prędicti offert ſic dicendo: *Tempus, & dies eſt bene fortunatus, & admirabilis ad ſepeliendum corpus, omnia neceſſaria jam exierunt, veniat ergo feretrum nobiſcum, hoc reverenter petimus*. Hoc dicto, omnes genua flectunt, & ſe uſque ad terram demittunt. Idem peragunt ante Defuncti feretrum. Poſtea exit Tabella, & ultimo exit feretrum cum cadavere; ordine prędicto pergunt uſque ad Sepulchrum, & ſtatim ante ſiniſtram Sepulchri, & coram illo Tabernaculo Spiritui illius loci (ut fingunt) dicato (nomen illius Spiritus *Tú Ty' min'*) offerunt illi ex manducabilibus, & odoramentis, & candelis, quas ſecum portant, & ſolemne Sacrificium illi faciunt, offerendo illi carnes, legumina &c., faciuntque ante illum multas proſtrationes, & genuflexiones, & qui eſt principalior inter illos ita dicit: *Nos obedientes Filii, & Nepotes audemus tibi*

Sacrificium offerunt Spiritui loci, in quo ſepeliendus eſt defunctus.

tibi dicere (Spiritus hujus loci) *quod in hoc loco fecimus hujus Defuncti Sepulchrum, quod eſt bonorum pronoſticum, & tu, Spiritus, conſervas hoc Sepulchrum, & curam habes de illo, & ita auxilio tua deinceps, nec labor, nec moleſtia adveniet. Et reverenter offerimus tibi bonum, & preclarum vinum, carnes, & piſces. Venias, & recipias hęc omnia.*

LXXVII

Poſtea unus accipit illum hominem fictum ex arundinibus confectum, & per quatuor Sepulchri loca deambulat, & ad dexteram, & ſiniſtram portat illam Statuam, quaſi quę cum illo enſe projiciat ex illis locis ſpiritus malos. Poſt hanc functionem omnes adſtantes plurimas inclinationes faciunt ante Tabellam prędictam. Hoc facto, feretrum in Sepulchro includunt, ſimulque mancipia illa ex arundinibus facta, & inſtrumenta alia, quę ſecum portaverunt, & ita Sepulchrum claudunt. Tabellam prędictam ſecum tollunt in domum ſuam antea coram Sepulchro dicentes. *Nos Filii obedientes audemus certiorem facere, & partem dare tali, vel tali Defuncto talis, vel talis conditionis, ſeu dignitatis, quod corpus intravit in Sepulchrum, & Spiritus, ſeu Anima illius rediit in domum ſuam interiorem, quę eſt Tabella. Jam peractę ſunt inclinationes, & genuflexiones nobilis Animę. Recedant vetera, nova ſint omnia: hoc firmum ſit, & approbatum.*

Sacrificium Tabellæ defuncti offerunt.

Si Domus ita longe a Sepulchro ſita ſit, ut non poſſint illa die accedere, in medio itineris intra domum, ubi pernoctant, menſam collocant, & ſuper illam erigunt Tabellam, & illi ſacrificant. Et cum jam acceſſerint in domum propriam, iterum illi ſacrificant. Poſtea vero intra Tabernaculum in domo pręparatum, vel in Templo ſuorum Defunctorum, vel in Idolorum Altaribus intra ſuam domum collocant.

LXXVIII
Annuæ ceremoniæ ad ſepulchra Progenitorum.

Pręter prędictas cęremonias, quę fiunt erga Defunctorum Sepulchra, quando ſepeliendi ſunt, etiam quotannis juxta menſem Maii (hoc eſt, in principio tertię lunę anni Sinarum) ad Sepulchra Defunctorum ſolemnes cęremonias, & oblationes faciunt, quę ita ſe habent. Ante diem hujus functionis, omnes qui adeſſe debent, jejunare tenentur. Illa vero die, qua ceremonię illę exercentur, preparatis comeſtibilibus, vino, odoriferis, candelis &c. eligunt ex illis aliquam partem, & in paropſide magna bene diſponunt, & ante Tabernaculum, quod eſt ad latus ejuſdem Sepulchri Spiritui *Tú ty xin* dicatum omnes genuflexi, & capitibus ad terram demiſſis offerunt illi. Collecta vero hujus oblationis iſta eſt: *Certiores facimus Spiritum Tu' ty xin* (id eſt Spiritum loci hujus Sepulchri) *quod preparata ſunt omnia ad ſerviendum, & offerendum parentibus defunctis in hoc Sepulchro. Semper adjuvas, & conſervas hoc Sepulchrum, & nos vere confidimus in tuis beneficiis, & favoribus, pace, & quiete, ideo audemus offerre vinum, & comeſtibilia venerando te. Rogamus ergo, ut hę omnia ſuſcipias, & acceptes, & illis fruaris.*

LXXIX

Hac functione peracta, omnes accedunt ante Sepulchrum (& notandum eſt, quod ante hanc diem tenentur illi omnes jejunare more Sinico tribus diebus, & purgare locum, herbas, & gramina circa Sepulchrum nata, eradicare) extendunt ergo tapetia, & omnes in ſuis locis collocantur, & reverenter ante Sepulchrum proſtrationes, & inclinationes faciunt. Poſtea ille, qui vices omnium gerit, lavat manus, & extergit, & omnes genu flexo offerunt ter odoramenta, quę concremantur. Iterum faciunt genuflexiones. Hoc peracto, offerens effundit vinum ſuper terram (jam dictum eſt, quod Sinenſes effundendo vinum ſuper terram, illa actione ſignificant, quod ille, cui ſacrificant, venit rogatus ad ſuſcipiendum Sacrificium) & faciunt tres genuflexiones. Deinde offerunt carnes, & omnia, quę ibi pręparata erant. Iterum faciunt genuflexiones. Quando illa offerunt, legunt hanc collectam: *Obedientes Filii, & Nepotes veſtri audemus vos facere certiores ante hoc Sepulchrum, quod poſt unum accedit alter, & facile anni elabuntur, & ſuis pluviis, & roribus fertilizant terram. Magna cum reverentia, & decore verrimus, & expurgavimus hujus Sepulchri loca, & nondum potuimus obligationem noſtram plene adimplere in reddendo gratias maximo cum amore pro beneficiis receptis, & ita magna cum diligentia, & reverentia accipimus iſtas pecorum carnes, vinum, & legumina &c. ſalum ad offerendum vobis, eaque quotannis, & nunc offerimus. Placeat vobis (& nos etiam deſideramus) ut recipiatis has noſtras oblationes, & illis fruamini.* Poſtea comburunt Papyros.....

Effuſio vini ſuper terram in Defunctorũ cæremoniis, apud Sinenſes quid ſignificet?

LXXX
Sinenſes credunt ſe a Progenitoribus defunctis poſſe juvari.

Hę cęremonię, ſeu functiones erga Defunctos, ſive ſint in Templis, ſive in domibus particularibus, vel in Sepulchris, generaliter ab omnibus Sinenſibus obſervantur, & tanquam legem inviolabilem cuſtodiunt. Et ratio eſt, quia Sinenſes omnes firmiter credunt, ſe poſſe a ſuis Defunctis in omnibus adjuvari. Propterea majori, vel minori ſolemnitate non deſunt illis munera offerre, deprecationes facere, & in ſuis neceſſitatibus ſeſe illis committere, illoſque certiores faciunt de omnibus peragendis. Si volunt ſepelire Defunctum prius vadunt ad Progenitorum mortuorum templa, & ab eis licentiam petunt ad id agendum: Si Patris Filia debet nubere: Si Filii tangunt quintum decimum annum ętatis ſuę, ut imponant ejus birretum: Si Gubernatores debent induere officii ſui veſtem, ad ſuſcipiendam officii poſſeſſionem: Si volunt mittere ſortes ad eligendum diem felicem pro contrahendis Nuptiis, ſeu Sponſalibus: ſi ad mercaturas faciendas exire velint domo: ſi ad laborandum ſegetes pergunt, & ſi ad alia quamplurima peragenda ſeſe diſponunt, reverenter cum ſuis Defunctis Progenitoribus alloquuntur, & ab illis auxilium petunt, ut in omnibus felicem ſortem aſſequantur, & ſimul illis gratias reddunt pro beneficiis acceptis. Hęc relata fideliter deſumpta ſunt ex libris ſupracitatis, quorum Auctor *Chû Vuên Kuñg* prędictus Tom. 1, & a fol. 1, & 5.

LXXXI
Confucius ceremonias erga Defunctos docuit.

Hoc ipſum Regia Lege firmatum, & ſtabilitum eſt. In Libris Hiſtorialibus hujus Regni, quorum titulus eſt: *Tá min'g hoéy tiên*, reperitur Decretum Regis *hung vu* in hunc modum: *Quicunque habuerit aliquod negotium peragendum, debet prius monere, ſeu partem dare Cęlo, Terrę, Montibus, Torrentibus, Progenitoribus defunctis in ſuis Templis, & Regi, qui eſt ſurſum.*

Pręterea, ideo univerſaliter Sinenſes his cęremoniis ita inhęrent, & toto animo amplectuntur (ita ut ab eorum cordibus difficillimum ſit amovere) quia primus, & principalis Magiſter eorum Kunfucius in pluribus doctrinę ſuę relictis documentis firmavit, & docuit hujuſmodi cęremoniandi Leges. Adducemus ergo aliqua ejus teſtimonia, ut hęc veritas magis eluceſcat.

LXXXII
Sacrificia Defunctis offerenda præſcripſit Confucius.

In libro Kunfucii *Xàng lûn* vocato, Tom. 1 fol. 3 ſic ait Kunfucius; *Chy' sû Chdy: Sacrificandum eſt Defunctorum Animabus, quaſi eſſent in illo Sacrificii loco.* Ubi eſt notandum, quod illa vox *Sû*, apud Sinenſes duplicem admittit ſignificationem. Una eſt, quę correſpondet adverbio latino; *quaſi*; verbi gratia, *quaſi*

quaſi homo eſſet vivus, vel quaſi eſſet in aliquo loco, cum ſit mortuus, & vere non ſit ibi. *Alia eſt*, *quaſi ille, qui eſt vivus*, & eſt in illo loco. Hoc magis explicabitur inferius n.89.

LXXXIII Idem Kunfucius in libro citato, Tractatu *Hiang tang*, fol.13, ſic ait: *Sive comedatis legumina, brodium, vel aliquid aliud, debetis ſacrificare in cordibus veſtris, & agere gratias homini illi, qui principium dedit agriculturę, ex qua procedunt cibus, & potus; quia non debemus obliviſci illius, qui in hoc opere fuit primus.*

LXXXIV Idem Kunfucius in libro *Ly Ky* vocato, fol.56 ſic ait: *Si ego pugnaverim, ſequitur quod debeo vires meas ponere ad reſiſtendum, & vincendum. Si ego Sacrificium fecerim, ſequitur, quod recepturus ſum bona, & felicitates.*

LXXXV Idem in libro *Xang lùn* citato fol.11, ſic ait Kunfucius: *Parentibus adhuc viventibus ſerviendum eſt ceremoniis viventibus debitis. Poſt illorum mortem eſt preparare illis Sepulturam, & illos ſepelire ceremoniis funeralibus. Preterea ſacrificandum eſt illis ceremoniis, quę pertinent ad Sacrificium.*

LXXXVI Iterum idem Kunfucius in libro *Ly Ky* vocato Tractatu *ſeu Kiſiebia*, fol.5a, ita ait: *In duobus Templis, in quibus ſacrificatur Cęlo, & Terrę, affectus, & pietas in his Sacrificiis dirigitur ad Kuèy xin, & Reges, qui ſemper ſacrificant ſuis Progenitoribus Defunctis. Pietas Regum in ſimilibus Sacrificiis preclariſſima eſt, latiſſima, & profundiſſima.*

LXXXVII In eodem libro, Tractatu *Gay Kuñg Vùen biá*, ſic aſſerit Kunfucius: *preparandum, & adornandum eſt Avorum Defunctorum Templum temporibus ſolitis anni, ad venerandum, colendum, & ſacrificandum illis defunctis.*

LXXXVIII In eodem libro Tractatu *Chy tun'g biá*, ſic ait Kunfucius: *illos, qui ex toto corde, & totaliter volunt honorare, & venerari ſuos Defunctos, decet deſervire illorum Spiritibus, ſeu Animabus ſacrificare.*

In libro *Chuñg jun'g* vocato fol 14, ſic ait Kunfucius: *Ceremonię, quę ſunt in Templis Progenitorum Defunctorum inſtitutę ſunt ad ſacrificandum, & preces effundendum ſuis Anteceſſoribus vita functis.*

LXXXIX Demum inter alia, quam plurima teſtimonia Kunfucii, quę hic citari poſſent, quibus Sacrificia Defunctis facienda docet, & confirmat, non pretereundum eſt, (ſed potius valde conſiderandum, & notandum) quod hic adducemus.

Legitime deduci poteſt ex Doctrina Kunfucii Sinarum principalis Magiſtri (cujus doctrinam, & auctoritatem Sinenſes omnes tanquam oracula venerantur, & tenent) ceremonias, & functiones a Sinenſibus in toto Regno Defunctis ſuis exhibitas, ideo ex toto corde eos exercere, quia firmiter credunt, ex Doctrina ſui Kunfucii illis tradita, Animas Defunctorum habere in ſe virtutem, & potentiam ad adjuvandum in omnibus omnes. Hęc aſſertio clare probatur auctoritate ipſius Kunfucii in libro *Chuñ'g jun'g*, vocato, Cap.16, quę ſic ſe habet: *Virtutes Spirituum ab ipſis Spiritibus factę, magnificę, opulentiſſimę, & valde magnę ſunt. Si velimus eas aſpicere, videri non poſſunt nec penetrari. Si eas audiamus non plene audiri poſſunt, quia non poſſunt explicari. In omnibus rerum ſubſtantiis, & hominibus ſunt, imperant, & gubernant. Totius mundi homines conſiderantes illos Spiritus, credunt poſſe adjuvare homines, & conferre illis omnes felicitates. Ergo jejunando, & perpolitis veſtibus induti, magnum valde eis Sacrificium immolemus, & deprecationes iis effundamus, tanquam eis, qui ſunt ſurſum, & in omni loco ad dexteram, & ſiniſtram.*

In libro *Ly' Ky'* vocato, & ſuperius multoties citato, Tractatu *Chy' y' biá* fol.32 narratur, quod quidam Kunfucii Diſcipulus *Chay' gò* vocatus, interrogavit eum dicens: *Ego ſemper audivi homines dicere Kuèy Xin': Sed neſcio quid velint ſignificare.* Reſpondit ei Kunfucius: *Homines habent in ſe vaporem, aerem, ſeu anhelitum, & hoc vocatur xin', quę eſt admirabilis res, opulentiſſima, & abundantiſſima. Hominum vero Corpora dicuntur Kuèy: & eſt etiam res opulentiſſima, & abundantiſſima. Kuèy igitur ſimul cum Xin' dicitur Kuèi Xin'.*

Hoc ſuppoſito, quod ſit *Kuèy Xin'* explicatione a Kunfucio tradita, clare colligitur, quod quando dixit Kunfucius, quod omnes debent ſacrificare iſtis *Kuèy Xin'*, quia ſunt in omnium rerum ſubſtantiis, & quod ab illis recipiunt bona omnia, & quod reperiuntur in omni loco ad dexteram, & ſiniſtram, & quod gubernant omnes homines: & in iſta ſecunda Sententia aſſerit Kunfucius *Kuèy Xin'* eſſe Corpus, & Animam ſeparatam ab illo (quam ipſe explicat eſſe vaporem, anhelitum, & aerem hominis) conſequenter ſequi videtur ſecundum hanc Kunfucii Doctrinam, quod omnes Sinenſes credunt, Animas ſeparatas a ſuis Corporibus poſſe illos adjuvare in neceſſitatibus, & conferre illis bona, & felicitates: Propter quod in univerſo Regno inhęrentes huic Doctrinę, offerunt munera Defunctorum Animabus, illis ſacrificant, in illis ſperant, & ab illis petunt, illiſque maximam Divinitatem tribuunt, & ſecundum hoc, Defunctos ſuos, tanquam Deos colunt, & venerantur, illis Templa magnifica erigunt.

Suppoſitis relationibus ſuperius adductis, noviter exorta ſunt aliqua dubia, quę nunc iidem Fratres Predicatores Miſſionarii in Sina, proponere tenentur Sacrę Congregationi de Propaganda Fide, ut a Sede Apoſtolica declarentur, & quicquid firmiter tenendum ſit, & in praxi ſequendum, omnibus Miſſionariis in Sina ſtricte precipiat.

Quæſita Miſſionariorum Sinarum a R. P. Johanne Baptiſta de Morales Ordinis Fratrum Pradicatorum eorundem Procuratore propoſita Romæ anno MDCXLV Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, cum Reſponſis ad ea, Decreto ejuſdem Sacræ Congregationis approbatis.

Infraſcripta Propoſitiones a Sacra Congreg. de Propaganda Fide ad Sanctum Officium tranſmiſſa fuerunt, a PP. Qualificatoribus ejuſdem Sancti Officii qualificatæ.

I — *De juris poſitivi Eccleſiaſt. obligatione, & obſervantia.*

PRimo. Utrum Chriſtiani Chinenſes ſint obligati ad obſervantiam juris poſitivi, quantum ad jejunia, confiteri ſemel in anno, & communicare, Feſta ſervare, eo modo, quo obligantur Indi in nova Hiſpania, & in Inſulis Philippinarum, juxta diſpoſitionem Papę Pauli III pro Indis Occidentalibus, & Meridionalibus?

Cen-

Cenſuerunt, jus poſitivum Eccleſiaſticum de jejuniis abſolute obligare Chinenſes Chriſtianos, & a Miſſionariis hoc eſſe illis enunciandum. Attenta vero Regionum, & perſonarum qualitate, locum eſſe, ſi Sanctiſſimo placuerit, diſpenſationi, quę fuit alias a felicis recordationis Paulo III Indis conceſſa; qua obtenta, ſatagant Miſſionarii Sanctę Matris Eccleſię pietatem illis patefacere, quibus ea, quę in univerſum indixit, magna ex parte benigne remittit, & indulget.

De jejuniis.

Cenſuerunt etiam prefatos Chinenſes obligari ad Sacramentalem Confeſſionem ſemel in anno, & Miſſionarios hujuſmodi obligationem debere eis notificare.

De annuæ Confeſſionis præcepto.

Idem prorſus cenſuerunt quoad Sacram Communionem ſemel in anno ſumendam. Quoad vero executionem tempore ſtatuto, hoc eſt, in Paſchate, id eſſe intelligendum, niſi legitimum adſit impedimentum, aut grave periculum immineat. Curandum tamen, ut infra duos, vel tres menſes, ante, vel poſt, Paſchati proximos, quatenus ſine diſcrimine fieri poſſit, ſin minus alio quovis tempore infra decurſum unius anni a Paſchate inchoandi, omnino communicent.

De Paſchali Communione.

Demum cenſuerunt, Chinenſes ad Fidem converſos, teneri omnino Feſta ſervare, Miſſionarios etiam teneri hoc eis notificare: locum tamen eſſe (ſi Sanctiſſimus annuat) limitandi eis numerum dierum feſtorum, juxta formam privilegii a Paulo III Indis conceſſi.

De feſtorum dierum obſervantia.

II

De Baptiſmi cęremoniis, & Extremæ Unctionis adminiſtratione non omittendis.

Secundo, Utrum in prędicto Regno Miniſtri Evangelici, pro nunc ſaltem, in Sacramento Baptiſmi poſſint abſtinere ab imponendo mulieribus Oleum Sanctum Catechumenorum, ſputum in auribus, & ſal in ore: inſuper & non adminiſtrare eiſdem Mulieribus Sacramentum Extremę Unctionis? Et ratio dubitandi eſt, quia Chinenſes magno zelo ducuntur erga uxores, filias, & alias mulieres, & ſcandalum ſument ex hujuſmodi actionibus.

Cenſuerunt, & Sacramentalia in Baptiſmo mulierum eſſe adhibenda, & Extremam Unctionem eſſe mulieribus conferendam; nec ſufficere motivum in dubitatione expreſſum, ut Miſſionarii (quantum in ſe eſt) ab his abſtineant. Curandum ergo, ut tam ſalubres Ritus, & Cęremonię introducantur, & obſerventur; ac Miſſionarii tali circumſpectione illa adminiſtrent, hominesque talibus inſtruant documentis, ut ab omni ſuſpicione inhoneſtatis liberentur.

III

De uſuris.

Tertio, In prefato Regno Lege ſtabilitum eſt, ut in mutuo triginta pro centum accipiantur, abſque reſpectu lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Quęritur, utrum Chinenſibus ſit licitum pro pecuniarum ſuarum mutuo, licet non interveniat lucrum ceſſans, aut damnum emergens, prędictam pro centum, triginta quantitatem Regni Lege taxatam, accipere? Et cauſa dubitationis eſt, quia in recuperanda pecunia eſt aliquod periculum, ſcilicet, quod qui accipit mutuatum, fugiat, vel quod tardet in ſolvendo, vel quod neceſſarium ſit coram Judice repetere, vel propter alia hujuſmodi.

Ratione periculi mutuo extrinſeci aliquid accipi poteſt ultra ſortem, non ratione periculi mutuo intrinſeci, ab eoque inſeparabilis. Sic intelligenda eſt hæc reſponſio ad ſenſum Cap. Navigantis Ext. de Uſuris.

Cenſuerunt, ratione mutui immediate, & pręciſe nihil eſſe accipiendum ultra ſortem principalem: Si vero aliquid accipiant, ratione periculi probabiliter imminentis, prout in caſu, non eſſe inquietandos, dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, & probabilitatis ejuſdem, ac ſervata proportione inter periculum, & id quod accipitur.

IV

De Uſurariis publicis, utrum ad Sacramenta admitti poſſint.

Quarto, In univerſo Chinarum Regno domus publicas uſuris deputatas reperiri res eſt uſitata, in quibus uſurarii publici, facta ſub pignoribus cautione, pecuniam ſuam, ſumpto lucro, ad uſuram dare ſolent, ea tamen conditione, ut pro uno ducato ſingulis menſibus tantum quid accipiant; & ſi tantis elapſis annis pignorum Dominus pro iiſdem recuperandis pignoribus, ſoluta principali pecunia cum lucro, non redierit, actionem, & dominium, quod habebat in ſuis pignoribus, illico amittat. Iſtę autem domus Reipublicę neceſſarię ſunt: & quamvis uſurarii vitam uſurariam dimittere velint, a non deſiſtendo a prędictis uſuris, Judicis auctoritate compelluntur. Quęritur, utrum, ſi hujuſmodi uſurarii converti velint ad fidem, poſſint baptizari, manendo in ſuo ſtatu uſurario propter cauſam ſupradictam; vel quidnam in tali caſu agendum ſit?

Quibus titulis in mutuo aliquid accipi poſſit ultra ſortem principalem.

Cenſuerunt, Chinenſes in ſtatu uſurario permanentes baptizari non poſſe. Si vero Judicis auctoritate compellantur ad proprias pecunias mutuandas, poſſe aliquid accipere, etiam accepto pignore, ultra ſortem principalem, tum ratione oneris, quod ſubire coguntur, tum ratione curę in cuſtodia pignorum, lucri quoque ceſſantis, & damni emergentis: tempore autem prędictuto, ſi ex venditione pignorum aliquid ſuperſit ſorti principali, & lucro, ex cauſis prędictis juſte acquiſito, Domino pignoris eſſe reſtituendum.

V

De Uſurarum reſtitutione.

Quinto, Utrum prędictorum uſurariorum filii, ſi quando in hęreditatibus eorum ſuccedunt, jam Chriſtiani exiſtunt, teneantur ad reſtitutionem eorum, quę Pater ex uſuris accepit, in toto, vel in parte, juxta male acceptorum exceſſum: & ſi hujuſmodi uſurariorum filii hęredes, jam Chriſtiani, a Republica, vel a Judice compellantur ad publicas uſurarum domus aperiendas, & ſuſtentandas, quid in hoc caſu Miniſtri Evangelii, pro ſanandis iſtorum conſcientiis facere debent?

Cenſuerunt, filios hęredes uſurariorum teneri a Patribus ex uſuris illicite acquiſita reſtituere, certis quidem Dominis, ſi certi ſunt, ſin minus, juxta regulas a Doctoribus traditas: actualem vero reſtitutionem a doctis, piis, & prudentibus viris eſſe dirigendam. Quoad ſecundam partem hujus dubitationis, jam reſponſum eſt in proxime ſuperiori reſolutione.

VI

Contributiones ad publicam infidelis populi lętitiam ſolvere poſſunt Chriſtiani, non ad ſacrificia, aut alios uſus idololatriam ſpectantes.

Sexto, in populis, & Civitatibus illius Regni mos eſt imponendi quaſdam diſtributiones, quę a populis vicinis exiguntur, ut in Paſcha novi anni, in Sacrificiis, & Dęmoniorum ſuorum idololatriis, & invitationibus, ac conviviis in eorumdem Templis pręparatis, ſimulque in feſtivitatibus, aliiſque indifferentibus pro populi lętitię demonſtrationibus expendantur. Quęritur, utrum Chriſtianis, ac Miniſtris eorum (a quibus etiam tanquam a populis vicinis poſtulant) licitum ſit, pro nunc ſaltem, pro hujuſmodi rebus contribuere? Nam ſi Chriſtiani ad hoc non contribuerint, tumultus aliquis contra Chriſtianos inter Gentiles fiet.

Cenſuerunt, poſſe Chriſtianos Chinenſes pecunias contribuere, dummodo per hujuſmodi contributiones non intendant ad actus idololatricos, & ſuperſtitioſos concurrere, ſuppoſita cauſa, quę narratur in dubio; prędertim premiſſa, ſi commode fieri poteſt, proteſtatione, quod impoſita tributa prędtant in ordine

tantum ad populi lętitiam, & ad actus indifferentes, vel ſaltem cultui Religionis Chriſtianę non repugnantes.

VII
Idolum exterius, & ficte venerari non licet, prætextu, intentionis ad Crucem occultam directæ,

Septimo, In omnibus illius Regni Civitatibus, & Villis Templa cuidam Idolo *Chinboam* dicto, erecta, ac dicata reperiuntur, quod fingunt Chinenſes eſſe Protectorem, Regentem, & Cuſtodem Civitatis, ſtabilique Regni Lege ordinatur, ut omnes Gubernatores Civitatum, & Villarum (quos Mandarinos vocant) quando Regiminis poſſeſſionem aſſumunt, & anni decurſu bis in menſe, ſub pęna privationis ab officio, Templa adeant pręfata, ibique ante dicti Idoli altare proſtrati, genibus flexis, capiteque ad terram uſque inclinato, Idolum illud adorent, ac venerentur, eidem candelas, odoramenta, flores, carnes, vinumque in Sacrificium offerant; & cum ſui Regiminis poſſeſſionem accipiunt, ante prędictum Idolum jurant de recte adminiſtrando, & ſi contra fecerint, ſe ſubmittunt ſupplicio ab Idolo infligendo, ſimulque ab illo petunt modum, & normam bene gubernandi, & alia hujuſmodi. Quęritur, utrum attenta iſtius Gentis fragilitate, tolerari poſſit, pro nunc, quod tales Gubernatores Chriſtiani deferant quandam Crucem, quam occulte inter Altaris Idoli flores, vel in manibus propriis reponant, & facere (intentione non ad Idolum, ſed ad Crucem directa) omnes illas genuflexiones, reverentias, & adorationes ante Altare illud, exterius tantum, & ficte; omnem cultum interius, & in corde ad Crucem dirigendo? Quia ſi hujuſmodi Gubernatores cogantur ad hoc non faciendum, prius apoſtatabunt a fide, quam relinquant locum Regiminis.

Cenſuerunt, nullatenus licere Chriſtianis hujuſmodi actus publicos cultus, aut reverentię tribuere Idolo, prętextu, vel intentione Crucis, quam, vel manu geſtant, vel in Altari inter flores abſcondunt.

VIII
Confucii Philoſophi cultus more Sinenſi, Chriſtianis Sinenſibus quovis prętextu illicitus.

Octavo, In prędicto Regno habent Chinenſes quemdam Magiſtrum in Philoſophia Morali Literatum, qui olim diſceſſit a vita, vocatum *Kum-fu-ſu*, qui ob doctrinam, regulas, & monumenta, adeo in toto Regno acceptus eſt, ut tam Reges, quam omnes alii, cujuſcunque conditionis, & gradus ſint, ſibi proponant imitandum, & ſequendum, ſaltem quoad ſpeculativum, & tanquam Sanctum venerentur, & laudent: in omnique Civitate, & Villa pręfato Magiſtro Templa ſunt erecta; Gubernatores vero bis in anno tenentur in ejus Templo ſolemne Sacrificium offerre, Sacerdotis ipſimet gerentes officium; & ſine ſolemnitate, in anni decurſu bis in menſe: concurruntque cum illo aliqui ex Literatis pro adminiſtratione eorum, quę in tali Sacrificio offerunt, quę quidem ſunt Sus unus integer mortuus, Capra una integra, Candelę, vinum, flores, odores &c. Ita omnes Literati, quando accipiunt gradum, debent ingredi Templum iſtius Magiſtri, & facere genuflexiones, & offerre ante Altare ex candelis, & odoribus. Totus iſte cultus, Sacrificium, & reverentia, ſecundum omnium illarum gentium formalem intentionem, dirigitur in gratiarum actionem pro bonę ipſius relictis doctrinę documentis, atque, ut ab eo impetrent ex ipſius meritis optimi ingenii felicitatem, ſapientię, & intellectus. Quęritur, utrum Gubernatores, qui Chriſtiani ſunt, vel fuerint, & Literati, vocati, & coacti, poſſint ingredi pręfatum Templum, facere tale Sacrificium, vel aſſiſtere hujuſmodi Sacrificio, vel facere genuflexiones ante Altare illud, vel accipere aliquid de Idolothytis, & oblationibus illis, maxime, quia putant illi Infideles, quod quicunque manducaverit ex talibus Idolothytis, habebit progreſſum magnum ſuis literis, & gradibus: Et ſi, portantes Crucem in manibus, poſſint licite hoc facere, eo modo, quo dubitatione ſuperiori dictum eſt? Quia ſi hoc illis prohibetur, erit tumultus in populo, Miniſtri Evangelii in exilium mittentur, & converſio animarum impedietur, & extinguetur.

Cenſuerunt, non licere, nec poſſe aliquo prętextu contento in dubio Chriſtianis permitti.

IX
Chriſtianis Sinenſibus non licet intereſſe, & multo minus cooperari etiam Sacrificiis, aut cuicunque Ritibus ſuperſtitioſis in honorem Progenitorum oblatis, vel peractis.

Nono, Inviolabilis obſervantię mos eſt apud Chinenſes, tanquam doctrina a ſupradicto Magiſtro *Kum-fu-ſu* tradita, quod in omnibus Chinę populis Templa conſtructa habeant Avis, & Progenitoribus ſuis defunctis dicata, & in unoquoque eorum, omnes, qui ejuſmodi familię ſunt, bis in anno congregantur, ut pręfatis ſuis Progenitoribus ſolemnia Sacrificia faciant magno cęremoniarum apparatu; & in Altari multis candelis, floribus, & odoribus adornato, imaginem, ſive effigiem Parentis, vel Avi defuncti collocant, in quo Sacrificio invenitur, & qui facit Sacerdotis officium, & Miniſtri illius, offeruntque carnes, vinum, candelas, odoramenta, capita Caprarum &c. Hoc autem Sacrificium ex communi illarum gentium intentione dirigitur, ut pręfatis eorum Progenitoribus gratias reddant, honorem, & reverentiam exhibeant ob beneficia ab eis accepta, & ob illa, quę ab eis accipere ſperant. Unde ante Altare proſtrati, deprecationes multas faciunt, poſtulantes ſanitatem, longam vitam, abundantiam fructuum, filiorum multiplicationem, proſperitatem magnam, & ut ab omnibus adverſitatibus liberentur. Quod quidem Sacrificium in domibus ſuis, & in ſepulchris mortuorum etiam fit, minore tamen ſolemnitate. Quęritur, utrum, Chriſtiani ficte, & exterius tantum (ut ſupradictum eſt) poſſint aſſiſtere hujuſmodi Sacrificio, vel exercere aliquod miniſterium in illo cum Infidelibus commixti, ſive in Templo, ſive in Domo, vel Sepulchro, publice, vel privatim, vel quonam modo hoc poterit permitti Chriſtianis illis; ne ſi omnino prohibeantur hoc facere, fidem perdant, vel ut melius dicam, avertant ſe ab actionibus exterioribus Chriſtianorum?

Cenſuerunt, Chriſtianis Chinenſibus nullatenus licere, ficte, vel exterius aſſiſtere Sacrificiis in honorem Progenitorum, neque eorum deprecationibus, aut quibuſcunque Ritibus ſuperſtitioſis Gentilium erga ipſos: multo minus licere circa pręfata, miniſterium aliquod exercere.

X
Sinenſes in Progenitorum honorem cęremoniæ nulla ratione, vel prætextu tolerari poſſunt.

Decimo, Chinenſes Chriſtiani aſſeverant, quod in oblationibus ſupradictis ſolummodo intendunt Progenitoribus ſuis defunctis, illam exhibere reverentiam, & illa offerre, ac ſi iiſdem viventibus exhiberentur, & in memoriam tantum, ac reverentiam progeniturę, & generationis: & ſi illi vivi extitiſſent, eadem illis pręſentarent, ut illis oblatis veſcerentur, vel ſuſtentarentur: & ea offerunt abſque alia intentione, vel rogativarum ſpe; cum ſciant illos mortuos eſſe, eorumque animas in Inferno ſepultas. Quęritur, utrum, ſi hęc inter Chriſtianos tantummodo fierent abſque alio Gentilium conſortio in Templo, Domibus, vel Sepulchris, ponendo, vel collocando aliquam Crucem in Altari pręfatorum Defunctorum, dirigendo ad illam ſuam intentionem; ita tamen quod Progenitorum imagini nihil tribuant, niſi honorem, & reverentiam filialem, quam (ſi vivi extitiſſent) illis comeſtibilibus, & odoriferis rebus exhiberent, ut

ſic

ſic populo ſatisfaciant: Unde hoc eſt, quod quęritur, utrum, hoc pro nunc, ut inconvenientia evitentur, tolerari poſſit?

Cenſuerunt, conſequenter ad ea, quę ſuperius dicta fuerunt, pręmiſſa non poſſe ſalvari, ſive per appoſitionem Crucis, ſive propter abſentiam Gentilium, ſive per intentionem actus de ſe illicitos, & ſuperſtitioſos ad cultum veri Dei dirigentem.

Gentilium abſentia, aut directio intentionis ſuperſtitiones illas non excuſat.

XI

Progenitorum Tabellæ cum hac inſcriptione *Anima N. Defuncti ſedes*, earumque cultus more Sinico Chriſtianis prohibentur.

Undecimo, ad memoriam Progenitorum ſuorum conſervandam utuntur Chinenſes quibuſdam Tabellis, in quibus nomina ſuorum Defunctorum ſcripta ſunt, quas vocant *Animarum Sedes*; exiſtimantes Animas Defunctorum veniſſe, & aſſiſtere in illis Tabellis ad recipiendum Sacrificia, & oblationes: & prędictę Tabellę ſunt collocatę in propriis Altaribus, cum roſis, candelis, lampadibus, & odoramentis; & coram ipſis Tabellis genuflexiones, orationes, & deprecationes faciunt; expectantque auxilium ab illis Defunctis concedendum in ſuis neceſſitatibus, & laboribus. Quęritur, an Chriſtianis licitum ſit, omnibus Gentilitiis ſuperſtitionibus, & erroribus poſtpoſitis, uti pro nunc pręfatis Tabellis, illaſque inter Domini, Sanctorumque imagines, & in eodem Altari collocatas habere, vel in alio ſeparato cum ornatu ſupradicto, ad hoc ut Gentilibus ſatisfaciant; vel poſſint facere ſupradictas deprecationes, & Sacrificia eis offerre, licet occulta, & ficta intentione?

Cenſuerunt omnino non licere habere illas Tabellas in vero, & proprio Altari Majoribus dicato; Multo minus deprecationes, & Sacrificia eis offerre, licet occulta, & ficta intentione.

XII

Defuncti Tabellam ſine inſcriptione ſuperſtitioſa ſuper menſam coram feretro collocatam, & civilis obſequii ſignificationes facta Congregatio non damnat.

Duodecimo, quando in illo Regno aliquem mori contingit, ſive Chriſtianus ſit, ſive Gentilis, pro inviolabili more habetur, in domo Defuncti quoddam Altare pręparare, in eodemque imaginem Defuncti, ſeu Tabellam ſupradictam collocare cum ornatu odorum, florum, & candelarum, retroque cadaver feretro incluſum ponere: omnes autem qui ad condolendum domus illas ingrediuntur, coram pręparato Altari, & Defuncti imagine ter, vel quater genuflectunt, humi ſe proſtrantes capitibus uſque ad terram demiſſis, aliquas ſecum candelas apportantes, & odoramenta, ut in pręparato illo Altari coram Defuncti imagine conſumentur, & comburantur. Quęritur, utrum licitum ſit Chriſtianis, & pręcipue Miniſtris Sancti Evangelii, attento mutuę benevolentię ſigno, & amoris, ſupra dicta facere, maxime quando Defuncti ſunt ex Nobilioribus populi?

Cenſuerunt, poſito quod menſa parata ſit quędam Tabula, non autem verum, & proprium Altare, ſi cetera continentur intra limites obſequii civilis, & politici, eſſe toleranda.

XIII

Catechumeni Sinenſes docendi ſunt ante Baptiſmum ſupradictas cęremonias in Confucii, & Progenitorum honorem eſſe illicitas; non autem in bona fide (ut dicitur) relinquendi.

Tertiodecimo, Quęritur, utrum Catechumenis paratis jam ad Baptiſmum ſuſcipiendum, debeamus Miniſtri declarare, & aperte, & in ſingulari docere, eſſe illicita ſacrificia, & omnia ſupradicta, quamvis ex hoc ſequantur inconvenientia ſcilicet, deſiſtere a ſuſceptione Baptiſmatis, perſecutiones, mors, vel exilium Miniſtrorum Evangelicorum?

Cenſuerunt, Miniſtros Evangelicos teneri docere ſacrificia omnia pręterquam ſoli Deo, eſſe illicita: cultum Dęmonum, & Idolorum eſſe relinquendum; & quęcunque hujuſmodi cultum concernunt eſſe falſa, & Chriſtianę fidei repugnantia: ad ſingularia vero deſcendendum prout in Catechumenis ingenii promptitudo, aut ruditas exiget, aliiſque circunſtantiis, conſuetudinibus, ac periculis perſpectis.

XIV

Confucium, & Reges infideles Sinarum hac voce, *Xing*, appellare non licet, ſi veram, & perfectam ſanctitatem ſignificet.

Quartodecimo, Chinarum ſermone hęc vox (*Xing*) idem eſt, quod Sanctus, Sancta, Sanctum: & in libris Doctrinę Chriſtianę a quibuſdam Sancti Evangelii Miniſtris, prelo mandatis, reperitur iſta vox (*Xing*) ad nominandam Sanctiſſimam Trinitatem, Chriſtum Dominum, Beatam Mariam, & ceteros Sanctos. Quęritur, utrum quando in pręfatis libris ſe ſe offert occaſio, ut nominetur Magiſter Chinarum *Kum-fu-ʒu* vocatus, vel Mandatum Regis Chinarum, vel ceteri Reges, qui communiter in illo Regno, ut ſancti reputantur, cum ſint infideles, & Idololatrę poſſimus ne, & ſit licitum nobis Chriſti Miniſtris nominare ſupradictos hoc nomine (*Xing*)?

Cenſuerunt, non poſſe aliquid firmari circa vocem hanc, ejuſque uſum niſi pręhabita cognitione idiomatis, ejuſque verę, & proprię ſignificationis. Ceterum ſi eadem vox in Regno Chinarum habet latitudinem poſſe Miniſtros ea uti; ſi vero reſtringatur ad ſignificandam veram, & perfectam ſanctitatem, nullatenus poſſe.

XV

Quæcunque ad cultum duntaxat civilem pertinent, Imperatoris imagini a Chriſtianis, & Miſſionariis Sinarū tribui poſſunt.

Quintodecimo, In multis Templis Idolorum illius Regni invenitur, una Tabula deaurata, & collocata ſuper unam menſam, vel Altare, & omnibus ornamentis, candelarum, roſarum, odoramentorum munita, & ornata; qua in Tabula ſcriptę ſunt literę, vel characteres ſequentes: *Hoam ty van sù y vàn vàn sú y. Hoc eſt vivat Rex Chinarum ad multa annorum millia*; & ante illam Tabulam mos eſt illos Idololatras ſacrificare bis, vel ter in anno, & facere genuflexiones in honorem, & reverentiam illius. Quęritur, ſi Miniſtri Chriſti Domini poſſimus in noſtris Eccleſiis collocare hujuſmodi Altare cum Tabula, & circunſtantiis prędictis, & hoc ante Altare, ubi Sacerdotes Dei ſacrificant, oblationem immaculatam?

Cenſuerunt, excluſis Sacrificiis, & Altari vere, & proprie dicto, cetera quę redolent tantummodo cultum civilem, aut poſſunt ad illum reduci, permitti poſſe.

XVI

Chriſtianis orare non licet pro parentibus, aut amicis in infidelitate defunctis.

Sextodecimo, Si in illo Regno licebit Chriſtianis orare, & ſacrificium facere Domino Deo noſtro pro ſuis Defunctis, qui in ſua infidelitate ab hac vita diſcedunt?

Cenſuerunt, ſi vere in ſua infidelitate decedunt, omnino non licere.

XVII

Paſſionis Chriſti Myſterium infidelibus prædicandum, & Chriſti Crucifixi Imago in Eccleſiis Sinarum exponenda.

Decimoſeptimo, Si tenemur Prędicatores Evangelii prędicare in illo Regno Chriſtum Crucifixum, & oſtendere ejus Sanctiſſimam Imaginem, maxime in Eccleſiis noſtris? Cauſa hujus dubitationis eſt, quod Gentiles ſcandalizantur ex tali prędicatione, & oſtenſione, & judicant maximam eſſe ſtultitiam.

Cenſuerunt, nulla prudentia, aut pretextu differendam eſſe Doctrinam Paſſionis Chriſti poſt Baptiſmum, ſed omnino pręmittendam: ad actualem vero prędicationem Chriſti Crucifixi, licet non teneantur Miniſtri Evangelici in ſingulis concionibus, ſed ad proponendum verbum Dei, ac divina Myſteria prudenter, & opportune, & ad illa pro Catechumenorum captu explicanda, non tamen a ſermonibus Paſſionis Domini noſtri abſtinere tenentur ea ratione, quod Gentiles inde ſcandalum ſumant, aut ſtultitiam putent.

Cenſuerunt etiam conveniens eſſe, ut in Eccleſiis imagines habeantur Chriſti Crucifixi; & ideo curandum, ut quoad opportune fieri poteſt, exponantur.

DECRE-

Anno 1645 Die 12 Septembris. XXXVIII.

DECRETUM.

Sacræ Congregationis de Propaganda Fide habitæ die XII Septembris Anno MDCXLV.

REferente Eminentiſſimo Domino Cardinali Ginetto ſupraſcripta Quęſita una cum Reſponſis, & Reſolutionibus Congregationis Theologorum ad eorundem Quęſitorum examen ſpecialiter inſtitutę a Sacra Congregatio Eminentiſſimorum DD. Cardinalium de Propaganda Fide pręfata Reſponſa, & Reſolutiones approbavit: & eadem Congregatione ſupplicante Sanctiſſimus Dominus noſter ad conſervandam uniformitatem in prędicatione, ejuſque praxi, omnibus, & ſingulis Miſſionariis, cujuſcunque Ordinis, Religionis, & Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, in Regnis Sinarum, aut Chinę pro tempore exiſtentibus, vel extituris ſub pęna Excommunicationis latę ſententię, Sanctitati Suę, & Sedi Apoſtolicę ſpecialiter reſervatę, diſtricte pręcipiendo mandavit, quatenus pręfata Reſponſa, & Reſolutiones diligenter obſervent, illiſque in praxi utantur; ac ab aliis ad quos pertinebit, obſervari, & practicari faciant, donec Sanctitas Sua, vel Sancta Sedes Apoſtolica aliud ordinaverit.

1. *Archiv.*) In quo exemplar. Typis ſæpius prodiit: Notandum quod ſupplex libellus mox deſcriptus anno duntaxat 1661 exhibitus fuit Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, una cum Quæſtionibus XXII, quæ mox tranſcribentur. Quia vero ſupplex ille libellus quædam exponit ſcitu digna, quorum notitia familiæ Prædicatorum alumnis apprime neceſſaria eſt, non abs re me facturum exiſtimavi, ſi Decreta quædam relaturus, quæ hanc materiam ſpectant, libellum illum præponerem, qui licet pluries in lucem prodierit, in variis tamen Cœnobiis deſideratur.

XXII Quæſita, de quibus in libello ſupplici mentio fit, hæc ſunt.

QUÆSITA:

A Miſſionariis Ordinis Prædicatorum Sacræ Congregationi de Propaganda Fide propoſita.

Quęſitum I.

I CIrca octavum Quęſitum Sacrę Congregationi de Propaganda Fide factum anno Domini MDCXLIII, Iterum quęritur, juxta ſuperius propoſita a num.6 uſque ad num.20 incluſive, circa primam functionem ibi ſignatam, & in num.21 circa ſecundam functionem, & in num.22 circa tertiam functionem Kunfucio factas, utrum omnes illę cęremonię, & functiones ſimul, & oblationes ſint vere, & proprie ſacrificia ſuperſtitioſa, & idololatrica, vel non?

Quęſitum II.

II Circa idem octavum Quęſitum, iterum quęritur, juxta ſuperius propoſita a num.23 uſque ad num.27 incluſive, utrum pręfatę cęremonię ibi ſignatę, cultus, & functiones Kunfucio exhibitę, in ſua origine, & principio ſint vere, & proprie ſacrificia ſuperſtitioſa, & idololatrica, vel non?

Quęſitum III.

III Circa idem octavum Quęſitum, iterum quęritur, juxta ſuperius propoſita a num.32 uſque ad num.35 incluſive, utrum Kunfucii Tabella ibi ſignata, & explicata, & ſuper menſam collocata (cui oblationes, cęremonias, & genuflexiones Sinenſes faciunt) ſuperſtitioſa, & idololatrica debeat dici, vel non?

Quęſitum IV.

IV Circa idem Quęſitum, amplius quęritur, juxta prędictas ſuperius cęremonias, cultum, oblationes, & functiones pręfato Kunfucio exhibitas, utrum Kunfucius iſte vere, & proprie ſit Idolum, vel non?

Quęſitum V.

V Circa octavum Quęſitum, quęritur amplius, juxta prędicta num.28, & 29, utrum Kunfucii domus, ubi omnes prędictę functiones, & oblationes illi fiunt, ſit vere, & proprie Templum, vel non?

Quęſitum VI.

VI Circa idem Quęſitum, quęritur amplius, utrum menſa, ſuper quam collocatur Tabella prędicta (ad quam dirigunt Sinenſes omnes genuflexiones, oblationes, & cęremonias ſupradictas) ſit vere, & proprie Altare, vel non?

Quęſitum VII.

VII Circa idem Quęſitum, amplius quęritur, juxta ſuperius propoſita num.21, utrum Gubernatoribus, qui Chriſtiani ſunt, liceat bis in menſe adire domum, ſeu Templum Kunfucii, & ante ejus Tabellam, ſeu Imaginem, honorem illi exhibere cęremoniis in prędicto num.21 relatis, vel non?

Quęſitum VIII.

VIII Circa idem Quęſitum, quęritur, juxta ſuperius relata num.22, utrum literati Sinenſes Chriſtiani, ante ſuſcipiendos gradus ſuos, licite poſſint ingredi pręfatum Templum Kunfucii, & ante ejus imaginem, ſeu Tabellam prędictam proſtrationes tantum facere ſine ulla alia functione, ea intentione, qua relatum eſt in eodem num.22, vel non?

Quęſitum IX.

IX Circa nonum Quęſitum Sacrę Congreg. de Propaganda Fide exhibitum anno Domini MDCXLIII, Iterum quęritur, juxta ſuperius propoſita a num.36 uſque ad num.43 incluſive, utrum cęremonię ibi relatę, quas erga ſuos Defunctos peragunt Sinenſes, ſint in ſua prima inſtitutione, & origine ſuperſtitioſę, & idololatricę, vel non?

Quęſitum X.

X Circa idem, Quęſitum, amplius quęritur, juxta ſuperius relata a num.45 uſque ad num.50 incluſive, utrum vere, & proprie dicatur, quod Sinenſes Divinitatem tribuant ſuis Defunctis, & ab illis petant, & ſperent felicitates, & bona, vel non?

Quę-

Digitized by Google

Quęſitum XI.

Circa idem Quęſitum, amplius quęritur, juxta ſuperius relata a num.51 uſque ad num.61 incluſive, XI
utrum hujuſmodi Tabella ſit ſuperſtitioſa, & idololatrica, vel Idolum, vel non?

Quęſitum XII.

Circa idem Quęſitum, amplius quęritur, juxta relata a num.51 uſque ad num.61, utrum Chriſtiani lici- XII
te valeant in domibus ſuis particularibus, habere pręfatas Tabellas in ſuis Tabernaculis collocatas, vel ſuper aliquam menſam ſolum ante eas genuaflectentes in reverentiam ſuorum Progenitorum defunctorum; & ſi poſſint licite ſimul cum illis genuflexionibus, aliqua comeſtibilia collocare ante ipſas Tabellas, ſine aliqua deprecatione, ſeu petitione, vel non?

Quęſitum XIII.

Circa undecimum Quęſitum Sacrę Congreg. de Propaganda Fide factum anno Domini MDCXLIII, XIII
iterum quęritur, utrum ex reſponſione Sacrę Congregationis (ſcilicet omnino non licere, habere illas Tabellas, in vero, & proprio Altari Majoribus dicato) inferri poſſit licere Chriſtianis, eaſdem Tabellas apud ſe habere in domibus ſuis particularibus collocatas in alio loco, ſeu menſa non dicata majoribus ſuis defunctis, vel in Altari Chriſti Domini, vel ſanctorum, vel non?

Quęſitum XIV.

Circa Quęſitum nonum, iterum quęritur, juxta relata a num.65 uſque ad num.89 incluſive, utrum cę- XIV
remonię, deprecationes, & genuflexiones, quas Sinenſes erga ſuos Defunctos, peragunt in Templis Defunctorum, ſive in ſepulchris, ſint proprie, & vere ſuperſtitioſę, & idololatricę, vel non?

Quęſitum XV.

Circa idem Quęſitum, amplius quęritur, utrum domus, ſeu Templa ubi exercentur cęremonię, & XV
functiones erga ſuos Defunctos (ut relatum eſt ſupra a num.62 uſque ad 64) ſint proprie, & vere Templa, & non ſolum Aulę, ſeu domus communes, vel non?

Quęſitum XVI.

Circa idem Quęſitum, amplius quęritur utrum menſę, ſuper quas collocatur Tabella prędicta, a nu.51 XVI
uſque ad 61, ſive in Templis Defunctorum, ſive in ſepulchris, vel in domibus particularibus, ſint proprie, & vere Altaria, vel non?

Quęſitum XVII.

Circa idem Quęſitum, iterum quęritur, juxta ſuperius relata a num. 74 uſque ad num. 80, utrum XVII
Chriſtiani ſimul cum Infidelibus licite poſſint adire ſepulchra mortuorum, & offerre ibi carnes, vinum, fructus terrę, odoramenta, candelas &c., & eas proſtrationes facere, & reverentias, quas Gentiles faciunt ante ſepulchrum, facta prius proteſtatione, quod eorum intentio non eſt cooperari cum Infidelibus in ſuperſtitioſis, quę ibi reperiuntur, ſed quod ſolum offerunt ſuis Defunctis illa comeſtibilia, vinum &c., quaſi adhuc eſſent ſuperſtites, & illis inclinationibus eos honorant, tanquam Progenitores ſuos? Iterum hic quęritur, ſi facta proteſtatione licite poſſint Chriſtiani officium Sacerdotis gerere, omnium nomine offerendo prędicta, vel non?

Quęſitum XVIII.

Circa idem Quęſitum, iterum quęritur, utrum quando Infideles in Templis ſuis defunctis dicatis XVIII
ſuperſtitioſa peragunt, poſſint Chriſtiani ſimul cum illis facere genuflexiones ante Tabellas prędictas, & Defunctorum imagines, facta prius proteſtatione Fidei coram omnibus dicendo: Non eſſe ſuam intentionem cooperari cum Infidelibus in actionibus ſuperſtitioſis, & cum ea intentione, qua Infideles faciunt, ſed tantummodo illis inclinationibus intendunt honorare ſuos Progenitores defunctos, vel non?

Quęſitum XIX.

Circa idem Quęſitum, amplius interrogatur, utrum actiones, quę alias poſſunt eſſe politicę, & civi- XIX
les, ſi ſimul inveniantur, & fiant ſimul cum actionibus ſuperſtitioſis, ſive in Templis prędictis, ſive in Sepulchris, vel domibus particularibus, remaneant adhuc civiles, & politicę, vel ibi vitientur a ſuperſtitioſis? Ratio dubitandi eſt, quia in hoc Regno filii reverentias, & genuflexiones faciunt ſuis Parentibus, dum ſunt in hac vita, odoramenta comburunt in cubiculis illorum, & aliis cęremoniis utuntur erga ſuos parentes, quę re vera politicę, & reverentiales ſunt: & ſi has ipſas faciunt parentibus defunctis (quamvis ſimul cum Infidelibus, quando peragunt ſuperſtitioſa) videntur tantum eſſe civiles, & politicę, & non ſuperſtitioſę. Videtur etiam has civiles actiones a Chriſtianis, ibi poſſe ſeparari a ſuperſtitioſis, maxime faciendo fidei proteſtationem. Ex alia parte hujuſmodi actiones (quę alias poſſunt eſſe civiles, & politicę) videntur eſſe vitiatę ab actionibus ſuperſtitioſis: ſiquidem Infideles dirigunt ibi omnes actiones ad objectum ſuperſtitioſum (ut ſupponitur): Unde hoc eſt, quod quęritur, utrum tam in Templis pręfatis, quam in ſepulchris, & domibus particularibus actiones alias politicę, & civiles poſſint ſeparari, ita ut ibi ſimul reperiantur actiones ſuperſtitioſę, & actiones non ſuperſtitioſę, ſed civiles, & politicę, vel non?

Quęſitum XX.

Circa duodecimum Quęſitum Sacrę Congregationi factum, ad majorem declarationem, juxta ea, quę XX
relata ſunt ſuperius a num. 52 uſque ad 61, quęritur, ſi non obſtante, quod Tabella prędicta collocata ſit in illa menſa, ſeu Altari, adhuc tolerandum ſit Chriſtianis ante Tabellam genuflexiones facere, ut in Quęſito duodecimo pręd icto relatum eſt, vel non?

Quęſitum XXI.

Circa Quęſitum tertium decimum Sacrę Congregationi expoſitum, amplius quęritur, utrum Ca- XXI
thecumenis jam paratis ad Baptiſmum, non obſtantibus periculis, circunſtantiis, conſuetudinibus, & aliis inconvenientibus, teneantur Miniſtri ante ſuſceptionem Baptiſmatis declarare, & docere in ſingulari, oblationes, functiones, ſeu Sacrificia, tam Kunfucio, quam ſuis Defunctis exhibenda non licere: vel differenda ſit hęc doctrina poſt Baptiſmum, ut inconvenientia in eodem duodecimo Quęſito relata evitentur, vel non?

Quęſi-

Queſitum XXII.

XXII Clrea ſeptimum Queſtum Saerę Congregationi expoſitum, amplius queritur, utrum Gubernatores, qui Chriſtiani ſunt, quando Lege Regia tenentur aceedere ad Templum Idoli *Chin'g' hoan'g* voeati (ut in prefato ſeptimo Queſito narratur) vel aliis diebus ſibi viſis, ad evitandum illud Saerificium Idololatricum, licite poſſint intra portam, & in atrio ejuſdem Templi, ante Idolum illud, & alia quamplurima, quę intra illud Templum a dextris, & a ſiniſtris collocata ſunt, erigere Altare quoddam bene ornatum; collocantes ſuper illud imaginem Chriſti Domini, ſeu Sanctorum, ibique proſtrationes facere, & omnes functiones (ſicut in prędicto ſeptimo Queſito declaratum eſt) facta prius fidei proteſtatione, coram Infidelibus dicentes: Suam intentionem non eſſe dirigendi illas functiones, & illud fidelitatis juramentum ad Idolum *Chin'g' hoan'g*, ſed ad verum Deum; Vel ſi hoc ipſum poſſent licite facere ſine fidei proteſtatione, vel non?

Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Domini, D. D. & Patroni Noſtri Amantiſſimi Congregationis de Propaganda Fide Cardinales.

Poſt genuflexionem, & ſacrarum manuum deoſculationem.

Miſſionariorum Dominicanorũ libellus ſupplex Sacræ Congregationi de Propaganda Fide oblatus.

FRatres Ordinis Prędicatorum, Veſtrarum Eminentiarum humiles Filii, & Servi inutilea, qui in hoc ampliſſimo Sinarum Regno pro ejuſdem Fidei propagatione die noctuque pro viribus laboramus, qua tenemur humilitate reverenter, imploramus Veſtrarum Eminentiarum ſolitam, ac magnam pietatem, & clementiam, ut in hoc tanti momenti negotio auribus ſuis intendant, & ſua inclinent corda, ut debitam, ac diu a nobis deſideratam concluſionem in his rebus ad fidem directe pertinentibus placide videamus, iterum, atque iterum rogamus, ut noſtrę relationes ſuperius propoſitę, ſimul, & Queſita a Veſtris Eminentiis reſpiciantur, & examinentur, Auctoritateque Apoſtolica confirmentur eorum reſponſiones, ſimul, & Sacræ Congregationis Decretum: & quidquid ſanę, ac veridicę doctrinę ab omnibus Miſſionariis in hoc Regno firmiter tenendum, & in praxi ſequendum ſit, Sua Sanctitas declaret, decernat, & pręcipiat. Hoc valde neceſſarium eſt tam pro ſedandis Miſſionariorum conſcientiis, quam pro manutentione, & directione Neophytorum, & harum gentium converſione. Ex hoc Sinarum Regno uſque ad almam Urbem, difficillimus eſt recurſus pro his, & aliis negotiis, ad converſionem animarum pertinentibus, concludendis: Siquidem diſtantia maxima quinque millium leucarum per Maris Pelagum apparet. Unde ſequitur maximam eſſe difficultatem accedendi ad Curiam Romanam, & Sacram Congregationem pro hujuſmodi negotiis impetrandis; & dum ſunt in mora, Neophytorum animę maximam jacturam ſpiritualem patiuntur. Propterea Veſtrę Eminentię, tanquam Fidei vigilantiſſimi Zelatores, & Patroni digniſſimi, paſtu cęleſti vivificent Neophytos iſtos, & Doctrina Catholica eos inſtruant, ne forte ex defectu hujus doctrinę ęternaliter pereant, quod Deus avertat: Datum Sinę die trigeſima Menſis Maii MDCLXI.

Veſtrarum Eminentiarum.
Servi humillimi, & obſequentiſſ. Filii,

F. Johannes Baptiſta de Morales, Prefectus Apoſtolicus.
F. Timotheus de Sancto Antonino.
F. Dominicus Coronado.
F. Franciſcus Varo.
F. Juan Gargias.
F. Raymundus de Valle.
F. Domingo de Navarrete.
F. Johannes de Polanco.

Huc etiam ſpectant alia Quæſita exhibita, & propoſita Sacra Congregationi Sancta Romane, & Univerſalis Inquiſitionis, ab eaque tranſmiſſa Reverendiſſimis Patribus Laurentio Brancato de Laurea Ordinis S. Franciſci Minorum Conventualium, & Joanni Bona Abbati Congregationis S. Bernardi Fulienſis, Conſultoribus Sancti Officii, poſtea S. R. E. Cardinalibus.

Hujus tenoris ſunt:

I
De Cęremoniis in honorem mortuorum.

CUm cęca Gentilitas plures ex Gentiliſmo homines olim demortuos varias ob eauſas magnifice extollendo commendet, & inter vana Deorum Numina retulerit, aut ipſos pro Sanctis veneretur, & colat: Queritur, utrum exeluſa vana credulitate, liceat Chriſtianis inter Gentiles commorantibus, una cum ipſis Gentilibus, aut alibi ſeorſim, omiſſa, vel pręmiſſa Fidei proteſtatione, eoſdem homines demortuos honorare Ritibus externi cultus genuflexionum, & ſimilium actionum, quando, & ubi ex intentione Gentilium, aut ex praxi, vel Lege ad cultum ſuperſtitioſum diriguntur?

II
De Cęremoniis in honorem Cõfucii, an quomodo Chriſtianis liceant?

Cum eadem Gentilitas ſuum principalem Magiſtrum *Confucium* in Gentilitate mortuum, ut Sanctum veneretur, & colat, & ante Tabellam quandam ſic inſcriptam, *Thronus, ſeu honorifica Sedes Spiritus, ſeu Animę Sanctiſſimi, & principalis Magiſtri*, multa fiant, nempe oblationes, genuflexiones, proſtrationes, ſuffitus, preces, & implorationes auxiliorum, gratiarum, & beneficiorum: Queritur, an liceat Chriſtianis coram eadem Tabella candelas accendere, & odoramenta cremare: aut ſimul cum Gentilibus, vel ſeorſim facere genuflexiones, proſtrationes, aut ſuffitus, precibus, & implorationibus ab iiſdem Chriſtianis intermiſſis?

III
De Tabellis defunctorum, an earum uſus, & veneratio Chriſtianis liceant?

Cum eadem Gentilitas credat, Animas Majorum defunctorum commorari in quibuſdam Tabellis, quę inſcribuntur *Thronus, ſeu ſedes Animę N. vel N.*, & pręſentes ſe exhibere ad excipiendum oblationes, & ſacrificia, quę gentiles eis offerunt, implorantes, & expectantes eorum auxilium in ſuis neceſſitatibus: Queritur an Chriſtiani ejusmodi Tabellas retinere poſſint, ſive in Templis, ſive ſeorſim in particularibus Domi-

Domibus; vel ſaltem abraſa inſcriptione illa, *Thronus*, *ſeu ſedes Animę*, & ſecluſa falſa credulitate exiſtentię Animarum in illis, poſſint Chriſtiani eas in domibus habere, vel in aliis locis, & in his, vel ſeorſim, vel una cum Gentilibus eas venerari oblationibus fructuum terrę, & odoramentorum, aut ſaltem proſtrationum, titulo memorię, & gratitudinis?

IV
De cultu Idoli *Ching boang*. An Chriſtianis Mandarinis liceat in ejus Tẽplo procumbere, juramentum fidelitatis præſtare, oblationes facere, intentionem ad Crucem dirigendo, aut facta Fidei proteſtatione?

In omnibus Sinarum Civitatibus, & Oppidis reperitur Templum Idoli *Ching boang*; quod tenetur, & creditur eſſe cuſtos, & Rector illius loci. Gubernatores dum capiunt poſſeſſionem gubernii, & bis in menſe, tenentur lege publica, ſub pęna privationis ab officio adire illud Templum, & ibi coram Idolo proſtrati ipſum venerari, eique offerre ſacrificium vini, carnium, florum, candelarum, & odoramentorum, & coram eo jurant ſe recte, & fideliter adminiſtraturos, & quod ſi contrarium fecerint, ſupplicio per Idolum infligendo ſe ſubmittunt, ab eoque normam, & auxilium petunt recte gubernandi. Quęritur primo, an Gubernatores Chriſtiani poſſint hęc pręſtare, vel potius officium, & gubernium dimittere? Rurſus an poſſint pro nunc tolerari, ſi in Templi meditullio, in quo aliorum Idolorum ſunt figurę, ſeorſum ab ara Idoli tabulatum erigant, & in eo ponant Crucem, aut imaginem Chriſti, non occultam, ſed cunctis etiam Gentilibus conſpicuam, & coram ea ſe proſternant, & juramentum fidelitatis emittant, omiſſa, vel facta Fidei proteſtatione, oblationes offerant, cultumque ad verum Deum, & Chriſti imaginem dirigant, vel ſaltem omiſſis genuflexionibus, proſtrationibus, & oblationibus, Crucem, ſeu Imaginem Chriſti in eo Templo diſpoſitam, pręſatis diebus a lege taxatis, poſſint dicti Gubernatores Chriſtiani venerari, & colere?

V
An Chriſtiani Præfecturam Conſilii Mathematicorum, aut Senatoris munus in eodem Tribunali gerere poſſint?

Et quia adeſt Tribunal, ſeu Regium Conſilium Mathematicorum, & Aſtrologorum, cui, & pręcipue ejus Pręſidi incumbit, quot annis ordinare, ſubſcribere, ac ſuo ſigillo ſignare Diarium, ſeu Lunarium, in quo plurima immiſcentur vana, & ſuperſtitioſa, & auſpicati pręſcribuntur dies, alii ad adeunda Idolorum Templa, fundendas illic preces, offerenda ſacrificia, inviſenda Templa Progenitorum, & Majorum defunctorum, ad colendum, cęremoniandum, & petenda eorum ſubſidia, alii pro ineundo Matrimonio, egreſſu de domo, peragendis cauſis in tribunalibus, contractibus perficiendis, emptionibus, & venditionibus procurandis, & ſic de aliis: Quęritur, utrum alicui Chriſtianorum liceat, pręfati conſilii pręfecturam, aut Senatoris officium gerere, pręedictum prognoſticon, ſeu Lunarium cum aliis ejuſdem Collegii quotannis ordinare, impreſſionem, aut uſum pręcipere, ſubſcriptionem, ac ſigillum in fidem apponere, aut ſaltem permittere, condeſcendere, aut approbare, quod in eodem prognoſtico, ſeu Lunario, ab aliis Conſenatoribus, quoad immixtas ſuperſtitionis notas, & falſę Religionis regulas concinnato, ſubſcriptio, & ſigillum ipſius Pręſidis apponatur, ſuoque, & aliorum nomine ſubſcriptum, & ſigillatum in lucem emittatur: An vero, teneatur potius officium Pręſidis, aut Senatoris dicti Collegii, etiam a Rege oblatum, aut pręceptum recuſare, illoque habito ſe abdicare, ne aliquo ex dictis modis cooperetur immixtis ſuperſtitionibus, aut videatur ſuo calculo eis auctoritatem conciliare?

VI
Utrum liceat Chriſtianis aſſiſtere funeribus Gentilium, in quibus ſuperſtitiones exercentur?

Utrum Sacerdotibus, & Miniſtris Evangelii, aut Chriſtianis liceat promiſcue cum Gentilibus, & Idolorum Sacerdotibus aſſiſtere funeribus, ſolemnique ſepulturę Gentilium, aut comitari feretrum, pręſertim Nobilium, qui in vita fuerunt Evangelicorum Miniſtrorum, & Chriſtianorum amici, tutores, & benefactores, aut proximi affines, ſive conſanguinei alicujus Catholici, ſeu cujuſdam familię Chriſtianę; cum comitantibus Gentilibus, Idolorumque Sacerdotibus immiſceantur, & varii ſuperſtitionum Ritus exerceantur? Si enim Chriſtiani, aut Evangelii Miniſtri recuſent aſſiſtere, murmurationes, ac inimicitię poſſunt accidere in Chriſtianos, ac Dei Sacerdotes,

VII
Utrum liceat Chriſtianis cibos menſæ apponere ante domum, vel in via, qua Gentilium defunctorum corpora ad Sepulchrum efferuntur?

Utrum in amicitię conteſtationem, aut ob alicujus defuncti dignitatem, excellentiam, & nobilitatem, aliumve beneficentię, & gratitudinis reſpectum, tum erga ipſum Defunctum, tum erga ſuam familiam, hęredes, aut conſanguineos, liceat Chriſtianis, aut Evangelii Miniſtris eſculenta, & poculenta menſę imponere ante domos; ſeu in via, qua aſportandum eſt feretrum defuncti, etiamſi perſeveret antiquus mos, tempore, & opere ſtabilitus, apponendi menſas cibis refertas, quę in die tumulationis defunctorum parantur a Gentilibus in via ad ſepulcbrum, cum Gentiles exiſtiment defunctorum animas illos cibos in viaticum ſumere, illiſque veſci?

VIII
Utrum liceat Chriſtianis actus aliquos exercere in funeribus Gentiliũ, quibus ſuperſtitiones ſunt admixtæ?

Utrum Chriſtiani pauperes ex officio tibicines, ſeu alii, qui ſuo labore victitant, quęſtus gratia tantum vocati, aut coacti, poſſint tibicinare in funeribus defunctorum Gentilium, feretrum portare, ſeu aliquod miniſterium ſuperſtitionibus admixtum exercere in pręſentia Gentilium, & Sacerdotum Idolorum, qui varia, & multa ſuperſtitioſa exequuntur?

IX
An liceat Chriſtianis Idolorum Templa quæſtus gratia reſarcire, verrere, mundare Altaria &c?

Utrum Chriſtiani opifices, fabri, cęmentarii, vel architecti, aliique hujuſmodi, qui ratione quęſtus ſponte conducuntur, vel coacti a locorum Pręfectis, aut a potentioribus populi, licite poſſint, ſuas operas pręſtare ad conſtruenda, vel reparanda Idolorum Templa, an ſaltem ad jacienda fundamenta, fabricanda, aut reſarcienda tecta, ad obeunda miniſteria verrendi, purgandi parietes, & pavimentum, mundandi Altaria, claudendi, & aperiendi fores Templorum, & his ſimilia faciendi? Ratio dubitandi eſt, quia nonnulli Chriſtiani Sinenſes, nondum vigent robuſta fortitudine ſpiritus in ſuſcepta Chriſti Religione, & timent ubi, & quando imminent moleſtię, vexationes, & oppreſſiones Pręfectorum, ac Potentiorum, ſi eorum mandatis non obſequantur.

X
Quomodo facienda Fidei proteſtatio, & coram quibus?

Ultimo, in caſu, quo aliqui actus poſſint tolerari, aut licere Chriſtianis facta Fidei proteſtatione; Quęritur quomodo, & quando hęc debeat fieri? An coram ipſis Gentilibus, ante, vel poſt, aut ſubactu cęremoniarum? An vero ſufficiat fieri coram Chriſtianis tantum, multis, aut paucis? Circa quod ſupplicatur determinari numerum, ut melius, & clarius in re tanti momenti procedatur.

Nos infra ſcripti, de ſupra ſcriptis dubiis requiſiti, Dei honorem pręe oculis habentes, ut animarum ſaluti conſulamus, ad ſingula ſic reſpondendum cenſemus.

Ad primum: Chriſtianis inter Gentiles commorantibus non licere, neque cum ipſis Gentilibus, neque alibi ſeorſim, abſque publica Fidei proteſtatione, relatis in dubio externi cultus Ritibus venerari Gentiles homines demortuos, quos gentilitas ut ſanctos colit, & id agentes graviter peccare, ac idololatrari.

Ad ſecundum, de veneratione Kunfucii ante Tabellam dictam, *Thronus Animę &c.*, Reſpondemus non licere Chriſtianis, coram dicta Tabella, neque cum Gentilibus, neque ſeorſim facere genuflexiones, proſtrationes, aut aliqua in Quęſito contenta, adhuc precibus, & implorationibus ab iiſdem Chriſtianis omiſſis.

Ad tertium, de Tabellis, in qnibus Gentiles exiſtimant fieri pręſentes Animas Defunctorum, ad recipiendum oblationes, &c. nt in dubio propoſito: Dicimus, eſſe illicitum Chriſtianis pręfatas Tabellas tenere, ſive in Templis, ſive in privatis Domibus, tam cum inſcriptione illa, *Thronus, ſeu ſedes Animę*, quam ſine ea: & eſſe illicitum pariter, eas cum Gentilibus, aut ſeorſim venerari, vel oblationem aliquam eis exhibere, etiam ſecluſa falſa credulitate exiſtentię Animarum in illis.

Ad quartum, de Templo Idoli *Ching hoang*: Ad primam partem dubii dicimus eſſe illicitum, ut Gubernatores, vel pro capienda poſſeſſione, vel pro alia quavis cauſa ipſum Idolum venerentur, ſive aliquid in dubio contentum efficiant, ſed potius tenentur officium dimittere, quam illud agere: Ad ſecundam dubii partem reſpondemus, non eſſe licitum ullis Chriſtianis, etiam Gubernatoribus, ponere Crucem, aut imaginem Chriſti in Templo Idoli etiam ſeorſim ab illius Ara, neque poſſe aliquid in dubio expoſitum tolerari, etiam ſi cultus ad verum Deum, & Chriſti imaginem (ut pręfertur) dirigatur.

Ad quintum, de Mathematicorum Collegio, &c.: Dicimus, non licere Chriſtiano, Pręſidis, ſeu Senatoris officium in eo tenere, ſi ſuperſtitioſa illa edicta, lunaria, aut prognoſtica debeat ex munere ſubſcribere, vel ſuo ſigillo roborare, & multo minus auctoritate ſua illa edere; ſed potius debet Magiſtratum dimittere, neque poteſt approbare, aut concurrere ad ea facienda.

Ad ſextum, de aſſociatione Defunctorum: Si Chriſtiani actibus ſuperſtitioſis non ſe immiſceant, ſed civili tantum obſequio id pręſtent, eſt eis licitum; ſecus, nequaquam.

Ad ſeptimum, de appoſitione ciborum ſuper menſas in deportatione Defuncti: Dicimus, quod ſine proteſtatione publica Fidei non licet.

Ad octavum, de tibicinibus, & aliis actibus in funere fieri ſolitis cum admixtione ſuperſtitionum, ut in dubio: Exiſtimamus eſſe illicitum, hoc modo tibicinare, ac etiam recenſitos actus exercere.

Ad nonum, de operatione ad conſtruenda Templa, reſarcienda, mundanda, & alia reliqua in dubio contenta: Dicimus, nullatenus licere Chriſtianis, neque ulla cauſa, & motivo poſſe permitti, aut tolerari.

Ad decimum, dicimus, quod ſi in aliquo caſu tolerantię facienda eſt proteſtatio Fidei, hęc eſſe debet publica, coram Gentilibus, & Chriſtianis, qui pręſentes in tolerata functione aderunt. Hac die vigeſima ſeptima Novembris Anni MDCLXIX.

Ego Fr. Laurentius de Laurea, Minor Conventualis, Conſultor Sancti Officii, &c. Sum in hoc voto.

Idem ſentio D. Johannes Bona Abbas S. Bernardi.

D E C R E T U M

Sacræ Congregationis Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis.

Feria Quarta XIII Novembris MDCLXIX.

IN Congregatione Generali Sanctę Romanę, & Univerſalis Inquiſitionis, habita In Conventu Sanctę Marię ſuper Minervam, coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, in univerſa Republica Chriſtiana contra hęreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Lecto Memoriali dato pro parte Fratris Johannis Polanco, Ordinis Prędicatorum, Miſſionarii Apoſtolici, apud Sinas, & aliorum Miſſionariorum ejuſdem Ordinis, ibidem in prędicatione Evangelica collaborantium, in quo ſupplicabat Sacrę Congregationi, ut dignaretur declarare. An ſubſiſtat, & in ſuo robore permaneat pręceptum, & mandatum ſub pęna excommunicationis latę Sententię Sanctitati Suę, & Sedi Apoſtolicę ſpecialiter reſervatę, de obſervantia Reſponſorum, & Reſolutionum factarum, die duodecima Septembris MDCXLV in Sacra Congregatione de Propaganda Fide, & eadem ſupplicante, a ſanctę memorię Innocentio X approbatarum: Et an juxta in iiſdem dubiis expoſita, ab omnibus, & ſingulis Miſſionariis cujuſcunque Ordinis, Religionis, & Inſtituti, etiam Societatis Jeſu in Regno Sinarum, aut Chinę pro tempore exiſtentibus, vel extituris, in praxi diligenter obſervandę ſint, donec Sanctitas Sua, vel Sancta Sedes Apoſtolica, aliud ordinaverit, non obſtante alio Decreto a Sacra Congregatione Sancti Officii emanato, ſub die XXIII Martii MDCLVI ſuper aliquibus Quęſitis propoſitis a Patribus Societatis Jeſu, apud Sinas Miſſionariis, diverſimode, & cum aliis circumſtantiis conceptis; Eminentiſſimi Patres declararunt, Decretum Sacrę Congreg. de Propaganda Fide, latum ſub die XII Septembris MDCXLV ſecundum tunc expoſita in dubiis, eſſe in ſuo robore, neque per Decretum Sacrę Congregationis Sancti Officii, latum ſub die XXIII Martii MDCLVI fuiſſe circumſcriptum, ſed omnino ſecundum Quęſita, circumſtantias, & omnia in dictis dubiis expreſſa, eſſe ſervandum, ut jacet: quemadmodum ſervandum declaravit Decretum Sacrę Congregationis Sancti Officii, latum ut ſupra die XXIII Martii MDCLVI juxta Quęſita, circumſtantias, & omnia in eis expreſſa.

Decretum anni 1645 ab Innocentio X confirmatum in ſuo robore etiamnum permanet.

Feria Quarta, XX ſupradicti Menſis Novembris MDCLXIX facta relatione per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Hieronymum Caſanate, Aſſeſſorem Sancti Officii, Sanctiſſimo D. N. D. Clementi Divina Providentia Papę Nono, Sanctitas Sua approbavit.

ALE-

ALEXANDER VII.

Ab anno MDCLV, die VII Aprilis, ad XXII Maii MDCLXVII. Vide *T.VI hujuſce Bullarii pag.* 178, *& hoc T VII pag.* 310.

De rebus non alienandis.

Anno 1666 Die 3 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Regularium Alienationis.

LXX.

UT in Ordine PP. Prędicatorum Decretum de rebus Regularium non alienandis, provide per hanc Sacram Congregationem peculiari poteſtate ſibi per SS. Urbanum VIII attributa editum, religioſe ſervetur; atque ut magis, magiſque explicata ipſius Decreti mente, dubitandi, ac proinde errandi auferatur anſa: Supplex petit P. Procurator Generalis Ordinis, ut quando ejus eſt interpretari legem, cujus eſt condere, per hanc Sacram Congregationem declaretur: An alienationes, de quibus in pręnarrato Decreto agitur, quatenus inter Monaſteria ejuſdem Ordinis, & quidem cum utriuſque contrahentis Monaſterii utilitate fiant, ita prohibitę, atque interdictę cenſeantur, ut abſque Sacrę Congregationis licentia perfici non poſſint?

Die XXIII Februarii MDCLXVI Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum reſpondit ita eſſe prohibitas.

Et die III Martii ejuſdem anni, facta Relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua Congregationis Sententiam probavit.

A. Cardinalis Celſus Prędefectus.

Loco ✻ Sigilli.

C. de Vecchis Epiſc. Cluſ. S. C. Secret.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

CLEMENS IX.

Ab anno MDCLXVII, die XX Junii, ad IX Decembris MDCLXIX. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.* 227, *& hoc T.VII pag.* 322.

Indulgentiæ conceſſæ Tolonenſi Confraternitati S. Telmi (1).

Anno 1668 Die 30 Auguſti.

Ex Archivo (2) *Ordinis.*

C L E M E N S P A P A IX.

LX.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

CUM, ſicut accepimus, in Eccleſia, ſeu Capella, vel Oratorio vulgo de S. Telme nunc prope Eccleſiam Fratrum Ordinis Prędicatorum Civitatis Tolonenſis ſita, una pia, & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas *des Calefas*, etiam nunc canonice erecta, ſeu erigenda, exiſtat, cujus Confratres, & Conſorores quamplurima pietatis, & caritatis opera exercere conſueverunt, Nos, ut Confraternitas hujuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi: omnibus Chriſtifidelibus ejuſdem artis, qui dictam Confraternitatem in poſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, Plenariam, ac eiſdem tam deſcriptis, quam pro tempore deſcribendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere pęnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus corde, devote invocaverint, etiam Plenariam, ac eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus dictę Confraternitatis Confratribus, ac Conſororibus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui prędictę Confraternitatis Eccleſiam, ſeu Capellam, vel Oratorium feria ſecunda poſt Dominicam in Albis, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ferię hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper dictis Confratribus, & Conſororibus etiam vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis Eccleſiam, ſeu Capellam, vel Oratorium in quatuor anni feriatis, vel non feriatis, ſeu Dominicis, diebus per Confratres ſemel tantum eligen., & ab Ordinario approban., ut ſupra viſitan., & ibidem orantibus, quo die prędictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas; quoties vero Miſſis, & aliis Divinis Officiis in Eccleſia, ſeu Capella, vel

vel Oratorio hujuſmodi pro tempore celebrari, & recitari contigerit, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis facien. interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam, qui corpora Defunctorum tam Confratrum, & Conſororum hujuſmodi, quam aliorum ad Sepulturam aſſociaverint, aut quaſcunque Proceſſiones de licentia Ordinarii facien., Sanctiſſimumque Euchariſtię Sacramentum tam in Proceſſionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, & quomodocunque pro tempore deferetur comitati fuerint, aut ſi impediti, campanę ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem, & Salutationem eaſdem pro Animabus Defunctorum Confratrum, & Conſororum hujuſmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes pręcepta Dei, & ea, quę ad ſalutem ſunt docuerint, aut quodcunque aliud caritatis, vel pietatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum exercitio ſexaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pęnitentiis in forma Eccleſię conſueta relaxamus, pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias dictis Confratribus, & Conſororibus pręmiſſa peragen. aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duratura conceſſa fuerit, pręſentes nullę ſint, utque ſi dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam ſit, vel in poſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, aut etiam quomodolibet inſtituatur priores, & quęvis alię literę Apoſtolicę illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullę ſint. Datum Romę apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XXX Auguſti MDCLXVIII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *S. Telmi.*) Sancti ſcilicet *Petri Gonzales* Confeſſoris Ordinis Fratrum Prædicatorum.

2. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo *Tolonenſi*.

CLEMENS X.

Ab anno MDCLXX, die XXIX Aprilis, ad XXII Julii MDCLXXVI. Vide *T. VI hujus Bullarii pag.* 261, *& hoc T VII pag.* 330.

Anno 1671 Die 14 Martii.

De Filiis Neapolitani Conventus S. Petri Martyris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXXV.

CLEMENS PAPA X.

Ad Futuram Rei Memoriam.

ALias poſtquam felicis recordationis Urbanus PP. VIII Prędeceſſor noſter cupiens Conſtitutionem, ſeu Ordinationem Clementis PP. VIII Prędeceſſoris pariter noſtri, alias editam circa adfiliationes ab uno ad alium Conventum transferendas, obſervari, ac fraudibus, quę plerumque ea propter commiſſę fuerant, obviam iri, illaſque e medio tolli, ſupplicationibus tunc exiſtentium Fratrum Ordinis Prędicatorum Conventus S. Petri Martyris Civitatis Neapolitan. nomine ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus, quod de cetero adfiliationes, & translationes Filiorum aliorum Conventuum dicti Ordinis ad prędictum S. Petri Martyris Conventum, nullo ſub prętextu, quęſito colore, vel ingenio, fieri, aut ſi quandocunque per ipſum Urbanum, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, aut Sedem Apoſtolicam adfiliationes, & translationes hujuſmodi contra ejuſdem Conſtitutionis, ſeu Ordinationis formam fieri, & deſuper diſpenſari contingeret, illę non valerent, nullumque effectum ſortiri deberent, niſi de conſenſu omnium, & ſingulorum Filiorum, vel eorum majoris partis, tam pręſentium, quam abſentium ejuſdem S. Petri Martyris Conventus, in quo adfiliatio hujuſmodi fieri deberet, in eadem Civitate exiſtentium ad diem, & horas determinatos intimatorum, & poſtmodum capitulariter Congregatorum, nemine prorſus excepto, per ſecreta ſuffragia, ut moris eſt, pręſtando, quodque ſi, & quando adfiliationes hujuſmodi aliter fierent, illę nullę, & irritę eſſent, & eſſe cenſerentur, & ſi deſuper derogari contingeret pręmiſſis, nullatenus derogatum eſſet, aut eſſe cenſeretur, niſi de illis in derogatione hujuſmodi plena, & expreſſa mentio fieret, per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die XX Junii MDCXLIV expeditas literas decreverat: pię memorię Clementi IX, etiam Prędeceſſoris noſtri, pro parte tunc exiſtentium Prioris, & Fratrum dicti Conventus expoſito, quod ipſi inaudierant, nonnullos Fratres dicti Ordinis in eodem Conventu non ſervata forma pręfatarum Urbani Prędeceſſoris noſtri literarum adfiliari pretendere, in grave pręjudicium, atque detrimentum ipſius Conventus, qui non ſolum filiorum numero pręgravatus exiſtebat, ſed etiam occaſione pręteritorum motuum popularium, & contagii, redditus annuos, circiter bis mille ducatorum monetę illarum partium amiſerat, magnamque impenſam pro reparandis domibus in dicta Civitate, & extra illam ad eum ſpectantibus facere debebat, quinimo ejuſdem adfiliationes etiam illis Conventibus nocebant, qui a propriis filiis deſerebantur non ſine communi Provincię perturbatione: Idem Clemens Prędeceſſor ſupplicationibus eorundem Prioris, & Fratrum benigne annuens, pręfatas Urbani Prędeceſſoris literas Apoſtolicas, auctoritate Apoſtolica approbavit, & confirmavit, nec illis per quaſcunque literas Apoſtolicas, niſi toto illarum tenore expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto in futurum quandocunque derogari poſſe decrevit, & alias prout in ipſius Clementis Prędeceſſoris literis pariter in forma Brevis die XXX Novembris MDCLXIX deſuper emanatis uberius continetur. Cum ſicut dilecti Filii moderni Prior, & Fra-

& Fratres pręfati Conventus S. Petri Martyris Neapolitan. Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi pręmiſſa, quo fortius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę patrocinio communiri ſummopere deſiderent, Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtant, ad effectum duntaxat pręſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ac memoratarum Urbani VIII, & Clementis IX Prędeceſſorum literarum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, ſupplicationibus eorundem exponentium nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, pręfatas Urbani, & Clementis Prędeceſſorum literas cum omnibus, & ſingulis in eis reſpective contentis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium approbamus, pariter & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocunque ſpectaverit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quę in pręfatis Urbani, & Clementis Prędeceſſorum literis conceſſa ſunt non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XIV Martii MDCLXXI, Pontificatus noſtri Anno Primo.

2. *Archivo.*) In quo exemplar.

Ut univerſus Ordo Fratrum Prædicatorum celebret Officium B. Gundiſalvi. (1)

Anno 1671 Die 20. Junii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LXXVI.

ORDINIS PRÆDICATORUM.

Extenſionis Officii Beati Gundiſalvi de Amarante Sacerdotis Profeſſi ejuſdem Ordinis.

ALias Commiſſo per felicis recordationis Pium IV ad preces Sereniſſimi Sebaſtiani Portugallię, & Algarbiorum Regis, Henrico Tituli SS Quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Portugallię nuncupato, & Proſpero Epiſcopo Roſſanenſi tunc Sedis Apoſtolicę in prędicto Regno Portugallię Nuncio cum poteſtate Legati a latere, quatenus examinato per ipſos proceſſu antea confecto de mandato Julii III ſui Anteceſſoris, vel alio deſuper, ſervata forma Sacrorum Canonum, de novo conficiendo conjunctim procedentes, conſtito prius de crebris miraculis, quę Omnipotens Deus interceſſione ejuſdem Beati in Regno Portugallię nati, & vita functi, tam in illius vita, quam poſt felicem illius obdormitionem operari dignatus fuerat, concurrente ad Eccleſiam ubi requieſcit Corpus illius, a Sereniſſimo Johanne Rege Portugallię ipſius Sebaſtiani Prędeceſſore magnifice extructam, & dotatam, ex diverſis Regnis, & Provinciis incredibili frequentia Chriſtifidelium, eorumque in eundem B. Gundiſalvum devotione in dies magis, magiſque invaleſcente, concederent, ut in omnibus, & ſingulis Eccleſiis tam Secularium, quam Regularium Regnorum ipſi Regi Sebaſtiano ſubjectorum, officium, horę Canonicę, & Miſſa de dicto B. Gundiſalvo ad inſtar aliorum SS. Confeſſorum in die obitus ipſius libere, & licite recitari, & celebrari poſſent, ut latius ex ipſius Pii IV litteris in forma Brevis ſub datum Romę apud S. Marcum die III Septembris MDLX continetur. In quarum executionem pręfati Cardinalis, & Nuncius, conſtito prius de pręmiſſis, juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem per eorum ſententiam latam, die XVI Septembris ſequentis anni MDLXI, auctoritate Apoſtolica, qua fungebantur in hac parte, conceſſerunt, ac indulſerunt, ut ex tunc in omnibus, & quibuſcunque Eccleſiis, & Monaſteriis etiam Secularium omnium Regnorum, & Dominiorum Portugallię poſſet libere, & licite recitari officium, & horas Canonicas, ac Miſſas celebrari in honorem dicti Glorioſi Gundiſalvi de Amarante, eodem prorſus modo, & forma, quo, & qua recitatur, & celebratur in honorem aliorum SS. Confeſſorum. Porro creſcente in dies populi erga prędictum Beatum devotione, ad enixas preces per Excellentiſſimum D. Marchionem de Las Minas, Coronę Portugallię apud SS. D. N. Clementem PP. X Oratorem Ordinarium Sanctitati Suę porrectas nomine Sereniſſimi Portugallię Principis, nec non per Modernum Ordinis Prędicatorum Magiſtrum Generalem F. Joannem Thomam de Roccaberti, tam ſuo, quam univerſę Religionis prędictę nomine, humiliter inſtitum fuit, quatenus Sanctitas Sua idem officium, horas Canonicas, & Miſſam de dicto Beato tanquam S. Confeſſore non Pontifice, ad univerſum Ordinem Prędicatorum utriuſque ſexus extendere dignaretur, quibus ad Congregationem Sacrorum Rituum remiſſis, illiſque relatis per Eminentiſſimum D. Cardinalem Aszolinum, eadem Sacra Congregatio, re mature perpenſa, hujuſmodi extenſionem modo, & forma pręmiſſis concedi poſſe cenſuit, ſi ita Sanctiſſimo viſum fuerit. Hac die XIII Junii MDCLXXI.

Et facta de pręmiſſis per me Secretarium in ſolita audientia diſtincta relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, & literas in forma Brevis expediri mandavit. Hac die XX. Junii MDCLXXI.

Card. Antonius Barberinus Ep. Pręn.

Loco ✠ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secretarius.

1. *Gundiſalvi.*) Vide Notas ad Conſt. XXV Clementis X T. *VI pag.* 298.

2. *Archivo.*) In quo autographum.

De

Anno 1671 Die 16 Septembris.

De Feſto SS. Roſarii celebrando in Hiſpaniarum Regnis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXVII.

HISPANIARUM.

CUm alias Sanctę Memorię Gregorius XIII die prima Aprilis MDLXXIII ſuo motu proprio iodulſerit, quod feſtum SS. Roſarii debeat ubique, & perpetuo celebrari in iis Eccleſiis, in quibus adeſt Altare, ſeu Capella dicti SS. Roſarii Beatiſſimę Virginis, duplici majori officio in prima Domioica Octobris: Sereniſſima Mariana Hiſpaniarum Regina, cujus animus ab ineunabulis pia, & exemplari devotione erga dictum SS. Myſterium eſſerbuit, cupiens ut in omnibus Fidelibus cootinuum ſuſcipiat iocrementum, ſupplicavit Sanctiſſimo ſuis propriis literis, quatenus dignaretur coocedere, quod dictum Feſtum celebretur ad formam dicti motus proprii ab omnibus Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, tum Secularibus, tum Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omoibus Eccleſiis Hiſpaniarum Regnorum, & Provinciarum, Ditionum Majeſtati Catholicę ſubjectarum, etiamſi in pręfatis Eccleſiis noo adſit Altare, ſeu Capella dicti SS. Roſarii, & cum Officio, & Miſſa propriis, prout ad pręſens recitatur. Et Saoctiſſimus dictis precibus benigne inclinatus anouit, & literas in forma Brevis expediri maodavit, Die XVI Septembris MDCLXXI.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum,

Anno 1671 Die 28 Octobris.

Indulgentia conceſſa ſingulis ſecundis Feriis viſitantibus Valentinum Sacellum S. Ludovici Bertrandi.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXVIII.

CLEMENS PAPA X.

Uoiverſis Chriſtifidelibus pręſentes literas ioſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictiooem.

ADaugendam Fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cęleſtibus Eecleſię theſauris, pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pęnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam Fratrum Ordiois Prędicatorum Civitatis Valentio, & in ea ſitam Capellam Sancti Ludovici Bertrandi, ſingulis ſecundis Feriis cujuſvis menſis, devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtiaoorum Principum concordia, hęreſum extirpatiooe, ac Sanctę Matris Eecleſię exaltatione, pias ad Deum preces effuderiot, Plenariam ſemel in menſe, in una ex dictis ſecundis Feriis, omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus; in reliquis vero ſecundis Feriis hujuſmodi, pręmiſſa perageo., ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis, pęnitentiis, in forma Eccleſię conſueta, relaxamus. Quas omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pęniteotiarum relaxationes, animabus fidelium Defunctorum, quę Deo in caritate conjunctę ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicari poſſe indulgemus. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunque, pręſentibus, ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, pręſentatione, admiſſione, ſeu publicatione pręſentium aliquid, vel mioimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, pręſentes nullę ſint. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die XXVIII Octobris MDCLXXI, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

1. *Archivo*.) In quo exemplar ex autographo *Valentino*.

Anno 1672 Die 6 Februarii.

Elogium S. Ludovici Bertrandi in Romano Martyrologio legendum.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LXXIX.

VALENTINA.

S. Ludovici Bertrandi Ordinis Prędicatorum ſeptimo Idus Octobris.

VAlentię in Hiſpania Tarraconenſi S. Ludovici Bertrandi Ordiois Prędicatorum, qui Apoſtolico Spiritu clarus, Evangelium quod Americanis prędicaverat, vitę innocentia, multiſque editis Miraculis confirmavit.

Sacra Rituum Congregatio ad relationem Emineotiſſimi D. Cardinalis Brancatii cenſuit, ſupradictum Elogium, ut jacet, admitti poſſe io Martyrologium imprimendum. Die VI Februarii MDCLXXII.

Fr. Epiſcopus Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

1. *Archivo*.) In quo autographum.

De

De Officio SS. Roſarii celebrando in ditione Mutinenſi. Anno 1673 Die 6 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

MUTINEN. LXXX.

SAcra Rituum Congregatio ad preces Sereniſſimę Dominę Duciſſę Mutinenſis benigne extendit facultatem, ut deinceps in toto Statu Ducatus ſui Filii recitari poſſit Officium B. M. V. Septem Dolorum; nec non Officium, & Miſſa SS. Roſarii ad inſtar conceſſionis alias factę ad preces Majeſtatis Catholicę Reginę Hiſpaniarum ſub diebus XXIX Aprilis, & XVI Septembris MDCLXXI. Hac die VI Maii MDCLXXIII.

(1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

De Officio B. Jacobi de Mevania celebrando. Anno 1673 Die 17 Maii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

SPOLETANA. LXXXI.

Canonizationis Beati Jacobi de Mevania Ordinis Prędicatorum.

CUm Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi D. Cardinalis Sfortię hujus Cauſę Ponentis ſub die XIV Menſis Maii Anni MDCLXXII decreverit conſtare de Caſu excepto a decretis felicis recordationis Urbani VIII ſuper non cultu editis, ex Indultis Apoſtolicis, videlicet felicis recordationis Bonifatii Noni, & Pauli V in actis exhibitis: Hodie referente eodem Cardinale Sfortia Sacra eadem Congregatio ad preces P. F. Thomę de Roccaberti Magiſtri Generalis Prędicatorum totius Ordinis S. Dominici, cenſuit, concedendam eſſe facultatem recitandi Officium cum celebratione Miſſę de Communi unius Confeſſoris non Pontificis quolibet anno die Feſto ejuſdem Beati in omnibus, & ſingulis Eccleſiis Terrę Mevanię, Spoletanę Diœceſis, ubi aſſeritur eumdem Beatum natum, & vita functum eſſe; Et pro omnibus Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus confluentibus ad Eccleſiam Conventus FF. Prędicatorum dictę Terrę Mevanię tantum, ubi dicitur aſſervari, & publicę venerationi expoſitum eſſe illius corpus: non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium quibuſcunque; ſi Sanctiſſimo viſum fuerit. Hac die VI Maii MDCLXXIII.

Et facta de prędictis Sanctiſſimo relatione per me Secretarium, Sanctitas Sua nedum annuit, ſed hujuſmodi conceſſionem approbavit, & confirmavit. Die XVII Maii MDCLXXIII.

Fr. Epiſc. Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✱ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Cong. Secretar.

(1. *Archivo*.) In quo autographum.

De Officio SS. Roſarii celebrando in ditione Mantuana. Anno 1674 Die 16 Junii.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

MANTUANA. LXXXII.

SAcra Rituum Congregatio ad enixas preces pro parte Sereniſſimę Dominę Duciſſę Mantuę porrectas benigne annuit, atque conceſſit, ut omnes utriuſque ſexus tam Seculares, quam Regulares, qui ad horas canonicas tenentur, in dicta ſua Civitate Mantuę, & toto ſuo Dominio recitare poſſint Officium nempe Beatiſſimę Virginis Marię de Septem Doloribus feria VI poſt Dominicam Paſſionis, & illud Sanctiſſimę Virginis Marię de Roſario prima Dominica Octobris, ſingulis annis, ſub Ritu duplici majori, ad inſtar conceſſionis alias factę pro Statu Mutinenſi. Hac die XVI Junii MDCLXXIV.

(1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

De celebrando Feſto B. Jacobi de Mevania. Anno 1674 Die 29 Auguſti.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

ORDINIS PRÆDICATORUM. LXXXIII.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa X ad preces P. F. Johannis Thomę de Roccaberti Magiſtri Generalis totius Ordinis Prędicatorum die VIII currentis Menſis Auguſti MDCLXXIV benigne approbavit, & confirmavit Decretum emanatum a Sacra Rituum Congregatione, habita die IV ejuſdem menſis

menſis Auguſti, & anni, ut facultas recitandi Officium cum celebratione Miſſę de communi unius Confeſſoris non Pontificis quolibet anno, in die obitus Beati Jacobi de Mevania Ordinis Prędicatorum, hoc eſt die XXIII Auguſti, in omnibus, & ſingulis Eccleſiis Terrę Mevanię, & alias latius, prout in Decreto ejuſdem Sacrę Congregationis edito die VI Maii MDCLXXIII, annuente etiam eodem Sanctiſſimo die XVII ejuſdem menſis, & anni, poſſit etiam extendi ad omnes, & ſingulas Eccleſias, & Religioſos totius prędicti Ordinis Prędicatorum utriuſque ſexus, ut in prędicto Decreto, ad quod &c.

Hodie vero eadem Sanctitas Sua ad pias preces prędicti P. Magiſtri Generalis totius Ordinis Prędicatorum benigne conceſſit, ut hoc pręſenti anno, intra terminum ſex menſium, incipiendo a die infraſcriptę datę pręſentis gratię, poſſit Feſtum prędicti Beati Jacobi de Mevania celebrari, non obſtante, quod ſit elapſus dies Anniverſarius obitus dicti Beati. Hac die XXIX Auguſti MDCLXXIV.

Fr. Epiſcop. Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✱ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secretar.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1676 Die 13 Junii.

LXXXIV.

De ſolemni ſupplicatione habenda die Feſto S. Dominici.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

N U S C A N A.

Supplicante Parocho Terrę Bagnoli, Nuſcanę Diœceſis, pro reſolutione infraſcripti dubii: An liceat, cum conſenſu Epiſcopi, contradicente tamen Parocho Oratore, Fratribus Ordinis Sancti Dominici in die Feſtivitatis S. Dominici Proceſſionem facere cum Reliquia prędicti S. Dominici, & Confraternitatibus erectis intus Conventum, extra Clauſtra dicti Conventus, & intra limites Parochię Oratoris? Et eadem Sacra Congregatio inhęrendo Decreto Albanen. die IX Auguſti MDCLXX in ſimilibus emanato, reſpondit; poteſt Epiſcopus concedere licentiam, etiam contradicente Parocho, & ita declaravit. Hac die XIII Junii MDCLXXVI.

V. Cardinalis Carpineus.

Loco ✱ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Congr. Secretar.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

INNOCENTIUS XI.

Ab anno MDCLXXVI, die XXI Septembris, ad XXXI Julii MDCLXXXIX. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.*334, *& hoc T.VII pag.*340.

*T.VI pag.*353 *Conſt.X N.*2 *Addenda*: Huc ſpectat ſequens Inſtrumentum:

Nos Frater Antoninus Cloche Sacrę Theologię Profeſſor totius Ordinis FF. Prędicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſervus, Salutem.

Ea eſt Officii noſtri ſollicitudo, ut Collegia, quę ad Studentium Ordinis Noſtri fructum, & utilitatem inſtituta ſunt, novis decoremus titulis, & privilegiis, quibus fructuoſa Juventus ad Cęleſtis Sapientię Theſauros excitari poſſit, & ut qui in iis literis incumbunt, vel eas alios docendo, vel addiſcendo ad fructuoſos illos labores accendantur. Sane cum Collegium noſtrum S. Petri Martyris Parmenſis auctoritate SS. D. Noſtri Innocentii XI recenter erectum, & inſtitutum fuerit, Sereniſſimique Principis ejuſdem Civitatis ſpeciali protectione decoratum, illud etiam gratiis Ordinis inſignire cenſuimus. Quare harum ſerie, & officii noſtri auctoritate confirmantes, & approbantes omnia Statuta, ſive a Prędeceſſore noſtro, ſive a Provinciali Provincię noſtrę utriuſque Lombardię in primeva illius Collegii inſtitutione facta, ſive poſt ejus erectionem, cenſuimus in gratiam Studentium illius Collegii, quod in eo Studentes, qui tempus ſui Studentatus Studii Materialis eo in Collegio, vel alibi pro more Provincię expleverint, poſſint in Studentes Formales in eo Collegio examinari, & approbari juxta praxim Provincię in Conventu Bononienſi, aut altero Conventu, etiam pro ſolutione unius duplę, ſeu trium ſcutorum.

II Examinatores, qui de moribus, & de literis juxta Statuta pręfati Collegii approbare debent Studentes, ſint ad minus quinque, nempe Prior pro tempore, Inquiſitor, Lector Primarius, Lector Moralis, & Lector Philoſophię, omneſque Magiſtri in Provincia in eodem Conventu aſſignati. Si autem aliquis ex quinque nominatis, quos Examinatores, & Moderatores de jure dicimus, deſit, & nullus ſit Magiſter Provincię, qui numerum quinarium compleat, ſupplebit unus ex Patribus aſſignatis, qui Theologiam docuerit in aliquo Conventu, ita tamen quod qui fuerunt Lectores Primarii eo in Collegio, deinde Filii Conventus omnibus aliis Lectoribus pręferantur, & hi ſecundum ordinem antiquitatis.

III Stu-

Digitized by Google

III Studentes eo in Collegio approbati in Studentes Formales tempus ſui Studentatus Formalis in eodem complere valeant, quo expleto, in Lectores examinentur in Studio generali Bononienſi. Declarantes, quod ipſo facto, quod Studentes expleverint tempus ſui Studentatus formalis, non cenſentur amplius aſſignati in eo Conventu, ſed dumtaxat per quindecim dies, ut hoſpites in eo commorari licebit.

IV In Studentes Philoſophię in futurum quatuor tantum Novitii aſſignentur eo in Collegio, qui expleto curſu, in alios Conventus in Studentes materiales pro more Provincię deputentur, & nullus eo in Studio pro Studente materiali aſſignetur. Sed omnes Theologię Studentes ſint Formales, & ipſi Sacerdotes, quique numerum octonarium non excedant, nec pauciores ſint.

V Adhortamur Provinciales pro tempore pręfatę Provincię, ut attentis meritis, & laboribus Lectorum, qui eo in Collegio Lectoris Officia digne, & cum effectu explent, eos etiam ceteris paribus ad officia in Studio generali pręferant, ut ea ſpe freti, honorem, & decorem Collegii majori conatu, frequentioribuſque actibus Scholaſticis promoveant, & foveant.

VI Ut Collegium Juvenes Studentes facilius alere poſſit, ordinamus, quod Conventus originarii eorum Studentum, qui eo in Collegio Studiis incumbunt, iidem Studentibus, tempore ſui Studentatus, teneantur veſtiarium ſolvere ſingulis annis, & ſi in pecunia ſolvant, ea in depoſito communi ſervetur, ex qua ſubvenietur neceſſitatibus Studentum, ita tamen ut reſerventur pro quolibet Studente in fine ſui Studentatus ad Concluſionem ſuſtinendam tria Scuta Monetę Romanę, ad quę non tenebuntur Conventus, quorum ſunt Filii.

VII Declaramus, Concluſionem, quę ſolet fieri in tranſlatione S. Thomę non poſſe Studentibus ſuffragari nec pro complemento Studii, neque pro examine ad Lecturam, ſed ea habita, teneantur etiam Studentes complere tempus Studii, & ſubire debito tempore examen ad Lecturam; tenebitur tamen quicunque nominatus fuerit a Primario Lectore, aut Lectoribus, juxta morem illius Collegii, eas Concluſiones defendere, & ſi renuerit, e Collegio, ipſo facto, expellatur, & in Conventum nativum remittatur, donec a Provinciali de alio Conventu proviſum fuerit.

VIII Ut Conventus ab aliquibus expenſis ſublevetur, & commodius Studentes alere poſſit, eximimus ipſum a Lectore annuali Sacrę Scripturę, ſeu Prędicatore annuali, & Prędicatore Quadrageſimę, ita ut in poſterum ad fovendam fidelium devotionem, ſufficiat Promotor Roſarii per totum annum.

IX Ordinamus inſuper, ut ſingulis annis bis, nempe menſe Septembris in Vigilia Exaltationis Sanctę Crucis in principio Studii, & feria ſexta, aut Sabbato ante Septuageſimam Statuta hujus Collegii cum his Additamentis in communi Refectorio legantur. Teneanturque Moderatores bis in anno monere Magiſtrum Ordinis, aut in ejus abſentia Vicarium in Curia de ſtatu, & progreſſu Studii, & obſervantia Statutorum, & harum ordinationum, & ſi negligentes fuerint, eos privandos fore officiis declaramus, & dicimus.

X Hęc ad Collegii ſplendorem, Studentum profectum, & Lectorum ſolatium Statuta, & conſtituta in futurum ſervari mandamus, in contrarium quibuſcunque non obſtantibus. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem his officii noſtri ſigillo munitis manu propria ſubſcripſimus. Datum Romę apud Sanctam Mariam ſuper Minervam, Die XXVII Aprilis MDCLXXXVII.

Fr. Antoninus Cloche Magiſter Ordinis.

Locus ✻ Sigilli.

Regiſtrata fol. 22.

Pro electionibus, (1) & electis in Comitiis Provinciæ Quiten., aliarumque Provinciarum in Indiis Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini.

Anno 1678 Die 24 Martii.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LVII.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Dominicus Valvaſorius Mediolanenſis Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, quod in Provinciis Indiarum, & prętertim Quitenſi dicti Ordinis non raro evenit, ut poſt ſolemnem celebrationem Capitulorum Provincialium habitam in loco ſpecialiter ad id deſignato, poſt legitimam electionem Prioris Provincialis per ſcrutinium factam a majori parte Electorum, unanimi conſenſu in unum intendentium, poſt electi Prioris Provincialis confirmationem a Pręſidente Capituli publice promulgatam, & poſt ceteras electiones tum Definitorum, & Viſitatorum, tum Priorum localium, ac Doctrinariorum rite ſimiliter expeditas, vix hujuſmodi electionibus factis, aut imminente ejuſdem Capituli diſſolutione, vel immediate poſt abſolutionem, ac etiam poſt aliquot menſes, imo & annos, quibus tam Prior Provincialis, quam ceteri Superiores legitime, ut pręfertur, electi, reſpective munere ſuo pacifice functi fuerint, nihilominus nonnulli malo ſpiritu adducti, eo quod fortaſſis in prędictis Capitulis non obtinuerint ea, quę ſibi antea conſequenda propoſuerant, & alte cordi hęrebant obtinenda, contra jam electum, confirmatum, & actualiter exercentem officium Provincialatus potiſſime inſurgant, ac etiam contra Definitores, Viſitatores, reliquoſque Priores Locales, & Doctrinarios, eiſdem debitam denegantes obedientiam, honorem, & prelationem, vanaſque cauſas tantę contumacię adducentes, quinimo ad aliam electionem potiſſime Prioris Provincialis tumultuoſe, & clandeſtine irrumpant, & ad Tribunalia ſecularia cauſam ſępe per viam (ut vocant) auxiliatricem deferant, contendentes ſuper validitate, aut nullitate electionis prędicti Prioris Provincialis, ceterarumque electionum; unde Provincia illa miſerrime turbatur. Tunc enim in dubium vocantur re-

receptiones Novitiorum ad regularem habitum, ſolemnes eorundem profeſſiones, facultates ad excipiendas confeſſiones, inſtitutiones Doctrinariorum, ſeu Parochorum pro adminiſtratione Sacramentorum, ſententię translatę in auctoritatem rei judicatę, tum abſolutorie, tum condemnatorie a prędicto Priore Provinciali, vel Definitorio, aut a Prioribus localibus prolatę, ceterique actus judiciales, & extrajudiciales utilitatem publicam, vel privatam reſpicientes, pro nullis, & invalidis babentur, utque pertinacius in ſua perſiſtant obſtinatione, non obtenta a Superioribus facultate veniendi Romam, longa ſuſcipiunt itinera, & ad longum tempus contra preſcriptum conſtitutionum Ordinis prędicti, ac Decretorum hujus Sanctę Sedis, vagantur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ob immanem terrę, mariſque ab hac alma Urbe Indiarum diſtantiam, non facile ſuccreſcentibus hujuſmodi malis, opportuna poſſit a Superiore Generali dicti Ordinis aptari medela, Nobis propterea dictus Dominicus Vicarius Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur effręnem illam licentiam inſurgendi contra Superiores, eiſque debitam obedientiam denegandi compeſcere, ac Provinciarum prędictarum quieti, quantum nobis ex alto conceditur, conſulere cupientes, dictumque Dominicum Vicarium Generalem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum, qui dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis prędicti andiverunt, conſilio, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ut ſi in Quitenſi, vel aliis Indiarum Provinciis prędictis electio Prioris Provincialis facta fuerit per ſcrutinium ſecretum a majori parte Electorum, eaque a Pręſidente Capituli ſucceſſive confirmata, omnes, & ſinguli Provinciarum hujuſmodi reſpective Religioſi cujuſcunque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſub privationis vocis activę, & paſſivę, ac graduum, & dignitatum, ſeu officiorum per eos obtentorum, perpetuęque inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac etiam majoris excommunicationis pęnis ipſo facto incurrendis teneantur, non ſolum ab alia electione Prioris Provincialis abſtinere, ſed etiam ipſi Priori Provinciali, ſeu Rectori Provinciali, aliiſque, ut ſupra reſpective electis, & inſtitutis, ſecuta confirmatione prędicta a Pręſidente facta, debitam exhibere obedientiam, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, non obſtante quacunque proteſtatione, aut appellatione, etiam poſt confirmationem hujuſmodi, facta, vel interpoſita de jure. Nos enim ad hunc effectum ex certa ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine ſuppletos intelligi, ac pro ſuppletis haberi volumus omnes, & ſingulos alios defectus, etiam ſubſtantiales juris, & facti, ſi forte intevenerint in ſupradictis electionibus, & confirmationibus, illaſque per quoſcunque Judices, etiam Palatii Apoſtolici Auditores, quoad omnes, & ſingulos juris effectus haberi, & judicari tanquam legitime, & canonice factas interim, & quouſque ad Quitenſem, ſeu alias Indiarum Provincias prędictas reſpective Prioris Generalis, vel Vicarii Generalis ejuſdem Ordinis determinatio pervenerit, legitimeque de ea conſtiterit, & intimata fuerit quibus de jure conſtare, & intimari debet. Quod, ſi lite pendente ſuper validitate, ſeu nullitate Capituli Provincialis, vel cujuſcunque electionis, inſtet dies pręfixus celebrationi novi Capituli provincialis, poſſint nihilominus, & teneantur omnes Electores ad locum deſtinatum convenire, & juxta ſacros Canones, Concilii Tridentini decreta, ac Apoſtolicas, & dicti Ordinis Conſtitutiones novum Capitulum provinciale hujuſmodi celebrare, nec ratione talis litis pendentię, ſeu nullitatis pętenſę quiſquam contra ipſius Capituli validitatem coram quocunque Tribunali ullo modo quicquam opponere poſſit, idemque ſit, & intelligatur etiamſi poſt dictum Capitulum provinciale congregatum, ſeu jam peractum ſupervenerit ad Provinciam, vel ei intimetur ſententia annullatoria Prioris Generalis, vel Vicarii Generalis, aut nova creatio Prioris Provincialis, ſeu Rectoris Provincialis, aliorumque Officialium, quę omnia ad effectum annullandi Capitulum Provinciale congregatum, ſeu jam peractum, prout ſupra dictum eſt, tanquam inutilia, ac ſi nullatenus emanaſſent, omnino habeantur, & judicentur; proindeque Capitulum prędictum Provinciale ita, & prout ſupra celebratum ab eodem Priore, ſeu Vicario Generali confirmari debeat, dummodo alias canonice, & legitime celebratum ſit; ne tamen ex hoc aliquis ullo modo occaſionem ſumere poſſit, malitioſe occultandi, alterandi, ſeu differendi exbibitionem, & publicationem quarumcunque literarum, in quibus contineatur annullatio, vel nova creatio Electorum, tum in capite, tum in membris, ſi forte a Priore, vel Vicario Generali ita proviſum ſit, teneatur ſub eiſdem pęnis, & cenſuris ille, etiamſi ſit Prior Provincialis actualis, ad cujus manus literas bujuſmodi pervenire contigerit, ipſas manifeſtare, vel intimare illi, vel illis, quibus de jure manifeſtari, ſeu intimari debent. Ceterum, ut nemo pręſentium literarum ignorantiam pętendere poſſit, volumus, ut illę ſtatim atque ad Quitenſem, aliaſve Indiarum Provincias prędictas reſpective pervenerint, publicentur, perpetuiſque futuris temporibus in ſingulis earundem Provinciarum Capitulis Provincialibus poſt recognitionem Pręſidentis, ipſe, antequam ad aliquam electionem deveniatur, teneatur mandare, ut omnibus capitulariter congregatis, ipſę pręſentes literę, una cum reliquis conſtitutionibus de more legendis, legantur, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis

illorum

illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die XXIV Martii MDCLXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

I. G. Sluſius.

1. *Electionibus*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. III*. Hæc porro Conſtitutio, licet pro Ordine Fratrum Prædicatorum data non ſit, tranſcripta tamen ex eo fuit, quod ejuſdem ſæpius mentio fiat in ceteris Conſtitutionibus pro familia noſtra datis.

2. *Archivo*.) In quo exemplar *Romæ* typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum Anno *MDCLXXVIII*.

De Officio SS. Roſarii celebrando in Januen. ditione.

Anno 1678 Die 24 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LVIII.

J A N U E N.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Innocentius Divina Providentia Papa XI ad pias preces Sereniſſimę Reipublicę Januenſis benigne indulſit, ut in omnibus Ditionibus eidem ſubjectis celebrari poſſit Feſtum Beatiſſimę Virginis de Roſario ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, cum Officio, & Miſſa propria, eodem modo, & forma, quo celebratur ex Indulto Apoſtolico in omnibus Hiſpaniarum Regnis. Hac die XXIV Octobris MDCLXXVIII.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

De Feſtis SS. Nominis Jeſu, & SS. Nominis Mariæ celebrandis in Ordine Fratrum Prædicatorum.

Anno 1680 Die 6 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

LIX.

O R D I N I S P R Æ D I C A T O R U M.

SUpplicante P. Procuratore Generali Ordinis Prędicatorum Sacrę Rituum Congregationi, quatenus dignaretur concedere extenſionem gratię, ut in poſterum in Provinciis Italię a Religioſis prędicti ſui Ordinis celebrari poſſit Feſtum SS. Nominis Jeſu, & SS. Nominis Beatiſſimę Virginis Marię cum Officio, & Miſſa propria ſicut celebratur in Provinciis Hiſpaniarum, & Indiarum ex conceſſione S. Sedis Apoſtolicę eadem Sacra Congregatio ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Columnę gratiam deſuper petitam benigne conceſſit. Die VI Aprilis MDCLXXX.

O R D I N I S P R Æ D I C A T O R U M.

Anno 1680 Die 31 Auguſti.

LX.

CUM Sacra Rituum Congregatio habita die VI Aprilis anni currentis conceſſerit facultatem recitandi Officia, & celebrandi Miſſas, nempe in ſolemnitatibus SS. Nominis Jeſu ſub die XV Januarii, & SS. Nominis Beatiſſimę Virginis Marię die XVII Septembris in omnibus Provinciis Italię Religioni S. Dominici Ordinis Prędicatorum eo modo, & forma, ſicut conceſſum fuit Provinciis Hiſpaniarum, & Indiarum: Nunc vero ad reiteratas preces P. Magiſtri Generalis totius prędicti Ordinis Prędicatorum porrectas ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Columna, eadem Sacra Congregatio benigne inclinata, ſupradictam gratiam, & conceſſionem extendit etiam ad totam univerſam Religionem Ordinis Prędicatorum. Hac die XXXI Auguſti MDCLXXX.

Ita reperitur in Regeſtis Congregationis Sacrorum Rituum, in quorum fidem &c. Hac die IV Junii MDCLXXXVII.

Bernard. Caſalius Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum.

Digitized by Google

Anno 1681 Die 5 Junii.

De Societate (1) Nominis Jeſu.

Ex Archivo (2) Ordinis.

LXI.

Dominicus Maria Curſius Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturę SSmi D. N. PP. Referendarius, necnon Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanęque Curię Judex Ordinarius, ab eodem Sanctiſſimo D. N. PP. ſpecialiter electus, & deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Eccleſiarum Canonicis, Cappellanis, Parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Curatis, & non Curatis, ceteriſque Presbyteris, necnon Clericis, Notariis, Tabellionibus publicis, quibuſcunque, illique, vel illis Salutem &c.

Noveritis pro parte, & ad inſtantiam Reverendiſſimi D. Patris Magiſtri Thomę Marię Ruffi Procuratoris Generalis totius Ordinis Pręedicatorum, ac Ven. Conventus S. Johannis de Aymo ejuſdem Ordinis Civitatis Lycien. principalis, ac alias omni &c. fuiſſe coram Nobis, & per Acta infraſcripti noſtri Notarii comparitum, & expoſitum, Societatem Nominis Dei, ſive juramentorum, originem, & ortum habuiſſe ab Ordine Fratrum Pręedicatorum, & ab ejuſdem Ordinis Profeſſoribus fuiſſe inſtitutam, dictęque Societati a Summis Pontificibus multas Indulgentias, aliaque Privilegia conceſſa fuiſſe, & in Civitatibus, Oppidis, & locis totius Orbis Chriſtiani, in quibus eſſent Eccleſię Ordinis Pręedicatorum, ibi tantum, vel in hujuſmodi Civitatibus, Oppidis, & Locis, & in dictis Eccleſiis Ordinis Pręedicatorum duntaxat, dictam Societatem, ſeu Confraternitatem erigi poſſe, quique deinceps novam Societatem, ſeu Confraternitatem hujuſmodi inſtituerent in Civitatibus, Oppidis, aut Locis in quibus non adeſſet dicti Ordinis Domus, abſque licentia Prioris Provincialis, ſeu Conventualis dicti Ordinis, in cujus Diſtrictu ſita eſſet Eccleſia, in qua dicta Confraternitas, ſeu Societas erat erigenda, taliter erecta, Indulgentias non conſequerentur, nec favoribus, aut privilegiis gauderent ad formam literarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi D. N. PP. Innocentii XI in forma Brevis expedit: Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII Aprilis MDCLXXVIII, Pontificatus Secundo, ad quas &c.: ac etiam ad formam Decreti Sacrę Congregationis Concilii emanati ſub die XIV Junii MDCLXXXI in una Taurinen. ſimilis Confraternitatis ſub hujuſmodi tenore, videlicet: Taurinen Confraternitatis: Ex Diplomatibus Pontificiis, Confraternitates Nominis Dei, erigi nequeunt, niſi in Eccleſiis Fratrum Ordinis Pręedicarum, ſi ipſorum Conventus, in dictis Locis exiſtant, & nuperrime Sanctiſſimus D N. PP. per Breve declaravit Confraternitates aliter erectas, quamvis cum licentia P. Generalis, non gaudere Indulgentiis. Breve hoc, P Procurator Generalis inſinuavit, inter ceteras, Confraternitati, quę reperiebatur erecta in Eccleſia ſeculari Oppidi Abraidis, in quo PP. habent Conventum, ſed negligentibus Confratribus notificationem, A.C. per ſententiam pronunciavit, literas Apoſtolicas effectum habere debere, dictamque Confraternitatem non gaudere Indulgentiis, & ab Eccleſia ſeculari amovendam. Appellarunt, Confratres, & Cauſa commiſſa fuit in Rota. At cum agatur de gratiis ſpiritualibus, Sanctiſſimus pręvia avocatione, remiſit ad hanc Sacram Congregationem, in qua Inſtantibus Regularibus, & citato Procuratore Confraternitatis: Quęritur Primo, An dicta Confraternitas ab Eccleſia ſeculari amovenda, & reducenda ad Eccleſiam Regularium, & quatenus recuſent: Secundo, An decernen. Confratres Indulgentiis conceſſis Confraternitatibus legitime erectis non gaudere. Die XIV Junii MDCLXXXI Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum Dubium, reſpondit affirmative, ad ſecundum pariter affirmative, ſcilicet decernen., prout decrevit non gaudere. F. Cardinalis Columna Pręfectus. S. Archiepiſcopus Brancatius Viterbien. Secretarius. Loco ✱ Sigilli. Romę Typis Reverendę Camerę Apoſtolicę MDCLXXXI. Et licet dictus Ordo Fratrum Pręedicatorum, & dictus Venerabilis Conventus, & Patres Sancti Johannis ejuſdem Ordinis dictę Civitatis Lycien. inſtantes, non potuerint, nec debuerint, minuſque poſſint, nec de jure debeant contra formam dictarum literarum Apoſtolicarum, & pręinſerti Decreti Sacrę Congregationis ſuper pręmiſſis a quoquam, quavis de cauſa, & occaſione moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, & impediri: Nihilominus RR. PP. Minores Conventuales ejuſdem Civitatis, & forſan alii in executione pręſentium nominan., & cognominan. neſciendo, quo Iure ducti, quave ratione ſuffulti, eoſdem Inſtantes ſuper pręmiſſis moleſtare, vexare, perturbare, inquietare, & impedire velle, ſeſe jactarunt, & jactant, pretendentes dicti PP. Conventuales dictam Societatem, & Confraternitatem fuiſſe erectam in eorum Eccleſia, & quod plus eſt, moleſtare cęperunt, & moleſtant, contra formam, & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum, & dicti Decreti Sacrę Congregationis, prohibentium non poſſe erigi, & erectas non gaudere Indulgentiis, & privilegiis, & in grave damnum, & pręjudicium totius Ordinis Pręedicatorum, & dicti Ven. Conventus S. Johannis. Quapropter ad Nos recurſum habuerunt humiliter ſupplican., quatenus in pręmiſſis de opportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur C. attendentes petitionem hujuſmodi fore juſtam, rationique conſonam, cumque juſta petenti non ſit denegandus aſſenſus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore pręſentium, committimus, & in virtute ſanctę obedientię ſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis pręſentibus, & poſtquam pręſentium vigore fueritis requiſiti, ex parte noſtra, imo verius, Apoſtolica auctoritate pronunciatas literas Apoſtolicas, & pręinſertum Decretum Sacrę Congregationis,

dictis

Digitized by Google

dictis Patribus Conventualibus, & quibus opus fuerit intimetis, notificetis, & ad eorum notitiam deducatis, prout Nos inſinuamus, notificamus, & ad eorum notitiam deducimus, deducique volumus, & mandamus per pręſentes; & ſucceſſive moneatis, & requiratis, prout Nos monemus, & requirimus per pręſentes, eoſdem, omneſque alios, & ſingulos, in executione pręſentium nominandos, & cognominandos, eiſque pręcipiatis, & mandetis, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro ultimo, & peremptorio termino, monitioneque canonica, Nos aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub excommunicationis, interdicti Eccleſiaſtici, ac mille ducatorum auri, in auro, Reverendę Camerę Apoſtolicę applican., & pro illis mandati exequutivi, & etiam in juris ſubſidium excommun. &c. debeant, & quilibet, ad quem ſpectat, debeat dictas literas Apoſtolicas, & pręinſertum Decretum, & omnia in eis contenta, obſervaſſe, eiſque paruiſſe, & debitę executioni demandaſſe, quodque alii pareant, & obediant, & pro effectu obligationis, & executionis hujuſmodi debeant, & quilibet ipſorum debeat ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eiſdem Inſtantibus, quomodolibet, ſub quovis pretextu illatis, datis, factis, & pręſtitis, ac fieri, & inferri comminatis, a dandis, & inferendis in futurum, realiter, & cum effectu deſtitiſſe, ceſſaſſe, & abſtinuiſſe, ac deſiſti, ceſſari, & abſtineri feciſſe, & mandaſſe, nullumque impedimentum, ſeu moleſtiam de cetero deſuper intuliſſe, & ſi aliquid contra dictos Inſtantes pretendunt, id totum coram Nobis deduxiſſe, & exhibuiſſe, imo eoſdem Inſtantes in quieta, & pacifica poſſeſſione dictę Societatis, ſeu Confraternitatis Nominis Dei, & in prędicta Eccleſia S. Johannis dictę Civitatis, & faciendi Proceſſiones, aliaſque Functiones, utendi, & fruendi omnibus Indulgentiis, & Privilegiis, privative quoad omnes alios ad formam dictarum literarum Apoſtolicarum, & Decreti Sacrę Congregationis manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, manutenerique feciſſe, & ſuper pręmiſſis ſententiam, mandatum de obſervando mandanda, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, per Nos ferri, promulgari, decerni, concedi, & relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, & ad alia remedia, & beneficia magis favorabilia deveniri omne jus &c. Officium Judicis &c. imploran., deducen. non ſolum &c. ſed & omni &c. Alioquin prędictos, ſic monitos, vel monendos ſi & in pręmiſſis ſeſe fore gravatos ſenſerint modo, & forma pręmiſſis, peremptorie citetis, citarique curetis, & mandetis, prout Nos citamus, citarique volumus, & mandamus per pręſentes, omnes, & ſingulos ſupradictos, quatenus vigeſima die poſt pręſentium executionem, ſi dies ipſa juridica fuerit, ſecus die prima juridica immediate ſequenti, compareant Romę in Judicio legitime coram Nobis, ſive noſtro infraſcripto Locumtenente, per ſe, vel Procuratores ſuos idoneos, & ſufficienter inſtructos, cauſam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit. Certificantes eoſdem, ſic monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel Locumten. Noſter infraſcriptus, ad pręmiſſa, & alia graviora juris, & facti remedia procedemus, ſive procedet, juſtitia mediante, eorumque citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante; Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſſe pręcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis DD. Judicibus Commiſſariis, tam Ordinariis, quam Extraordinariis, Baroncellis quoque Exequutoribus, Subexequutoribus, ceteriſque Juſtitię Miniſtris, omnibuſque aliis in executione pręſentium nominan., & cognominan., ne ſub jam dictis pęnis audeant, ſeu pręſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu pręſumat dictos DD. Inſtantes, in & ſuper pręmiſſis illorum cauſa, & occaſione moleſtare, vexare, perturbare, inquietare, in judicium trahere, vocare, & convenire, vel moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, in Judicium trahi, vocari, & conveniri facere in partibus, & coram illis Dominis Judicibus, preter quam coram Nobis in Tribunali noſtro, & per Acta infraſcripti noſtri Notarii, quod ſi ſecus &c. id totum &c. abſolutionem &c. In quorum fidem &c. Datum Romę ex Ædibus noſtris, hac die V Junii MDCLXXXII.

Antonius Felix Petrocbius Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius.

C. Caprara Locumten.

1. *Societate.*) Conſulendus *Tractatus de Conſenſu Bullarum Tomo ultimo Tit. XV.*

2. *Archivo.*) In quo autographum.

De Officio SS. Roſarii celebrando in Etruria.

Anno 1683 Die 2 Octobris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

F L O R E N T I N A.

LXII.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces Sereniſſimę Magnę Duciſſę Etrurię porrectas ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Columna benigne inclinata indulſit, ut in poſterum in toto Dominio prefatę Sereniſſimę ſubjecto, celebrari poſſit Feſtum SS. Roſarii cum ejus Officio proprio, & Miſſa, ſingulis annis prima Dominica Octobris, ab omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, adinſtar conceſſionis alias factę pro Regnis Hiſpaniarum. Hac die II Octobris MDCLXXXIII.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Anno 1684 Die 12 Auguſti.

LXIII.

De Officio SS. Roſarii celebrando in Lucana Republica.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

L U C A N A.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces Reipublicę, & Capituli Cathedralis Eccleſię Civitatis Lucanę porrectas ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Spinola Epiſcopo ejusdem Civitatis benigne inclinata indulſit, ut in poſterum in prędicta Civitate, & Diœceſi celebrari poſſit Feſtum SS. Roſarii, & B. Marię de Monte Carmelo ab omnibus Eccleſiaſticis utriuſque ſexus, tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur cum Miſſa, & Officio proprio, ad inſtar Conceſſionis pro toto Statu Magno Duci Etrurię ſubjecto alias factę ſub die XXII Auguſti MDCLXXXIII circa Feſtum B. Marię Carmeli, & ſub die II Octobris ejuſdem Anni MDCLXXXIII circa Feſtum SS. Roſarii. Hac die XII Auguſti MDCLXXXIV.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum;

Anno 1684 Die 12 Auguſti.

LXIV.

De jure Viſitationis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

DIE XIX Auguſti MDCLXXXIV, Pontificatus Innocentii XI a Sacra Congregatione Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium S. Tridentini Concilii Interpretum, circa Dubium: An Epiſcopo Lycien. competat jus viſitandi Sacramenta Sanctiſſimę Euchariſtię, & Extremę Unctionis, quę in Eccleſia hujus S. Epiſcopalis Spiritus Sancti aſſervantur: utraque Parte informante emanatum fuit infraſcriptum Decretum, videlicet:

Sacra Congregatio Eminentiſſim. S. R. E. Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum reſpondit: Negative, ſcilicet Epiſcopum non poſſe viſitare.

Fr. Cardinalis Columna Prępectus.

De Decreto ſuprapoſito reclamavit Epiſcopus Lycien., eo quod reperiit Decretum Originale Sacrę Congregationis de Anno MDCXLV: Sibi ſcilicet competere jus viſitandi Sacroſanctę Euchariſtię, & Extremę Unctionis Sacramenta. Quo Decreto in actis producto, controverſum fuit apud Eminentiſſimos Patres: Standum ne ſit hoc primo de Anno MDCXLV; An in ſecundo loco de MDCLXXXIV. Auditis partibus, eadem Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum ſtetit in ſecundo loco, Deciſum nempe, ſub die XIX Auguſti MDCLXXXIV.

Fr. Cardinalis Columna Pręfectus.

1. *Archivo*.) In quo exemplar authenticum, ex autographo aſſervato in Cœnobio *S. Johannis Lycien.*

Anno 1684 Die 15 Decembris.

LXV.

Ut Quiten. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

IN Cauſa vertente inter majorem partem Monialium Monaſterii Sanctę Catharinę Senenſis in Civitate Sancti Franciſci de Quito ex una, & aliam partem Monialium ejuſdem Monaſterii, ac Religionem Sancti Dominici ex altera, partibus, de, & ſuper ſubjectione Monialium prędicti Monaſterii gubernio Religioſorum dicti Ordinis Sancti Dominici, a quo de facto per modum tamen proviſionis, &, ut dicitur, pro interim prędicta major pars Monialium ſubjiciendo Monaſterium ſubjectioni, & gubernio Ordinarii dictę Civitatis Quitenſis, ſe ſubtraxit:

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſita cenſuit: manutenendam Religionem Ordinis Sancti Dominici in quaſi poſſeſſione gubernii Monialium dicti Monaſterii Sanctę Catharinę Senenſis dictę Civitatis Quitenſis, eidemque gubernio pręficiendos novos Religioſos, remotis iis, qui uſque in pręſens, dicto gubernio pręfuerunt, ac monendos eoſdem Religioſos amotos, quod pro ingreſſu in Monaſterium, qui ſupponitur ſine legitima Cauſa, & reſpective pro aſſerta violenta manus injectione in Moniales, ad effectum retinendi eas in Monaſterio, conſulant proprię conſcientię. Romę XV Decembris MDCLXXXIV.

Cardinalis Carpineus.

Loco ✱ Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

1. *Archivo*.) In quo exemplar.

Ut Feſtum S. Raymundi die Septima Januarii celebretur in Barchinonenſi Diœceſi.

Anno 1685 Die 15 Septembris.

LXVI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

BARCHINONEN.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces Majeſtatis Catholici Regis Hiſpaniarum ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali de Norifolcia relatas, & porrectas per D. Franciſcum Bernardum de Quiros nomine Majeſtatis ſuę, inſtante pariter P. Magiſtro F. Ignatio de Quaſſada pro Priore, & Patribus Conventus S. Catharinę Barchinonen. Ordinis Prędicatorum benigne inclinata indulſit, ut in poſterum juſtis de cauſis, Feſtum S. Raymundi de Peniaſort quotannis die VII Januarii celebretur cum Officio, & Miſſa alias approbatis, & conceſſis ab eadem Sac. Congregatione ſub die V Feb. MDCLXXXIV, in Civitate, & Diſtrictu Barchinonen. ab omnibus utriuſque ſexus, tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, ſicut antea celebrabatur ex conceſſione felicis recordationis Pauli V per literas in forma Brevis, quod incipit: Exponi Nobis nuper fecerunt: ſub data die prima Martii MDCVI. Non obſtante quod prędictum Feſtum occurrens in Octava Epiphanię ex Decreto ſan. mem. Clementis X ſit translatum pro Eccleſia univerſali ad diem XXIII ejuſdem menſis Januarii. Die XV Septembris MDCLXXXV.

Ita reperitur in Regeſtis Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum. In fidem &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeſchi Epiſc. Liparitan. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

De Officio SS. Roſarii celebrando in Ducatu Maſſæ, & Principatu Carrariæ.

Anno 1686 Die 20 Julii.

LXVII.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

MASSEN., ET CARRARIEN.

ABbas, Canonici, & Cleri tam Seculares, quam Regulares utriuſque Sexus Ducatus Maſſę, & Principatus Carrarię ſupplicarunt pro conceſſione facultatis, ut in prima Dominica Octobris poſſint recitare Officium proprium, & Miſſam SS. Roſarii, ſicut indultum fuit pro ſtatu Magni Ducis Etrurię ſub die XXII Auguſti MDCLXXXIII, & pro Republica Lucana die XII Auguſti MDCLXXXIV. Et eadem Sacra Congregatio gratiam deſuper petitam benigne conceſſit. Die XX Julii MDCLXXXVI.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

Approbatio Kalendarii Fratrum Prædicatorum.

Anno 1688 Die 22 Februarii.

LXVIII.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

ORDINIS PRÆDICATORUM.

Sub Kalendario approbato ad uſum Patrum Ordinis S. Dominici.

SAcra Rituum Congregatio particularis habita in Ædibus Eminentiſſimi Domini Cardinalis Colloredi cum interventu Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Azzolini, Caſanate, Colloredi, & Caſalis Secretarii, circa novam impreſſionem Miſſalis PP. Dominicanorum, approbavit, & ſervari mandavit reſoluta ut ſupra. Hac die XXII Februarii MDCLXXXVIII.

Ita reperitur in Regeſtis Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum In fidem &c.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.

De Feſto Circumciſionis Domini.

Anno 1688 Die 10 Julii.

LXIX.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

ORDINIS PRÆDICATORUM.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces R. P. Magiſtri Generalis totius Ordinis Prędicatorum oblatas ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Colloredo, benigne conceſſit, ut Feſtum Circumciſionis Domini (quod eſt, ut exponitur, unum ex ſolemnitatibus majoribus, & propriis Religionis, celebrando Feſtivitatem SS. Nominis Jeſu, ſub cujus nomine, in omnibus Eccleſiis Ordinis eſt erecta Societas, & Confraternitas ditata ex pluribus theſauris Indulgentiarum) celebrari poſſit cum ritu toto dupli-

duplici, ſicut celebratur de Sanctis ejuſdem Ordinis, & de aliis ſolemnitatibus. Hac die X Julii MDCLXXXVIII.

A. Cardinalis Cibo.

Loco ✱ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sacr. Rit. Cong. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1689 Die 22 Januarii.

LXX.

De Feſtis Sanctorum Ordinis cum Octava ſimplici celebrandis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

ORDINIS PRÆDICATORUM.

S. Raymundi die XXIII Januarii.
S. Thomę Aquinatis die VII Martii.
S. Vincentii Ferrerii die V Aprilis.
S. Petri Martyris die XXIX Aprilis.
S. Catharinę Senenſis die XXX Aprilis.
S. Antonini Archiepiſcopi Florentin. die X Maii.
S. Hyacinthi Confeſſoris die XVI Auguſti.
S. Roſę Virginis Limanę die XXX Auguſti.
S. Ludovici Confeſſoris die X Octobris.

Supplicante Reverendiſſimo Patre Fratre Antonino Cloche, Magiſtro Generali Ordinis Prędicatorum, Sacrorum Rituum Congregationi, ut de ſupradictis Sanctis ſuę Religionis in pręnotatis eorum Feſtis in poſterum a toto Ordine utriuſque ſexus quotannis recitari poſſit Officium cum Octava ſimplici, juxta ritum ejuſdem Ordinis, eadem Sacrorum Rituum Congregatio, ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Caſanate, petitam gratiam conceſſit, ſervatis alias Rubricis pręfati Ordinis Patrum Prędicatorum. Et ita decrevit, & ubique ſervari mandavit. Hac die XXII Januarii MDCLXXXIX.

Alderanus Cardinalis Cybo.

Loco ✱ Sigilli.

Bernard. Caſalius Sac. Rit. Cong. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

ALEXANDER VIII.

Ab anno MDCLXXXIX, die VI Octobris, ad diem I Februarii MDCXCI. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.389, & hoc T.VII pag.354.*

Anno 1690 Die 2 Septembris.

Lectiones, & Oratio, die Feſto S. Ludovici Bertrandi recitandæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

IX.

Die X Octobris.

In Feſto S. Ludovici Bertrandi Ord. Pręd. Confeſſoris non Pontificis.

Lectiones Secundi Nocturni.

Lectio I.

Ludovicus Bertrandus Valentię in Hiſpania Tarraconenſi honeſtis, piiſque Parentibus natus, ab ipſa pene infantia, Sanctitatis, ac Pęnitentię tyrocinium inchoavit. Exacta pueritia interdum nuda cubabat humo, noctes ſepe ducebat inſomnes, ac in pietatis, & caritatis officia ſedulus incumbebat. Mundi contemptu, ac Religioſę vitę ardore ſuccenſus, Parentum artes, quibus eum a Sancto propoſito dimovere conabantur, mira conſtantia ſuperavit. Sui tandem voti compos effectus Prędicatorum Ordini nomen dedit, ubi brevi tantum profecit, ut vel provectioribus ipſis, quamvis Tyro, fuerit exemplo. Emiſſa Profeſſione, mirum quot, & quantis virtutum incrementis priorem vitę rationem cumulavit. Jejuniis, flagellis, ciliciis, vigiliiſque carnem domans, mentem jugi Orationis pabulo nutriebat; Ex quo tantum internę animi modeſtię, ac puritatis hauriebat, ut vel in ejus oculis, ac vultu appareret. Tu autem &c.

Lectio II.

Adhuc Juvenis Novitiorum prefectus inſtitutioni, eos ad omnem verbo, & exemplo ſanctimoniam efformabat. Ad Occidentales Indos Evangelicus Prędicator miſſus, quamvis uno tantum Hiſpanico uteretur idiomate, eum tamen diverſę, atque inter ſe diſſitę Nationes, ſua veluti loquentem lingua, ſingulę audiebant. Ex quibus innumeros ad Chriſtianam Fidem adduxit; ibique venenum non ſemel ſibi a Barbaris propinatum innoxie hauſit. Publicam vitiorum objurgationem, in ſe unum directam Nobilis quidam ulturus, mortem Ludovico intentat. cum ſtrictus in eum ſclopus in Crucifixi formam repente convertitur. Quo miraculo nefarius Aggreſſor permotus ad Sancti Viri pedes provolutus tanti facinoris veniam enixe deprecatur. Tu &c.

Lec-

Digitized by Google

Lectio III.

Humilitate, ac patientia inſignis illud identidem uſurpabat, Domine hic ure, hic ſeca, hic non parcas, ut in ęternum parcas. Prophetico afflatus ſpiritu multa prędixit. Ignem ſigno Crucis extinxit; Tempeſtates ſedavit; Ferarum impetus cohibuit: Mortuis vitam, Cęcis viſum, Claudis greſſum, Surdis reddidit auditum. Tandem durioris pęnitentię laboribus fractus in morbum incidit, Sacriſque Myſteriis rite expiatus migravit in Cęlum Septimo Idus Octobris Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo; Ætatis vero ſuę quinquageſimoquinto. Quem multis etiam poſt obitum Miraculis clarum Paulus V Beatorum; Clemens X Sanctorum numero adſcripſit. Ejus demum Feſtum Alexander Octavus inſtante Rege Catholico ab univerſo ditionis ipſius Clero Seculari, ſub Ritu duplici celebrandum decrevit, Sanctumque Confeſſorem Novi Regni Granatenſis Patronum Apoſtolica auctoritate declaravit. Tu &c.

Oratio.

Deus, qui B. Ludovicum Confeſſorem tuum per Corporis mortificationem, & fidei pręconium Sanctorum glorię coęquaſti: pręſta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus jugiter impleamus. Per Dominum &c.

Pręmiſſas Lectiones, & Orationem proprias Sancti Ludovici Bertrandi Ordinis Prędicatorum, alias pro Regularibus prędicti Ordinis approbatas, & ex pręſcripto Sacrorum Rituum Congregationis ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Colloredo ad tres tantum redactas, eadem Sacra Congregatio pro locis, in quibus ipſius S. Ludovici Feſtum, cum Officio ad formam Decreti, ſub hac eadem die editi, celebrari debet, ſervatis in reliquis Rubricis Breviarii Romani, in Secundo Nocturno recitandas, ac imprimendas conceſſit. Die II Septembris MDCXC.

Loco ✱ Sigilli.

A. Epiſcop. Oſtien. Card. Cybo.

Joſeph Vallemanus Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

S. Petrus Martyr Civitatis Cremonenſis Patronus.

Anno 1690 Die 16 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CREMONENSIS. X.

CUM per Civitatem, & Magiſtratum Civitatis Cremonenſis in publico Concilio, Votis ſecretis favorabilibus annuentibus, fuerit electus inter Patronos minus principales dictę Civitatis Sanctus Petrus Martyr Ordinis Prędicatorum, ob innumera beneficia, & gratias ab Omnipotenti Deo eis collata interceſſione, & meritis dicti Sancti, ut ex publicis documentis, una cum ſupplicibus, & humillimis precibus Oratorum pro approbatione impetranda porrectis, & in Sacrorum Rituum Congregatione relatis; Eadem Sac. Congregatio hujuſmodi electionem factam ad tenorem Decreti felicis recordationis Urbani VIII ſub die XXIII Martii MDCXXX, ſuper electione Sanctorum in Patronos editi, confirmavit, & approbavit. Ac prędicto Sancto ſic electo prerogativas omnes Sanctis Compatronis, & Comprotectoribus minus principalibus decrevit, ad formam, & tenorem Conſtitutionis pręfati Urbani VIII ſuper obſervatione Feſtorum die XIII Septembris MDCXLII emanatę, ac juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani. Die XVI Decembris MDCXC.

A. Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Cybo.

Loco ✱ Sigilli.

Joſeph Vallemanus S. R. C. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

INNOCENTIUS XII.

Ab anno MDCXCI, die XII Julii, ad XXVIII Septembris MDCC. Vide T. VI *hujus Bullarii pag.* 396, *& hoc T. VII pag.* 355.

Approbatio Breviarii Fratrum Prædicatorum.

Anno 1692 Die 20 Decembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

ORDINIS PRÆDICATORUM. LI.

CUM alias fuerit a Sacrorum Rituum Congregatione commiſſa Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Caſanate, & deinde ſub die XXII Februarii MDCLXXXVIII approbata reviſio Kalendarii Miſſalis Ordinis Prędicatorum noviter reformati, & ſucceſſive die XXII Januarii MDCLXXXIX fuerint ab eadem Sacra Congregatione conceſſę Octavę pro nonnullis Sanctis ejuſdem Ordinis: Cumque oportuerit poſtea revideri nonnullas mutationes, ex conſilio Patrum ipſius Ordinis in eorum Breviario factas, quoad Lectiones officiorum, ceteraque hujuſmodi in ſupplici libello expoſita: prędictis omnibus ite-

iterum a pręfato Eminentiſſimo Caſanate ex pręſcripto Sacrę Congregationis diligenter examinatis, & per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Colloredum relatis, Sacra eadem Congregatio ad preces R. P. F. Henrici de Guzman Vicarii Generalis dicti Ordinis pro eorum approbatione reſpective ſupplicantis, reſcripſit: Affirmative juxta votum Eminentiſſimi Ponentis: videlicet: Approbandas Lectiones noviter confectas, & reformatas: & adnotatis in fine Breviarii, quę corrigenda erunt, poſſe idem Breviarium permitti, & publicari. Die XX Decembris MDCXCII.

Alderanus Cardinalis Cybo.

Loco ✱ Sigilli.

B. Inghirami S. R. Congr. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1694 Die 6 Februarii.

Doctrinam SS. Auguſtini, & Thomæ commendat.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LII.

Dilectis filiis Decano, & aliis Theologicę Facultatis Magiſtris Regentibus Lovanien.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dilecti filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

TRadidit menſibus elapſis Dilectus filius Joannes Libertus Hennebel epiſtolam veſtram datam die VII Maii anni pręteriti, in qua humiliter poſtulatis, ut hujus S. Sedis auctoritate licitum vobis eſſet, ac liberum continuare in tradenda doctrina Majorum veſtrorum, quę continetur in libro Cenſurarum Lovanien., & Duacen. Univerſitatum, una cum Apologia Univerſitatis Lovanien., & ab eadem declarari, Doctrinam de Gratia per ſe efficaci, & de Prędeſtinatione ante pręviſa merita, nullis hactenus emanatis Apoſtolicis Decretis damnatam, & enervatam eſſe, eamque proinde poſſe teneri, quouſque S. Sedes ipſa aliter ſtatuerit. Qua in re veſtram erga S. Petri Cathedram obſervantiam, & reverentiam ſummopere collaudamus. Verum, quia, ut S. Cęleſtinus ad Epiſcopos Gallię reſcripſit, profundiores, difficileſque partes incurrentium in materia Divinę Gratię quęſtionum, quas latius pertractarunt, qui hęreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus aſtruere: nec arbitramur opportunum, ut in pręſens habeatur exactior illa de Divinis Auxiliis tractatio, quę a Prędeceſſoribus noſtris Clemente VIII, & Paulo V, inſtituta fuit, cum ad confitendum Gratiam Dei, cujus operi, & dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credamus, quicquid Sedis Apoſtolicę ſcripta docuerunt. Idcirco felicis recordationis Pauli V, & Urbani VIII, Decretis inhęrentes, quibus cavetur, ne quiſque audeat imprimere, vel quoquo modo in lucem edere libros, tractatus, compoſitiones, ex profeſſo, vel incidenter, vel prętextu commentandi D. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occaſione, vel prętextu, vel modo, de materia Divinorum Auxiliorum tractantes, ſine expreſſa, & ſpeciali, licentia a Nobis obtinenda, donec ab hac S. Sede aliter ſit ordinatum: Apoſtolica vos primum auctoritate monemus, ut, ſublatis contentionibus, ſapientię, quę deſurſum atque pacifica eſt, vacetis; profitentes, ſicut aſſeritis, doctrinam pręclariſſimorum Doctorum Auguſtini, & Thomę: quorum ille tantę ſcientię fuit, ut inter Magiſtros optimos, etiam a noſtris Prędeceſſoribus haberetur, & cujus doctrinam, ſecundum eorundem Prędeceſſorum ſtatuta, Romana ſequitur, & ſervat Eccleſia: Alter vero mira eruditione eandem Dei Eccleſiam clarificat, & ſancta operatione fęcundat. Hos dum Univerſitas veſtra doctrinę Duces ſecuta fuerit, ſecure pugnabit contra hoſtes orthodoxę Fidei, in Eccleſię gloriam, & ędificationem, excitabitque in dies hanc Apoſtolicam Sedem, ut cumulatius ei pręſtet paternę caritatis officia. Vobiſque interim Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die VI Februarii MDCXCIV, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

Anno 1699 Die 30 Januarii.

Ut Leodienſis Conventus juris ſit Provinciæ S. Roſæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LIII.

INNNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EX injuncto Nobis Divinitus Paſtoralis ſollicitudinis munere ea, quę a Superioribus Regularibus reſtituendę in Conventibus ſibi ſubjectis Religioſitatis ſtudio provide ordinata eſſe noſcuntur, ut firma, atque illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis noſtri pręſidio, cum id a Nobis petitur, libenter conſtabilimus; Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis Ordinis Fratrum Prędicatorum, quod cum in Leodienſi Conventu dicti Ordinis Regularis diſciplina collapſa reperiretur, ipſeque Antoninus Magiſter Generalis compertum haberet id ex eo proveniſſe, quod pro tempore exiſtentes Priores Provinciales Provincię Francię ejuſdem Ordinis, ad quam dictus Conventus pertinebat, vix ad eum, quo malis, quibus premebatur remedium afferrent, accedere poterant. Idemque

Anto-

Antoninus Magiſter Generalis, ut Conventui hujuſmodi priſtinam obſervantiam, primęvumque ſplendorem reſtitueret, conceſſa ſibi a Nobis ſuper hoc, ſuique officii auctoritate Conventum prędictum a dicta Provincia Francię ſeparavit, & disjunxit, illumque ſic ſeparatum, & disjunctum Provincię S. Roſę Gallo-Belgię Ordinis ſupradicti univit, & incorporavit, necnon Dilecto etiam Filio Raymundo Francis Priori Provinciali dictę Provincię Sanctę Roſę mandavit, ut ad Conventum prędictum ſe conferret, in eoque quantum rerum ſtatus permitteret Regularem diſciplinam in eadem Provincia S. Roſę feliciter introductam in iis pręſertim, quę ad vitam communem ſpectant, ac juxta prędicti Ordinis Conſtitutiones, & Statuta reſtitueret, confoveret, & promoveret, & alias prout uberius continetur in ipſius Antonini Magiſtri Generalis patentibus literis deſuper emanatis, dictoque Raymundo Priori Provinciali directis, tenoris, qui ſequitur videlicet: In Dei Filio ſibi Dilecto R. A. Patri Raymundo Francis Provinciali Provincię noſtrę S. Roſę Ordinis Prędicatorum. Fr. Antoninus Cloche Sacrę Theologię Profeſſor, ac totius Ordinis Fratrum Prędicatorum humilis Magiſter Generalis, & Servus, Salutem. Jamdudum Nobis in animo erat Regularem diſciplinam pronitate naturę, ac humana fragilitate collapſam in Conventu noſtro Leodienſi reſarcire, ac primęvum ſplendorem, quem olim habuerat, in totius nobiliſſimę Civitatis exemplum reſtituere. Verum, etſi ſępius per varios Commiſſarios a Nobis deſtinatos ea reſtitutio tentata fuerit, nondum tamen votorum noſtrorum compotes facti ſumus; Cum tandem majus, & efficacius remedium afferendi, Deo bene propitio, tempus affulſit, compertum Nobis erat primam laxitatum, ac defectuum originem eſſe, quod Provinciales Provincię Francię, ad quam Leodienſis Conventus pertinebat, vix ad eum Conventum accedere poſſent, malis quibus pręmebatur, remedium allaturi; Hęc dum ſępius nobiſcum meditaremur, Sereniſſimus Colonienſis Elector, ac Leodienſis Princeps, ob ſuam pietatem, ac in Ordinem noſtrum benevolentiam, & clementiam ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Innocentium XII Pont. Max. preces porreait, ac poſtulavit, ut Leodienſis Conventus Ordinis noſtri, Provincię S. Roſę uniretur. Placuit Suę Sanctitati precibus Sereniſſimi Principis annuere, nobiſque demandavit, ut auctoritate Nobis in hac parte benigne conceſſa unionem, & incorporationem pręnominati Conventus Leodienſis Provincię Sanctę Roſę faceremus. Idcirco tenore pręſentium, Nobiſque hac in parte benigne commiſſa auctoritate Apoſtolica, noſtrique officii, ſeparamus, disjungimus, ac removemus Conventum noſtrum Leodienſem a Provincia noſtra Francię, eumque unimus, incorporamus, & adjungimus Provincię noſtrę Sanctę Roſę in Gallo Belgio, ipſumque unitum, & incorporatum eidem Provincię Sanctę Roſę per pręſentes dicimus, & declaramus, & Tibi pręnominato Rev. Admodum Patri Raymundo Francis Provincię noſtrę Sanctę Roſę Provinciali mandamus, ut ad eum Conventum Leodienſem te conferas, & Conventus realem poſſeſſionem capias, & ut incorporatum, & unitum eidem Provincię viſites: dantes tibi, & pro tempore tuis ſucceſſoribus, ſeu Provincię Sanctę Roſę Superioribus omnem poteſtatem, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, qua eo in Conventu Provinciales Provincię Francię hactenus uſi, & gaviſi ſunt, & qua Provinciales Provincię noſtrę Sanct; Roſę de jure, ac approbata conſuetudine, ac in Ordine noſtro potiri, frui, uti, & gaudere ſolent, & debent. Declaramus tamen omnes Patres cujuſcunque gradus, & conditionis ſint, & ad eum Conventum quomodolibet ſpectantes debere frui omnibus gradibus Magiſterii, Baccalaureatus, Pręſentaturę, Prędicatoris Generalis, aut aliis quibuſcunque gratiis; juribus, ac privilegiis, voce activa etiam in Capitulis Provincialibus, aut Congregationibus intermediis, quibus ante hanc ſeparationem a Provincia Francię, ac unionem Provincię Sanctę Roſę, fruebantur. Pręcipientes omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus etiam Tertii Ordinis ad eundem Conventum Leodienſem pertinentibus in virtute Spiritus Sancti, ſanctę obedientię, & ſub formali pręcepto, necnon ſub pęnis privationis graduum, officiorum, ac vocis tum activę, tum paſſivę, quatenus huic ſeparationi a Provincia Francię, ac incorporationi Provincię S. Roſę ſubſint, & pareant, & uti Fratres non amplius ad Provinciam Francię pertinentes, ſed tantum uti partes, & membra Provincię S. Roſę ſeſe habeant, & agnoſcant, Tibique moderno Provinciali Provincię Sanctę Roſę, tuiſque ſucceſſoribus ſub iiſdem virtute, pręcepto, & pęnis ſubſint, Teque uti Caput, & Paſtorem agnoſcant; Inhibentes R. P. Provinciali Francię, ac ejus ſucceſſoribus pro tempore, ſub iiſdem virtute, pręcepto, & pęnis etiam, & ab officio abſolutionis ipſo facto incurrendę, ne pręfatę ſeparationi, ac remotioni a Provincia Francię, & incorporationi Provincię S. Roſe ſeſe opponere, aut reſiſtere pręſumant, ſed fideliter, ac religioſe, huic diſpoſitioni, auctoritate Apoſtolica factę, Nobis in hac parte commiſſa, ſeſe ſubjiciant, & pareant. Tibique pręnominato R. P. Provinciali S Roſę, etiam ſub iiſdem virtute, pręcepto, & pęnis, injungimus, ut quamprimum has noſtras patentes literas acceperis ad Conventum Leodienſem te conferas, ipſumque cum omni auctoritate, qua Provinciales fruuntur, viſites, & in hac prima viſitatione, etiam cum noſtra ſpeciali auctoritate, quam tibi committimus pro hac vice tantum, eo in Conventu, quantum ſtatus rerum permiſerit, Regularem omnem obſervantiam inſtituas, & praxim Diſciplinę Regularis in Provincia S. Roſę feliciter introductam, maxime circa vitam communem, aliaque juxta Ordinis Conſtitutiones, & Statuta in eo Conventu foveas, & promoveas. Dantes tibi facultatem, ut cum maturo conſilio, eo in Conventu Leodienſi Novitiatum Novitiorum ſimplicium juxta pręſcripta legum noſtrarum, vel Studium inſtituas, & ſtabilias, ceteraque omnia agas, & geras, quę in Domino expedire judicaveris, tum ad majorem Dei cultum, & gloriam, tum ad Ordinis honorem, & decorem, tum ad Fidelium ędificationem, tum ad majorem profectum Fratrum, eorumque perfectionem. Derogantes, auctoritate Apoſtolica Nobis commiſſa, ſuper quacunque Conſtitutione Apoſtolica, & Ordinationibus Capitulorum Generalium, etiam ſi ſpecialis, & nominatim de his mentio facienda eſſet, & quibuſcunque aliis in contrarium non obſtantibus, quibus & prefata auctoritate Apoſtolica, & noſtri officii per pręſentes derogamus. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem his ſigillo officii noſtri munitis propria manu ſubſcripſimus. Datum Romę in Conventu noſtro Sanctę Marię ſuper Minervam, die II Auguſti MDCXCVIII: Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Dilecti, pariter Filii Fratres prędicti Conventus pręmiſſis obedire detrectent, ac proinde dictus Antoninus Magiſter Generalis illa, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicę confirmationis noſtrę

patrocinio communiri plurimum deſideret, Nos ipſum Antoninum Magiſtrum Generalem *ſpecialibus fa*voribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum conſilio, pręinſertas memorati Antonini Magiſtri Generalis literas ſuper pręmiſſis narrata unione, & incorporatione pręfati Conventus Leodienſis expeditas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ſalva tamen ſemper in pręmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes eaſdem pręſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectaverit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, Conventus, & Provinciarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XXX Januarii MDCLXXXIX, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

J. F. Cardinalis Albanus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

CLEMENS XI.

Ab anno MDCC, die XXIII Novembris, ad XIX Martii MDCCXXI. Vide *T. VI hujus Bullarii pag. 437, & hoc T. VII pag. 369.*

Anno 1701 Die 27 Auguſti.

LXXXVIII.

De Officio SS. Roſarii.

Ex Archivo (1) Ordinis.

URBIS, ET ORBIS.

REmiſſis a SS. D. N. Innocentio PP. XII ad Sacram Rituum Congregationem, una cum non minus piis, quam enixis Sacrę Cęſareę Majeſtatis commendatitiis literis, ſupplici P. Magiſtri Generalis Ordinis Prędicatorum libello humiliter Sacrę Rituum Congregationi ſupplicantis, ut Indultum Officii, & Miſſę olim a felicis recordationis Gregorio XIII conceſſum in Feſto SS. Roſarii Beatiſſimę Virginis, ad Univerſalem Eccleſiam benigne extendere dignaretur; eiſque ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Franciſco Barberino relatis: Sacra eadem Rituum Congregatio petitam extentionem pro Eccleſia Univerſali poſſe concedi cenſuit, ſi SS. D. N. placuerit. Die XXXI Julii MDCC.

Et facta deinde per me Secretarium SS. D. Noſtro Clementi Papę XI de prędictis relatione, Sanctitas Sua diſtulit reſolutionem. (2) Die XXVII Menſis Auguſti MDCCI.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum.
2. *Diſtulit reſolutionem.*) Ad diem tertiam Octobris MDCCXVI. Vide Decretum Tomo VI hujuſce Bullarii pag. 508.

Anno 1705 Die 17 Junii.

LXXXIX.

Indulgentia pro Ferrarienſi Conventu.

Ex Archivo (1) Ordinis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

DUdum felicis recordationis Gregorius PP. XIII Prędeceſſor noſter, ut Eccleſia, Domus, ſeu Conventus S. Dominici Ferrarien. Ordinis Fratrum Prędicatorum triginta Fratribus ibi continuo reſidentibus referta, nec ſimili eo uſque privilegio decorata, & in ea ſitum Altare S. Crucis, quod hujus non erat, hoc ſpeciali dono illuſtraretur, auctoritate ſibi a Domino tradita conceſſit, ut quoties ab aliquo dictę Domus Sacerdote duntaxat, Miſſa Defunctorum ad prędictum Altare celebraretur pro anima cujuſ-

cujuſcunque fidelis, quę Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraviſſet, ipſa de theſauro Eccleſię Indulgentiam conſequeretur, quatenus Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimę Virginis Marię, necnon Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſibi ſuffragantibus, a Purgatorii pęnis liberaretur, prout in ipſius Gregorii Prędeceſſoris literis ſub Plumbo deſuper ad perpetuam rei memoriam anno Incarnationis Dominicę MDLXXXIII, Kalendis Aprilis, Pontificatus ſui anno undecimo, expeditis uberius continetur. Cum autem, ſicut Dilectus Filius modernus Prior dicti Conventus Nobis nuper exponi fecit, deſtructa veteri Eccleſia, Tabula, ſeu Imago S. Crucis in aliam Capellam translata fuerit, & propterea privilegium prędictum per Nos, ut infra, transferri plurimum deſideret: Nos ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, privilegium, pro animabus Chriſtifidelium Defunctorum a pęnis Purgatorii liberandis, veteri Altari S. Crucis per prędictum Gregorium Prędeceſſorem conceſſum, ut prędicitur, ad novum Altare, ſeu Capellam hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica tenore prędentium, ſervata tamen ſupradictarum Gregorii Prędeceſſoris literarum forma, & diſpoſitione perpetuo transferimus, & tranſportamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XVII Junii MDCCV, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

1. *Archivo.*) In quo exemplar authenticum,

De Quarta Funerali.

Anno 1709 Die 19 Aprilis. XC.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

IN Cauſa Cuſentina Quartę Funeralis vertente inter Conventum, & Fratres Ordinis Prędicatorum S. Dominici Terrę Celici dictę Dięceſis ex una, & Parochos ejuſdem Loci, ex altera, partibus, de, & ſuper infraſcriptis Dubiis, nempe:

Primo, An dd. Fratres Prędicatores Terrę Celici teneantur ſolvere Quartam Funeralem Parochis Defunctorum, qui eligunt Sepulturam in eorum Eccleſia, & quatenus negative:

Secundo, An legata a Particularibus eligentibus Sepulturam in dicta Eccleſia, pro portione Cerę adhibendę in funere, facta ad perſuaſionem Parochorum ſuſtineantur.

Tertio, An Parochi ex hujuſmodi legatis, ſive factis ad perſuaſionem Parochorum, ſive non, habeant Jus petendi Ceram legatam a Patribus; vel potius teneantur agere contra hęredes Defunctorum in caſu &c.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita, Partibus ipſis prefixo termino per Archiepiſcopum Cuſentinum ad deducenda earum Jura in eadem Sacra Congregatione, referente Eminentiſſimo Corſino, ad ſupraſcripta Dubia, infraſcriptum in modum reſpondit, videlicet,

Ad primum, & ſecundum negative.

Ad tertium negative quoad Patres: Quoad hęredes, Parochi utantur Jure ſuo. Romę XIX Aprilis MDCCIX.

G. Card. Carpineus.

Loco ✝ Sigilli. F. Archiepiſcopus Nicenus.

1. *Archivo.*) In quo exemplar.

De ſolemni ſupplicatione habenda Cuſentiæ die feſto S. Franciſci de Paula.

Anno 1711 Die 21 Martii. XCI.

Ex Archivo (1) *Ordinis*.

CUSENTINA. PROCESSIONIS.

INter Curiam Archiepiſcopalem, & PP. Minimos Civitatis Cuſentinę ex una, & Patres Ciſtercienſes, Dominicanos, Auguſtinianos, Conventuales, Tertii Ordinis, & Strictioris Obſervantię Sancti Franciſci ejuſdem Civitatis ex altera Partibus, ſuper Proceſſione peragenda in Feſtivitate S. Franciſci de Paula in prędicta Civitate Cuſentina ortis Controverſiis, eiſque ad Sac. Rit. Congregationem delatis, Emus, & Rmus D. Cardinalis de Abdua in Relatorem datus, infraſcripta Dubia decidenda propoſuit.

Primum, An Regulares teneantur intervenire in Proceſſione S. Franciſci de Paula in caſu &c., & quatenus affirmative:

Secundum, An Edictum Rmi Archiepiſcopi, de quo agitur, ſuſtineatur.

Tertium, An Regulares, qui non intervenerunt dictę Proceſſioni ſint declarandi incurſi in pęnas in Edicto contentas.

Quartum, An Nobiles prędictę Civitatis aſſociantes Proceſſionem cum intortitiis in habitu Seculari poſſint intervenire, & quis locus ſit eiſdem deſignandus in caſu &c.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, tam in voce, quam in ſcriptis Partibus informantibus auditis, reſpondendum cenſuit:

Ad primum Negative. In reliquis proviſum in primo; Et ita declaravit, & ſervari mandavit. Die XXI Martii MDCCXI.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli. B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum, & exemplar, *Romæ* Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ impreſſum *MDCCXI.*

De

De celebrando Feſto B. Luciæ Narnien.

Anno 1711 Die 25 Septembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

F E R R A R I E N.

Canonizationis Beatę Lucię de Narnis.

XCII.

EXpoſito Sac. Rituum Congregationi, quod in executionem Decreti, ſeu ſententię, lati, ſeu latę a cla. mem. Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D Cardinale Machiavello Epiſcopo Ferrarien. Anno MDCXLVII ſuper Cultu ab immemorabili Beatę Lucię de Narnia pręſtito, & ab eadem Sac. Rituum Congregatione approbato & confirmato ſub die XV Februarii MDCCX, Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Del Verme Civitatis Ferrarien. eidem Beatę Cultum pręſtari conſuetum reſtituerat; & attento quod in pręſentiarum Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Card. Joſeph Sacripantes etiam nomine Reverendiſſimi Epiſcopi, utrinſque Cleri Secularis, & Regularis, ac totius Populi ejuſdem Civitatis Narnię pro extenſione facultatum celebrandi Feſtum pręfatę Beatę die XV Novembris ſuę felicis obdormitionis in Domino, cum expoſitione Reliquię obtentę a Prioriſſa, & Monialibus Monaſterii S. Catharinę Civitatis Ferrarien., nempe unius Cruris ſupradictę Beatę, & celebratione Miſſę de Sanctiſſima Trinitate, pręfatę Sacrę Rituum Congregationi demiſſe ſupplicavit; Eadem Sacra Congregatio, ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Sancti Clementis, audito prius tam in voce, quam in ſcriptis D. Proſpero Lambertino Sac. Conſiſtorialis Aulę Advocato, & Reverendiſſimi D. Archiepiſcopi Myren. Fidei Promotoris Coadiutore, reſpondit pro gratia juxta petita, ſi Sanctiſſimo D. Noſtro videbitur. Die XX Auguſti MDCCXI.

Et facta deinde de prędictis per me Secretarium Sanctiſſimo D. Noſtro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die XXV Septembris ejuſdem Anni MDCCXI.

G. Card. Carpineus.

Loco ✱ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

De feſtis SS. Johannis de Mata, Felicis de Valois, & Philippi Benitii celebrandis a Prædicatorum familia.

Anno 1711 Die 21 Novembris.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XCIII.

ORDINIS PRÆDICATORUM.

EX parte Reverendiſſimi P. Antonini Cloche totius Ordinis Prędicatorum Magiſtri Generalis, nomine etiam ſuę Religionis Sacrę Rituum Congregationi enixe ſupplicatum fuit, pro facultate recitandi in univerſo ſuo Ordine Officium Sanctorum Johannis de Mata, Felicis de Valois Fundatorum Ordinis SS. Trinitatis, & S. Philippi Benitii Fundatoris Ordinis Servorum Beatę Marię, a Sacra Rituum Congregatione jam conceſſum, tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; quodque in pręfato Ordine ob ſpecialem ejuſdem ritum, abſque expreſſa licentia Sacrę Congregationis recitari non valet; Et Sacra eadem Rituum Congregatio, referente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali S. Clementis, petitam facultatem recitandi ſcilicet in diebus ab eadem Sacra Congregatione pręfixis Officium dictorum Sanctorum ſub ritu feſti duplicis, juxta normam ritus Ordinis Patrum Prędicatorum cum Oratione, Lectionibus Secundi Nocturni, & Miſſa a Sacra Congregatione jam approbatis benigne indulſit, atque conceſſit. Quo vero ad diem pręfixam, pro Officio S. Philippi Benitii, quę eſt XXIII Auguſti, in qua incidit Feſtum B. Jacobi de Mevania dicti Ordinis Prędicatorum deſtinavit diem XXVI dicti Menſis Auguſti, quę eſt prima in dicto Ordine non impedita. Die XXI Novembris MDCCXI.

Nota:

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✱ Sigilli.

B. Inghirami Secr. Rit. Congreg. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

De

De feſtis SS. Andreæ Corſini, & Johannis de Deo celebrandis in Ordine Fratrum Prædicatorum.

Anno 1717 Die 17 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XCIV.

ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM.

SAcra Rituum Congregatio ad enixas, ſupplicesque preces R. P. Antonini Cloche Ordinis Prędicatorum Magiſtri Generalis benigne indulſit, atque conceſſit, ut in poſterum ſub Ritu Feſti duplicis ſecundum Rubricas proprii Breviarii, & Miſſalis, Officia S. Andreę Corſini die IV Februarii, & S. Johannis de Deo die VIII Martii cum Oratione, & Lectionibus in Breviario, & Miſſali Romano reſpective appoſitis, in univerſo Ordine Prędicatorum ab omnibus Religioſis, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari, ac reſpective celebrari poſſint, & valeant. Die XVII Aprilis MDCCXVII.

F. Cardinalis de Abdua Prężectus.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeſchi Ep. Liparitanus Sacr. Rit. Congreg. Secretarius.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

De Officio B. Margaritæ de Caſtello.

Anno 1718 Die 27 Aprilis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XCV.

URBANIEN.

REmiſſis a SS. D. Noſtro PP. Clemente XI. ad Sacram Rituum Congregationem non minus enixis Epiſcopi, quam humillimis precibus Capituli Eccleſię Cathedralis, & Magiſtratus Civitatis Urbanię Sanctitati Suę demiſſe ſupplicantium pro conceſſione facultatum in Dięceſibus Urbanię, & S. Angeli in Vado ſingulis annis die XIII Aprilis celebrandi Miſſam, & recitandi Officium Beatę Margaritę de Civitate Caſtelli cum Oratione, & Lectionibus Secundi Nocturni propriis ipſius Beatę, prout alias ſub die XXVIII Novembris MDCIX Clero Civitatis Caſtelli, & ſucceſſive univerſo Ordini Prędicatorum indultum fuit, illiſque ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Ptolomęo relatis; Sacra eadem Rituum Congregatio, audito prius, tam in ſcriptis, quam in voce R. P. D. Proſpero de Lambertinis Fidei Promotore, Officium ut ſupra petitum, cum Oratione, & Lectionibus Secundi Nocturni propriis, in poſterum dicta die XIII Aprilis ab univerſo Clero Oppidi Metulę, & Civitatis Urbanię tantum, recitari, Miſſamque reſpective celebrari, poſſe concedi cenſuit, ſi SS. D. Noſtro viſum fuerit. Die II Aprilis MDCCXVIII.

Factaque deinde per me Secretarium de prędictis SS. Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die XXVII ejuſdem menſis, & Anni MDCCXVIII.

Ferdinandus Cardinalis de Abdua Prężectus.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeſchi Ep. Liparitanus Sacr. Rituum Congreg. Secret.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

INNOCENTIUS XIII.

Ab anno MDCCXXI, die VIII Maii, ad VIII Martii MDCCXXIV. Vide *T. VI hujuſce Bullarii pag. 522, & hoc T. VII pag. 382*

De Magiſtris Provinciæ Calabriæ.

Anno 1722 Die 12 Martii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

XCVI.

DECRETUM.

Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Signori.

IL Padre Provinciale, e Padri della Provincia di Calabria dell'Ordine de Predicatori, umilmente eſpongono all'Eminenze Voſtre, eſſervi nella detta Provincia la conſuetudine di laurearſi Maeſtri per lo piu quei Religioſi, che hanno eſercitato due anni l'officio di Maeſtro di Studio, e tre anni di Lettura in qualita di Regente, o Baccilliere: E perche qualcheduno difficulta, ſe ſi debbano ammettere al Magiſtero quelli, che hanno letto ſoli trè anni in qualita di Baccilliere, o Regente, non volendo computare li due di Maeſtro de' Studii: Si ſupplica l'Eminenze Voſtre d'avvalorare con Decreto della Sagra Congregatione la conſuetudine della ſudetta Provincia, che doppo due anni di Maeſtro di Studio, e tre di Lettura di Baccilliere, o Reggente poſſino laurearſi Maeſtri, tanto piu, che la Provincia di preſente ſi trova biſognoſa de Maeſtri, non avendone che diecinove, delli trenta, che doverebbe avere. Che della grazia &c. Quam Deus &c.

Sacra

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita, viſa relatione P. Magiſtri Generalis Ordinis Prędicatorum, ac attentis narratis, referente Eminentiſſimo Fabrono, prenarratam conſuetudinem Provincię Calabrię, nempe; Quod poſtquam unus Religioſus ſeptem annos, quorum tres Philoſophiam, & quatuor Theologiam docuerit, & ulterius duos annos Magiſterii Studiorum, & tres alios Lecturę, vel tanquam Baccalaureus, aut Regens, compleverit, in Magiſtrum laureari poſſit, benigne confirmavit, & approbavit, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinis, ceteriſque contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romę XII Martii MDCCXXII.

F. Cardinalis Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

V. Archiepiſcopus Damaſcenus Secr.

1. *Archivo.*) In quo exemplar, *Roma* typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum anno *MDCCXXII.*

De Magiſtris Provinciæ Apuliæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Anno 1722. Die 24 Junii.

XCVII.

D E C R E T U M.

Pro Provincia Apulię Ordinis Prędicatorum.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita, viſa relatione Patris Magiſtri Generalis Ordinis Prędicatorum, ac attentis narratis, referente Eminentiſſimo Fabrono, prenarratam conſuetudinem Provincię Apulię, nempe: quod poſtquam unus Religioſus ſeptem annos, quorum tres Philoſophiam, & quatuor Theologiam docuerit: & ulterius duos annos Magiſterii ſtudiorum, & tres alios Lecturę, vel tanquam Baccalaureus, aut Regens compleverit, in Magiſtrum laureari poſſit, benigne confirmavit, & approbavit: Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinis, ceteriſque contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romę XXIV Julii MDCCXXII.

F. Card. Paulutius.

Loco ✠ Sigilli.

V. Archiepiſcopus Damaſcenus Secr.

1. *Archivo.*) In quo exemplar, *Roma*, Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ impreſſum anno *MDCCXXII.*

BENEDICTUS XIII.

Ab anno MDCCXXIV, die XXIX Maii, ad XXI Februarii MDCCXXX. Vide *T VI hujus Bullarii pag 534, & hoc T.VII pag.383.*

Anno 1726 Die 27 Septembris.

CXLI.

Officium pro Solemnitate SS̃mi Roſarii, SS.D.N. Benedicti XIII Pont. Max. Juſſu Editum.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona. Virgam Virtutis tuę emiſit Dominus in medio inimicorum tuorùm.

*Pſal.*109. Dixit Dominus.

Antiphona. Suſcitavit inopem Dominicum, cujus habitare fecit in Domo Matrem filiorum lętantem.

*Pſal.*112. Laudate pueri.

Antiphona. Illuc aſcenderunt Tribus Domini, ad confitendum nomini Domini.

*Pſal.*121. Lętatus ſum.

Antiphona. Ecce hęreditas Domini, Filii, merces, Fructus Ventris.

Pſal 126. Niſi Dominus.

Antiphona. Confortavit ſeras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te.

*Pſal.*147. Lauda Hieruſalem.

Capitulum. *Eccl.cap.*39.

Obaudite me divini fructus, & quaſi Roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate, & quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete.

Hymnus. Ave Maris Stella &c.

℣. Exurge gloria mea, Pſalterium.

℟. Suavem faciens melodiam.

Ad Magnificat. Antiphona. Specioſa facta es, & ſuavis, Roſa myſtica, in deliciis tuis.

Oratio.

Deus, cujus Unigenitus, per Vitam, Mortem, & Reſurrectionem ſuam, nobis ſalutis ęternę pręmia comparavit; Concede quęſumus, ut hęc Myſteria Sanctiſſimo Beatę Marię Virginis Roſario recolentes, & imitemur, quod continent, & quod promittunt, aſſequamur. Per eundem &c.

Et fit Commemoratio Dominicę currentis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Solemnitatem Roſarii Virginis Marię celebremus: * Chriſtum ejus Filium adoremus Dominum.

Pſalmus. Venite exultemus.

Hymnus. Quem terra &c.

IN I NOCTURNO.

Antiphona. Ecce Myſteria vobis dico. Angelus Gabriel nuntiavit Marię, & concepit de Spiritu Sancto.

*Pſal.*8. Domine Dominus noſter.

Antiphona. Intravit Maria in domum Zaccarię, & ſalutavit Eliſabeth.

*Pſal.*18. Cęli enarrant gloriam Dei,

Anti-

Antiphona. Peperit filium ſuum Primogenitum, & reclinavit eum in Preſepio.

Pſalm.23. Domini eſt terra.

℣. Facies Coronas, & pones in capite Jeſu,

℟. Et erunt memoriale in templo Domini.

Lectio I.

De Libro Eccleſiaſtici. *cap 24 b.*

IN omnibus requiem quęſivi, & in hęreditate Domini morabor. Tunc pręcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Iſrael hęreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio, & ante ſecula creata ſum, & uſque ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtravi. Et ſic in Sion firmata ſum, & in Civitate ſanctificata ſimiliter requievi, & in Hieruſalem poteſtas mea. Tu autem Domine &c.

℟. Vidi ſpecioſam, aſcendentem deſuper rivos aquarum, cujus ineſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis ejus: * Et ſicut dies verni circumdabant eam flores Roſarum.

℣. Aſtitit Regina in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Et ſicut.

Lectio II.

QUaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi Cypreſſus in Monte Sion: quaſi Palma exaltata ſum in Cades, & quaſi Plantatio Roſę in Jerico: quaſi Oliva ſpecioſa in Campis, & quaſi Platanus exaltata ſum juxta aquas in Plateis: ſicut Cinnamomum, & Balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi Mirrha electa dedi ſuavitatem odoris. Tu autem.

℟. Flores apparuerunt in terra noſtra: Flores Roſarum in diebus Vernis: * Flores fructus parturiunt.

℣. Viderunt eam filię Sion, & beatam dixerunt, & Reginę laudaverunt eam. Flores fructus parturiunt.

Lectio III.

IN me gratia omnis vię, & veritatis: in me omnis ſpes vitę, & virtutis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis implemini: Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hęreditas mea ſuper mel, & favum: Memoria mea in generationes ſeculorum. Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. Qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me vitam ęternam habebunt. Tu autem Domine miſerere &c.

℟. Glorioſa dicta ſunt de te, quę habitas in hortis, * Fac me audire vocem tuam.

℣. Veni in hortum meum, & dabitur capiti tuo augmentum gratiarum, & Corona inclyta proteget te. Fac me. Gloria. Fac me.

IN II NOCTURNO.

Antiphona. Cum inducerent Jeſum Parentes ejus, ut ſiſterent eum Domino, Simeon accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Dominum.

Pſal.44. Eructavit cor meum.

Antiphona Requirentes Jeſum Parentes ejus invenerunt illum, poſt triduum, medio Doctorum.

Pſal 45. Deus refugium.

Antiphona. Cepit contriſtari, & factus eſt ſudor ejus in horto, ſicut guttę ſanguinis.

Pſal 86. Fundamenta.

℣. Venit Dilectus meus in Hortum ſuum.

℟. Dilectus meus rubicundus.

Lectio IV.

CUm Albigenſium hęreſis per Toloſatium regionem impie graſſaretur, atque altius in dies radices ageret; Sanctus Dominicus, qui nuper Prędicatorum Ordinis fundamenta jecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id ut pręſtaret validius, auxilium Beatę Virginis, cuius dignitas illis erroribus impudentiſſime petebatur, cuique datum eſt cunctas hęreſes interimere in univerſo Mundo, enixis precibus imploravit: a qua (ut memorię proditum eſt) eum monitus eſſet, ut Roſarium Populis prędicaret, velut ſingulare adverſus hęreſes, ac vitia pręſidium; mirum eſt, quanto mentis fervore, & quam felici ſucceſſu injunctum ſibi munus ſit executus. Eſt autem Roſarium certa precandi formula, qua quindecim Angelicarum Salutationum Decades, oratione Dominica interjecta, diſtinguimus: & ad earum ſingulas totidem noſtrę reparationis myſteria pia meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari, augerique cepit; quem ejuſdem Inſtitutorem, Authoremque fuiſſe Summi Pontifices, Apoſtolicis literis, paſſim affirmarunt Tu autem &c.

℟. Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & Flores mei fructus honoris, * Et honeſtatis.

℣. Ego Mater pulchrę dilectionis, & agnitionis, & ſanctę Spei. Et honeſtatis.

Lectio V.

INnumerabiles porro fructus ex hac tam ſalutari inſtitutione in Chriſtianam Rempublicam dimanarunt, inter quos Victoria illa merito numeratur, quam Sanctus Pontifex Pius Quintus, & ab eo inflammati Chriſtiani Principes apud Echinadas Inſulas de Turcarum Tyranno potentiſſimo reportarunt. Nam, cum illa ipſa die ea Victoria relata ſit, qua Sanctiſſimi Roſarii Sodalitates per univerſum Orbem conſuetas ſupplicationes peragerent, ſtatutaſque preces de more funderent; iis precibus haud immerito refertur accepta. Quod quidem cum etiam Gregorius Tertius decimus teſtatus eſſet; ut pro tam ſingulari beneficio Beatę Virgini ſub appellatione Roſarii perennes gratię ubique Terrarum haberentur; in Eccleſiis omnibus, in quibus Altare Roſarii foret, prima quaque Octobris Dominica Officium ritu duplici majori perpetuo celebrandum indixit: aliique Pontifices Roſarium recitantibus, ejuſdemque Roſarii Sodalitatibus Indulgentias pene innumeras conceſſere. Tu autem.

℟. Gaude Maria Virgo, Regina noſtra, quia cunctas hęreſes ſola interemiſti * In univerſo Mundo.

℣. Pulchra es, ſuavis, & decora, terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. In univerſo.

Lectio VI.

NUper vero Clemens Undecimus animo reputans inſignem pariter victoriam anno milleſimo ſeptingenteſimodecimoſexto in Hungarię Regno a Carolo Sexto in Imperatorem Romanorum electo, de innumeris Turcarum copiis relatam, eo die contigiſſe, quo Feſtum Dedicationis Sanctę Marię ad Nives celebraretur, atque eodem ferme tempore, quo Sanctiſſimi Roſarii Confratres publicam, ſolemnemque ſupplicationem in Alma Urbe ingenti Populi concurſu, magnaque religione peragentes, fervidas ad Deum preces pro Turcarum depreſſione funderent, ac potentem opem Deiparę Virginis in auxilium Chriſtianorum humiliter

implorarent; eam ob rem, victoriam illam, nec non liberatam paulo poſt eorundem Turcarum obſidione Corcyrenſem Inſulam ejuſdem Beatę Virginis patrocinio pie cenſuit adſcribendam. Quamobrem, ut hujus quoque tam inſignis beneficii perennis ſemper, & memoria extaret, & gratia; Sanctiſſimi Roſarii Feſtum eadem die, eodemque ritu celebrandum ad Eccleſiam univerſam extendit. Hęc autem omnia Benedictus Decimustertius in Breviario Romano noviſſime apponi juſſit. Sanctiſſimam ergo Dei Genitricem cultu hoc eidem gratiſſimo jugiter veneremur, ut quę toties, Chriſtifidelibus, Roſarii precibus exorata, terrenos hoſtes profligare dedit, ac perdere, internos pariter ſuperare concedat. Tu autem &c.

℞. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fęmineo ſexu, * Gloria, & honorificentia populi noſtri.

℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Gloria, &. Gloria Patri. Gloria. &.

IN III NOCTURNO.

Antiphona. Commoveatur a facie contritionis ejus univerſa terra.

Pſalm.95. Cantate Domino.

Antiphona. Regem dolorum in diademate, adorate omnes Angeli ejus.

Pſalm.96. Dominus regnavit, exultet.

Antiphona. Crucis Imperium ſuper humerum ejus, poſuit brachium ſanctum ejus.

Pſalm.97. Cantate Domino.

℣. Corona tua circumligata ſit tibi.

℞. Et non planges, neque plorabis.

Lectio VII.

Lectio Sancti Evangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore loquente Jeſu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedę.

Ut in Feſto Beatę Marię de Mercede.

℞. Sumite Pſalterium jucundum in inſigni die Solemnitatis veſtrę: * Et exultate Deiparę Adjutrici noſtrę.

℣. Propter eam non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur Montes in cor Maris. Et exultate.

Lectio VIII. ut ſupra.

℞. Quam pulchra es, & quam decora, Chariſſima in deliciis! Mirrha, & Gutta, & Caſia a veſtimentis tuis: * Ex quibus delectaverunt te filię Regum in honore tuo.

℣. Canticum novum cantabo tibi, in Pſalterio decem chordarum pſallam tibi. Ex quibus. Gloria. Ex quibus.

Lectio IX.

Homilia de Dominica occurrente.

AD LAUDES.

Antiphona. Indutus Dominus fortitudinem, regnavit a Ligno.

Pſalm. Dominus regnavit, decorem. *cum reliquis de Dominica.*

Antiphona. Lętare Virgo Maria, alleluja, qui ſurrexit Dominus, ipſe eſt Deus. Alleluja.

Antiphona. Qui aſcendis in Cęlum, in velamento alarum tuarum exultabimus.

Antiphona. A firmamento Cęli miſſus eſt Paraclitus, benedictus ſuperexaltatus in ſecula.

Antiphona. Aſſumpta eſt Maria in Cęlum gaudent Angeli, laudantes Dominum in excelſis.

Capitulum. Obaudite me Divini fructus &c. *ut in primis Veſperis.*

Hymnus. O glorioſa Virginum. *ut in Officio B.V.*

℣. Dignare me laudare te Virgo ſacrata.

℞. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Ad Benedictus. Antiphona.

Filię Hieruſalem venite, & videte Matrem Virginem cum corona, qua coronavit eam Filius ſuus.

Oratio. Deus, cujus &c. *ut ſupra.*

Et fit commemoratio Dominicę.

Ad Tertiam.

Antiphona. Letare.

Capitulum. Obaudite me &c. *ut ſupra.*

℞.*breve.* Rigabo Hortum meum * Plantationum. Rigabo.

℣. Et inebriabo Prati mei fructum. Plantationum. Gloria. Rigabo Hortum.

℣. Hortus concluſus, Soror mea Sponſa.

℞. Emiſſiones tuę Paradiſus.

Ad Sextam.

Antiphona. Qui aſcendis.

Capitulum. Eccl.39.

FLorete flores, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum.

℞. *breve.* Hortus concluſus, * Soror mea Sponſa. Hortus.

℣. Emiſſiones tuę Paradiſus. Soror mea. Gloria. Hortus.

℣. Veni de Libano Sponſa mea.

℞. Veni coronaberis.

Ad Nonam.

Antiphona. Aſſumpta eſt.

Capitulum. Eccl.39.

DAte nomini ejus magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum.

℞ *breve.* Veni de Libano, * Sponſa mea. Veni.

℣. Veni, coronaberis. Sponſa. Gloria. Veni.

℣. Data eſt ei Corona.

℞. Et exivit vincens ut vinceret.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Antiphonę, Pſalmi, Capitulum, Hymnus, ut in primis Veſperis.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℞. Intende, proſpere procede, & regna.

Ad Magnificat. Antiphona.

Beata Mater, & intacta Virgo, glorioſa Regina Mundi, ſentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam ſanctam Roſarii ſolemnitatem.

Oratio. Deus, cujus &c. *ut ſupra.*

Et fit Commemoratio Dominicę.

URBIS, & ORBIS.

AD confovendam, immo etiam augendam Fidelium devotionem erga Bmam V. M., ejuſque Cultum ferventius promovendum Smus D.N. BENEDICTUS XIII P.M. ſupra impreſſum Officium Sacratiſſimi Roſarii ejuſdem Bmę V., ab Emo, & Rmo D. Cardinali Ludovico Belluga de ordine Sanctitatis ſuę diligenter reviſum, ac recognitum, approbavit, atque ab omnibus Chriſtifidelibus tam Secularibus, quam Regularibus utriuſque Sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, ſub ritu duplici majori pro Dominica prima Octobris quotannis in poſterum recitari mandavit. Die XXVII Septembris MDCCXXVI.

C. Card. Marinus Pręf.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Archiep. Apamen. Sac. R.C.S.

In-

Indulgentiam transfert a prima ad ſecundam Dominicam Octobris pro Eccleſia Conventus Sancti Clementis de Urbe.

Anno 1728 Die 23 Februarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

CXLII.

B E N E D I C T U S P A P A XIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus Prior, & Fratres Eccleſię Conventus S. Clementis Ordinis Prędicatorum de Urbe: quod alias omnibus, & ſingulis utriuſque Sexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis fratrum dicti Ordinis ubicunque exiſten. prima Dominica Menſis Octobris, ac ſeptem diebus immediate ſubſequentibus ſingulis annis devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, plenaria omnium peccatorum ſuorum Indulgentia, & remiſſio per unumquemque Chriſtifidelem ſpatio prędicti Octidui ſemel tantum quolibet anno lucrifacienda, auctoritate Apoſtolica, perpetuo conceſſa fuit, prout in literis Apoſtolicis deſuper expeditis, quarum tenorem pręſentibus pro expreſſo haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Chriſtifideles ſupradictam Indulgentiam prima Dominica Menſis Octobris, ac ſeptem diebus immediate ſubſequentibus, certis de cauſis, minus commode lucrari valeant, illamque propterea per nos, ut infra, transferri ſummopere deſiderent: Nos ſupplicationibus dictorum exponentium nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentiam prędictam a prima Dominica Menſis Octobris cum ſeptem diebus immediate ſubſequentibus ad ſecundam Dominicam Menſis Octobris ejuſmodi, & ſeptem dies immediate ſubſequentes, itaut Chriſtifideles pręmiſſa in prędicta Eccleſia adimplentes, eandem prorſus Indulgentiam conſequantur, quam conſequerentur, ſi eadem pręmiſſa prima Dominica Menſis Octobris, ac ſeptem diebus immediate ſubſequentibus adimplerent, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, quoad Eccleſiam prędicti Conventus tantum perpetuo transferimus. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romę apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XXIII Februarii MDCCXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Card. Oliverius.

1. *Archivo.*) In quo exemplar ex autographo aſſervato in Archivo Conventus S. Clementis.

CLEMENS XII.

Ab anno MDCCXXX, die XII Julii. Feliciter regnat. Vide *T.VI hujus Bullarii pag.*712, *& hoc T.VII pag.*388.

De transferendis ad Neapolitanum Conventum S. Spiritus.

Anno 1733 Die 5 Januarii.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXII.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus Apoſtolatus Officio Chriſtifidelium Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatorum quieti libenter conſulimus, ſicut cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut pro parte Dilectorum Filiorum Prioris, & Fratrum Conventus Sancti Spiritus Civitatis Neapolis Ordinis Prędicatorum Nobis nuper expoſitum fuit, in eodem Conventu multa ſint inconvenientia exorta propter Fratrum dicti Ordinis ab uno ad alium Conventum adſiliationes, quę ibidem plerumque ob ſtudia partium, & protectiones ſine conſenſu Filiorum ipſius Conventus fiunt, unde ex iis jurgia, & diſſidia proficiſcuntur, Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut de cetero nullus Frater dicti Ordinis alibi Profeſſus ſine expreſſo omnium Fratrum ipſius Conventus Filiorum Neapoli tunc exiſtentium conſenſu adſiliari, ſeu in Filium Conventus hujuſmodi coaptari ullo modo valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, ſtatuimus. Decernentes ipſas pręſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque in pręmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irri-

irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Ordinis, & Conventus prędictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, pręſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad pręmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die V Januarii MDCCXXXIII, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

1. Archivo.) In quo exemplar.

Anno 1736 Die 29 Septembris.

Speciales facultates Americanis Miſſionariis Gallis conceſſæ.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXIII.

Vincentius Miſeratione Divina Tituli S. Onuphrii S. R. E. Presbyter Cardinalis Petra, SSmi D. N. PP., & Sedis Apoſtolicę, Major Pęnitentiarius.

ANimarum ſaluti, quantum in Domino poſſumus, proſpicere volentes, & Chriſtifidelium conſcientiis ad Pęnitentię Sacramentum Confugientium, in caſibus Apoſtolicę Sedi reſervatis, pro quorum opportuno remedio, ad eandem Sanctam Sedem, ſtante maxima ab hac Romana Curia diſtantia, recurſus commode haberi non poteſt, conſulere cupientes; Vobis Dilectis in Chriſto Religioſis Viris Miſſionariis Ordinis Prędicatorum, in Inſulis Americanis, Martinica, Guadalupa, S. Dominici, aliiſque adjacentibus Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Dominio ſubjectis, exiſtentibus, ad humilem ſupplicationem Dilecti pariter in Chriſto Religioſi Viri Fratris Antonini Bremond, ejuſdem Ordinis pro pręfatis Miſſionibus Procuratoris deputati, infraſcriptam facultatem, qua opportune, ac magna cum circumſpectione uti valeatis, concedimus. Diſpenſandi ſcilicet ſuper impedimento primi, ac primi, & ſecundi, ac ſecundi Affinitatis gradus occulto, proveniente ex Copula illicita, quando agatur de Matrimonio jam contracto, cum tali impedimento. Injuncta gravi pęnitentia ſalutari, ac Confeſſione Sacramentali ſemel, quolibet menſe, per tempus arbitrio veſtro ſtatuendum; remota occaſione peccandi, & monito de obligatione renovationis conſenſus; caute tamen, ne delictum pęnitentis detegatur. Prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo reſpective, ac nunciando. Volumus tamen, ut ſupradicta facultate vos per ſeptennium tantum, & in actu Miſſionis, ac Confeſſionis Sacramentalis duntaxat, & non aliter, uti ac frui valeatis, eaque gratis, & abſque ulla mercede ipſis recurrentibus concedatur. Datum Romę ex Ædibus noſtris hac die XXIX Septembris MDCCXXXVI.

V. Card. Petra Major Pęnitentiarius.

Loco ✱ Sigilli.

Franc. Petrucciolus S. Pęn. Secret.

Regiſtr. Lib. Facult. fol. 32.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Anno 1736 Die 24 Octobris.

Speciales facultates conceſſæ Americanis Miſſionariis Gallis.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

LXIV.

Feria IV die XXIV Octobris MDCCXXXVI.

SAnctiſſimus D. N. D. Clemens, Divina Providentia PP. XII, cui in ſolita Audientia per R.P.D Aſſeſſorem Sancti Officii relata fuerunt vota Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S.R E. Cardinalium Inquiſitorum PP. Pręfectis Miſſionum Ordinis Prędicatorum in Inſulis Martinicę, Guadalupę, SS. Chriſtophori, Dominici, & Vincentii, ac Cayennę, aliiſque locis ſub Dominio Galliarum Regis ſubjectis in America Meridionali petitam extenſionem facultatis diſpenſandi etiam in tertio, & quarto gradu tantum Conſanguinitatis, & Affinitatis, quoad futura Matrimonia, cum Catholicis natis, & in illis Coloniis degentibus, benigne conceſſit, dummodo hujuſmodi facultate duratura pro tempore, quo facultates Formulę quartę eiſdem jam conceſſę duraverint, gratis, ſine ulla mercede, & intra limites tantum Diſtrictus eorum reſpective Miſſionum utantur.

Paulus Antonius Cappellonus S. Romanę, & Univerſalis Inquiſit. Notarius.

Loco ✱ Sigilli.

1. *Archivo.*) In quo autographum.

Fa-

Anno 1738 Die 17 Septembris.

LXXV.

Fabricæ Mutinenſis Cœnobii perficiendæ conſulit.

Ex Archivo (1) *Ordinis.*

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Lucan.

C L E M E N S P A P A XII.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Fratres Conventus S. Dominici Mutinen. Ordinis Prędicatorum, quod tunc in humanis agens Carolus Ponticelli Oppidi de Caſtro novo Lucan. Diœceſis in ſuo die XIII Junii MDCCX condito teſtamento, Dominicanam Familiam illius Provincię, quę a Dilectis Filiis Superioribus dicti Ordinis cum conſenſu Dilectorum Filiorum Nobilis Viri Mutinę, & Regii Ducis, ac Eccleſiaſticorum Superiorum pręeligeretur, quatenus ſine prole decederet, & poſt obitum tunc quoque in humanis agentis Uxoris ſuę hęredis uſufructuarię hęredem univerſalem inſtituit, eo adjecto onere fundandi pro Fratribus prędictis Hoſpitium in propria Domo in Oppido prędicto exiſtente, & Oratorio ſub Invocatione B. Marię Virginis de Roſario adhęrenti, ut illius cultus, & devotio promoveretur, conſecutionem tamen reddituum hęreditariorum, uſquequo dictum Hoſpitium alio non transferendum fundaretur, prohibuit, dictorumque reddituum adminiſtrationem, Dilecto quoque Filio Accurſio Quirici, ejuſque Deſcendentibus, Statuta ipſis mercede ſcutorum ſexdecim monetę illarum partium cum obligatione illos adminiſtrandi, & multiplicandi, detractis expenſis, & ſumptibus, quos in hoſpitandis Fratribus dicti Ordinis illac tranſituris fieri contigiſſet, & reddendi reſpective rationem ſingulis annis, Dilecto pariter Filio tunc, & pro tempore exiſtenti Priori Conventus S. Dominici Mutinen. ejuſdem Ordinis, reliquit, dictus vero Carolus Anno MDCCXVII codicillando diſpoſuit, quod uſusfructus prędictę ſuę Uxori in Teſtamento relictus ad annum tantum duraturus eſſet, eoque elapſo, tam prędicta Domus pro conſtructione Hoſpitii, ut ſupra deſtinata, quam altera cum apotheca ei contigua, ac prędium *della Cavatina* nuncupatum ad ſupradictum Conventum S. Dominici Mutinen., quem loco Fratrum Ordinis prędicti generice in Teſtamento invitatorum, ſucceſſorem declaravit, ſub obligatione celebrari faciendi in Parochiali Eccleſia Oppidi ſupradicti Patrię ſuę duas annuas Miſſas, & fundandi in prędicta ſua Domo Vicariatum dependentem a dicto Conventu, ibique tot manutenendi Religioſos, quot juxta redditus hęreditarios manuteneri poſſent, devolveretur, & alias prout in dictis Teſtamento, & codicillis uberius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes defuncto paulo poſt teſtatore prędicto ex multiplicatione, & adminiſtratione reddituum prędictorum compererint, quod pia hujuſmodi diſpoſitio nonniſi poſt plura ſecula executioni demandari poſſet, attento, quod fructus, redditus, & proventus dictę hęreditatis, cujus licet modo valor fere in ſumma trium millium, & quingentorum ſcutorum monetę Romanę ęſtimetur, annua quidem ſcuta paria triginta ſex detractis expenſis non excedunt, per Conſtitutiones vero Apoſtolicas fundatio Conventuum cum minori numero duodecim Religioſorum, pro quorum manutentione, juxta Decretum infraſcriptę Congregationis Anno MDCXXVIII editum, ſumma ſaltem annua ſcutorum quinquaginta ſimilium pro unoquoque Fratre requiritur, prohibeatur; nonnullas quoque prę oculis habeant difficultates etiamſi daretur modus erigendi prędictum Vicariatum in loco a Teſtatore prędicto aſſignato, nimirum in reportandis conſenſibus tuo, & prędicti Ducis, & Cleri tum ſecularis, tum Regularis, & in aeris intemperie ejuſdem loci, necnon difficili ad illum acceſſu ob viarum aſperitatem, itaut Fratres ibidem diu permanere renuerent, & Superiores prędicti Vicariatum hujuſmodi forſan cum detrimento regularis diſciplinę, & obſervantię perraro viſitarent; propterea Exponentes prędicti his omnibus perpenſis facultatem, pręvia tamen commutatione, & derogatione voluntatis ejuſdem Teſtatoris, integram hęreditatem diſtrahendi, pretiumque ex ea retrahendum in perfectionem Fabricę proprii Conventus hujuſmodi, quę uſque ab Anno MDCCVIII incepta nunquam abſolvi potuit, ex eo, quod non obſtante diminutione Familię, vires Conventus non ſuppetunt, erogandi, ſub obligatione tamen celebrari faciendi duas annuas Miſſas a Teſtatore pręſcriptas, & ulterius faciendi peculiare ſuffragium pro Anima dicti Teſtatoris, a Nobis concedi plurimum deſiderent, Tuque, quatenus Oratorum inſtantię ab infraſcripta Congregatione annuendum eſſet, id animadvertendum putas, quod ſcilicet Teſtatoris prędicti voluntas pręcipue fuit, ut cultus, & pietas erga Roſarium B. M. Virginis in dicto loco maxime promoveretur, ac proinde ęquum credis, ut ex dicta hęreditate detrahantur ſcuta biſcentum ad effectum illa deponendi, & erogandi in conſtructione novę Arę ejuſdem B. M. Virginis Roſarii, quoties ad Eccleſiam Parochialem ſatis amplam ab anguſto, & indecoro Oratorio prędicto Confraternitas in eo erecta ſub eodem titulo transferatur, prout Dilectus quoque Filius Archipresbyter, & Parochus dicti loci exoptat, & quatenus aliquid ex dicta ſumma ſupereſſet, fundus comparetur, cujus redditu Ara prędicta ornari, & ſervari poſſit; ulterius ſubdis, ut in memorata Eccleſia dicti loci ad Altare ejuſdem B. M. Virginis Gratiarum nuncupatum duę Miſſę quot annis altera videlicet diebus Feſtis S. Franciſci de Paula, & altera S. Hieronymi, quod onus eiſdem Exponentibus in codicillis injunxit, celebrentur. Nobis propterea Exponentes prędicti humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in pręmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ac dictorum Teſtamenti, & codicillorum tenores, & alia quęcunque etiam ſpecificam, & individuam mentio-

mentionem, & expreſſionem requirentia prędentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos ſupplicem libellum Nobis porrectum pro voto remiſimus, qui relationes tuam, & Venerabilis Fratris moderni Epiſcopi Mutinen. ſuper prędmiſſis ad eoſdem Cardinales tranſmiſſas, necnon conſenſum Magiſtri Generalis ejuſdem Ordinis dictis Cardinalibus prędſtitum attenderunt, conſilio; Fraternitati tuę per prędentes committimus, & mandamus, ut, veris exiſtentibus narratis, ad commutationem voluntatis ſupradicti Teſtatoris, & applicationem reſpective prędictę hęreditatis favore Conventus eorundem Exponentium, juxta tamen ſupra enunciatum votum tuum, auctoritate noſtra Apoſtolica pro tuo arbitrio, & conſcientia procedas, atque devenias, ita tamen, ut ad Aram B. M. Virginis Roſarii apponatur lapis, in quo mentio pii Benefactoris fiat. Salva tamen ſemper in prędmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Non obſtantibus ſupradicti Caroli Teſtatoris etiam ultima voluntate, quam quoad prędmiſſa ſufficienter, & expreſſe commutamus, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XVII Septembris MDCCXXXVIII, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Pro Domino Cardinali Paſſioneo.
Cajetanus Amatus.

a Archivo.) In quo exemplar ex autographo *Mutinenſi*.

APPENDIX,

EXHIBENS ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM

Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Legatos, vel prætermiſſos, vel dubios, aut ſpurios.

GREGORIO IX SUMMO PONTIFICE.

Anno 1235. F. Johannes de Penne, Ordinis Prædicatorum, Prior Monaſterii S. Sabinæ de Urbe, per Gregorium Papam IX ad Angelum Malabraneam, ejuſdem Urbis Senatorem, cum literis Apoſtolicis, pro pacis coaptandæ confirmandis articulis, & juramento præſtando delegatur.

Actum in Æde S. Mariæ in Capitolio, Anno Domini MCCXXXV, Indictione III, die XXV Auguſti. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Gregorii IX.*

Anno 1236 Die 3 Maii. EPiſcopo Mutinenſi, Apoſtolicæ Sedis Legato, ut tres de Fratribus Ordinis Prædicatorum in Pruſſiæ partibus conſtituat Epiſcopos, Gregorius IX præcipit, literis datis Interamne III Kalendas Junii, Pontificatus anno Decimo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Gregorii IX.* Memini quidem ex Odorico Raynaldo, *Tom I pag.* 114: non abs re tamen futurum exiſtimavi, idem ex Archivi ſecretioris Vaticani auctoritate firmare. Scilicet id maximi momenti viſum, quo ſcrupulus omnis evellatur ex animo recentiorum quorundam circa tempus, quo Epiſcopi conſtituti fuerunt in Pruſſia.

Anno circiter 1237. GRegorius IX in *Conſtitutione CCXX Tom.VII pag.*14 meminit Epiſcopi Marrochitani, quem *Bzovius* arbitratur Ordinis Prædicatorum Alumnum fuiſſe. Vide Notam I ad eandem Conſtitutionem *Tom.VII pag* 15.

Anno 1238 Die 17 Martii. D*Eſtinatio Fratrum Prædicatorum ad Patriarcham Nicenum, aliosque Prælatos Schiſmaticos; eoſque excommunicationis vinculo innodandos, demandat Gregorius IX* literis datis Laterani XVI Kalendas Aprilis, Pontificatus Anno Undecimo. Sic legitur in Regeſtis Gregorii IX aſſervatis in Archivo ſecretiori Vaticano.

F. Bernardum Polonum anno MCCXXXIII Archiepiſcopum Halicienſem, in Ruſſia, conſtitutum fuiſſe, ſcripſi *Tomo I hujuſce Bullarii pag.*112. Alios deinde per idem Seculum Alumnos Prædicatorum Familiæ, cum in Ruſſia, tum in Polonia, finitimiſque regionibus Epiſcopos exhibui. Qua de re varios auctores laudavi, eoſque, ſi *Fridrychowicum*, quem minus fidum nonnunquam monui, excipias, graviſſimos. Refragantur tamen aliqui Scriptores inclytæ gentis Polonæ, quorum teſtimonia refert Præſul ampliſſimus *D. Joſephus Andreas Zaluski*, Regni Poloniæ Referendarius, in opere quod vulgavit anno MDCCXXXIII, cuique titulus: *Specimen Hiſtoriæ Polonæ criticæ &c.* Ibi vir clariſſimus, qua eſt eruditione, varias hac de re maximi momenti difficultates objicit *a pagina* 51. *ad* 95. Gravior illa, quæ ſpectat Archiepiſcopos *Halicienſes* Hanc ſi ſolvas, facilis ac prompta ceteris erit reſponſio. Scilicet contendunt Scriptores ab erudito Præſule laudati, *Bielskius* nempe, *Vapovius*, *Cromerus*, *Heburtus*, ac *Scrobiſſevius*, quod Halicienſis Archiepiſcopatus ſeculo dumtaxat XIV jam adulto, anno nempe MCCCLXIV, funda-

fundatus fuerit, regnante Caſimiro. *Ex prædictis*, inquit Illuſtriſſimus Zaluski pag.61, *ac ſupra recenſita Scriptorum auctoritatibus innixa Archiepiſcoporum Halicienſium ſerie, patet evidenter, non a Ludovico, verum a Caſimiro adhuc Sedem Halicienſem fundatam fuiſſe anno* 1364, *id eſt, ſex annis antequam Ludovicus regimen Poloniæ capeſſeret* (*nam nonniſi anno* 1370 *inauguratus eſt*) *primumque Archiepiſcopum fuiſſe Chriſtinum, prout habet Bielski, verbis ex Vapovio translatis, ac Cromerus, ulſi quod Cromerus, & ex eo Herburtus, ac Scrobiſſevius pro Halicienſi Leopolienſem vocet; ſed ex poſteriori fieri denominationem vetus verbum habet, & quemadmodum qui a prima erectione Smogorzevienſes Epiſcopi erant, & dicebantur, deinde Byczinenſes, nunc Wratislavienſes: qui olim Cruſvicienſes, nunc Vladislavienſes: qui dudum Vladimiricenſes, jam Luceorienſes Epiſcopi, a translationis loca dicuntur, & vocantur, ita primus Archiepiſcopus Leopolienſis Chriſtinus dici poteſt, qui primus Halicienſis fuit.* Verum longe antea fundatam crediderim Metropolim Halicienſem. Id liquet ex Bulla Bonifatii IX ad Ericum Epiſcopum Premislienſem ſcripta, cujus autographum aſſervatur in Archivo Civitatis Leopolien. Legitur apud eruditum *Zaluski* pag.64. Hujus tenoris eſt: *Bonifatius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Premislienſi, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Piis ſupplicum votis libenter intendimus, & volumus favorabiles inveniri. Dudum ſiquidem pro parte Bernardi Archiepiſcopi expoſitum felicis recordationis Urbano VI, quod cum olim Eccleſia Halicienſis conſiſtens in Ducatu Ruſſiæ, qui per claræ memoriæ Ludovicum Regem Hungariæ de manibus Schiſmaticorum, & Infidelium ad Fidem Catholicam reductus fuerat, in poteſtate dictorum Schiſmaticorum, & Infidelium tunc exiſtens, tanto tempore caruiſſet Catholico Antiſtite, quod ubi, & infra quos fines conſiſtebat dos Eccleſiæ prædictæ de facili ſciri non poterat: dilectus filius Vladislaus Opolienſis, tunc Ruſſiæ Dux, Oppidum Rabagni, & Caſtra Olesko, & Touſtan &c. dictæ Halicienſi Eccleſiæ in dotem, donatione perpetua, & irrevocabili, conceſſerat, & donaverat &c. Et quod debiti modus, & formo Divini Officii celebrandi in eadem Halicienſi, & Cathedralibus, ac aliis ſibi ſubjectis Eccleſiis dictæ Provinciæ non ſervabantur, nec ſuffraganei dictæ Halicienſis Eccleſiæ reſidebant in Cathedralibus ſupradictis, ideo &c. Datum Romæ Tertio Idus Maii Anno* 1389 (ſic ex amanuenſis incuria: legendum *Tertio Idus Maii Pontificatus noſtri Anno Primo*: ideſt anno 1390. Bonifatius enim Nonus Summus Pontifex electus fuit die ſecunda Novembris 1389: conſecratus ejuſdem menſis die Nona. Præterea per id tempus in id genus Diplomatibus numeros iſtos arithmeticos nullatenus adhibebant, ſed Pontificatus duntaxat annum inſcribebant in Bullis quæ Conſiſtoriales, uti vocant, non erant. Vide Præfationem ad Tomum I hujuſce Bullarii) Ad Bonifatii Conſtitutionem redeamus. Ipſam ſic illuſtrat eruditus Præſul loco laudato. *Ex verbis*, inquit, *Bullæ hujus iſta deducuntur.*

Primo: Sedem Metropolitanam in Ruſſia, ritus latini, principio Haliciæ conſtitiſſe; contra Miechovitam, Cromerum, Vapovium, & Bielski.

Secundo: Metropolim Halicienſem a prima ſua erectione plures Eccleſias Cathedrales, titulo ſuffraganearum habuiſſe; contra Cromerum.

Tertio: Ludovicum, Sedem Metropolitanam Haliciæ non conſtituiſſe, ſed collapſam reſtituiſſe; contra Dlugoſſum, Cromerum, Sarnicium, & Bielski.

Quarto: Ladislaum Opolienſem, & Ruſſiæ Ducem, dotem Halicienſis Eccleſiæ auxiſſe, non vero Ludovicum; contra noſtrum Commentatorem, Auguſtinum ſcilicet Koludski, quem Præſul emendat.

Quinto: Lemburgam, ſeu Leopolim, ante Ludovicum Regem Epiſcopalem Cathedram non habuiſſe, ſed ſub Metropolitana Halicienſi, & in ejus Diœceſi fuiſſe; contra Cromerum, Herburtum, Neugebaver, Damalevicium, Stryikowski.

Hæc Præſul ampliſſimus, quibus Sextum Corollarium addiderim: Metropolitanam ſcilicet Halicienſem Eccleſiam longe ante Caſimirum Regem conſtitutam fuiſſe. Cum enim, ut habetur ex Bonifatii Noni Diplomate, regnante Ludovico, qui Poloniæ Rex inauguratus fuit anno 1370, Sedes Halicienſis *tanto tempore caruiſſet Catholico Antiſtite, quod ubi, & infra quos fines conſiſtebat dos Eccleſiæ prædictæ de facili ſciri non poterat*: qui fieri poteſt, ut Halicienſis illa Metropolis ſex circiter annis antea fundata fuerit a Caſimiro Rege? Numquid anno 1370 *de facili ſciri* non poterat, ubi, & infra quos fines conſiſtebat dos Eccleſiæ, quæ fundata fuiſſet a ſex circiter annis, anno ſcilicet 1364? Numquid iſtud ſex annorum ſpatium tale eſt, ut Halicienſis Eccleſia dici poſſet, *tanto tempore caruiſſe Catholico Antiſtite &c.*? Altius ſane repetenda Metropolis iſtius fundatio. Anno 1232 Summus Pontifex Gregorius IX ſcripſit Fratribus *Jacobo Creſcentio*, & *Domaslao*, Ordinis Prædicatorum Alumnis Provinciæ Poloniæ, ut Ruthenorum ſtatum penitus recognoſcant, & quæ viderint accurate renuncient, quo ſciat Pontifex num Epiſcopus in Ruſſia conſtituendus ſit? Gregorianum Diploma incipit his verbis: *Significante dilecto filio*: Datum fuit IV Kalendas Maii, Pontificatus anno Sexto. Ipſius meminerunt varii Scriptores, *Bzovius* in Annal. Eccleſ. ad annum 1232 Num.12: *J. Carolus Aroux a S. Vincentio* in Anno Dominicano Parte I Septembris pag. 62 &c. Hinc fundatio Metropolis Halicienſis repetenda videtur. Et ſane Summus Pontifex Innocentius IV non multo poſt, anno nempe 1246 die 3 Maii ſcripſit Henrico noſtro, S. Sedis Apoſtolicæ Legato, aliquot Epiſcopos Latinos in Ruſſia conſtitueret, eiſque confirmationis, & conſecrationis munus impenderet. Diploma legitur *Tomo I hujuſce Bullarii pag.*163 Huc ſpectant aliæ quamplures Apoſtolicæ Conſtitutiones in eodem Bullario deſcriptæ, quas conſulas velim. Liquet enim ex ipſis quod per id tempus Sedes Epiſcopales Ritus latini poſitæ fuerunt in Ruſſia. Id autem argumento eſt, quod vel ipſa Metropolis jam pridem fuerat a Gregorio IX conſtituta, vel ab ipſo Innocentio IV poſita fuerit.

INNOCENTIO IV SUMMO PONTIFICE.

F. Stephanus, Summi Pontificis Cappellanus, ac Pœnitentiarius, Legatus in Gallo-Provinciam mittitur, ut inter Cives pacem conciliet. Qua de re quinque Diplomata ſcripſit Innocentius Quartus, Maſſilienſibus unum, aliud Arelatenſibus, tertium Avenionenſibus, quartum Archiepiſcopo Arelatenſi, quin- Anno 1251 Die 16 Februarii.

quintum univerſis Officialibus, & Miniſtris Comitis Provinciæ. Data ſunt Lugduni XIV Kalendas Martii, Pontificatus Anno octavo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

Anno 1251 Die 20 Februarii. F. Henricus, Summi Pontificis Pœnitentiarius, Legatus mittitur ad Bavariæ Ducem, alioſque Magnates Alemaniæ contra Romanorum Regis rebelles. Legationis Bulla data eſt Lugduni X Kalendas Martii, Pontificatus Anno Octavo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

Anno 1251 Die 1 Aprilis. IDem mittitur ad Sueviæ nobiles: eique prædicationis verbi Crucis contra Conradum, natum Friderici Imperatoris, ejuſque fautores, officium committitur Literis datis Lugduni Kalendis Aprilis, Pontificatus Anno Octavo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

Anno 1252 Die 31 Januarii. B. Bartholomæus de Bragantiis, Summi Pontificis Pœnitentiarius, quem Epiſcopum Nimocienſem Anno 1248 renunciatum dixi *Tomo I hujuſce Bullarii pag.* 263, anno duntaxat 1252 die 31 Januarii Nimocienſis Epiſcopus conſtitutus eſt Literis datis Peruſii Pridie Kalendas Februarii, Pontificatus anno Nono. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

QUod F. Henricus Filangerius, de quo dictum eſt *Tom I pag* 256, Archiepiſcopus Barenſis conſtitutus fuerit anno 1252, conſtat aliis duabus Bullis ab Innocentio IV datis Peruſii Quinto Kalendas Maii, Pontificatus anno Nono: quarum una Henricus iſte deſignatus fuit Barenſis Archiepiſcopus: altera Summus Pontifex Barenſes hac de re certiores fecit. Eidem Fratri Henrico, electo Baren., Caſtrum Ariciæ Albanen. Diœceſis, conceſſit Innocentius IV literis datis Laterani Idibus Decembris, Pontificatus anno Undecimo. Ipſi namque curam, & adminiſtrationem Epiſcopatus Albanenſis commiſerat aliis literis datis Laterani Tertio Kalendas Novembris, Pontificatus anno Undecimo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

F. Petrum de Terracina, cujus memini *Tom. I pag.* 264, Epiſcopum Cajetanum renunciatum fuiſſe, ejuſdem Eccleſiæ Capitulo ſcripſit Innocentius IV literis datis Peruſii Pridie Kalendas Aprilis, Pontificatus Anno Nono. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

F. Angelum Maltraverſum, de quo dictum fuit *Tomo I pag.* 256, Archiepiſcopum Cretenſem conſtitutum fuiſſe die Quinta Octobris 1252, conſtat etiam literis Apoſtolicis datis Peruſii Tertio Nonas Octobris, Pontificatus Anno Decimo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.* Angelus de Venetiis ibidem vocatur.

F. Pancratius Prior Conventus Fratrum Prædicatorum de Anagnia, cujus mentio *Tom. I pag.* 264, Epiſcopus Bituntinus renunciatus eſt Literis Apoſtolicis datis Aſſiſii Pridie Idus Auguſti Pontificatus Innocentii IV anno Undecimo. Eadem de re Capitulo Bituntino Innocentius ſcripſit eodem die. Fratri etiam Henrico Archiepiſcopo Barenſi, *ut aliquem perſonam idoneam ad Eccleſiam Bituntinam vacantem deſtinaret*, mandaverat literis datis Aſſiſii XVI Kalendas Junii, Pontificatus Anno Decimo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

Anno 1253 Die 30 Septembris. ANno 1253 die 30 Septembris *Capitulo Cephaludenſi* ſcripſit Innocentius IV, literis datis Aſſiſii Pridie Kalendas Octobris, Pontificatus anno Undecimo, *Fratrem Thomam Fuſconem de Berta*, *Priorem Urbis*, Cœnobii nempe S. Sabinæ, *ad Eccleſiam Cephaludenſem promotum fuiſſe*. Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.

IDem Thomas Fuſco de Berta Epiſcopus Senenſis conſtitutus eſt die 13 Decembris eodem anno 1253, uti docent auctores laudati *Tomo I pag* 264. Id probat Ughellus ex literis ab Innocentio IV datis Idibus Decembris anno 1253, quas reperire eſt in Regeſto Vaticano *Epiſtola* 291 *folio* 36, Anni Undecimi Pontificatus Innocentii IV. In eiſdem Regeſtis Archivi ſecretioris Vaticani reperitur alia Epiſtola Innocentii IV, qua ſignificat *Capitulo Senenſi Fratrem Thomam, Cephaluden. electum, ad Senenſem eorum Eccleſiam promotum fuiſſe*. Data eſt Laterani Idibus Decembris, Pontificatus Innocentii IV Anno Undecimo.

ISti Thomę Fuſconi de Berta, Nobili Romano, ſucceſſiſſe Thomam Balzettum, Nobilem Senenſem, Ordinis Prædicatorum Alumnum, ex *Ugurgerio Azolino in Pompis Senen. Tit VI: ex Lombardello, & antiquis Tabulariis Archivi Senenſis* probat *Fontana* in *Theatro Dominicano Parte I Tit. LXXXIX num.* 2 *pag* 99. Suffragatur ipſis *Cavalerius Tomo I num.* 53 *pag.* 25: quorum opinioni favet Nota, quæ legitur in Editione Secunda Ughelli Tomo 3 pag. 557, ubi hæc habentur. *His temporibus Senenſem Epiſcopum*

fuiſſe

fuiſſe Fr. Thomam Balzettum, Scottorum Senenſium conſortem, ex Inſtrumentis publicis, iiſque præcipue, quæ in Archivis Hoſpitalis de Scala, & S. Dominici, Senenſibus ſervantur, evidentiſſime patet. Inde duos Thomas ex eodem Prædicatorum Ordine ſucceſſive occupaſſe hanc Sedem, autumat Azzolinus in Pompis Senen Tom. I pag 125, alterum Thomam Fuſconum de Berta Romanum ex Regeſto Vaticano, qui brevi hac Inſula potitus ſit; alterum Thomam Balzettum Senenſem, cui omnia referenda ſint, quæ de Fuſcana hic enarrat Ughellus. Cum Ugurgerio ſentit Fontana in Theatro Dominicano. Quodquidem a veritate alienum nequaquam puto. Quæ cum ita ſint, emendandum, quod legitur *Tomo I pag.264*, ubi ſcripſi, quod Thomas Fuſco de Berta ſederit annos XX, & obierit anno MCCLXXIII. Id, Ughello duce, narravi. *Thomas*, inquit Ughellus pag 560, ... *cum bene Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraſſet annorum viginti curriculo, meritiſque plenus, anno 1273 ultimum diem clauſit, conditusque eſt in communi Epiſcoporum oſſuario in æde Cathedrali.* Scilicet ad hunc annum 1273 referenda mors *Thomæ Baluetti*. Cui etiam adſcribenda hæc alia Ughelli verba: *Vir fuit in Divina Sapientia longe clariſſimus, ac ſingulari pietate erga Deiparam Virginem: Auctorque Senenſibus, ut ſingulari voto ad ejuſdem tutelam confugerent. Eccleſiæ Cathedralis Operarios inſtituit, attribuitque ſumptus non paucos ex menſa Epiſcopali ad Templi honeſtamentum, unde poſtea ſtupendum opus venit ad Poſteros. Ad eum ſcripſit Alexander IV, ut in Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarioſque Populi Senenſis inquireret, ac quæ in dedecus eccleſiaſticæ libertatis ſuis Decretis publica ſanxiſſent, ſua, Pontificiaque auctoritate, eorundem impietatem imperterrite jugularet. Epiſtolam exhibet Regeſtum Vaticanum ſub dat. Anagniæ X Kalendas Februarii, Pontificatus Quinto, qui fuit Chriſti anno 1258. Idem ab Urbano IV Clementis Succeſſore anno 1262 per literas exoratus, graves lites compeſcuit, quæ inter ſe inhumaniter exercebant Senenſes, quorum Princeps habebatur Malitia Scatens, dives, & præpotens Civis. De hac re in ſpiritu ardoris ſcribit Urbanus tum Epiſcopo, tum Poteſtati Senarum literas, quas legimus in eodem Vaticano Regeſto, datas apud Montemflaſconem Pridie Nonas Octobris Anno Secundo.* Hæc Ughellus: quæ cum de *Thoma* dicta ſint, erravit *Plodius*, qui quendam ex noſtris nomine *Gregorium de Incontris* Senis anno 1269 ſediſſe ſcripſit. *Cavalerius* autem *Tomo I pag 78 num 247* Gregorium iſtum, quem Beatos inter recenſet, Senenſi quidem Eccleſiæ præfuiſſe docet, ſed regiminis annum definire non audet.

F. Bartholomæum, anno duntaxat 1254, præfuiſſe Pactenſi Eccleſiæ, ſcripſi *Tomo I pag 264*. Id probavi ex Innocentii IV Conſtitutione data V Kalendas Aprilis, Pontificatus anno Undecimo. Idem firmatur ex aliis literis Apoſtolicis datis Laterani Nonis Januarii, Pontificatus anno Undecimo, Chriſti 1254: quibus *F. Bartholomæus de Lentino, Ordinis Prædicatorum præficitur Pactenſi Eccleſiæ*. Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.

AD Georgiæ Prælatos mittuntur Fratres Prædicatores, *quibus de ſecuro conductu, & aliis neceſſariis provideri injungitur* ab Innocentio IV, literis datis Laterani, IV Kalendas Martii, Pontificatus anno Undecimo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Innocentii IV.*

Anno 1254 Die 26 Februarii.

URBANO IV SUMMO PONTIFICE.

F. Jacobum anno 1263 Epiſcopum Valvenſem renunciatum fuiſſe, ſcripſi *Tomo I pag.447*. Id conſtat ex Apoſtolicis literis ab Urbano IV datis apud Urbem veterem Pridie Nonas Martii, Pontificatus anno Secundo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

ANno 1263 die 1 Auguſti *Patriarchæ Antiocheno, ut Willelmo de Fraxinent, Anglico, Ordinis Prædicatorum, in Epiſcopum conſecrato, de aliquo Epiſcopali titulo in Arabia media, vel Armenia, provideat*, ſcripſit Urbanus IV literis datis apud Urbemveterem Kalendis Auguſti, Pontificatus anno Secundo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.* Guillelmi Tripolitani, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Bethleemitani meminit *Odoricus Raynaldus in Annal. Eccleſiaſtic. ad annum MCCLXIII numer.XII.* Epiſcopum Tripolitanum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum fuiſſe Willelmum, liquet ex aliis literis Urbani IV, quarum una, data apud Urbemveterem VII Idus Januarii, Pontificatus Anno Tertio, ſcripſit *Ludovico Francorum Regi, ut centeſimam Beneficiorum Regni pro ſubſidio Terræ Sanctæ ad inſtantiam Willelmi Epiſcopi Tripolitani, Ordinis Prædicatorum, Nuncii Terræ Sanctæ, deputatam Epiſcopo Tyron. aſſignari mandet.* Altera, eodem die, de eadem re ſcripſit ad Archiepiſcopum Tyren.; cui inſuper literis datis apud Urbemveterem VI Kalendas Auguſti, Pontificatus anno Tertio, mandavit, ut de centeſima, pro ſubſidio Terræ Sanctæ deſtinata, eidem Willelmo, Ordinis Prædicatorum, in Terra Sancta Nuncio, aliquam pecuniæ ſummam aſſignaret pro reparatione Caſtri Joppen. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

Anno 1263 Die 1 Auguſti.

F. Simon de Clizone, quem Epiſcopum Maclovienſem ab Alexandro IV anno 1259 renunciatum dixi *Tomo I pag 413*, eidem Eccleſiæ præfectus eſt ab Urbano IV literis datis apud Urbemveterem IV Nonas Martii, Pontificatus anno Tertio, Chriſti 1264. Qua de re eodem die alias literas ſcripſit Urbanus Aurelianenſi Epiſcopo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

F. Jacobus Ordinis Prædicatorum, Lector ejuſdem Ordinis apud Urbemveterem, quem anno 1264 Archiepiſcopum Tranenſem conſtitutum ſcripſi *Tomo I pag.*447, eidem Eccleſiæ præfuit anno 1263, ut habetur ex literis Urbani IV datis apud Urbemveterem XV Kalendas Decembris, Pontificatus anno Tertio. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

F. Creſcentius de Cava, rectius de Cavis, ut in Regeſtis Pontificiis nuncupatur, quem Epiſcopum Alatrinum anno 1263 creatum dixi *Tomo I pag.*447, anno duntaxat 1264 eidem Sedi præfectus eſt ab Urbano IV, literis datis apud Urbemveterem, Tertio Nonas Julii, Pontificatus anno Tertio. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

F. Gualterum de Calabria, cujus memini *Tomo I pag.*448, Epiſcopum Gabulenſem anno 1264 conſtitutum fuiſſe, conſtat ex literis Urbani IV datis apud Urbemveterem Idibus Julii, Pontificatus anno Tertio. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

B. Ambroſium Sanſedonium, Priorem Fratrum Prædicatorum Urbevetan., cujus mentio *Tomo I pag.*448, Legatum ad Januenſes pro Romanæ Eccleſiæ negotiis deſtinatum fuiſſe, conſtat ex Urbani IV literis datis apud Urbemveterem XV Kalendas Julii, Pontificatus anno Tertio, Chriſti 1264. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Urbani IV.*

B. Bartholomæum de Bragantiis, cujus ſæpius memini (variis enim præfuit Eccleſiis, & S. Sedis Apoſtolicæ Legatus fuit) Patriarchalem Jeroſolymitanam Sedem rexiſſe, negat *Echard Tomo I Scriptorum Ordinis Prædicatorum ad annum MCCLXX pag* 256 *&c.* cui *Papebrochius*, aliique complures Scriptores, quos inter recenſendus *Matthæus* noſter *Texte*, Alumnus eximius Toloſanæ Provinciæ, refragantur. Momentis, quibus ductus fuit *Echard*, victus ego, Patriarcham iſtum neglexi in *Appendice ad Pontificatum Urbani IV*. Verum, re maturius perpenſa, ſic urget vetus illud Epitaphium ipſius tumulo primum inſcriptum, ut Patriarchas inter Jeroſolymitanos Bartholomæum recenſendum crediderim. Elogium Sepulcrale vetus, quod habetur ex Vicentini Cœnobii monumentis, hujus tenoris eſt:

HAC LAPIDUM COMPAGE JACET VENERABILIS, URBE
BARTHOLOMÆUS IN HAC PASTOR, DANS DOGMATA TURBÆ.
IN CIVITATE PATRI PAR VIXIT, HIC ORDINIS HUJUS,
JERUSALEM PATRIARCHA FUIT: DILEXIT ET OMNES:
SCHISMATICUMQUE SUO CONFUDIT DOGMATE GALLUM.

Hæc verba: *Jeruſalem Patriarcha fuit*: ſic leguntur in alio Epitaphio, quod incipit: *Clauditur hoc tumulo.*

JERUSALEM PATRIARCHA FUIT, LOCA SANCTA RESTAURANS.

Quo tempore poſterius iſtud Epitaphium Sepulcro *Beati Bartholomæi* fuerit inſcriptum liquet ex ipſo, cujus hic finis:

POST TRES OCTOGINTA ANNOS TRANSFERTUR, ET ECCE
INTEGRUM CORPUS VISUM EST CUM VESTIBUS EJUS:
CONCIVES GRATI STATUAM POSUERE PERENNEM,
ÆTERNUM UT VIVAT, VIREAT, LAUDETUR, AMETUR.

Scilicet anno octogeſimo tertio poſt ipſius mortem, tempore tranſlationis, iſtud poſterius Epitaphium poſitum fuit: & anno 1663 renovatum a *F. Baſſano Brixienſi*, ut habetur ex his verbis: *Monumentum vetuſtate ferme collapſum hujc formæ, huic marmori reddidit F. Baſſanus Brixienſis, S. T. M., hujus Cœnobii Prior anno Domini MDCLXIII*. Et ex his Epitaphia duo habemus, quorum recentius anno MCCCLIII, octogeſimo ſcilicet tertio poſt *B. Bartholomæi* mortem ipſius tumulo fuit inſcriptum. Iſtud eſt cujus auctoritatem reſpuit *Echard* his verbis pag. 257: *Quid ergo, inquies, de Sepulcrali Epigraphe a Barbarano relata dicendum? Hieruſalem Patriarcha fuit. Urgeret quidem illa, ſi ea eſſet, quæ primo ejus tumulo inſculpta, cum ad ſuperos evolavit: at cum longe recentior ſit, & nonniſi anno MCCCLIII, qui ab ejus morte octogeſimus tertius erat, novo in quod ſacra ejus Lipſana tranſlata ſunt Sepulcro inſcripta, nullam fidem facit repugnantibus antiquis, & æqualibus Monumentis.* Quid ergo, numquid antiqua, & æqualia Monumenta negant, B. Bartholomæum Jeroſolymitanum Patriarcham fuiſſe? Minime gentium: ſed ſilent, & ſilendo probant, Bartholomæum e Patriarcharum albo expungendum eſſe. Verum ſileant illa, quæ nobis objiciuntur Monumenta, modo loquatur unum, ceterorum ſilentium ne vola quidem dicit, nihil probat, non officit. Vetus illud impræſentiarum loquitur Epitaphium mox deſcriptum; & licet poſterioris auctoritatem reſpuat *Echard*, auctoritatem tamen prioris infringere non audet, ex iſtius igitur vetuſtioris Epitaphii teſtimonio Jeroſolymitana Sedes Patriarchalis aſſerenda *B. Bartholomæo de Bragantiis*. Sed de his fuſiori calamo diſſeretur in Annalibus Familiæ Prædicatorum.

CLE-

CLEMENTE IV SUMMO PONTIFICE.

F. Paparonum, cujus memini *Tomo I pag* 500, Epiſcopum Fulginatenſem conſtitutum fuiſſe, conſtat ex Clementis IV Literis datis Peruſii V Kalendas Julii, Pontificatus anno Primo. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Clementis IV.*

TOmo I pag.501 ad annum 1267, ex *Bernarda Guidonis*, *Leandro Alberto*, & *Cavalerio* memini cujuſdam Epiſcopi Hiberniæ, cujus nec nomen, nec Sedem exhibui. Is autem fuit Frater Carbracus o Scoba Epiſcopus Rapotenſis, in Hibernia, ſub Archiepiſcopo Armachano: cujus nomen in antiquo MS. Bernardi Guidonis ſe reperiiſſe, narrat *Thomas* noſter *Sonegius* in anno Dominicano ad diem 10 Maii pag.531, ubi vitam hujus Epiſcopi deſcribit. Unus fuit ex Patribus Concilii Generalis Lugdunenſis Secundi: Obiit Lugduni anno 1274. Ejuſdem Epiſcopi nomen prodit *Franciſcus Porterus* in Compendio Annalium Eccleſiaſticorum Hiberniæ Sectione 5 Cap 7 pag 177. Anno 1267.

F. Otto, Cappellanus Epiſcopi Oſtien., & Velletren., quem ab Urbano IV Mindenſem Epiſcopum conſtitutum fuiſſe dixi *Tomo I pag*.447, eidem Eccleſiæ præfectus eſt a Clemente IV Literis datis Viterbii XV Kalendas Septembris, Pontificatus anno Tertio. *Ex Archivo ſecretiori Vaticano in Regeſtis Clementis IV.* Anno 1267 Die 18 Auguſti.

B. GREGORIO X SUMMO PONTIFICE.

F. Bernardus de Muro, quem *Fontana* in Theatro Dominicano Parte I Tit.632 pag.322, ex Fernandez, & *Cavalerius* Tomo I pag 32 num 84, Epiſcopum Vicenſem, *Vich*, in Catalonia, ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, circa annum 1274 a B. Gregorio X conſtitutum docent, longe antea eidem Sedi præfuit, ut videre eſt apud *Diagum* in Hiſtoria Provinciæ Aragoniæ Lib.II Cap.VI pag.109 a tergo.

F. Gregorium Epiſcopum Alatrinum Lugdunenſi Secundo Concilio Generali interfuiſſe, docet *Cavalerius* Tomo I pag.79 num 249, ex Altamura, & Fontana: quibus ſuffragatur *Medranus* noſter in Hiſtoria Provinciæ Hiſpaniæ Tomo II pag 552 De *Gregorio* iſto hæc habentur in Nota quæ legitur apud *Ughellum* in Italia Sacra Tomo I pag.291 Editionis Venetæ: *Altamura in Bibliotheca Dominicana Gregorium quendam ex Ordine Prædicatorum Epiſcopum Alatrinum in Concilio Lugdunenſi II ſediſſe, ait, anno 1274: neque unde id hauſerit, refert. Et profecto, quod hic inſeratur, nil repugnat, ſi validum intereſſet teſtimonium.* Hæc illi. Verum timeo ne *Gregorius* ille ſit ipſemet *Creſcentius de Cavis* Epiſcopus Alatrinus, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Urbani IV.*

NICOLAO III SUMMO PONTIFICE.

F. Johannem Ordinis Fratrum Prædicatorum Archiepiſcopum Cantuarienſem, in Anglia fuiſſe, docet *Cavalerius Tomo I pag.*695 *num.*5, fretus auctoritate *Ciaconii*, cujus hæc verba: *M. Fr. Robertus Kilwarbius obiit anno* 1280 *Viterbii, & in eius locum Archiepiſcopus Cantuarienſis creatus eſt Fr. Johannes ejuſdem Ordinis.* Verum *Johannes* ille, qui *Roberto* ſucceſſit, *Johannes Peckam* vocatur, & Ordinis Fratrum Minorum Alumnus fuit.

ANno circiter 1280 Fratrem Rogerium Epiſcopum Viterbienſem fuiſſe, docet *Fernandez*, cui ſuffragatur *Cavalerius Tomo I pag*.41 *num* 110. Fontana vero de hoc Epiſcopo ſic loquitur in Theatro Dominicano Parte I Cap 5 Tit 639 pag 324: *Fernandez quendam Rogerium Viterbien. Epiſcopum facit anno* 1280, *& Ruffinum Strectum circa annum* 1304, *quod & Plodius affirmat: ceterum cum Ughellus in nomenclatura Epiſcoporum huius Eccleſiæ nullam de his mentionem faciat, fides ſit apud ipſos.* Floruit per id tempus *Rogerius Caleagnus*, uti probat *Echard* Tomo I Scriptorum Ordinis ad annum 1282 pag.388. Sedi *Caſtrenſi* nuncium remiſerat anno 1274. Num, mortuo *Philippo* noſtro, Viterbienſis Epiſcopus renunciatus antea ſit, quam *Petrus Capoccius* ejuſdem Sedis Antiſtes fuerit, ut affirmare, ſic negare non auſim.

QUod Frater Albertus Tarviſinus Eccleſiam Tarviſinam rexerit, docet *Plodius*, cui ſuffragatur *Cavalerius Tomo I pag.*82 *num.*259. Ducem peroptarem antiquiorem.

BONIFATIO VIII SUMMO PONTIFICE.

BErnardus aliis Bernardinus, vulgo Veria, Azaro, Dreparen., Epiſcopus Varinen., ſeu Vorien., vel Verien., rectius Berrhæen., in Macedonia, ſub Theſſalonicenſi. *Fontana in Theatro Dominicano Parte I Cap.5 Tit.64 pag.326.* *Cavalerius Tomo I pag 329 Num.379, ex Lopez.* Quo tempore vixerit *Bernardus*, ſilent *Lopez*, & *Fontana*. Seculo XV, vel XVI floruiſſe, putat *Cavalerius*; ſed, cum *Bernardus Guidonis* in opere quod vulgavit ineunte Seculo XIV meminerit Epiſcopi Varinen., quem crediderim eſſe *Bernardum* noſtrum, hinc Seculo XIII Bernardum floruiſſe, dicendum videtur.

EX eodem *Bernardo Guidonis* Frater Jacobus Floriſamoris Epiſcopus fuit, ſed nomen Sedis non prodit. Ipſius meminit loquens de Epiſcopis Provinciæ Græciæ.

IBidem meminit *Bernardus* noſter Matthæi de Oſemo Archiepiſcopi Corinthii. In antiquo Codice MS., quo uſus eſt *Echard*, legit Vir eruditus: *De Oſenio*: uti monet T. I Scriptorum Ordinis ad annum 1282 pag.389. col.2 dicens: Guillelmus de Moerbeka *ſucceſſorem habuit immediatum ſodalem F. Matthæum de Oſenio* (*ſic enim nomen ejus Legitur apud Bernardum Guidonis*.) Sic etiam legebam ego in veteri MS. Codice. Sic ſcripſi *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Bonifatii VIII pag.71*. Verum monitus Codicem MS. attentius expendi, mihique plane compertum, quod nulla ibi reperitur litera *i*, ac legendum *Matthæus de Oſemo*, id eſt Auximanus; Auximum enim, vulgo *Oſimo*, in Piceno, Auxumum nonnullis, aliis Oximum, & Oſimum dicitur. Præter Scriptores laudatos loco citato, conſulendus *Johannes Baldi* Canonicus Eccleſiæ Auximanæ in libro cui titulus: *Le Vite degli inclìti Martiri Vitore, e Corona, di S. Leopardo Veſcovo*, e degli *altri Santi, che ſono ſepolti nella Chieſa Oſimana &c.* Prodiit Anconæ 1620. Pag. 173 loquens de Sanctis, & Viris illuſtribus Auximanis Matthæum noſtrum laudibus egregiis ornat, ceu virum, qui Archiepiſcopali dignitate fulgens, morum candore, ac eximiis virtutibus, gentem ſuam, & Prædicatorum Familiam illuſtravit. Vetus effigies Matthæi ſervatur Auximi in ædibus *Taleonæ* gentis, antiqua nobilitate claræ, ex qua *Matthæus* noſter prodiit, uti liquet ex priſcis monumentis ejuſdem Familiæ: & in primis ex ipſius Stemmate, ſeu Conſanguinitatis arbore, in cujus veteri deſcriptione leguntur hæc italica verba: *Parimente della noſtra Famiglia e ſtato il renomato P. Matteo Frate di S. Domineco, il quale era ſcientifico, e quel che e più, di vita ſanta; era Veſcovo: & era un bel Omo, come ſe contempla nel Quadro in Caſa. Queſto e ſtato Figlio di Uſepio Taleoni, il quale avette quattro Figli, cioè Ottavio, il quale s'accasò: Gion: Battiſta, il quale ſi fece Sacerdote: e Matteo, che e queſto Santo Servo di Geſu Criſto, e l'altro Proſpero, il quale ſi fece Frate del Carmine.* Id eſt: Ex eadem familia noſtra oriundus eſt etiam famoſus ille P. Matthæus. Alumnus Ordinis S. Dominici. Non doctrina ſolum, ſed, quod caput eſt, vitæ ſanctimonia fuit conſpicuus. Erat Epiſcopus. Egregia forma præſtabat, uti videre eſt ex ipſius effigie domi ſervata. Patrem habuit Uſepium Taleoni, cui filii quatuor: Octavius ſcilicet, qui duxit uxorem: Johannes Baptiſta, Sacerdotio poſtea præditus: Matthæus, Sanctus ſcilicet iſte Jeſu Chriſti Servus: ultimus Proſper, qui Ordini Carmelitano nomen dedit. *Ex Auximano Codice MS. penes Illuſtriſſimos DD. Ludovicum, & Camillum ejus Filium, Comites de Taleonibus, Patricios Auximates.*

B. BENEDICTO XI SUMMO PONTIFICE.

ERuditus *Antonius Scoti* in Libro cui titulus *Memorie del Beato Benedetto XI Pontefice Maſſimo, detto pria Frate Niccolo da Trivigi dell'Ordine de' Predicatori: In Trevigi*, 1737: monet *pag.166*, quod in *Appendice ad Pontificatum ejuſdem B. Benedicti*, Epiſcopos ab eodem creatos recenſens, omiſerim *Andream Pandonum* Archiepiſcopum Capuanum, cujus meminit *Ughellus* in Italia Sacra. Omiſi, fateor, quia mihi nullatenus compertum. quod *Andreas* iſte *Pandonus* adſcribendus ſit Familiæ Prædicatorum Alumnis, de quibus duntaxat in *Appendice* mox laudata ſermo erat.

CLEMENTE V SUMMO PONTIFICE.

ANno circiter 1310 Fratrem Franciſcum Tarviſinum, quem Epiſcopum Senoverenſem dicunt, obiiſſe, docet *Cavalerius* Tomo I pag.69 Num.215. *Plodium*, & *Sonegium* duces habet *Cavalerius*. Eundem Franciſcum Senenſi Eccleſiæ præficit *Fontana* in Theatro Dominicano Parte I Cap.4 Tit.89 pag.99 dicens: *P. F. Franciſcum de Tarviſio Senenſem Eccleſiam regendam ſuſcepiſſe circa annum 1445 affirmant Plodius Parte 2 Lib.3, Razzius, Taegius, & Fernandez, de quo tamen nil memoria dignum recenſent: ſubduntque ante hunc etiam P. F. Antonium de Guardavalle eandem Eccleſiam rexiſſe circa annum 1378. Utrumque autem ex Senenſium Epiſcoporum catalogo expungunt Ughellus, & Ugurgerius, qui aſſerit hunc Antonium non Senis, ſed alibi Epiſcopum præfuiſſe.* Alibi utique præfuit *Franciſcus*, nec enim diſtinguendus a *Franciſco* de Arpo, Tarviſino, Epiſcopo Cenetenſi, cujus memini *Tomo 2 pag.37 ad annum 1291*. Bernardus Guidonis ipſum vocat *Franciſcum de Treviſio Epiſcopum Senenen.* Quæ *Senenenſis* nomenclatura amanuenſi *Bernardi Guidonis* adſcribenda videtur. Hinc autem prodiit Epiſcopatus ille *Senoverenſis* Franciſco datus.

F. Fran-

F. Franciſcum Gravanum, Venetum, a Clemente V Archiepiſcopum Antibarenſem creatum, *docent Altamura* ad annum 1312, & *Rovetta* ad annum 1317. Ipſum Græce peritiſſimum, & unum ex Patribus Viennenſis Concilii dicunt. Qua de re citant *Taegium* Parte I Monumentorum Ordinis. Scriptores *illos*, ægre tamen, excipit *Cavalerius* Tomo I pag.72 Num.226. Dubios inter recenſendus videtur Archiepiſcopus iſte. Adeas *Echard* Tomo I Scriptorum Ordinis ad annum 1318 pag.517.

INNOCENTIO VI SUMMO PONTIFICE.

ANno 1360 Fratrem Conradum Epiſcopum Auximanum creatum ſcribit *Cavalerius* Tomo I pag. 159 Num.246. Ipſi præierat *Fontana* in Appendice ad Theatrum Dominicanum pag.621, ubi hæc habet. *Tranſlato ad Fanenſem Eccleſiam Luca, creatur Epiſcopus Auximanus P. F. Conradus ab Innocentio VI anno 1360: qui duodecim annos & ultra ibidem laudabiliter præfuit. Quibus exactis animam Creatori reddidit..... Conrado ſuffectus eſt Epiſcopus P. F. Petrus de Maſſeis nobilis Aſculanus &c.* Hæc Fontana noſter ex *Ughello* in antiqua editione. Verum in Ughelliana editione Veneta *Conradus* expunctus eſt ex albo Epiſcoporum Auximatum. Et ſane liquet ex Innocentii Sexti Conſtitutione X, quæ legitur *Tomo II hujus Bullarii pag.*250, quod, *Luca Manello* translato ad Fanenſem Eccleſiam, *Petrus Simon de Maſſeis* Epiſcopus Auximanus renunciatus fuit anno 1358 die 24 Januarii. Ex Urbani V. Conſtitutione data apud Montem Flaſconem Quarto Idus Julii, Pontificatus anno Sexto, Chriſti 1368, quam refert *Martorellus* in Hiſtoria Auximana pag.158, & legitur in *Ughelli* editione Veneta Tomo I pag.504, habetur quod per id tempus Eccleſiam Auximanam regebat idem *Petrus Simon de Maſſeis*. Ex iſtius Epitaphio conſtat quod vixit ad annum 1381. Legitur in Aſculana Eccleſia S. Petri Martyris, ante aram principem:

ANNO DOMINI MCCCLXXXI, ET DIE III.
MENSIS AUGUSTI. HOC EST SEPULCHRUM DOMINI
PETRI DE ASCULO, EPISCOPI AUXIMANI DE ORD.
PRÆDICATORUM.

Ex Ughello tandem loco laudato pag.505 *Petro Simoni de Maſſeis* ſucceſſit *Petrus de Monte Filiorum* qui deceſſit anno 1400. Quæ cum ita ſint vel alius annus aſſignandus Epiſcopatui *Conradi*, vel inter Auximates Epiſcopos nullatenus recenſendos.

GREGORIO XI SUMMO PONTIFICE.

T*Omo II in Appendice ad Pontificatum Gregorii XI pag.*293 memini Yvonis, ſeu Eveni, Begaignon, Galli, quem Cardinalem dixi ex antiquo Codice *MS.*, variiſque Scriptoribus, ibidem laudatis. Ex ipſis duo, *Friſonius* ſcilicet, ac *Albertus le Grand* teſtes ſe produnt illius veteris Codicis, ſcripti eodem ferme tempore quo Cardinalis *Yvo* ſacræ purpuræ ſplendore fuit inſignitus, *Cardinalem iſtum*, inquit Albertus Le Grand pag.678. Operis cui titulus: *La vie, geſtes, mort, & miracles des Saints de la Bretagne Armorique: Enſemble un ample catalogue Chronologique, & hiſtorique des neuf Evechez de cette province:* Nannetis 1637, *Cardinalem iſtum reperi in antiquo Codice ſcripto anno* 1372, *cujus hæc verba: Frater Yvo, alias Evenus, Begaignon Ordinis Fratrum Prædicatorum, Cardinalis Epiſcopus Praneſtinus, vulgo Cardinalis de Morlacia dictus;* Hæc autem Galli Scriptoris verba: *Je l'ai trouvè dans un ancien Manuſcrit datè de l'an 1372, nommè Cardinal en ces termes: Frater Yvo, alias Evenus &c.* Hæc Albertus, cujus ſic meminit *Echard* Tomo II Script. Ord. Præd. pag.522 ad annum 1640: *F. Albertus Le Grand, vernaculo ſic agnomine gentilitio dictus, gente fuit Armoricus, ortu Morlaeenſis, Diœceſis Leonienſis, profeſſioneque Redonenſis, ingenio quidem ille ſagaci, literiſque melioribus addicto, at forma non admodum eleganti, ſtatura puſillus. Poſt varia obita cum laude apud ſuos officia, animum ad hiſtoriam applicuit, adjutuſque Dolenſis Epiſcopi gratia, & ſumptibus, quæ ad Eccleſiaſticam Patriæ Hiſtoriam ſpectarent, antiqua ſcrutatus eſt labore plurimo monimenta, atque collegit, ex quibus ille vernacula Gallorum lingua conſcripſit, atque in lucem emiſit: la vie, geſtes &c.*

Anno 1371 *Frater Yvo* S. R. E. Cardinalis renunciatus erat, uti ſcripſi loco laudato. Ejuſdem igitur ætatis erant & Cardinalis, & Auctor Codicis ſcripti anno 1372. Ex ſeverioris critices regulis fidem certe denegare non poteram id genus veteri Monumento, quo duce, *Friſonius* loquebatur: quod vir emunctæ naris *Albertus* penitius expenderat: cui conſentit totius Galliæ, & in primis Britanniæ, ex qua *Yvo* noſter oriundus fuit, conſtans traditio, cujus præter auctores citatos teſtis eſt *Auberius* in Hiſtoria Cardinalium anno 1641 dicata Cardinali *de Richelieu*: Quod confirmant cetera monumenta, non ſolum familiæ *du Rumen Begaignon* antiqua nobilitate claræ, ſed etiam Cœnobiorum *Morlaeenſis*, cujus ab anno 1326 Alumnus fuit *Yvo*; *Pariſienſis S. Jacobi*, in quo Doctoratus lauream conſecutus eſt anno 1338; ac *Romani S. Mariæ ſupra Minervam*, in cujus Æde ſacra ſepultus eſt: illi, inquam, veteri monumento, tot aliis firmato, fidem denegare ex eo non poteram, quod id genus probationibus ſeverior critice faſces ſubmittit, ipſas libenter amplectitur, ipſis ſuffragatur.

Nuper tamen prodiit unus qui de critice ſcribens Hiſpanus, librum vulgavit, cui titulus: *Norte Critico con las Reglas mas ciertas para la Diſcrecion en la Hiſtoria &c.* Valentiæ 1733 & 1736. Eo in opere miratur Hiſpanus quod *Yvonem* Gallum S. R. E. Cardinalem dixerim. *Admiramos*, inquit Sermone VIII num.10 pag.483 prioris editionis, & Tom. II Sermone VIII num.10 pag 432 editionis ſecundæ, *Admiramos que el M. Bremond con tres Eſcritores del Siglo XVII aya dado aſſenſo a tal Cardenalato.* Id eſt: *Miramur,*

quod

quod *M. Bremond ex trium Seculi XVII Scriptorum teſtimonio Yvonis Cardinalatui præbuerit aſſenſum.* Miror & ego ſtili gravitatem, ſi idem deſidero. Non enim trium Seculi XVII Scriptorum teſtimonio ductus, *Yvonem* Cardinalem dixi; ſed mihi Scriptorum ſententia probata, quod veteris *MS.* Codicis, quem laudavi, auctoritate firmaretur. Quid in hoc mirum, alius dixerit.

Oldoinum Cenſor objicit. Nec enim *SOLO duce MS. antiquo*, auſus eſt Oldoinus Frizonii Sententiæ ſubſcribere, & inter S. R. E. Cardinales *Yvonem* numerare. Scilicet *Oldoinus* nullatenus comperta cetera venerandæ antiquitatis monumenta quibus *Frizonii* ſententia firmatur, & ex hoc fluctuans non audet aſſentiri *Frizonio*. Verum cum mihi tot argumentis exploratiſſimum foret, ſpectatæ fidei Codicem *MS.*, quem *Frizonius* laudat, vera narrare: numquid ego *Frizonii* ſententiæ refragari jure poteram? Movetur etiam *Oldoinus* ex eo quod *Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana Yvonem hunc inter Epiſcopos Trecorenſes non numeret*: Numquid vellet amicus Cenſor, quod ex hujuſce Galli ſilentio *Yvonem* noſtrum expunxiſſem ex Epiſcoporum Trecorenſium albo, cum tamen hæc illi Sedes aſſeratur ex ipſiſmet Regeſtis Pontificiis, ex Tabulario Vaticano, & ex variis indubiis monumentis, de quibus Scriptores laudati *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Urbani V pag. 263 ad annum 1362*? Audiat amicus, utor & ego critice, non illa quidem quam minus ſidam (ut erga me ſe nonnunquam probat urbanum, placidum, benemeritum) Cenſor aſſerit: ſed quæ ſana ſit, æqua, prudens. Etenim, ſi moroſa, ſi levis, ſi ventoſa, critice ſit, ipſam negligo, fateor; abſit, adhibeam. Scilicet critice, quæ cupiditatibus ſervit, aut id genus laborat vitiis, a viris cordatis contemnitur. Nec dubito, quin Cenſor in eandem opinionem pedibus eat. Quid enim quærimus, niſi veritatem? Nec me movet alicujus Auctoris ſilentium, ſi vel lapides ipſi loquantur, ut de hoc Epiſcopo Trecorenſi videre eſt. Id unum reſponſum velim Scriptorum ſilentio quod objicit Cenſor.

Nec tamen prætermittenda difficultas alia quam petit ex Sepulcris Minervitanis. Monet ibidem *Numero IX*, quod *Yvo* conditus fertur in Æde ſacra Minervitani Cœnobii. Quod utique verum. *Yvo*, verbis utor Oldoini in Additionibus ad Ciaconium Tom II Vit. Pontif. & Cardinal. ad annum 1370 pag. 613 Num. XXIII, *Yvo, quem Evenum nuncupant Armorici, natione Gallus, ortus ex ſtirpe, & familia Rumen Begaignon, Ordinis Prædicatorum Alumnus, ex Doctore Theologo Pariſienſi renunciatus Antiſtes Trecorenſis, excepit adventantem Britanniæ Ducem Joannem, cognomento victorem, eique Sacramentum clientelæ præſtitit, ac multa ab eo præclara privilegia, & exemptiones in ſui Cleri favorem obtinuit anno 1360. Et anno ſequenti ſacris veſtibus indutus affuit, cum Joannes Dux, ipſo die Virgini Aſſumptæ ſacra, primum lapidem poſuit frontis magnificæ Collegiatæ Eccleſiæ Deiparæ Morlaci, quam fundarat Dux Joannes II. Ab Urbano V Romano Pontifice Avenionem vocatus, Magni Pœnitentiarii munus exercuit. Cardinalem fuiſſe anno a partu Virginis 1371, qui fuit primus Gregorii XI, habetur ex antiquo manuſcripto, in quo legitur, teſte Frizonio*: Yvo, alias Evenum (Evenus) Begaignon Ordinis Prædicatorum, Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, vulgo Cardinalis de Morlacia. *Romam deinde profectum Yvonem, cum Gregorio XI Avenionem deſerente, ſcribit Frizonius, reſignaſſe Epiſcopatum Trecorenſem, & e vivis abiiſſe Romæ anno Domini 1378, ac ſepultum in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam, quæ eſt Patrum Dominicanorum.* Hæc apud Oldoinum. Igitur Romæ ſepultus eſt *Yvo* noſter. At, inquit Cenſor, anno 1700 Minervitani Conventus Sepulcra luſtrans, ipſorumque recognoſcens epitaphia, Sepulcrum nullum Cardinalis *Yvonis* reperii. Nec dubitat, quin aliquod ſaltem ipſius veſtigium vidiſſet, ſi re vera Cardinalis *Yvo* conditus ibidem fuiſſet. En Cenſoris verba: *En dicho Convento de la Minerva no ay veſtigio de ſu ſepulcro; y es cierto, que ſi huviera muerto Cardenal, y ſido enterrado en aquella Caſa, ſe diſtinguiria ſu ſepultura como la de otros Cardenales, y Prelados, que alli eſtan enterrados, ſegun pudimos obſervar, conſiderando aquellos Sepulcros, y Epitaphios en el año de 1700, en que les vimos muy de eſpacio.* Id eſt: *In dicto Conventu Minervitano nullum prorſus Sepulcri Cardinalis Yvonis veſtigium reperire eſt. Certum eſt autem, quod ſi ſepultus eſſet ibi, præ aliis ipſius, non ſecus ac ceterorum, cum Cardinalium, tum Præſulum, ſepultura ſuſpiceretur: ut anno 1700 ejuſdem Eccleſiæ Sepulcra & Epitaphia diu, & attente, viſitantes, obſervare potuimus.* Hæc Cenſor. Quæ legens memini cujuſdam, miri candoris viri, Parochi, ſeu Curionis, conterranei mei, quem probe novi. Ipſum cum Præſul, Diœceſim luſtrans, interrogaſſet de mortuis; eorum, inquit, numerum ſi ſcire peroptas, Præſul ampliſſime, mecum pergere ne graveris ad ſepulcrales areas, mortuos ibi reperiemus, quot ſint, videbimus. Hæc ille. Verum, niſi me meus fallat animus, qui ſerio ſe gerens, re vera dignoſcere deſiderat, an alicujus defuncti cadaver in Æde ſacra conditum ſit, ſi Sepulcrum ibi non videat, mortuales, quos vocant libros, vel id genus ejuſdem Eccleſiæ cetera monumenta conſulat, oportet. Id ubique terrarum fieri ſolet. Mirum quod id Cenſor neglexerit. Hinc certe quam quærebat *Yvonis* ſepulturam nullo negotio compertam habuiſſet in Æde ſacra Minervitani Cœnobii. Ipſi fortaſſis perſuaſum, quod Cardinales omnes, & ipſi Præſules, quo fulgent ſplendore viventes, ita mortui jacent, ut a ceteris ſecerni valeant ſemper, vel ex Epitaphio, vel ex lapide ſepulcrali. At, licet ita plerumque contingat, Cenſorem tamen nullatenus latere poteſt, quod, variis de cauſis, & lapis ſepulcralis, & Epitaphium ſæpe deſiderantur, nec, ubi reperiuntur, id ſemper argumento eſt, quod ibidem defunctus ſepultus ſit ille, cujus meminit Epitaphium. Id ſexcentis exemplis evinci poſſet, demus amico quædam domeſtica quibus criticos libros poterit illuſtrare.

In Æde Sacra Minervitani Conventus legitur Epitaphium quod ſibi, vivens, poſuit Cardinalis *Michael Ghislerius*, Summus poſtea Pontifex *S. Pius V*, cujus hæc verba:

AD

AD LAUDEM D. O. M.
FRAT. MICHAEL GHISLERIUS EX OPPIDO BOSCHI
AGRI ALEXANDRINI ORDINIS PRÆDICAT.
D. MIS. TIT. S. SABINÆ PRESB. CARD.
NOSCENS TERRAM TERRÆ SE REDDITURUM,
OB CERTAM RESURRECTIONIS SPEM,
IN VIRGINIS, DEI GENITRICIS, TEMPLO,
CUJUS, ET SANCTORUM, AC PIORUM VIVENTIUM,
CUPIENS ADJUVARI SUFFRAGIIS,
LOCUM HUNC VIVENS SIBI STATUIT,
IN QUO CADAVER, CUM SUUM OBIERIT DIEM,
PONI CURAVIT ANNUM AGENS ÆTATIS SUÆ LX.
ET HUMANÆ SALUTIS MDLXIIII.

Hæc in Æde Sacra Minervitani Conventus, ibi tamen ſepultus non eſt. Legitur hoc Epitaphium in Codice MS. *Thomæ Foſchi* pag 156, & apud *Fontanam* in Theatro Dominicano Parte I Cap.2 pag 35. Idem habetur in Lapide Minervitano, qui proſtat in medio Ecclesiæ, quemque non ita pridem reſtituendum curarunt Ghislerianæ Gentis hæredes. Hinc poſt illa verba; *Et humanæ ſalutis MDLXIIII*: additum fuit:

ANNO VERO MDCCVIII
MARCHIO JOANNES BAPTISTA PAPIEN.
MICHAEL PIUS RAYMUNDUS
ET INNOCENTIUS ROM. DE GHISLERIIS
RESTAURANDUM CURARUNT.

Idem Summus Pontifex S. Pius V, cum Boſchenſe Cœnobium S. Crucis a fundamentis erexiſſet, ibidem condi voluit. Hinc aliud Epitaphium, quod ibi proſtat inciſum marmori perenne poſuit monumentum:

PIUS PAPA QUINTUS
BOSCHENSIS EX FAMILIA GHISLERIORUM ORIUNDUS
ORDINEM PRÆDICATORUM PROFESSUS,
DIEM MORTIS, UNIVERSALISQUE RESURRECTIONIS
PRÆ OCULIS HABENS A DIE
ASSUMPTIONIS SUÆ AD APICEM APOSTOLATUS
MONUMENTUM ISTUD ERIGI MANDAVIT
PRO CADAVERE SUO REPONENDO
QUANDO DIVINÆ CLEMENTIÆ VISUM FUERIT
IPSUM A SECULO NEQUAM ERIPERE

Nec ibi ſepultus eſt, ſed ejus corpus conditum fuit in Sacello Templi Vaticani S. Andreæ ſacro, ubi hæc inſcriptio poſita.

PIUS V PONTIFEX
RELIGIONIS, AC PUDICITIÆ, VINDEX;
RECTI, AC JUSTI, ASSERTOR;
MORUM, ET DISCIPLINÆ RESTITUTOR:
CHRISTIANÆ REI DEFENSOR:
SALUTARIBUS EDITIS LEGIBUS:
GALLIA CONSERVATA:
PRINCIPIBUS FOEDERE JUNCTIS:
PARTA DE TURCIS VICTORIA:
INGENTIBUS AUSIS, ET FACTIS:
PACIS, BELLIQUE, GLORIA.

Ibi quidem alias ſepultum S. Pii V Corpus, ſed inde poſtea translatum a Sixto V in Baſilicam S. Mariæ Majoris, ubi nunc colitur.

Ut ex his evincitur, quod ubi reperitur Epitaphium, id argumento ſemper non eſt, ibidem defuncti cadaver haberi, ſic etiam ſexcentis exemplis, omnium Nationum uſu quotidiano comprobatis, exploratum, ac compertum eſt omnibus, quod ibi Lapis Sepulcralis, & Epitaphium ſæpe deſiderentur, ubi Præſules, & ipſimet Cardinales conditi ſunt.

Quod Præſules ſpectat, duos duntaxat laudabo, ne longum ſit. *Cæſar Franciſcus Lucinus*, Nobilis Comenſis, Epiſcopus Gravinenſis, cujus memini *Tomo VI pag.*520 *ad annum* 1718. Romæ mortuus anno 1725, communem Fratrum Sepulturam habere voluit, ibique conditus eſt in Æde Sacra Conventus Minervitani, ut & ego, & qui præſentes aderant Fratres, adhuc Superſtites, teſtari poſſumus. Nullus tamen lapis, Epitaphium nullum ad hanc diem ibi poſitum, quia vivens Illuſtriſſimus Præſul, ne poneretur, cavit. *Franciſcus Ramirez*, ex Archiepiſcopo Brunduſino, Agrigentinus Epiſcopus, de quo dixi *Tomo VI pag.*435 *ad annum* 1697, Romæ vivere deſiit, Clemente XI Summo Pontifice, & ipſius cadaver in Odeo, ſeu Choro, Minervitano terræ mandatum jacet. Nullus tamen ibi Sepulcralis Lapis;

Epita-

Epitaphium nullum: ibi nullum veſtigium hujuſce celeberrimi Præſulis Sepulturæ. Scilicet *Summus* Pontifex Clemens, qua erat benignitate, cum Præſulem illum ſingulari benevolentia complexus eſſet viventem, eundem mortuum Epitaphio cohoneſtare voluit ipſe, ſed, morte præventus, cogitatum perficere nequivit.

Quod de Præſulibus, id æque de Cardinalibus certum: nec iſtorum Sepultura ſemper, vel Epitaphio, vel Lapide, vel inſigni tumulo ſecerni poteſt ab aliis. Complures reperire eſt, qui, religionis ergo, ne, poſt ipſorum mortem, priſtinæ dignitatis ullum veſtigium relinqueretur, pio teſtamento ſanxerunt. Nec id Cardinalibus tantum ſolemne: idem cautum a Summo Pontifice B. Benedicto XI, qui, cum declaraſſet, ſe communem cum Fratribus Prædicatoribus, quorum Familiæ nomen dederat, ſepulturam velle, id ita ſcrupuloſius a Peruſinis ſervatum fuit, ut cum ceteris Fratribus Summus ille Pontifex terræ mandatus ſit, nec locus aliquo, vel Lapide, vel Epitaphio, fuerit inſignitus. Hinc ſumma difficultas illa, qua ad hanc diem laboramus, ut ſacras Beati Reliquias reperire poſſimus, ac colere.

Hæc licet comperta, cunctiſque nota, detur tamen, per me licet, detur, quod nullum S.R.E. Cardinalem reperire ſit, cujus poſt mortem Epitaphium nunquam, vel ex eo neglexerint hæredes, quod juſſerit ille, vel quod iſti voluerint. Id, quantumvis oppido falſum, ultro tamen permittam, modo cenſor meminerit vulgaris effati, quod neminem latet: *Tempus edax rerum*: Quod certe nemo negabit. Etenim quæ mirantur homines, hæc omnia præclariſſima concreti pulveris monumenta voracis temporis ludibria tandem ſunt aliquando. Hinc in Æde ſacra Minervitani Cœnobii, de quo quæſtio eſt, inter *illos* Lapides Sepulcrales, quibus ornatur, nonnullos, ſi bene meminit cenſor, videre potuit, quorum ante annum 1700, ſic vel abſumptæ, vel abraſæ, fuerant inſcriptiones, ut ne verbum quidem legere potuiſſet Vir Eruditus, qui quotquot erant in illo Templo jampridem collegerat in Libro MS., cui titulus *Nota delle Memorie, e Sepolture della Chieſa della Minerva de' Padri Domenicani in Roma, ricavate dal P. M. Tomaſo Foſchi*.

Præter hæc duo, non deſunt alia quibus aliquando contingit, ut Lapides Sepulcrales, vel alio transferantur, vel omnino non appareant. Qui Superſtites vivunt antiquiores Minervitani Conventus Alumni narrant, ſe ejuſdem Templi pavimentum ter mutatum in melius vidiſſe. Ab annis XIV Romæ degens pavimentum Sacelli S. P. Dominici bis commutatum vidi. Primo quidem juſſu Summi Pontificis Benedicti XIII, qui Sacellum magnifice renovandum, & pavimentum Siculis lateribus, opere teſſellato, diſtinguendum curavit. Hinc autem, neſcio quo, translatus, ibidem antea poſitus, Lapis Sepulcralis, quo tegebantur præcordia Eminentiſſimi Cardinalis *Raymundi Capiſucchi*, cujus hoc erat Epitaphium:

D. O. M.
RAYMUNDUS TIT. S. MARIÆ ANGELORUM
AD THERMAS
S. R. E. CARDINALIS CAPISUCCUS
ORD. PRÆD.
PIO ERGA SUUM ORDINEM AFFECTU
EX HAC VITA DECEDENS
IN HOC TEMPLO
IN QUO CUM PRIMO RELIGIOSÆ VITÆ SPIRITU
DIDICIT, NIHIL HABERE CORDI POTIUS
QUAM PIETATEM
SUA VOLUIT TUMULARI PRÆCORDIA.
OBIIT XXII APRILIS MDCXCI.

Ex quo Summus Pontifex Benedictus XIII Cœlos petiit, & ipſius Corpus e Templo Vaticano ad Eccleſiam Minervitani Conventus translatum fuit, ipſi in eodem Sacello erectum Sepulcrum marmoreum, quod omnibus eſt admirationi. Ut autem Sepulcri magnificentiæ reſponderet pavimentum, expenſis *Reverendiſſimi P. Thomæ Ripoll*, totius Ordinis Fratrum Prædicatorum Generalis Magiſtri, nunc marmoreum eſt emblemate vermiculato diſtinctum.

Fontana de *Paſchaſio* noſtro Burgenſi Antiſtite loquens in *Theatro Dominicano Parte I Cap IV Tit. 19 pag. 63* hæc habet: Paſchaſius de Fontepudico Romæ, *non ſine magno Sanctitatis odore ..... XIV Kalendas Auguſti anno MDXII quievit in pace, in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam ante Aræ maximæ gradus, ſub marmoreo Lapide, ejus effigiem, in Pontificali Habitu exiſtentem, referente cum hac Inſcriptione tumulatus*.

PASCHASIO HISPANO, BURGENSI EPISCOPO, EX PRÆDICATORUM ORDINE, DOCTRINA, VIRTUTIBUSQUE EVECTUS, AMPLISSIMIS REDDITIBUS, ANNIS QUINDECIM PIE DISPENSATIS, AD LATERANEN. CONCILIUM SUB JULIO II P.M. ADSCITUS, VITA FUNCTUS EST. CHRISTI PAUPERI, INTER PAUPERES MORTUO, ALIENIS SUMPTIBUS TUMULATO, SERVITORES DOMINO POSUERE MDXII. XIX JULII. VIXIT ANNOS LXX.

Nunc ille lapis ſepulcralis alio translatus. Cur id factum fuerit, exponit *Fontana* dicens: *Cum autem ejus præfata ſepulcralis effigies prætereuntium pedes offenderet, & in Capella Pontificia, quæ in Annunciatione B. Virginis ſolemniter ibidem habetur, ſacris Miniſtris moleſtiam afferret, Nicolaus Rodulphius Magiſter Ordinis, relicto in eodem loco corpore, marmoream ejus effigiem, cum inſcriptione appoſita, in commune Clauſtrum tranſportavit, & parieti Capellæ S. Hieronymi* (nunc S. Pii V) *affixit*.

Quo

Quo tempore ſcribebat *Fontana* lapidem ſepulcralem *Bartholomæi Caranzæ*, Toletani Archiepiſcopi, in Odeo, ſeu Choro, Minervitano cernere erat, ibique ſequens Epitaphium, quod ipſe refert ibidem pag.105.

D. O. M.
BARTHOLOMÆO CARANZÆ, NAVARRO,
DOMINICANO, ARCHIEPISCOPO TOLETANO,
HISPANIARUM PRIMATI:
VIRO, GENERE, VITA, DOCTRINA,
CONVERSATIONE, ATQUE ELEEMOSYNIS CLARO
MAGNIS MUNERIBUS A CAROLO V
ET PHILIPPO REGE CATHOLICO
SIBI COMMISSIS EGREGIE FUNCTO
ANIMO IN PROSPERIS MODESTO
ET ADVERSIS ÆQUO.
OBIIT ANNO DOM. CIↃ. CI. LXXVI.
DIE II MAII, ATHANASIO, ET ANTONINO SACRA.
ÆTATIS SUÆ LXXII.

Et circa imaginem mortis eidem tumulo inſculptæ, ita legitur:

IN TE PROJECTUS SUM EX UTERO.

Nunc alio translatus ille lapis, quod fortaſſis factum, ut Epitaphiis Cardinalium locus eſſet. Scilicet in eodem Choro Summi Pontifices duo, Leo X, & Clemens VII: Cardinales octo ſepulti ſunt, Petrus Bembus: Innocentius Cibo: Antonius Puccius: Robertus Puccius: Laurentius Puccius: Michael Mazarinus Ordinis Prædicatorum: Philippus Thomas Howardus, ejuſdem Ordinis, & Gregorius Selleri, etiam Ordinis Fratrum Prædicatorum. Ibi etiam conditum cor Cardinalis, poſt hominum memoriam celeberrimi, Hieronymi Caſſanate.

Quæ de tribus illis Epitaphiis Raymundi Capiſucchi, Paſchaſii, & Bartholomæi Caranzæ dicta ſunt, de nonnullis aliis dici poſſunt. Nec enim deſunt alia complura exempla domeſtica. Si Cenſori magis arrideant extranea, ſexcenta, dum velit, reperiet. Duo dabo quæ præ oculis ſunt omnium, qui Romæ commorantur, & præ manibus habui quo tempore Romæ dego.

In via, quæ ab Amphitheatro Veſpaſiani, vulgo *Coliſeo*, ducit ad Lateranenſem Baſilicam, non longe ab Ædicula Societatis SS. Salvatoris, S. Mariæ Imperatrici ſacra, proſtat fragmentum marmorei lapidis, cui hæc adhuc inciſa verba:

..... EVERINUS S. THEODORI
CARDIN.

Quærens unde tranſlatus hic lapis, didici, quod dum non ita pridem, S. M. Clemente XI Summo Pontifice, reficeretur Eccleſia, cui a S. Theodoro nomen eſt, incuria ſtructorum, uti non raro contingit, factum, ut inter parietinas neglectus fuerit, eumque poſtea, ceu vile marmoreum fragmentum adhibuerint publicæ viæ, de qua dixi, reſtituendæ. Ecce quo tandem ruant aliquando humana conſilia. Pretioſum tamen eo vel maxime videtur hoc marmor, quod inſervire poſſit aut conſervandæ, vel ſaltem illuſtrandæ, memoriæ Cardinalis, nomine vel EVERINI, quo nullum Cardinalem ſcio, vel SEVERINI, qui titulo S. Theodori quondam donatus ſit, licet eundem Titulum nulli *Severino* adſcribant Auctores, quos legi. Immo, quod apprime notandum, tot inter Cardinales, quos ad hanc diem *Alphonſus* noſter *Ciaconius*, & *Andreas Victorellus*, *Ughellus*, *Oldoinus*, ceterique celeberrimi Scriptores exhibuerunt in Additionibus ad opus ejuſdem *Ciaconii*, unum duntaxat *Severinum* reperire eſt, Alumnum Familiæ B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. Hunc inter Cardinales refert *Oldoinus* Vit. Pont. & Card. Tomo II pag.388 ad annum 1305, ægre tamen, quod in tabulis, ſeu Regeſtis Vaticanæ Bibliothecæ non inveniatur, ipſiuſque ſolum Scriptores aliqui meminerint Hiſpani. Nonnihil ex hoc Romano lapide Cenſor habet, quo ſuis Hiſpanis fidem magis ac magis conciliare valeat: ac plane gaudeo, mihique gratulor, quod dum Gallis Scriptoribus fidem Cenſor detrahere conatur, Gallus ego Scriptoribus Hiſpanis pro mea erga ipſos ſingulari veneratione inſervire poſſim.

Longe pretioſior alius lapis antiquus, cujus meminit Vir clariſſimus *Johannes Marangoni*, Presbyter Vicentinus, Protonotarius Apoſtolicus, & Cathedralis Anagniæ jam Canonicus, Tomo II Theſauri Parochorum Lib. I Cap.4 pag.42 editionis Romanæ 1730, ubi hæc habet: *Cum in præſenti agatur de Parochis etiam Scriptoribus illuſtribus, non incongruum videtur, de .... S. Damaſi Carmine a me nuper ſervato, ad veritatem inventionis ejus pauca diſſerere. Cum itaque anno 1728, juſſu S. M. Benedicti XIII pavimentum Baſilicæ S. Agnetis extra muros, via Nomentana, renovandum foret, ſubſtructo illi fornice, ad removendam loci humiditatem, factum eſt ut ingentia marmora, quibus totum contegebatur, loco removerentur, partim ſecanda, & in tabulas diviſa, novo pavimento ex lateribus interponenda, partim aliis uſibus applicanda, quorum acervum pluries videram ante fores ejuſdem Eccleſiæ. Die igitur 28 Menſis Octobris, quodam ſpeciali inſtinctu impulſus, iterum ad eam Baſilicam contendere in animo fuit. Eo vero cum perveniſſem, ſtatim, præ foribus, ſe mihi obtulerunt duo alia marmora, immo unum in duas partes, in ejus avulſione a pavimento, effractum, referens inſcriptionem caracteribus inſigniter ſculptis, ſed calce adeo obductis, ut paucæ admodum literæ legi poſſent. Subiit animum, & Inſcriptionem totam videre, utpote antiquitatem referentem, eamque exemplare. Hinc cultro, ac præacuto ſilice, paulatim, ac non ſine magno labore, cum ſolus eſſem eo feſti-*

feſtivo die, tandem amota calce, ex ultimo verſu comperi, illud eſſe autographum Carmen a S. Damaſo in honorem S. Agnetis exaratum, & huic Baſilicæ affixum, quod injuria temporum, ſuo loco, vel delapſum, vel amotum, a fabrorum murariorum inſcitia, inverſis literis, in pavimento locatum, latuerat per tot ſeculorum curricula. Lætior igitur, ac ſi theſauro gemmis pretioſiore eſſem ditatus, domum reverſus, exemplar ſtatim communicavi clariſſimo Viro Marco Antonio Boldetti Canonico S. Mariæ Transtiberim, Cuſtodi Sacrorum Cœmeteriorum SS. Martyrum, & Reliquiarum, cujus contubernio, & familiari conſuetudine fruor a viginti ferme annis, & amplius, at eo ipſo momento, non ſine ſpeciali providentia, præter ullam neceſſitatem, advenit Alexander Pompeii Aquilanus Foſſorum in Cœmeteriis laborantium Prior. Huic ſtatim injunctum fuit, ut poſtridie, valde mane, ad memoratam Baſilicam ſe conferret, &, ejuſdem Cuſtodis nomine, juberet Fabris murariis, ne tale monumentum in aliquem uſum converterent, immo reponerent in aditu Cœmeterii propinqui, tanquam ad inſignem Martyrem ſpectans. Eo Alexander pervenit, ut erat juſſus, quo momento iidem Fabri murarii marmor illud ſectioni aptabant, ut redigeretur in tabulas: & ita factum eſt ut ex irreparabili vaſtatione vindicaretur præclarum hoc monumentum. Interim exemplar communicavi eruditis viris pluribus, quos inter, Præſulibus ornatiſſimis Franciſco Blanchini, & Antonio Maria Pallovicini Archiepiſcopo Naupactenſi, ejuſdem Baſilicæ Viſitatori Apoſtolico, & P. Bernardo Gentili Congregationis Oratorii S. Severini, nunc in ædibus Caritatis, aliiſque, qui rei eventum loco prodigii habuerunt. Curavi etiam ſtatim ſubjiciendum oculis SS. Pontificis Benedicti XIII, cujus juſſione ſubinde integrum marmor ipſum longit. pal. 14, & altit. fere quinque, paucis literis initialibus primi, ſecundi, ac tertii verſus reſtitutis, parieti novis ſiniſtræ introeuntibus, affixum cernitur in eadem Baſilica, cujus tenor eſt:

FAMA REFERT, SANCTOS DUDUM RETVLISSE PARENTES
AGNEN CUM LUGUBRES CANTUS TUBA CONCREPUISSET
NUTRICIS GREMIUM SUBITO LIQUISSE PUELLAM
SPONTE TRUCIS CALCASSE MINAS RABIEMQUE TYRANNI
URERE CUM FLAMMIS VOLUISSET NOBILE CORPUS
VIRIB. IMMENSUM PARVIS SUPERASSE TIMOREM
NUDAQUE PROFUSUM CRINEM PER MEMBRA DEDISSE
NE DOMINI TEMPLUM FACIES PERITURA VIDERET
O VENERANDA MIHI SANCTUM DECUS ALMA PUDORIS
UT DAMASI PRECIB. FAVEAS PRECOR INCLYTA MARTYR

Quæ refert eruditus Auctor, vera probe novi, quod cum Carmina prædicta detuliſſet S. M. Benedicto XIII, Summus ille Pontifex, qua erat erga me benignitate, voluerit, Carmina recognoſcerem, ſtilum, & id genus cetera diligenter expenderem: verbo dicam, criticum agerem, & an illa Carmina genuinus fœtus *S. Damaſi* mihi viderentur, pro veritate declararem. Juſſa Summi Pontificis detulit ad me Præſul ampliſſimus *D. Angelus Maria Errico*. Mandato Pontificio, uti par erat, obediens, inſcriptionem illam perpendi, Carmina recognovi, &, omnibus æqua lance penſatis, illa *S. Damaſo* tribuenda cenſui: ac momenta, quibus in hanc ſententiam deſcendiſſem Summo Pontifici exhibui, ab eodem probata.

Notet Cenſor quæ mox retulit vir eximius *Johannes Marangoni*, marmor, *fabrorum murariorum inſcitia, inverſis literis, in pavimento locatum fuiſſe*. Idem in Eccleſia noſtra S. Mariæ ſupra Minervam aliquando contigiſſe, ſæpius ab antiquis, qui de hoc querebantur, audivi.

Ut ut ſit, ſi quis Codicem illum *MS.*, quem *Thomas* noſter *Foſcus* edidit, conferat cum catalogo Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium, ſepultorum in Templo S. Mariæ ſupra Minervam (qui Catalogus jampridem typis editus fuit, & olim, ſupra luſtralis aquæ craterem, ante omnium oculos poſitus cernebatur, ut ab annis quatuordecim vidi, & antiquiores, ſe longe antea vidiſſe teſtantur: nunc autem, ab obitu Cardinalium Selleri, & Pipia, in Sacrario ſervatur quouſque cum iſtorum Cardinalium, tum aliorum, qui deſiderantur, nomina typis edantur) ſi quis, inquam, Codicem, & Catalogum conferat, diſcet, quod ex tot illis Cardinalibus, in prædicto Catalogo recenſitis, quindecim ſunt quorum lapides ſepulcrales, aut epitaphia *Thomas Foſchi* laudatus non reperiit, nec exhibuit in illo Codice ſæpius citato.

Unus ex illis eſt *Yvo* noſter. Nec enim illius Epitaphium exhibet *Thomas Foſchi*: in laudato tamen Catalogo typis edito, quintus invenitur his verbis: 5 *Frater Yvo, ſive Evenus, Begaignon, Gallus, Ordinis Prædicatorum.* Quod ſane argumento eſt, *Yvonem* noſtrum non omnino Minervitanis ignotum fuiſſe.

Scire peroptans, in quo Eccleſiæ loco conditus fuerit *Yvo*, veteres rerum Sacrarum Conventus Minervitani libros conſului. *S. T. Magiſter Reginaldus* noſter *Maria Patichelli*, Archivo Cœnobii Præfectus, qua eſt benignitate, duos ex illis antiquis MS. Codicibus exhibuit mihi. In recentiori, qui tamen ſcriptus eſt quo tempore Sacellum, nunc D. Pio V ſacrum, S. Hieronymo dicatum erat, legitur. E regione hujuſce Sacelli, nunc S. Hieronymo, alias SS. Trinitati, dicati, iter dirigendo verſus medium Eccleſiæ ſepultus eſt Yvo, ſive Evenus, Begaignon, Gallus, S. R. E. Cardinalis, Ordinis noſtri. In antiquiori legitur: E regione hujuſce Sacelli, SS. Trinitati dicati, iter dirigendo verſus medium Eccleſiæ, ſepultus eſt Yvo, ſive Evenus, Begaignon, Gallus, S. R. E. Cardinalis, Ordinis noſtri. Quo ſane teſtimonio, ſi cetera, de quibus ſermo fuit, addantur momenta, nihil firmius deſiderare eſt. Utinam quid lapides ſepulcrales, quos ibidem Lector eruditus reperiet, præ ſe tulerint olim, dignoſcere potuiſſem, ſed, vel injuria temporis, vel quia populus frequentior eſt in hac Æde ſacra, ſic abraſæ ſunt literæ; ſic pedibus protriti fuere lapides illi, ut nec *Thomas Foſchi*, de quo ſæpius dictum fuit, potuerit olim, nec ego epitaphia, quorum veſtigia cernuntur ibidem, nunc exhibere poſſim. Id unum dicam, quod eo loco pendeat e fornice Templi galerus purpureus, quo vulgo deſignant alicujus Cardinalis ſepulturæ locum. Quis ex Cardinalibus ibi conditus ſit, lapis nunc ſilet, ſed libri loquuntur, jam ſatis probatum.

URBA-

URBANO VI SUMMO PONTIFICE.

F. Julianus Angeli Nerii de Chinibaldeſiis, Cortonenſis, Epiſcopus Cortonenſis, in Hetruria, immediate ſub S. Sede. *Ughellus in Epiſcopis Cortonen. Tomo I Italiæ Sacræ pag 626 Edition. Veneta*. Quod Julianus Familiæ Prædicatorum Alumnus fuerit, ſilet *Ughellus*: verum, Teſtes inter, quos anno 1443 *Bartholomæus de Rimbertinis*, Cortonenſis Epiſcopus, interrogandos curavit circa litem de præcedentia, quam vocant, ſeu digniori loco, quem Prædicatores, a Fratribus Minoribus paulo ante ipſis ablatum repetebant, cujus litis inſtrumenta autographa manu Notarii publici firmata ſervantur in Archivo Cortonenſis Conventus S. Dominici, tres oculati Teſtes declarant, ſe vidiſſe D. Julianum Cortonenſem Epiſcopum, quem ſciebant Alumnum familiæ Prædicatorum. Decimus enim Teſtis, cui nomen Petrus Matthæi Vanni, Cortonenſis, annis ſeptuaginta natus, *interrogatus ſuper quarto Articulo, incipiente: Item quod in eventu &c.: Dixit, ſe bene recordari de adventu dicti Domini Juliani Epiſcopi ad Civitatem Cortonen., & quod tunc in dicta Proceſſione Fratres S. Dominici de Cortonio venerunt juxta eum uſque ad Epiſcopatum Cortonen. Interrogatus, quomodo ſcit? Dixit, quia vidit, & eo quia dictus Dominus Julianus Epiſcopus erat de Ordine Fratrum Prædicatorum.* Anno circiter 1382.

Tertius Teſtis, nomine Jacobus a Ventura, filius Petri, Peregrini nuncupati, natus annis 80, *interrogatus ſuper Quarto Articulo, incipiente: Item quod in eventu &c.: Dixit, ſe bene recordari de adventu dicti Domini Juliani Epiſcopi ad dictam Civitatem Corton., & quod dictus Dominus Julianus erat de Ordine Fratrum S. Dominici &c.*

Septima quæ Teſtimonium protulit vocatur Domina Clara, filia quondam Bartholomæi (*ſeu Bartholuccii*) Taldi, & relicta, ſeu vidua, Nicolai Cinquecenti, annis nata circiter ſeptuaginta. Interrogata de eodem Articulo, *dixit ſe hoc ſcire de contentis in dicto articulo, videlicet, quod ipſa bene recordatur de adventu dicti Domini Juliani ad Civitatem Corton., & quod ipſa tunc puella ivit extra portam Civitatis ad videndum eum. Et quod tunc ipſa vidit Fratres S. Dominici de Cortona venire ad Civitatem proceſſionaliter juxta ipſum Dominum Julianum Epiſcopum. Et quod ipſe Dominus Julianus Epiſcopus erat de dicto Ordine Fratrum S. Dominici.* Ex quibus tribus Teſtimoniis Frater Julianus inter Epiſcopos Prædicatorum familiæ recenſendus videtur, licet ex Scriptoribus noſtris, nullus, quem viderim, ejuſdem Juliani meminerit.

BONIFATIO IX SUMMO PONTIFICE.

F. Rolandus de Imola, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Bononienſis, *Bologna*, in Italia. Nunc Sedes eſt Archiepiſcopalis. Hujus Epiſcopi apud Scriptores noſtros altum ſilentium, nullus enim, quem legerim, ipſius meminit. Epiſcopum tamen Bononienſem fuiſſe, conſtat ex Indulgentiæ Diplomate dato die XXVII Menſis Aprilis Anno MCCCXC, Pontificatus Bonifatii IX Anno Primo. Quæ notitia debetur Eminentiſſimo S.R.E. Cardinali *Proſpero Lambertino*, Bononienſi Archiepiſcopo, qui licet ampliſſimæ Diœceſi ea ſapientia præſit, ut in omnium ſit admiratione, totus tamen in literis eſſe videtur ex tot illis eruditis operibus quæ non ita pridem vulgavit. Nec minor ſingularis illa benignitas qua literarum cultoribus, ubi ſeſe dat occaſio, ſuppetias ferre dignatur Eminentiſſimus Princeps Eccleſiæ. Id toties expertus ego, ut ipſius erga me præſtantiſſima merita verbis aſſequi vix quidem valeam, teſtari tamen ac profiteri, gratus ac memor hic debeam. Quod ſpectat tempus quo Bononiæ Sedit *Rolandus*, liquet ex Indulgentiæ Diplomate mox laudato, quod Eccleſiæ Bonienſi præerat anno 1390. Num antea jus ipſi dixerit? Affirmare non auſim. Crediderim quod *Coſmato Meliorato Sulmonenſi*, quem *Urbanus VI* Epiſcopum Bononienſem creaverat, quemque *Populus Bononienſis non excepit*, uti refert *Ughellus* T.2 Italiæ Sacræ pag.27 num.77, ſucceſſit *Rolandus*. Recenſendus inter Bononienſes Epiſcopos ante *Bartholomæum de Raymundis*, cujus meminit *Ughellus* loco mox laudato pag.28 num.78. Anno circiter 1390.

T*omo* 2 in Appendice ad Pontificatum Innocentii VII *pag.*480 memini Bartholomæi e Biſce, vel Biſcie, Bononienſis Epiſcopi, nec pœnitet, quamvis *Ughellus* multum laboret de hoc Epiſcopo in Italia Sacra *T.2 pag.*28 &c., & ibidem in Nota marginali legantur hæc verba: *De hoc nulla memoria apud Bononienſes, ut teſtatur Falconius, ideoque omittitur*. Verum, uti me monuit Eminentiſſimus Cardinalis *Proſper Lambertinus*, diligens ille veterum monumentorum ſcrutator, ac indefeſſus, & ſagaciſſimus veritatis indagator, non ſolum Bononienſes Scriptores, quorum MSS. codices ipſe legit, hujuſce *Bartholomæi* noſtri, Bononienſis Epiſcopi, ſæpius meminere, ſed & *Ughellus* fallitur docens *pag.*29, quod iſte *Bartholomæus* a Pſeudo-Pontifice *Benedicto XIII* ad hanc Bononienſem Eccleſiam evectus, & intruſus fuerit. Sit ergo certum quod inter veros Bononienſes Epiſcopos recenſendus eſt *Bartholomæus* noſter. Obiit in Aſtenſi Pedemontii Civitate, ac in nobili ſaxeo tumulo apud ſuos Prædicatores in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ conditus eſt. Ibi marmoreum ſimulacrum una cum gentilitiis ejuſdem inſignibus, & inſcriptio proſtat his verbis.

HIC JACET REVERENDISS. IN CHRISTO P. FR. BARTHOLOMÆUS
QUONDAM BONONIEN. EPISCOPUS, S. THEOLOGIÆ DOCTOR
EGREGIUS DE ORDINE PRÆDICATORUM: QUI
OBIIT MCCCCIX. DIE PENULTIMA AUG.

Medinm legitur hoc Epitaphium duas inter alias inſcriptiones quarum hic tenor;

PROCLIUS DE DURACIO, CIVIS DE ALBANIA, FECIT FIERI ISTUD SEPULCHRUM AD HONOREM REDEMPTORIS NOSTRI JESU CHRISTI, ET MARIÆ GLORIOSÆ SEMPER VIRGINIS, ET MEMORIAM REVERENDISSIMI DOMINI, DOMINI MAGISTRI BARTHOLOMÆI, EPISCOPI BONONIENSIS, ORDINIS PRÆDICATORUM, CUM HISTORIA B. MARIÆ MAGDALENÆ,

Hæc una. Altera vero.

HOC OPUS FECIT FRATER PROCLIUS DE DURACIO EJUSDEM ORDINIS.

TOmo 2 in Appendice ad Pontificatum Bonifatii IX pag.468 ad annum 1400 memini Epiſcopatus *Eletheaſit: ſeu Elathenſis, vulgo Elath, in Palæſtina, verſus confinia Arabiæ*. Hujus Epiſcopatus, de quo vir eruditus, qui me literis ſuis Lutetiæ Pariſiorum ſcriptis die 6 Julji 1732 cohoneſtavit, non convenit mecum, meminere quamplures Scriptores. Ceteros inter conſulendus Abbas *Blaſius Terzius de Lauria* in Syria Sacra Lib.1 cap.102 pag.109, & Libro 2 cap.89 pag.291. Quod hujuſce Civitatis ſitum ſpectat, legendus *Baudrand* verbo *Elatium, Elath*, ubi hæc habet: *Elatium, Urbs Decapolis* (Regio eſt Palæſtinæ) *inter Jordanem fluvium ad occaſum, & Philadelphiam ad ortum, a qua vix 15 milliaribus diſtat: eſtque verſus confinia Arabiæ deſertæ, 90 milliaribus a Damaſco in auſtrum, & totidem a Petra in Boream*.

PRæter hunc *Elathenſem* Epiſcopatum, alius eſt *Elateen.* dictus in Peloponneſo, ſub Metropolita Corinthio, cujus meminit *Carolus a S. Paulo* in Geographia Sacra Illyrici Orientalis pag.200.

IN eadem Epiſtola queritur vir eximius, quod *Tomo 2 in Appendice ad Pontificatum Johannis XXIII ad annum 1412* meminerim *Majomenſis Epiſcopatus, in Palæſtina, ſub Patriarcha Jeroſolymitan.*. Memini certe, nec pœnitet. *Paulianus* ſiquidem *Majumenſis* Epiſcopus Concilio Epheſino interfuit: *Paulus Majumenſis* adfuit Epheſino Latrocinio: *Procopii Majuma-Gazæ* mentio in Epiſtola ad Johannem Conſtantinopolitanum, uti videre eſt Tomo V Conciliorum Editionis Venetæ pag.1163. *Majuma-Gazæ* vocatur Sedes iſta, quia prope *Gazam* ſita. Adeas *Sozomenum* Lib.5 cap.3, & *Nicephorum Calliſtum* Lib.15 cap.9 Γαζαίων, inquit, αἷς ἡ Μαϊουμᾶς ὄνομα. Urbs Gaza, quæ Majuma vocatur. *Majuma*, inquit Baudrand, verbo Majuma, *quæ & Majoma, Urbs Palæſtinæ, in ora Judææ, Gazæ proxima, Epiſcopalis olim ſub Patriarcha Jeroſolymitano*. Et verbo *Gazaorum portus* hæc habet: *Gazaorum portas, Porto Betto, teſte Moletio, qui & Majuma, a Conſtantiaa Urbs Epiſcopalis effecta, Conſtantiaqua dicta, a Gaza 30 tantum ſtadiis diſtaas, poſt Aſcalonem, & Anthedonem, ia ora Palæſtinæ, verſus Ægypti limites*. De eadem Abbas *Blaſius Terzi de Lauria* in Syria Sacra Lib.2 cap.68 pag.270. Ejuſdem etiam meminit *Carolus a S. Paulo* in Geographia Sacra Patriarchatus Jeroſolymitani pag.305, Epiſcopatus recenſens *Palæſtina Prima*.

T*Omo 2 in Appendice ad Pontificatum Martini V pag.704* memini *Tanenſis* Epiſcopatus in Ægypto, apud Oſtium Taniticum. In Epiſtola mox laudata monet amicus, cujus eruditionem apprime veneror, quod Sedes iſta ſita eſt in Ponto Euxino ad Oſtia Tanais Fluvii. Urbem *Tanenſem*, rectius *Tanaeanſem*, Incolis *Azak*, Italis *la Tana*, in Tartaria Precopenſi, ad Tanaim Fluvium novi. Ipſius meminerunt Scriptores varii. Ceteros inter conſulendi *Wadingus* in Annalibus Minorum ad an.1345; & *Baudrand* verbo *Tanais*. Sed & iſti non ignota *Tanis* Urbs Epiſcopalis Ægypti. Ex Notitia Græca, in qua *Tanis* vocatur, ſita eſt in Ægypti Provincia Auguſtamnica prima. In Conciliis Labbei, Editionis Venetæ, celeberrima Sedes iſta, cujus Epiſcopi variis Conciliis interfuerunt, uti videre eſt in Indice Geographico Tomo I pag.1110, ubi mentio *Apollonii, Eudæmonis, Harpocratis, Hermaonis, Pauli*, & *Secundi* Epiſcoporum Taneos Ægypti.

EIdem erudito Viro diſplicet, quod *Salvienſem* Epiſcopatum in Achaja ſitum dixerim *Tomo 2 pag.128*, nec monuit, ubinam Sedem illam poſitam vellet. Ipſius ea de re eo libentius ſubſcripſiſſem judicio, quod in his materiis omnium facile Princeps ab omnibus quoad vixit habitus ſit. Damno Reipublicæ literariæ non ita pridem vivere deſiit magnus ille *Michael* noſter *Lequien*, cujus eſt Epiſtola ſæpius laudata. Vir fuit cujus eruditioni ſummæ reſpondebat præſtantiſſima morum integritas. Ceterum Salvienſem Epiſcopatum in Achaja ſitum ex eo dixi, quod Michael Antonius Baudrand in *Lexici Geographici Parte altera pag.456* Salviam Civitatem Niſſæam, ſeu Megaram, Urbem Achajæ eſſe dixerit. Idem docet *Tomo 2 pag.523*, verbo *Niſſæa*, ubi hæc habet: *Niſſæa, ſeu Niſæa, quæ & Megara, Salvia Sophiano, Urbs Megaridis maritima*. Hæc ille. *Salviam* in Illyrico novi, ſed Oppidum, non Urbem.

EA inter præclara opera, quæ Vir clariſſimus *Michael Lequien* edidit, illud cui titulus: *Oriens Chriſtianus* maximi fit ab omnibus, ſummaque ipſius expectatio eſt: jure quidem ac merito. Typis Pariſienſibus man-

mandatur, illudque vulgandum curat unus ex noſtris Provinciæ Sancti Ludovici Regis Alumnus, qui nuper monuit me, quod Epiſcopatus *Lidoricenſis*, cujus memini T.2 pag.530 ad annum 1413, *Lædoricenſis* vocatur, & ſitus eſt in Theſſalia, ſub Lariſſæa Metropoli, ut habetur ex *Notitia Græcorum Epiſcopatuum pag.393*, ubi ſub Lariſſæo Metropolitano Quintus Epiſcopatus eſt *Lædoricii*: [illegible]. Legitur ad calcem Libri, cui titulus; *Georgius Codinus Curopalata, de officiis magnæ Eccleſiæ, & Aulæ Conſtantinopolitanæ &c. Pariſiis, e Typographia Regia. Anno* 1648. Prodiit cura Patris *Goar*. In Compendio Geographiæ Eccleſiaſticæ &c. Auctore Johanne Carolo a Stadel Libro 2 pag.236 *Lædoricienſis* Sedes iſta ſub Lariſſæo Metropolitano ſexta recenſetur.

V*Vaddingus* in Annalibus Minorum ad an.1412 ſuis annumerat *Yvonem* Neretii de Senis Epiſcopum Nicopolenſem, cujus memini *Tomo 2 hujuſce Bullarii in Appendice ad Pontificatum Johannis XXIII pag.*530. Verum quod Ordinis Prædicatorum Alumnus fuerit, liquet ex ejuſdem Johannis Conſtitutione XIX, quæ legitur *pag.* 514 *ejuſdem Tomi* 2.

Eodem ſeculo complures alios Epiſcopos, Ordinis Prædicatorum Alumnos, floruiſſe cenſet *Cavalerius* noſter.

T*Omo I pag.*202 *num.*410 *ad annum* 1409 loquitur de *Oderiſio Monadelſcho*, Alumno Conventus Urbevetani, quem, duce Plodio Parte 2 Lib.2, Epiſcopum dicit, & Cardinalem Prænestinum creat ex *Chronicis Monadelſchis*. Verum, ut Præſul iſte noſtris aſcribatur, firmiores probationes requiruntur, ut ex ſe patet.

T*Omo I pag.*219 *num.*24 Antonium de Turconibus Epiſcopum Comenſem ab Alexandro V die 2 Auguſti 1409 creatum docet ex *Plodio* Parte 2 Lib.2, & de Progenie &c. Lib.2 Cap.13. Sententiam ſuam firmat *Plodius* auctoritate *Giovii* in Chronicis MSS. Comen. Aſſervantur in Archivo Comenſis Civitatis. Quod *Antonius* iſte Comenſis Epiſcopus fuerit; certum. Sed utrum Familiæ Prædicatorum Alumnus ſit; dubium. *Ughellus* in Epiſcopis Comen., & *Waddingus* in Annalibus Minorum ad annum 1409, illum inter Franciſcanos recenſent.

I*Bidem pag.* 208 *a numero* 444 *ad* 450 Cavalerius docet, Epiſcopos ſeptem ſeculo decimo quarto, juſſu Summi Pontificis, a Johanne Angelo Bononienſi, Tephlicenſi Epiſcopo, conſtitutos fuiſſe in Armenia, & Perſide. Qua de re citat Scriptores varios, qui, *Galano* duce, loquuntur. Verum *Galanus* in Concil. Eccleſ. Armenæ cum Romana Cap.XXX pag.527 refert quidem, Dominicanæ Familiæ Fratres ſeptem Armenorum Eccleſias rexiſſe, & eos inter Epiſcopos Johannem Tephlicenſem Epiſcopum recenſet, ceteros tamen ab iſto conſtitutos fuiſſe, nullatenus aſſerit: *Quamvis*, inquit, *conſtans traditio ſit apud Armenos Catholicos, Septem ipſorum Eccleſias in Oriente ab Epiſcopis, ex Dominicano Fratrum Unitorum Ordine aſſumptis, fuiſſe ſolitas gubernari, vix tamen quinque earumdem Eccleſiarum nomina ex nonnullis vetuſtis codicibus, hactenus apud illos extantibus (cum plerique propter peſtilentias, crebraſque Regionis vaſtationes amiſſi penitus fuerint) hauriri potuerunt. Prima eſt Eccleſia Maragacenſis, cujus fuit Epiſcopus .... Beatus Bartholomæus. Secunda Tephlicenſis apud Georgianos, cui præfuit Dom. Fr. Johannes Epiſcopus, qui unus fuerat ex Sociis ejuſdem B. Bartholomæi, ... Tertia eſt Eccleſia de Caffa apud Scythas trans Pontum Euxinum ..... Quarta eſt Eccleſia magnæ Civitatis de Sultanea in Perſide, ubi erant olim Chriſtianorum Templa viginti quinque ..... Quinta demum eſt Eccleſia Naſcivanenſis in Majori Armenia*. Hæc Galanus, quibus certe *Cavalerii* ſententia non firmatur, ſed exploditur. Anno 1318 Johannes XXII Fratrem Francum de Peruſio primum Archiepiſcopum Soltanienſem, & ipſius Suffraganeos ſex creavit Conſtitutione XII, quæ legitur *Tomo* 2 *pag.*137.

I*Bidem pag.*209 *num.*451 meminit *Cavalerius* Fratris Euſtachii, quem *Marietta*, & *Plodius*, Epiſcopum Urbevetanum anno circiter 1337 conſtituunt. Sed ipſemet *Cavalerius* fatetur, quod Epiſcopatus *Euſtachii* firmiora, quibus probetur, momenta deſiderat.

IDem dicendum de Raphaele Epiſcopo Placentino, cujus ibidem meminit *Cavalerius n.*454 ex Fernandez.

IDem de Theodorico Archiepiſcopo Compoſtellano, quem Roderici Gonzalez ſucceſſorem conſtituit ibidem *num.*455, ex Lopez.

QUod ſpectat *Berengarium Epiſcopum Boronden.*, de quo multum laborat *Cavalerius ibidem pag.*209 *num* 453: illum crediderim Berengarium de Caſtro-Epiſcopali, qui e Valentino ad Gerundenſem Epiſcopatum translatus fuit anno 1248, uti videre eſt *Tomo I pag.*258 *in Appendice ad Pontificatum Innocentii IV*. Hinc ubi apud Leandrum Alberti de Viris Illuſtribus Libro 3 pag.127 legitur: *Berengarius Berondenſis*. id incuriæ Typographi tribuendum, ac ſcribendum: *Berengarius Gerundenſis*.

F. Pe-

F. Ille Petrus Placentinus, quem *Altamura* Bonenſem Epiſcopum creat, & *Lopez* Bononienſi Sedi præficit apud *Cavalerium Tomo I pag.223 num 39 ad annum* 1427, ipſe videtur Petrus a S. Blaſio, qui Bovianus Epiſcopus renunciatus eſt anno 1428 die 23 Februarii: vel ipſe eſt Petrus Placentinus, qui Bobienſi Eccleſiæ præfuit anno 1296, uti dictum fuit in *Appendice ad Bonifatium VIII Tomo 2 pag.73*. Petri a S. Blaſio memini in *Appendiec ad Martinum V T.2 pag.707*.

F. Franciſcus, quem *Cavalerius* ex *Luſitano*, & *Plodio*, Cenetenſem Epiſcopum conſtitnit *Tomo I p.249 num.119*, non diſtinguendus a Franciſco de Arpo, Tarviſino, Epiſcopo Cenetenſi, eujus mentio *Tomo 2 in Appendice ad Pontificatum Nicolai IV pag 37 ad annum* 1291.

JOhannes a Villavezzoſa, ſeu Villavitioſa, Segobienſis, quem *Sarnellius* apud *Cavalerium*, qui *Sarnellio* ſuffragatur *Tomo I pag.237 num.75*, Legatum, Cardinalem a Pſeudo Pontifice Felice V creatum, & Epiſcopum Cæſarienſem a Nicolao V renunciatum, dicit, nec Ordinis Prædicatorum Alumnus, nec Religioſus fuit, ſed Archidiaconus Villæ-Vitioſæ, nti docet *Echard T.I Scriptorum Ordinis Præd. ad annum 1444 pag 798 col.2*. Nec *S. Antoninus*, quem *Sarnellius* laudat, nobis adverſatur: loquitur enim de *Johanne de Raguſio*, quem non negamus Alumnum Familiæ Prædicatorum, a Felice V Pſeudo-Cardinalem creatum. Errant igitur *Sarnellius*, *Cavalerius*, *Auberius* ipſe, *Oldoinus*, aliique complures; a quibus *Johannes de Raguſio* vocatur iſte *Johannes a Villa-Vitioſa*, *Segobienſis*.

F. Jacobus de Corvo, quem *Cavalerius Tomo I pag 253 num.138*, *ad annum* 1451, ex *Sampajo*, & *Plodio*, Archiepiſcopum Toloſannm conſtituit, dubios inter a *Fontana* in *Theatro Dominicano Parte I Cap.4 Tit.CIV pag.106 num.4*, recenſetur, & merito.

F. Michael de Candia, ſeu Cretenſis, Epiſcopus Agienſis, de quo dixi *Tomo III in Appendice ad Pontificatum Nicolai V pag.334 ad an.1451*. Hunc ſuis adſcribit *Waddingus* in *Annalibus Minorum*. Sed ex Pontificia Conſtitutione, quam retuli loco mox citato, liquet, Michaelem noſtris annumerandum.

F. Johannes de Geneuſe, quem *Cavalcrius T.I pag.253 num.142*, ex *Plodio* dicit Bethleemitanum Epiſcopum anno 1451, diſtinguendus non eſt a Johanne de Genence Epiſcopo Bethleemitano, cujus memini *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Bonifatii IX ad annum* 1391.

F. Johannes Teuto Epiſcopus Hildeshemienſis, de quo *Cavalerius T.I pag.253 num.143*, non diſtinguendus a ceteris ejuſdem nominis Epiſcopis Hildeshemien., Ocdinis Prædicatorum Alumnis, ut ipſemet *Cavalerius* ſuſpicatur.

QUod F. Salvator Cotete, Neapolitanus, inſignis Theologus, a Ferdinando I, Neapolitano Rege, Summo Pontifici commendatus ſit, ut ad Sedem Maſſalubrenſem promoveretur, ex Diplomate Regio probat *Echard T.I Scriptorum Ord. Præd. ad annum 1464 pag.827*. Utrum Sedi Maſſalubrenſi præfuerit, mihi incompertum.

F. Chriſtophorus de Tolomæis, quem *Cavalerius T.I pag.287 num.247*, *Fontana in Theatro Dominicano Parte I Cap.V Tit.501 pag.280*, *&* *Fernandez*, ac *Plodius*, quos laudat, Epiſcopum Sabbatenſem ereant, & ad annum 1480 rejiciunt, ipſe videtur Chriſtophorus de Tolomæis, qui anno circiter 1314 Epiſcopus Sebaſtenſis fuit, ut dictum eſt *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Clementis V pag.129*. Ejuſdem Chriſtophori meminit *Ughellus* in *Italia Sacra Tomo III pag.718 Edition. Venetæ*.

F. Johannes de Podio, de quo multum laborat *Cavalcrius Tomo I pag.292 num.262*, quod *Lopez* illum Cephaludenſem Epiſcopum dixerit ad annum 1482, ipſe eſt Johannes Andræas Gattus, qui Cephaludenſis Epiſcopus renunciatus anno 1472, floruit ad annum 1484.

F. Paſchaſius, quem *Cavalcrius Tomo I pag.293 n.267 ad annum* 1483 ex *Seraphino Razzio*, & *Plodio*, præficit Eccleſiæ Locrenſi, non diſtinguendus a Paſchaſio Ventacordio Epiſcopo Lamecenſi, de quo dictum fuit *Tomo I in Appendice ad Pontificatum Clementis IV pag.501 ad annum* 1265.

ANnotationis, quæ ſequitur Auctor eſt Illuſtriſſimus Bobienſis Epiſcopus, eruditus noſter *Ludovicus Joſephus de Andujar*. Ipſam mihi Bononia miſerat, dum ibidem munus Fidei Quæſitoris obiret. Ne verbum quidem mutatum volui, & gratus, ac memor ipſam exhibeo, Lectori certe perjucundam.

Nota

Nota ad Bullar. Tom.III pag.648.

E*piſcopus Xouſien...... Ceterum quanam ſit hæc Eccleſia Xouſien non facile dictu, legendum fortaſſis Auntien. ſic vulgo vocatur Pekinum totius Imperii Sinarum Caput.*

Pekino non videtur tribuendus hic Epiſcopus, ſi conjecturis enim divinandum eſt.

Minus improbabiliter Eccleſia Xouſien. erit Eccleſia Urbis Xoes, *ſive* Xois *ſub Patriarchatu Alexandrino in Africa Orientali, necnon ultima ſub Metropolitana ſecunda Auguſti* (Battaglini in Geograph. Epiſcop. antiqua) *Eſto enim ad Tartaros, alioſque Orientales Populos, & Sinas ipſos uſque a 13 Seculo lumen Fidei tranſmiſſum ſit, vel per Minoritas, ut obſervat Aſſemanus* (a), *vel per Nuntios Apoſtolicos miſſos ab Innocentio IV poſt an.1243* (b), *vel per Guillelmum de Rubruquis a Ludovico IX ad Tartaros, & Sinenſes ablegatum anno 1252* (c). *Septentrionalem tamen illam Sinarum Provinciam anno 1483, vel Fides adhuc non penetraverat, vel certe Dignitas Epiſcopalis ibi adhuc non fulſerat, ideoque de illa tanquam de Eccleſia jam inſtituta, & vacante loqui non poterat Pontifex, nec mirum ſi Græcum multotiens ab antiquis, vel imperitis Scriptoribus in v vertatur cum etiam in aliis nominibus i vel y vertatur in u ſic Lydius Fluvius Macedoniæ etiam Ludias dicitur apud Ferrarium, ſeu Baudrantium. Eſt autem Urbs* Xoes *ſive* Xois *Stephano, & Straboni Capitalis Inſulæ hujus nominis, Sebbeniticum inter, & Phatnicum Nili Oſtia in Delta Ægypti.*

Non autem tertium, & quartum Oſtium Inſulam faciunt, ſed inter hæc Oſtia alveus Athribiticus, ſe in Mare per duo parva Oſtiola exonerat, quibus duæ formantur Inſulæ in parum ſuperiori ad Libonotbum Urbs Xois *condita eſt, & ex hac Urbe* nomos Xoites *dicitur, ad Mare uſque ſe extendens. Nec Samſonem fugit hæc Urbs, eſto illam auſtraliorem aliquantiſper credas, & prope Tanam collocat, tum in Tabula Ægypti antiqua, tum in Patriarchatu Alexandrino; quem errorem nec Clericus correxit in Edit. Amſtelodamenſi.*

Aliam quoque derivationem nominis Xouſien *a Regno* Xoa *emendicare Grammatico, vel Geographo, non vero Hiſtorico liceret. Datur enim hoc Regnum, & quidem ſatis amplum in Meridionali Abiſſinorum Ditione, ejuſque deſcriptionem inſtituit Maginus, & Joh. Bleau, qui illi quartum locum deſignat inter Regna Æthiopiæ, & eu Sannutio terminos tribuit. Guillelmus quoque de l'Isle hoc Regnum deſcribit mutato nomine* Xoa *in* Choa, *ſicut Provinciam* Xanton *in Tabula Sinica* Chanton *appellat dialecti Gallici pronuntiationem obſervans; dividit autem in ſuperius, & inferius, ſed confinia valde diverſa a traditis per Sannutium, alioſque ſtatuit, quibus miſſis, ſufficiat indicare* Xoæ *Regnum latitudinis Septentrionalis nonum gradum attingere, & undecimum excedere, longitudinis vero a 52 ad 56 ſe extendere.*

Derivationem tamen hujuſmodi omnino reſpuere teneatur Hiſtoricus, non quia in Abbiſſinia nullus ſit, aut fuerit Epiſcopus, juxta Godigni (d) *ſententiam ſatis infirmam contra pene omnes Authores plurimis in Abiſſia Epiſcopis locum dantes, ſed quia ea tempeſtate a Patriarcha Alexandrino, non vero a Pontifice Romano Abiſſinis Epiſcopi deſignabantur.*

Hæc Vir eruditus, cujus Notationis prior pars eo magis arcidet, quod Epiſcopatus Urbis *Xoes* antiquis apprime notus fuerit. Ut enim docet *Carolus a S. Paulo* in Geographia Sacra Patriarchatus Alexandrini pag.271 *Macedonius* Epiſcopus *Xoeenſis* interfuit Epheſino Concilio. Ubi *Lucas Holſtenius* obſervat, quod *Athanaſius* etiam Xoitarum Epiſconus ſubſcripſit Synodicæ Gennadii Tomo I Juris Græc. Rom.

Quod ſpectat Fidei lumen Sinas uſque jampridem tranſmiſſum, huc Ordinis Fratrum Prædicatorum Alumnos Seculo XIII perveniſſe, ibique Evangelium Chriſti prædicaſſe, tam certum, quam quod maxime, ut alibi dictum fuit, & latiori calamo poſtea dicetur.

(*a*) To.4 Bibli. Orient. p.131 apud Lucin. in introduct. ad exam. Doct. Card. Tournon.
(*b*) Itinerarium Jo: du Plan Carpin, & N. Aſcelini in collect. diverſorum itinerum apud Petrum Vander aa Tom.1 n.14
(*c*) Ibid. n.5.
(*d*) Apud Bleau hic pag.96 col. prima poſt med.

Epiſcopos inter vel dubios, vel ex nominum ſimilitudine multiplicatos, recenſendos etiam crediderim.

F. Matthæum, quem Signinum, mox Comaclenſem, poſtea Bononienſem Epiſcopum fuiſſe, docet *Luſitanus* apud *Cavalerium T. I pag.296 Num.275 ad annum* 1485.

F. Johannem Lucenſem, & Lucaoum Lucenſem, quos Lucenſes Epiſcopos dicunt *Seraphinus Razzius* & *Lopez*, apud *Cavalerium T. I pag.297. Num.276, & 277 ad annum* 1485.

F. Gaſparum e Calabria, Epiſcopum Saracenæ creatum a *Plodio* apud *Cavalerium T. I pag.319 n.354 ad annum* 1507. Saracena Oppidum eſt Calabriæ, *Seſtum* olim nuncupatum, de cujus ſitu differit *Gabriel Barrius Lib.2 cap.3.* Barrii verba Notis illuſtrat eruditus *Thomas Aceti* ibid. pag. 59 editionis Romanæ 1737. Verum nec Scriptores iſti præſtantiſſimi, nec alius, quem ſciam, de Saraceno Epiſcopatu Calabriæ meminerunt.

F. Dominicum Zovaglio, Genuenſem, quem anno 1505 floruiſſe, docet *Plodius*, & incertæ Sedi præficit apud *Cavalerium Tomo I pag 317 Num.344.* Ipſum crediderim Damianum Zavalia, ſeu Zovaglia, Genuenſem, Epiſcopum Montis Regalis, de quo dictum fuit *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Urbani VI pag.306 ad annum* 1388.

F. Tho-

F. Thomam Seraphinum, quem *Stephanus Sampajus*, & *Plodius*, anno 1450 Archiepiſcopum Corinthium conſtitutum fuiſſe, docent apud *Cavalerium Tomo I pag.328 Num.376.* Eodem anno Frater Hugo Rethut eidem Sedi præfectus eſt a Nicolao V, uti dictum fuit in *Appendice ad ejuſdem Nicolai Pontificatum Tomo III pag.328.*

F. Bartholomæum Abaliati, quem nobilem Senenſem, & Epiſcopum Tauriſienſem, ex Chronicis MSS. Conventus Urbevetani probat *Ugurgerius* in *Pompis Senenſibus Tit.7*, quemque *Cavalerius Tom. I pag.329 Num 378* vel Seculo XV, vel ineunte Decimo Sexto floruiſſe, dicit. Nec enim Bartholomæus iſte diſtinguendus a Bartholomæo Abaliati, quem Johannes XXII anno 1318 Epiſcopum creavit, & in Perſidem miſit, uti dictum fuit *Tomo II pag.208 ad annum* 1318. Ejuſdem Tauriſienſis Epiſcopi meminit *Fontana* in *Monumentis Dominicanis*, & in *Theatro*.

F. Georgium de Padilla, quem *Cavalerius T.I pag.329. Num.580*, ex *Lopez*. Epiſcopum in Italia Seculo XV floruiſſe dicit. Nec enim Georgius iſte diſtinguendus eſt a Gregorio de Padilla Epiſcopo Civitatis Ducalis, in Aprutio ulteriori, qui anno 1598. a Clemente Octavo renunciatus fuit Epiſcopus, uti videre eſt *Tom.5 pag.626.*

F. Antonium a S. Dominico Epiſcopum, quem vocant in partibus, ſeu Titularem, & Johannem Sintrium Epiſcopum in Indiis, quos Luſitanos aſſerit *Lopez* apud *Cavaleriam Tomo I pag.329 Num.381, & 382*, ubi præſules iſtos Seculo XV floruiſſe cenſet,

F. Bernardinum a Cruce Epiſcopum Angrenſem, de quo *Cavalerius Tomo I pag. 329. Num.383.* Nec enim diſtinguendus videtur a Bernardo a Cruce Epiſcopo S. Thomæ, cujus memini *Tomo IV in Appendice ad Pontificatum Pauli III pag.678 ad annum* 1540.

F. Auguſtinum, quem *Cavalerius T. I pag.329 Num.384* Archiepiſcopum Raguſinum fuiſſe docet ex *Leandro Alberti de Viris illuſtribus Libro 3.* Verum *Leander* pag 128 meminit quidem Auguſtini Raguſini, ipſumque inter Epiſcopos recenſet his verbis: *Auguſtinus Raguſinus optimus Theologus, ac vir moribus ornatus:* ſed ex his dubium, an Auguſtinus dicatur Raguſinus ex Patria, vel ex Epiſcopali Sede? Hinc ibi fortaſſis Leander loquitur de Auguſtino Nalio, Raguſino, qui Mercanenſis, & Tribunenſis Epiſcopus a Leone X renunciatus eſt anno 1514, ut ex hac Appendice videre eſt. Id ex eo firmari poteſt quod *Leander* de Auguſtino loquatur, ceu de Præſule, qui quo tempore ſcribebat ipſe, florebat. Quod apprime *Nalio* congruit.

F. Nicolaum de Inſula Archiepiſcopum Calaritanum, quem *Cavalerius Tomo I pag.129 Num.385*, ex his quæ refert *Lopez 3 Parte Lib.2 cap 1 Hiſtoriæ S. Dominici* Seculo XV floruiſſe putat. Sed ipſe videtur *Nicolaus Archiepiſcopus in Sardinia*, de quo dictum fuit *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Honorii IV pag.17 ad annum* 1287.

F. Johannem Epiſcopum Varrenſem, cujus meminit *Bernardus de Jonghe in Belgio Dominicano pag.274* ex antiquo MS. codice Conventus Moſæ-Trajectenſis in quo ſic legere eſt. *In menſe Auguſto obiit Dominus Johannes Epiſcopus Varrenſis de Herderen. hic non ſepultus ad imaginem.* Quæ ultima verba ſic interpretatur Bernardus noſter: *ſolebant*, inquit, *imagines per modum Epitaphiorum poni ad parietes circa Sepulchra præclariorum Patrum noſtrorum, ut in aliquibus Conventibus etiamnum conſpicitur.* Johannes iſte Varrenſis Epiſcopus non diſtinguendus videtur a Johanne Lamberti Epiſcopo Berrhæenſi, vulgo *Veria*, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Leonis X Tomo IV pag.402 ad annum* 1518. Ceterum ſi in antiquo Codice MS., de quo mox dictum fuit, legeretur *Varnen.*, Johannes iſte ab alio diſtinguendus eſſet. Epiſcopatus Varnenſis in Notitia Græca ὁ Βάρνης eſt prope Danubium ſub Patriarcha Conſtantinopolitano. Varen. etiam Sedes in Helleſponto ſita eſt ſub Metropoli Cyzica. In antiqua Notitia Græca apud Carolum a S. Paulo dicitur ὁ Βάρνης.

F. Bernardum Pace Epiſcopum in Indiis Occidentalibus anno circiter 1530, cujus meminit *Cavalerius Tomo I pag.349 num.51*, ex *le Febvre*, & *Fontana*. Nec enim diſtinguendus a Bernardo de Meſa qui ex Epiſcopo Pacen. ad Eccleſiam Cubenſem tranſlatus fuit, uti videre eſt in *Appendice ad Pontificatum Adriani VI Tom.4 pag.416 ad annum* 1522

F. Cyprianum Vilienſem, Epiſcopum in Polonia, cujus meminit *Cavalerius Tomo I pag.388 Num.130 ad annum* 1553, ex *Lopez*. Nec enim diſtinguendus Cyprianus iſte a Cypriano Polono, Epiſcopo Mothonenſi, Vilnenſis Epiſcopi Vicario, de quo dictum fuit in *Appendice ad Pontificatum S. Pii V Tomo V pag.302 ad annum* 1572.

F. Mat-

F. Matthæum Balduinum Epiſcopum Cornen. (Fortaſſis Coronen.) de quo *Cavalerius Tom. I pag.* 388 *Num.* 131 ex *Lopez* ad annum 1553. Idem videtur ac Matthæus Teuto, cujus memini in *Appendice ad Pontificatum Pauli V Tomo V pag.* 721 *ad annum* 1610.

F. Umbertum Gallum Epiſcopum Siſtaricenſem, uti docet *Cavalerius Tomo I pag.* 398 *num.* 156 *ad annum* 1560. Sed illum eſſe crediderim Umbertum, qui Siſtaricenſi Eccleſiæ præfuit Innocentio IV Summo Pontifice, uti videre eſt *Tomo I pag.* 263 *ad annum* 1251.

F. Dominicum Lolixium, Siculum, Epiſcopum Vicen., ſeu Vicoæquen. in Regno Neapolitano, quem *Cavalerius T. I pag.* 425 *Num.* 199 anno 1570 mortuum dicit. Ipſe eſt Dominicus Caſablanca, Siculus, Epiſcopus Vicoæquenſis, de quo dictum fuit in *Appendice ad Pontificatum Pauli IV Tomo V pag.* 56 *ad annum* 1558.

F. Alexandrum a Trivico, quem *Lopez* Epiſcopum Feſulanum anno 1580 fuiſſe, docet apud *Cavalerium T. I pag.* 466 *Num* 257. Qua de re multum laborat *Cavalerius*, ac cenſet erraſſe *Lopezium*. Crediderim, Epiſcopum iſtum eſſe Antonium Forolivienſem, Epiſcopum Trivicanum, de quo dictum fuit in *Appendice ad Pontificatum Gregorii XIII Tomo V pag.* 431 *ad annum* 1576.

F. Johannem Sancines, quem Venuſinum Epiſcopum *Lopez* aſſerit apud *Cavalerium T. I pag.* 556 *num.* 22 *ad annum* 1621. Errorem irrepſiſſe merito ſuſpicatur *Cavalerius*.

F. Andream Venetum, Epiſcopum Chienſem, cujus meminit *Fernandez* apud *Cavalerium T. I pag.* 588 *Num.* 75: & *Fontanam* in *Theatro Dominicano Parte I Cap V Tit.* 167 *pag.* 169. Nec diſtinguendus *Andreas* iſte a Venerabili *Andrea de Carga*, Veneto, Epiſcopo Syrenſi, cujus memini *in Appendice ad Pontificatum Pauli V Tomo V pag.* 720 *ad annum* 1607. Nec urget *Fernandez* auctoritas, licet Scriptor coævus ſit, ut ex ipſius verbis liquet: *F. Andreas Venetus Epiſcopus Chienſis e Priore Conventus Ordinis Conſtantinopolitani. Vivit adhuc*, Non, inquam, urget hoc teſtimonium, quia ex amanuenſis incuria ſcriptum *Chienſis*, cum ſcribere debuiſſet *Syrenſis*. Ceterum *Fernandez* anno 1618 quo *Nomenclaturam Epiſcoporum Italorum* vulgavit Salmanticæ in Opere, cui titulus *Concertatio Prædicatoria*, dicit *Andream Venetum* vivere: tunc enim florebat venerabilis ille *Andreas de Carga* qui poſtea martyrio coronatus eſt.

F. Johannem Capuanum, Archiepiſcopum Tarentinum, cujus meminit *Theodorus Valle*, Parte 5 pag. 353, apud *Cavalerium Tomo I pag.* 545 *Num.* 372, ubi dicitur *Gio: da Capoa*. Sed, uti ſuſpicatur ipſemet *Cavalerius*, Præſul iſte non diſtinguendus a Georgio Capuano, Archiepiſcopo Tarentino, de quo dictum fuit *Tomo II in Appendice ad Pontificatum Bonifatii VIII pag.* 72 *ad annum* 1301.

F. Bernardum Delgado, & Dominicum Pizzarro Hiſpanos, Salmanticenſis Conventus Alumnos, Epiſcopos in Indiis: & Antonium de Legname, Siculum, Archiepiſcopum Meſſanenſem, de quibus *Lopez* apud *Cavalerium Tomo I pag.* 545, & 546 *a numero* 372 *ad* 376. Tutiorem Ducem deſiderarem: *Lopez* enim quandoque fallitur, uti *Cavalerius* nonnunquam notavit.

T*omo IV in Appendice ad Pontificatum Alexandri VI pag.* 214 *ad annum circiter* 1503 Jacobum Ridder Epiſcopum Ebronenſem creatum dixi, ſed anno duntaxat 1506 hoc titulo Ebronenſi donatus eſt a Julio Secundo, ut ex iſtis Apoſtolicis Conſtitutionibus videre eſt: *Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Jacobo de Ridder Electo Ebronen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolatus officium &c. Sane Eccleſiæ Ebronen. certo modo Paſtoris ſolatio deſtitutæ Nos verum ultimæ dictæ Eccleſiæ vacationis modum etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, reſultet, præſentibus pro expreſſo habentes, ac ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem, & felicem, ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponatur incommodis &c. poſt deliberationem quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus Noſtris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſorem, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, cui apud Nos de Religionis zelo, vitæ munditia, honeſtate morum, Spiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis, fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos Noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de Perſona tua Nobis, & eiſdem Fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ de Fratrum eorundem conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in Spiritualibus, & Temporalibus plenarie committendo &c. Jugum igitur Domini &c. tuque præter æternæ retributionis &c. Noſtram, & Apoſtolicæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Volumus autem quod quam primum præſentes Literas habueris expeditas ad præfatam Eccleſiam te conferas &c. quodque extra tuas Civitatem, & Dioc. Ebronen. Pontificalia officia nequeas exercere. Datum Romæ apud Sanctum*

Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Sexto Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. Ex Archivo Apoſtolico Libro 265 fol. 270. Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto filio Jacobo, Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, Electo Ebronen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum Nos pridem Eccleſiæ Ebronen. Paſtoris regimine deſtitutæ de Perſona tua Nobis, & Fratribus Noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio, duxerimus, auctoritate Apoſtolica, providendum, præficiendo te illi in Epiſcopum, & Paſtorem, prout in Noſtris inde confectis Literis plenius continetur, Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis ſupplicationibus inclinati, tibi, ut a quocunque malueris Catholico Antiſtite gratiam, & communioucm Apoſtolicæ Sedis habente, accitis & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus vel tribus Catholicis Epiſcopis, ſimilem gratiam, & communionem habentibus, munus conſecrationis recipere valeas, ac eidem Antiſtiti, ut, recepto prius a te, noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolito Juramento juxta formam præſentibus annotatam, munus prædictum, auctoritate noſtra, impendere libere tibi poſſit, plenam & liberam concedimus, earundem præſentium tenore, facultatem. Volumus autem, & auctoritate prædicta ſtatuimus, & decernimus, quod ſi, non recepto a te per ipſum Epiſcopum dicto Juramento, idem Epiſcopus munus ipſum tibi impendere, & tu illud ſuſcipere præſumpſeritis, dictus Antiſtes a Pontificalis officii exercitio, & tam ille quam tu ab adminiſtratione tam Spiritualium, quam Temporalium Eccleſiarum Veſtrarum ſuſpenſi ſitis eo ipſo. Præterea volumus, quod formam a te tunc præſtiti Juramenti Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes Literas tuo ſigillo ſignatas per proprium uunt:um quantotius deſtinare procures, quodque per hoc Venerabili Fratri Noſtro Patriarchæ Jeroſolymitano, cui dicta Eccleſia Metropolitico Jure ſubeſſe dignoſcitur, nullum in poſterum præjudicium generetur. Forma autem Juramenti, quod præſtabis hæc eſt: Ego Jacobus electus Ebronen. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & D. N. D. Julio PP. Secundo, ſuiſque Succeſſoribus Canonice intrantibus &c. ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Quarto Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Ex Archivo Apoſtolico Libro 265 fol. 272. Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Jacobo Electo Ebronen. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos & Romanam geris Eccleſiam non indigne meretur, ut votis tuis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus: hodie ſiquidem Eccleſiæ Ebronen. tunc certo modo, quem pro expreſſo haberi volumus, Paſtoris ſolatio deſtitutæ, de Perſona tua Nobis, & Fratribus Noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio, duximus, auctoritate Apoſtolica, providendum, præficiendo te eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, prout in Noſtris inde confectis Literis, in quibus voluimus quod quam primum Literas ipſas haberes expeditas ad dictam Eccleſiam te conferres, & perſonaliter apud illam reſideres, quodque extra tuas Civitatem, & Diœc. Ebronen. Pontificalia officia exercere nequires, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, tu ad dictam Eccleſiam, quæ in partibus infidelium conſiſtit, abſque Perſonali periculo commode nequeas te conferre, & apud eam Perſonaliter reſidere, Nos volentes, te, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, favoribus proſequi gratioſis, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, qui Fratrum Prædicatorum Profeſſor exiſtis, quod ad dictam Eccleſiam accedere, & apud eam perſonaliter reſidere minime tenearis, quodque poſtquam munus Conſecrationis rite ſuſceperis in Civitate, & Diœc. Trajecten. dntaxat, dum per Venerabilem Fratrem Noſtrum Fredericum, & pro tempore exiſten. Epiſcopum Trajecten. ad id requiſitus fueris, & de ſpeciali ipſius licentia, Pontificalia officia hujuſmodi exercere libere, & licite valeas, priori voluntate Noſtra prædicta, ac aliis Conſtitutionibus &c. nequaquam obſtantibus præfata auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Nulli ergo &c. Noſtri Indulti infringere &c. ſi quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Sexto Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Ex Archivo Apoſtolico Lib. 215 fol. 4. Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Jacobo de Ridder, Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ Sedis circumſpecta benignitas de ſtatu Perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet præſertim Cathedralibus Eccleſiis præficiendarum ſolicite cogitans ad ea libenter intendit per quæ perſonæ ipſæ Eccleſiis ſibi committendis ſincero corde, & pura conſcientia valeant præſidere. Cum itaque Nos hodie Eccleſiæ Ebronen. certo modo Paſtore carenti de Perſona tua, Nobis, & Fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio providere, teque illi in Epiſcopum, & Paſtorem præficere, intendamus, Nos ne proviſio, & præfectio prædictæ, ſi forſan aliquibus ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis ligatus ſis, valeant propterea quomodolibet impugnari providere volentes, te a quibusvis Excommunicationis &c. ad hoc dntaxat ut proviſio, & præfectio prædictæ, ac ſingulæ Literæ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ ſuum ſortiantur effectum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, abſolvimus, & abſolutum fore nuntiamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c. ceteriſque contrariis quibuscunque. Nulli ergo &c. Noſtræ abſolutionis, & nuntiationis infringere &c. ſi quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Sexto Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Ex Archivo Apoſtolico Lib. 215 fol. 5. Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Jacobo Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, Electo Ebronen., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Perſonam tuam &c. Cum itaque Nos hodie Eccleſiæ Ebronen. &c. prout in Noſtris inde confectis Literis plenius continetur, Nos tibi, qui, ut accepimus, ex fructibus, redditibus, & proventibus Menſæ Epiſcopalis Ebronen. quæ in partibus infidelium conſiſtit nihil percipis, ut ſtatum tuum juxta Pontificalis exigentiam dignitatis decentius tenere valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere præmiſſorum &c. ſpecialem gratiam facere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis &c. abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, non ad tuam &c. ſed de Noſtra mera liberalitate penſionem annuam Ducentorum Florenorum Renen. in Civitate Trajecten. curſum habentium, Centum & octo Ducatos auri de Camera, vel circa conſtituentium ſuper dictæ Menſæ Epiſcopalis fructibus, redditibus, & proventibus &c. tibi, quoad vixeris, vel Procuratori tuo &c. per Venerabilem Fratrem noſtrum Fredericum modernum, cujus ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, & Succeſſores ſuos Epiſcopos Trajecten. pro tempore exiſtentes, annis ſingulis &c. integre perſolvendam

dam præfata auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus: Decernentes eoſdem Fredericum Epiſcopum, & Succeſſores ad integram ſolutionem dictæ penſionis &c. fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod illi ex Frederico Epiſcopo, & Succeſſoribus præfatis, qui &c. penſionem prædictam per eum tunc debitam non perſolverit cum effectu, lapſis diebus eiſdem ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus. Si vero per ſex menſes &c., ſuſpenſus ſit, & eſſe cenſeatur eo ipſo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c quibuſcunque, aut ſi Frederico Epiſcopo &c. ab eadem ſit Sede indultum, quod ad præſtationem, vel ſolutionem penſionis alicujus minime teneatur &c. aut quod interdici, ſuſpendi &c. & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia &c. Nulli ergo &c. Noſtræ abſolutionis, reſervationis, Conſtitutionis &c. infringere &c. ſi quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Sexto Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. Ex Archivo Apoſtolico Lib.265 fol.273. *Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Sancti Cimberti Colonien., & Sancti Johannis Trajecten. Eccleſiarum Præpoſitis, ac Officiali Leodien., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Hodie Dilecto Filio Jacobo Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſori, Electo Ebronen. penſionem annuam Ducentorum florenorum Renen. in Civitate Trajecten. curſum habentium, ſuper fructibus, redd.tibus, & proventibus Menſæ Epiſcopalis Trajecten. ſibi, quoad viveret, vel Procuratori ſuo &c. per Ven. Fratrem Noſtrum Fredericum modernum, & Succeſſores ſuos Epiſcopos Trajecten. pro tempore exiſtentes, annis ſingulis in certis terminis tunc expreſſis, ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ Trajecten. pœnis, integre perſolvendam, ipſius Frederici Epiſcopi ad id expreſſo accedente conſenſu, Motu proprio, per alias noſtras Literas reſervavimus, conſtituimus, & aſſignavimus, prout in illis plenius continetur. Quocirca Diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi, & poſtquam dictæ Literæ vobis præſentatæ fuerint &c. faciatis auctoritate noſtra penſionem prædictam Jacobo Electo &c. efficaciter perſolvi. Et nihilominus quemlibet ex Frederico Epiſcopo, & Succeſſoribus præfatis &c., quoties ſuper hoc pro parte dicti Jacobi Electi fueritis requiſiti, tamdiu Dominicis, & aliis Feſtivis diebus in Eccleſiis &c. interdictum, & ſuſpenſum publice nunciatis, & faciatis ab aliis nunciari donec &c. relaxationis beneficium meruerit obtinere. Contradictores &c. ſeu ſi Frederico Epiſcopo, & Succeſſoribus præfatis &c. ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexto, Sexto Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.* Ex Archivo Apoſtolico Lib.215. fol.5. Ex quibus ſane Conſtitutionibus Apoſtolicis liquet, *Jacobum Ridder* non ab *Alexandro VI*, ſed a *Julio II* creatum fuiſſe Epiſcopum. Quod fortaſſis ex eo conciliabit aliquis, ſi dicat, *Julium II* Epiſcopum renunciaſſe, quem Deceſſor *Alexander* Epiſcopum deſignaverat. Idem de duobus ſequentibus dici poteſt. Sed hæc conjectura ſit, cui minus fido.

IN *eodem Appendice ad Pontificatum Alexandri VI Tomo IV pag.*209 Martinum Cabeça de Vaca Epiſcopum Marochitanum anno circiter 1500 conſtitutum dixi; ad hanc Sedem anno duntaxat 1508 a Julio Secundo promotus fuit, uti liquet ex ſequentibus Bullis: *Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Martino Cabeza de Vacha, Electo Marochitan. Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolatus officium &c Dudum ſiquidem bon. mem. Petro Epiſcopo Marochitan. regimini Eccleſiæ Marochitan. præſidente, Nos cupientes ipſi Eccleſiæ cum vacaret &c., proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi, & diſpoſitioni Noſtræ duximus &c. reſervandam &c. poſtmodum vero dicta Eccleſia per obitum ejuſdem Petri Epiſcopi, qui extra Romanam Eccleſiam debitum naturæ perſolvit &c. Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem, & felicem &c. ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponatur incommodis &c. poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ Perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te Ord. Fratrum Prædicatorum profeſſorem in Sacerdotio conſtitutum, Religionis zelo conſpicuum, Literarum ſcientia præditum, vitæ ac morum probitate decorum, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicum virtutum donis, prout fide dignorum teſtimoniis accepimus, multipliciter inſignitum, direximus oculos Noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de Perſona tua, Nobis, & eiſdem Fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Eccleſiæ de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providimus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in Spiritualibus, & Temporalibus plenarie committendo: In illo qui dat gratias, & largitur præmia &c. Jugum igitur Domini &c. tuque præter æternæ retributionis &c. Noſtram, & Apoſtolicæ Sedis Benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Volumus autem quod poſtquam præſentes Literas habueris expeditas ad præfatam Eccleſiam te conferas &c. quodque extra tuas Civitatem, & Diœc. Marochitan. Pontificalia officia nequeas exercere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Septimo, Quinto Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.* Ex Archivo Apoſtolico Libro 268 fol.34. *Julius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Martino Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſori Electo Marochitan., Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum Nos pridem Eccleſiæ Marochitan., Paſtoris regimine deſtitutæ, de Perſona tua, Nobis, & Fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio, auctoritate Apoſtolica, duximus providendum, præficiendo te illi in Epiſcopum, & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis Literis plenius continetur. Nos ad ea quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, ut a quocumque malueris Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, accitis, & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus, vel tribus, Catholicis Epiſcopis, ſimilem gratiam, & communionem habentibus, munus conſecrationis recipere valeas, ac eidem Antiſtiti, ut munus prædictum auctoritate noſtra, impendere libere tibi poſſit, plenam & liberam concedimus, earundem præſentium tenore, facultatem: per hoc autem Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo, cui præfata Eccleſia Metropolitico Jure ſubeſſe dignoſcitur nullum in poſterum præjudicium generetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Septimo, Quarto Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.* Ex Archivo Apoſtolico Lib.268

Lib. 268 fol.34. Quod in iſtis Bullis annus Milleſimos Quingenteſimus Septimus inſcribatur, id ex ſtylo
Bullarum eſt. Æræ ſiquidem commuois Anno MDVIII datæ ſunt. *Julias Epiſcopus, Servus Servorum Dei,*
Dilecto Filio Martino Cabeza de Vacha Ordinis Fratrum Prædicatorum Profeſſori, Salutem, & Apoſtolicam
Benedictionem. Apoſtolicæ Sedis circumſpecta benignitas ad ea libenter intendit per quæ Perſona Eccleſiaſti-
cæ ad Eccleſiarum præſertim Cathedralium regimina per eam aſſumendæ, quas omni macula carere decet, poſ-
ſint illis puro corde, & ſincera conſcientia præſidere. Cum itaque Nos hodie Eccleſiæ Marochitan. ad præſens
certo modo Paſtoris regimine destituta, de Perſona tua, Nobis & Fratribus noſtris ob tuorum exigentiam me-
ritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio, auctoritate Apoſtolica, providere, teque illi in Epiſcopum
& Paſtorem præficere intendamus, Nos, ne proviſio & præfectio prædictæ, ſi forſan aliquibus ſententiis, &
cenſuris Eccleſiaſticis ligatus ſis, valeant impediri, volentes providere, teque a quibuſcunque excommunica-
tionis &c. ad hoc duntaxat, ut proviſio, & præfectio prædictæ, ac ſingulæ Literæ Apoſtolicæ deſuper confi-
ciendæ ſuum ſortiantur effectum, harum ſerie, abſolvimus, & abſolutum fore nuntiamus. Non obſtantibus
Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c. quibuſcunque. Nulli ergo &c. Noſtræ abſolutionis, &
nuntiationis infringere &c. Si quis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ
Milleſimo Quingenteſimo Septimo, Quinto Kal. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Quinto. Ex Archi-
vo Apoſtolico Lib.3 an.5 fol.4.

T*omo IV in Appendice ad Pontificatum Julii II pag.*295 Auguſtinum Naliom, ſeu Natalem, anno 1512 Epiſcopum Mercanenſem, & Tribunenſem creatum dixi; ſed anno dumtaxat 1514 a Leone X hac dignitate donatus fuit, uti conſtat ex Apoſtolicis Conſtitutionibus: *Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Auguſtino de Nale Electo Mercanen. & Tribunen. Eccleſiarum, Salutem, &c. Divina diſponente clementia &c. Dudum ſi quidem bon. mem. Georgio Mercanen., & Tribunen. Epiſcopo regimini Mercanen., & Tribunen. Eccleſiarum invicem perpetuo canonice unitarum præſiden. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret &c. proviſionem earundem Eccleſiarum ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus &c. reſervandam: poſtmodum vero dicta Eccleſia per obitum ipſius Georgii Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos, vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſarum Eccleſiarum celerem & felicem &c. ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponantur incommodis &c., poſt deliberationem quam de præficiendo eiſdem Eccleſiis Perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te Ord. Fratrum Prædicatorum profeſſorem in Presbyteratus ordine conſtitutum, Literarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, in Spiritualibus providum, & Temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium virtutum donis, prout fide dignorum teſtimoniis accepimus, multipliciter inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de Perſona tua, Nobis & eiſdem Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum ipſorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſarum Eccleſiarum tibi in Spiritualibus, & Temporalibus plenarie committendo. Jugum igitur Domini &c. tuque præter æternæ retributionis &c. noſtram & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio Decimo, Pridie Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.* Ex Archivo Apoſtolico Libro 49 fol.269. Annus qui in iſtis Diplomatibus ex ſtylo Bullarum dicitur Milleſimus Quingenteſimus Tertius Decimus, Æræ communis eſt annus MDXIV. *Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Auguſtino de Nale Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſori, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ Sedis circumſpecta benignitas de ſtatu Perſonarum quarumlibet præſertim ad Cathedralium Eccleſiarum regimina aſſumendarum, ſollicite cogitans, ad ea libenter intendit per quæ Perſonæ ipſæ Eccleſiis ſibi committendis ſincero corde, & pura conſcientia præſidere valeant. Cum itaque Nos hodie Mercanen., & Tribunen. Eccleſiis invicem perpetuo canonice unitis, certo modo Paſtoris ſolatio deſtitutis, de Perſona tua Nobis, & Fratribus noſtris, ob tuorum exigentiam meritorum, accepta, de Fratrum eorundem conſilio providere, teque illi in Epiſcopum, & Paſtorem præficere intendamus, nos, ne proviſio & præfectio prædictæ, ſi forſan aliquibus ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis ligatus exiſtis, valeant propterea invalidæ reputari, providere volentes, teque a quibuſvis excommunicationis &c. ad hoc duntaxat, ut proviſio, & præfectio prædictæ, & ſingulæ Literæ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ ſuum ſortiantur effectum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, abſolvimus, & abſolutum fore nunciamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio Decimo, Pridie Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.* Ex Archivo Apoſtolico Lib.49 fol.270. *Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Populo Civitatum, & Dioc. Mercanen., & Tribunen. Eccleſiarum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Hodie Mercanen., & Tribunen. Eccleſiis, tunc per obitum bonæ memoriæ Georgii Epiſcopi Mercanen., & Tribunen. Eccleſiarum hujuſmodi invicem perpetuo canonice unitarum, extra Romanam Curiam defuncti, Paſtoris ſolatio deſtitutis, de Perſona Dilecti Filii Auguſtini Mercanen., & Tribunen. Eccleſiar. unitarum Electi, nobis, & Fratribus noſtris ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilio, Apoſtolica auctoritate, providimus, ipſumque illis præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſarum Eccleſiarum, ſibi in Spiritualibus, & Temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis Literis plenius continetur. Quocirca Univerſitati Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Auguſtinum Electum, qui etiam, ut accepimus, Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſor exiſtit, tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, ac exhibentes, ei obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas, ejus ſalubria monita, & mandata, ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis: alioquin Sententiam, quam idem Auguſtinus Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio Decimo, Pridie Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.* Ex Archivo Apoſtolico Lib.49 fol.269. *Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei,*

Dilec-

Digitized by Google

Dilectis Filiis Clero Mercanen., & Tribunen. Civitatum, & Diœc, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Hodie Mercanen., & Tribunen. Eccleſiis tunc per obitum bo. me. Georgii Epiſcopi Mercanen., & Tribunen. Eccleſiarum hujuſmodi invicem perpetuo canonice unitarum extra Roman. Curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtitutis, de Perſona Dilecti Filii Auguſtini Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſoris Mercanen., & Tribunen. Eccleſiarum unitarum Electi, Nobis, & Fratribus noſtris ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem conſilia, Apoſtolico auctoritate, providimus, ipſumque illis præfecimus in Epiſcopum; & & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſarum Eccleſiarum ſibi, in Spiritualibus, & Temporalibus plenarie committendo, prout in Noſtris inde confectis Literis plenius continetur. Quocirca Diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Auguſtinum Electum, tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, ac exhibentes ſibi obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin ſententiam, quam idem Auguſtinus Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio Decimo, Pridie Non. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo. Ex Archivo Apoſtolico Lib.49 fol.270.

F. *Johannes de Cobo, profeſſione Complutenſis, Epiſcopus Novæ Segobiæ deſignatus*, apud *Erhard* Tom.II Script. Ord. Præd. in Indice Epiſcoporum pag 28, ex *Franciſco Carrero*. Hujus Epiſcopi non memini quia deſignatos Epiſcopos paſſim prætermiſi. Nec enim, exempli gratia, in Epiſcoporum ſerie memini Viroſum clariſſimorum *Johannis Benedicti Zuanelli*, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, *Nicolai Ridolphi*, Sacræ Congregationis Indicis Secretarii, &c., quos ipſe deſignatos Epiſcopos vidi, quique munus Epiſcopale, ſeu onus humeris Angelicis formidandum, conſtanti animo recuſarunt. Eadem de cauſa prætermiſſus celeberrimus Hybernus qui ſequitur.

F. *Daniel ô Daluch, Confeſſarius Regum Luſitaniæ, Fundator Conventus Fratrum Hybernorum, & Monaſterii Sororum ejuſdem nationis, Ordinis noſtri, Uliſſipone, Archiepiſcopus Braccarenſis* dicitur a *Bernardo de Jonghe* in Belgio Dominicano pag 422. Ipſi præivit *Johannes o Hein* in Epil. Chron. Prov. Hyberniæ pag.21. *Echard* vero Tom. II Script. Ord. Præd. ad annum 1666 pag.617 *Danielem* noſtrum *ad Metropolitanam Indiarum Orientalium Eccleſiam Goæ, tum & ad Conimbricenſem* deſignatum docet: addens quod *illas fui ſtudioſiſſimus ac tenax inſtituti conſtantiſſime detrectavit, ſorte ſua, ſuiſque contentus prodeſſe Fratribus, atque gentilibus, dura pro Chriſti Fide in Patria ſuſtinentibus.* Danielis o Dalach, alias o Daly, qui Dominicus a Roſario paſſim nuncupatur, ſæpius meminit *Vincentius Baronius* in Apologeticis. Conſulendus *Lib.2 Sect.1 §.4 pag* 448: *Lib 4 Sect 4 § 1 pag.117: & Lib 5 Sect.4 §.4 pag* 241. Illum laudans ex pietate, & ſapientia, *quas*, inquit, *Lovanium, quas Matritum, quas Gallia, quas Europa fere tota mirata eſt*, addit: *Nomine Regis Catholici* (Philippi III) *apud Regem Angliæ patrem* (Carolum I) *& apud Carolum Filium, & hujus, Romæ, apud Innocentium X geſſit negotia graviſſima pari ſapientia, & felicitate, ſed apertius titulo Archiepiſcopi Goenſis, quem abdicavit. Apud Regem Chriſtianiſſimum Legatus Luſitaniæ, toti aulæ fuit amori, & venerationi, atque hoc elogium retulit, nullum unquam feliciùs pietatem cum prudentia, modeſtiam, & humilitatem religioſam cum Legati gravitate, & ſapientia conjunxiſſe. Quid referam tres Epiſcopatus recuſatos Fr.* Hæc *Vincentius* noſter *Baronius*, qui *Danielem*, quo tempore ſcribebat ipſe, mortuum refert anno 1666. Hinc nullus dubito quin Conimbricenſem, Goenſem, & Bracarenſem Sedes recuſaverit *Daniel*.

EAdem de cauſa non memini Johannis Baptiſtæ Compagnone, Epiſcopi Iſelanenſis, *Iſrbia*, in Regno Neapolitano, de quo loquitur *Cavalerius T.I pag.545 num.371*, ex *Theodoro Valle Parte 4 pag.233*.

F. Sebaſtianum Knab, natione Germanum, anno 1681 electum fuiſſe Archiepiſcopum Naſcivanenſem in Armenia, poſtquam ab obitu Fratris Matthæi Sedes illa annis octo vacaſſet, refert Illuſtriſſimus Auctor Vitæ clariſſimi Præſulis *Franciſci Picquet* Epiſcopi, quæ nuper gallice ſcripta prodiit.

PRæter Chriſtophorum de Torres, & Johannem de Arguinao, Archiepiſcopos S. Fidei, in America eidem Metropoli alios quinque Familiæ Prædicatorum Alumnos præfuiſſe, docet *Thomas Soueges* in Anno Dominicano Parte I Julii in Præfatione a Numero XC ad XCV. Qua de re laudat *Ignatium* noſtrum *de Quesada* tunc Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis Socium, qui prius Americanas Provincias Sanctæ Crucis, & Quitenſem rexerat, & ex his teſtis idoneus videtur.

F. Petrum de Ricis, Alumnum Conventus Portus S. Mariæ, Occitanæ Provinciæ, Epiſcopum Gallipolitanum fuiſſe, teſtantur ejuſdem Cœnobii Prior, ceterique Fratres, ex antiquis monumentis: illius enim Epiſcopi curis, & impenſis Domus Hoſpitum ejuſdem Conventus ædificata fuit. Quo tempore vixerit, ignorant.

QUod Joſeph Schivel Epiſcopus Siporienſis in partibus fuerit, & munus ſuffraganei, ſeu Vicarii Generalis in Spiritualibus Cardinalis Arias Hiſpalenſis Archiepiſcopi geſſerit, Auctor eſt *Echard Tom. II de Scriptoribus Ord. Præd. in Indice Epiſcoporum pag.26.*

F. Johan-

F. Johannem Leopardum Heſronitam Archiepiſcopum Maronitarum floruiſſe Seculo XVII jam adulto; docet *Echard Tomo II Script. Ord. Prædic. pag.* 754, duce *Fauſto Nairono Banenſi Maronita*, cujus hæc verba in Diſſertatione *de Origine, nomine, ac religione Maronitarum* Num 81 pag. 121; *Quid* (referam) *Georgium Amiram Patriarcham, Syriacæ linguæ Doctorem eximium, ac Theologicarum facultatum præſtantiſſimum? Quid Johannem Leopardum Heſronitam ex Ordine Prædicatorum Archiepiſcopum, & Patriarchæ ſuffraganeum, qui erudite conſcripſit Arabice tractatum, cujus titulus eſt: Vindemiæ Sacramentorum?* Scilicet *Naironus* claros enumerat eruditoſque Maronitas, Latinorum Alumnos Collegiorum. Diſtinguendus *Johannes* noſter *Leopardus*, ab alio *Johanne*, cujus ibidem meminit *Naironus* his verbis: *Quid Johannem alium Heſronitam Archiepiſcopum, qui varia de Fide, ac Religione Orthodoxa exaravit?*

F. Anonymi Tudernopolitani Epiſcopi meminit *Echard Tomo II Script. Ord. Præd. pag.* 997 *col.* 2.

ILluſtriſſimus Dominus Frater Franciſcus Laſſo de la Vega, & Cordova, Epiſcopus Septenſis, & poſtea Placentinus, cujus memini *Tomo VI in Appendice ad Pontificatum Clementis XI pag.* 520 *ad annum* 1716, Conventum quidem Incarnationis de Truxillo, Provinciæ Hiſpaniæ, a fundamentis erexit, ampliſſimis ædificiis illuſtravit, dotavit ſplendide, ſupellectilibus auxit, verum non Hiſpaniæ Provinciæ, ut ibidem dixi, ſed Provinciæ Bæticæ fuit alumnus. Obiit hoc anno 1738 Præſul, eximiis virtutibus præſtans, ardenti ſalutis animarum ſtudio, morum candore, ac prudentia ſingulari præditus.

CLEMENTE XII SUMMO PONTIFICE,

FELICITER REGNANTE.

PRæter Epiſcopos a Clemente XII creatos, de quibus dictum fuit *Tomo VI pag.* 747. *&c.* ab eodem Summo Pontifice, qui ſequuntur, Epiſcopi renunciati ſunt.

Anno 1736

F. Colmanus o Shaghnuſſy, oriundus e nobili familia de Gort, Alumnus Athenrienſis Cœnobii, Sac. Theol. Magiſter, Exprovincialis Hiberniæ, Anno MDCCXXXVI, menſe Septembri, Epiſcopus Oſſorienſis, in Hibernia, ſub Archiepiſcopo Dublinienſi. Notandum, quod ejuſdem Conventus Athenrienſis Alumni fuerunt Illuſtriſſimi Præſules, F. Dominicus de Burgo, Epiſcopus Elfinenſis, & *F. Dominicus o Daly*, Epiſcopus Acadenſis, de quibus alibi dictum fuit.

Anno 1737 Die 6 Maii.

F. Ludovicus Joſephus de Andujar, Alumnus Comenſis Cœnobii S. Johannis, Provinciæ Lombardiæ, Epiſcopus Bobienſis, *Bobbio*, in Ducatu Mediolanenſi, ſub Archiepiſcopo Genuenſi. Illuſtriſſimum Præſulem novi, & eximias, quibus præſtat, animi dotes ſæpius hoc in Opere, occaſione data, deſcripſi. Peruſinus Epiſcopus deſignatus fuerat anno MDCCXXX, die XIV Februarii. Bononienſis deinde Quæſitor Fidei conſtitutus eſt die XX Septembris MDCCXXX, Ac tandem Bobienſis Epiſcopus renunciatus die VI Maii MDCCXXXVII, Romæ, in Eccleſiæ Minervitani Conventus Sacello, D. Thomæ Aquinati Sacro, conſecratus eſt ab Eminentiſſimo S. R. E. Cardinale *Georgio Spinola*, cui affuerunt Illuſtriſſimi Præſules *Nicolaus Xaverius Albini*, Archiepiſcopus Athenienſis, & *Nicolaus de Simoni* Epiſcopus Marcianenſis.

Anno 1737 Menſe Decembri.

F. Raymundus Jezierski, Sacræ Theologiæ Magiſter, Epiſcopus Bachovienſis, in Walachia, ſub Leopolienſi Archiepiſcopo. Epiſcopus anno MDCCXXXVII renunciatus fuit *Raymundus*, hoc anno MDCCXXXVIII conſecratus.

Anno 1738 Die 23 Junii.

F. Joſephus de Peralta, Sac. Theol. Magiſter, Alumnus Limani Conventus SS. Roſarii, Epiſcopus SS. Trinitatis Boni aëris, *SS. Trinidad de Buenos Ayres*, in America Meridionali, ad Argenteum Fluvium. Annis 64 natus eſt. Theologiam diu profeſſus, Limanam Provinciam ſapienter ſæpius rexit. Ipſi namque ab anno MDCCXI ad MDCCXIII præfuit Vicarius Generalis. Provincialis deinde ſemel, & iterum renunciatus fuit, anno ſcilicet MDCCXX, & anno MDCCXXXVI. In Europam venerat anno MDCCVI, nomine Provinciæ miſſus, ut Procurator Generalis.

F. Lu-

F. Ludovicus Maria Maggi, Alumnus Congregationis S. Marci Florentin., Epiſcopus Barianenſis, in Hellade, ſub Metropoli Neopatrenſi, renunciatus fuit *ex Audientia Sanctiſſimi* die III Octobris MDCCXXXVIII, & conſtitutus Adjutor Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi DD. Johannis Mullener Epiſcopi Miriophitani, Vicarii Apoſtolici Provinciæ Hù Kuàng, Imperii Sinenſis, aliarumque Provinciarum in Montanis carentium Vicariis Apoſtolicis. Ad hoc præclariſſimum munus a S. Congregatione de Propaganda Fide deſtinatus erat die XXIX Septembris. Brevia Pontificia die IV Octobris data fuerunt. Annum quadrageſimum nondum attigit, Seſtini (ſic ipſius patria, pagus in finibus Umbriæ ſitus, vocatur) natus anno MDCXCIX die III Auguſti. Religioſas veſtes induit Florentiæ die III Junii MDCCXV. Expletis ibi ſumma cum laude ſtudiorum curriculis, Lectoris titulo quo Philoſophiam, & Theologiam doceret fuit inſignitus. Romam poſtea miſſus, in Cœnobio SS. Roſarii, quod in Monte Mario ſitum Congregationis S. Marci juris eſt, degebat, cum S. M. Benedictus XIII, ut a negotiis ſeſe penitius avocaret, & mentem ſpiritualibus exercitiis liberius excoleret, ſolitarium Conventum illum frequentare ſolebat. Hanc nactus occaſionem Ludovicus, quo jam pridem tenebatur, Sinenſes adeundi Miſſiones ardens deſiderium aperit Summo Pontifici, enixe rogans, opportunam concederet facultatem. Anno MDCCXXIX, menſe Decembri Ludovicum Sinas mittendum decrevit S. Congregatio de Propaganda Fide. Navem conſcendit in Britannia Minori die IX Decembris MDCCXXX. Die vero VII Auguſti MDCCXXXI Cantonem appulit.

Anno 1738 Die 3 Octobris.

INDEX

INDEX

Hujus Septimi Voluminis Diplomata recenſens.

INNOCENTIUS	III	Habet	1.
HONORIUS	III		9.
GREGORIUS	IX		21.
INNOCENTIUS	IV		39.
ALEXANDER	IV		16.
URBANUS	IV		3.
CLEMENS	IV		5.
B. GREGORIUS	X		2.
MARTINUS II dictus	IV		2.
NICOLAUS	IV		3.
S. CÆLESTINUS	V		3.
BONIFATIUS	VIII		6.
B. BENEDICTUS	XI		5.
CLEMENS	V		4.
JOHANNES	XXII		6.
BENEDICTUS	XII		3.
CLEMENS	VI		1.
INNOCENTIUS	VI		1.
URBANUS	V		1.
GREGORIUS	XI		1.
URBANUS	VI		2.
BONIFATIUS	IX		6.

GREGO-

GREGORIUS	XII	1.
ALEXANDER	V	1.
MARTINUS	V	2.
EUGENIUS	IV	7.
NICOLAUS	V	2.
CALISTUS	III	4.
PIUS	II	8.
PAULUS	II	7.
SIXTUS	IV	9.
INNOCENTIUS	VIII	1.
ALEXANDER	VI	9.
JULIUS	II	9.
In Appendice		9.
LEO	X	6.
In Appendice		4.
ADRIANUS	VI	2.
CLEMENS	VII	11.
PAULUS	III	14.
JULIUS	III	4.
PAULUS	IV	2.
PIUS	IV	11.
S. PIUS	V	15.
GREGORIUS	XIII	23.
SIXTUS	V	10.
GREGORIUS	XIV	1.

CLEMENS	VIII	34
PAULUS	V	29.
GREGORIUS	XV	8.
URBANUS	VIII	42.
INNOCENTIUS	X	15.
ALEXANDER	VII	17.
CLEMENS	IX	9.
CLEMENS	X	24.
INNOCENTIUS	XI	33.
ALEXANDER	VIII	3.
INNOCENTIUS	XII	19.
CLEMENS	XI	20.
INNOCENTIUS	XIII	3.
BENEDICTUS	XIII	9.
CLEMENS	XII	34.
		612.

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS
Diplomatum Septimi Voluminis.

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
INNOCENTIUS III.	II.	1210	Junii	28	Commendatio Ordinis Prædicatorum, & illius, qui dictum Ordinem aſſumpſit.	1
HONORIUS III.	XXXV.	1220	Februarii	26	Pariſienſes laudat, quod benigne exceperint Fratres Prædicatores.	2
	XXXVI.		Julii	26	Ordinem Militiæ Jeſu Chriſti confirmandum decernit.	2
	XXXVII.	1221	Aprilis	28	Ratum habet, quod Epiſcopus Toloſanus Eccleſiam Fani-Jovis Ordini Prædicatorum conceſſerit.	4
	XXXVIII.		Junii	7	De Ordine Militiæ Jeſu Chriſti conſtituendo.	4
	XXXIX.	1222	Martii	29	Ne quis morientes compellat ad tertiam, vel aliquam partem bonorum relinquendam Eccleſiis.	5
	XL.	1223	Julii	11	Ut Fratres Prædicatores Zagabrien. inquirant in Zagabrienſem Epiſcopum.	5
	XLI.	1224	Februarii	22	Quædam Bononienſi Monaſterio S. Agnetis reſtituenda decernit.	6
	XLII.		Novemb.	13	Bononienſe Monaſterium Sanctæ Mariæ Montis de Guardia privilegiis ornat.	6
	XLIII.	1226	Decemb.	17	Ut Fratres Prædicatores curam ſuſcipiant Bononienſis Monaſterii S. Agnetis.	7
GREGORIUS IX.	CCVI.	1228	Martii	10	Ut Fratres Prædicatores veniant in poſſeſſionem Eccleſiæ S. Wilielmi Cremonen.	8
	CCVII.	1229	Septemb.	13	F. Theodorico Ordinis Prædicatorum Epiſcopo Cumanorum pro Fidei negotio.	8
	CCVIII.	1232	Martii	21	Provinciali Poloniæ ad compeſcendos Epiſcopos Albæ, & Branduſii Bulgarorum, qui ab obedientia Eccleſiæ Romanæ defecerant.	8
	CCIX.	1233	Martii	8	F. Raymundo de Falgario Epiſcopo Toloſano, & Archiepiſcopo Narbonenſi, ut hæreticos inſequantur.	9
	CCX.		Octobris	12	Fratribus Prædicatoribus Pruſſiæ Indulgentias elargitur.	9
	CCXI.	1235	Maii	18	Ordinem Fratrum Militiæ Jeſu Chriſti patrocinio ſuo tutatur.	10
	CCXII.			18	F. Jordano Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut per ſe, ac ejuſdem Ordinis Alumnos, ſacris diſciplinis inſtruat Fratres, & Sorores Ordinis Militiæ Jeſu Chriſti.	10
	CCXIII.			18	Ut Fratres, & Sorores Militiæ Jeſu Chriſti Sacris intereſſe poſſint tempore Generalis interdicti.	10
	CCXIV.			18	Ne quis Fratres, & Sorores Militiæ Jeſu Chriſti moleſtiis afficiat, cavet.	11
	CCXV.			18	Fratribus Militiæ Jeſu Chriſti Indulgentiam elargitur.	11
	CCXVI.			24	Approbatio Ordinis Fratrum, & Sororum Militiæ Jeſu Chriſti nuncupatorum Parmen.	12
	CCXVII.		Junii	18	De reſtituendis Bononienſi Monaſterio Sanctæ Agnetis.	13
	CCXVIII.	1236	Aprilis	19	De Cumano Cœnobio conſtruendo.	13
	CCXIX.	1237	Maii	20	Provinciali Lombardiæ, ne Fratres de Campaniola moleſtiis afficiantur.	14
	CCXX.		Junii	12	Epiſcopum Marochitanum ejuſdem Regni Fidelibus commendat.	14

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
GREGORIUS IX.	CCXXI.	1237	Julii	29	De Baptiſmi Sacramento mancipiis non denegando.	15
	CCXXII.	1238	Decemb.	23	Fratrem Ponſam Boſnenſem Epiſcopum laudibus ornat.	15
	CCXXIII.	1239	Januarii	4	Quædam Bononienſi Monaſterio S. Agnetis reſtituenda curat.	16
	CCXXIV.		Novemb.	17	Munere Viſitatoris, Monialium cura, & id genus ceteris levat Fratres Prædicatores.	16
	CCXXV.	1241	Julii	16	De Sacro Bello in Tartaros ſuſcipiendo.	16
INNOCENTIUS IV.	CCCXLVIII.	1243	Septemb.	19	Litem Bononienſi Monaſterio S. Agnetis illatam dirimendam decernit.	17
	CCCXLIX.	1244	Januarii	1	Monaſterium S. Sixti de Urbe variis Privilegiis ornat.	17
	CCCL.		Martii	25	De celebranda Miſſa ſuper Altare portatile.	18
	CCCLI.		Maii	17	Ne Fratres Prædicatores moleſtiis afficiantur in Anglia, Conſervatores conſtituit.	18
	CCCLII.		Septemb.	13	Magiſter Ordinis rite electus, hoc ipſo plenam habet in totum Ordinem poteſtatem, & Fratres auctoritate ſua ligare, ac ſolvere poteſt.	19
	CCCLIII.			13	Magiſtro, & Prioribus, ut aſcribendos Ordini abſolvere poſſint a cenſuris.	19
	CCCLIV.	1245	Februarii	8	Ratum habet, ac firmat, quod Epiſcopus Bergomenſis Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſerit Eccleſiam S. Stephani.	19
	CCCLV.			13	Ratum habet, quod juſpatronatus Eccleſiæ de Schivarcezhoven conceſſum fuerit Monaſterio Ratisbonenſi.	19
	CCCLVI.	1246	Januarii	7	De ſtipe eroganda Bononienſi Monaſterio Sanctæ Agnetis.	20
	CCCLVII.		Septemb.	6	Diſpenſat ſuper defectu natalium Fratris Werneri, (ſive Guarneri).	20
	CCCLVIII.	1248	Aprilis	13	De Spoletano Cœnobio conſtruendo.	20
	CCCLIX.		Octobris	23	Ut Ordo S. Crucis Huyen. Regulam S. Auguſtini, & Inſtitutiones Fratrum Prædicatorum profiteatur.	21
	CCCLX.		Novemb.	20	Imolenſe Monaſterium Sancti Dominici privilegiis ornat.	22
	CCCLXI.	1249	Octobris	7	Ne Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Conventus cogi poſſit ad Monialium receptionem, ſeu proviſionem alicujus in Penſionibus, aut Beneficiis Eccleſiaſticis.	24
	CCCLXII.	1250	Aprilis	30	Equitandi facultas nonnullis Fratribus conceſſa.	24
	CCCLXIII.		Decemb.	9	Ne Bononienſis Monaſterii S. Mariæ de Guardia Sorores aliquem admittere teneantur ad proviſionem alicujus Beneficii Eccleſiaſtici.	24
	CCCLXIV.	1251	Februarii	13	Ut Bononienſe Monaſterium S. Agnetis juris ſit Provinciæ Lombardiæ.	24
	CCCLXV.		Junii	11	Fratribus Vincentio Mediolanen., & Johanni Vercellen., ut Venetias petant, & hæreticos inſequantur.	25
	CCCLXVI.	.....		.....	Piſani Monaſterii privilegia firmat.	25
	CCCLXVII.	1252	Maii	6	Imolenſe Monaſterium curæ Fratrum committitur.	27
	CCCLXVIII.			11	Ut Imolenſe Monaſterium S. Dominici juris ſit Provinciæ Lombardiæ.	28
	CCCLXIX.			15	Ut Lombardiæ Provincialis Inquiſitores conſtituere, removere, mutare, ac transferre poſſit.	28
	CCCLXX.			25	De Conſtitutionibus in Hæreticos latis.	28
	CCCLXXI.		Decemb.	10	De ſtipe eroganda Imolenſi Monaſterio.	29
	CCCLXXII.	1253	Januarii	29	De non vulgandis nominibus eorum, qui teſtimonium tulerint adverſus Hæreticos.	29
	CCCLXXIII.		Februarii	22	Adverſus Guidonem Canonicum Piſan., qui ſententiam excommunicationis tulerat in Priorem Conventus Piſani.	29
	CCCLXXIV.		Aprilis	10	Card. Hugoni, ut confirmet quandam Beneficiorum collationem factam ab Epiſcopo Argentinen.	30

Fra-

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
INNOCENTIUS IV.	CCCLXXV.	1253	Maii	26	Fratres a cura Monaſteriorum ſuſcipienda reddit immunes.	30
	CCCLXXVI.		Junii	17	Ut Imolenſis Monaſterii Moniales omnibus Ordinis Fratrum Prædicatorum privilegiis fruantur.	31
	CCCLXXVII.		Julii	20	Fratribus Raynerio Placentin., & Guidoni de Sexto, ne Caſtrum de Curte-Nova reficiatur.	31
	CCCLXXVIII.			28	Fratri Raynerio Inquiſitori Mediolanen., ne quis ſuppetias ferat Comiti Ægidio de Curte-Nova.	32
	CCCLXXIX.		Decemb.	11	Cardinali Hugoni, ut Argentinenſis Præpoſitus quædam alia Beneficia poſſit obtinere.	32
	CCCLXXX.	1254	Februarii	18	Ut Fratres Prædicatores Monialium Ordinis curam ſuſcipiant.	32
	CCCLXXXI.		Martii	13	Ne Moniales Imolenſis Monaſterii cogi poſſint ad receptionem Sororum, vel proviſionem alicujus in Penſionibus, vel Beneficiis Eccleſiaſticis.	33
	CCCLXXXII.			13	Ut Provincialis Lombardiæ curam gerat Bononienſis Monaſterii S. Agnetis.	33
	CCCLXXXIII.		Septemb.	28	Cardinali Hugoni, ut conferat quædam Beneficia Magiſtro Corrado.	34
	CCCLXXXIV.		Novemb.	17	Ne Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Moniales ad Beneficia, quorum juſpatronatus habent, alicui conferenda cogi poſſint,	34
ALEXANDER IV.	CCCIII.	1256	Januarii	11	Tributis, & id genus ceteris immune declarat Monaſterium Imolen. Sancti Dominici.	35
	CCCIV.			13	De divinis officiis celebrandis, in ædibus ſacris Bononien. Monaſterii S. Petri Martyris, tempore interdicti.	35
	CCCV.		Maii	5	De Decimis non ſolvendis, & Sacramentis miniſtrandis.	35
	CCCVI.		Junii	19	Ne Fratres ex Ordine ejecti prædicare, aut Confeſſiones excipere poſſint.	36
	CCCVII.	1258	Januarii	30	Ut Bononienſe Monaſterium Sanctæ Mariæ Montis de Guardia juris ſit Romanæ Eccleſiæ.	36
	CCCVIII.		Februarii	13	De Fidei præconibus a Provinciali Poloniæ mittendis in terras infidelium.	36
	CCCIX.			26	De reſtituendis Piſano Monaſterio S. Auguſtini.	38
	CCCX.	1259	Martii	16	De Canonica portione non ſolvenda.	38
	CCCXI.		Junii	7	De Meſſanenſi Cœnobio conſtruendo.	39
	CCCXII.		Decemb.	13	Indulgentia conceſſa viſitantibus ædes ſacras Imolen. Monaſterii S. Dominici.	39
	CCCXIII.	1260	Junii	27	Veſprimienſis Monaſterii fundandi facultas.	39
	CCCXIV.		Novemb.	14	Ut Sepultura libera ſit in ædibus ſacris Cœnobii Piſan. Ordinis Fratrum Prædicatorum.	40
	CCCXV.	1261	Aprilis	17	Piſani Monaſterii privilegia firmat.	40
URBANUS IV.	LVII.		Septemb.	13	Ne Bononienſis Monaſterii Sanctæ Agnetis Conventus cogi poſſit ad receptionem alicujus Monialis.	41
	LVIII.			27	Ne Conventus Imolenſis Monaſterii Sancti Dominici cogi poſſit ad aliquam Monialem recipiendam.	42
	LIX.	1262	Februarii	28	Imolenſis Monaſterii S. Dominici Conventus immunis omni ſubſidio ſolvendo ejuſdem Civitatis Epiſcopo.	42
CLEMENS IV.	XCVII.	1265	Aprilis	22	Privilegia Imolenſi Monaſterio S. Dominici conceſſa firmat.	43
	XCVIII.		Octobris	4	Ut Reatin. Cœnobii Fratres quaſdam ejuſdem Civitatis Capituli poſſeſſiones aſſequi poſſint.	43
	XCIX.		Novemb.	12	Ne quis moleſtiis afficiat Imolenſis Monaſterii Sancti Dominici Conventum.	44
	C.	1267	Aprilis	4	Ut Meſſanenſes Fratres Conciones habeant de ſacro bello ſuſcipiendo.	44
	CI.	1268	Septemb.	29	Facultatem concedit Archiepiſcopo Cuſentin. dandi	

Digitized by Google

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
					di Eccleſiam S. Matthæi Fratribus Ordinis Prædicatorum.	45
B. GREGORIUS X.	XLII.	1274	Octobris	1	Ut Clementis IV corpus reſtituatur Viterbien. Fratribus Ordinis Prædicatorum.	45
	XLIII.	1275	Novemb.	16	Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Minervam Ordini conceſſa.	46
MARTINUS II, dictus IV.	VI.	1282	Novemb.	13	De quibuſdam Patavino Cœnobio reſtituendis.	47
	VII.	1283	Julii	5	Priori Florentini Cœnobii S. Mariæ Novellæ, ut Archipresbyterum Eccleſiæ Florentinæ in ejuſdem Beneficii poſſeſſionem mittat.	47
NICOLAUS IV.	XXX.	1289	Novemb.	8	Quædam Monaſterio S. Dominici de Majorito reſtituenda jubet.	48
	XXXI.	1291	Julii	17	Indulgentia conceſſa viſitantibus ædes ſacras Bononienſis Monaſterii S. Agnetis.	48
	XXXII.			28	Ordo Prædicatorum ſolius Romanæ Sedis juris eſt.	49
S. CÆLESTINUS V.	I.	1294	Septemb.	1	Romanam Provinciam dividit a Provincia Regni Siciliæ.	49
	II.			3	F. Petrus de Adria Vicarius Apoſtolicus Provinciæ Regni Siciliæ conſtituitur.	50
	III.		Novemb.	22	Confirmatio privilegiorum Ordini conceſſorum, *Mare Magnum* vulgo nuncupata.	51
BONIFATIUS VIII.	XL.	1295	Martii	1	Romana Provincia in duas diviſa.	51
	XLI.	1297	Januarii	18	Ut Ferrarien. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.	51
B. BENEDICTUS XI.	XXXVIII.	1304	Februarii	5	Imolenſe Monaſterium S. Dominici tributis, & id genus ceteris ſolvendis immune.	52
	XXXIX.		Martii	2	Declarat quid agendum ſit, cum Epiſcopi, & Inquiſitores ſejunctim quæſtionem criminis hæreſeos habuerint.	53
	XL.		Junii	24	Ratum habet quod Fratres Prædicatores venerint in poſſeſſionem Narnienſis Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ Majoris.	53
CLEMENS V.	XVII.	1305	.....	.....	Ratum habet quod Fratres Ordinis Militiæ Templi Jeroſolymitan. Eccleſiam Templi Placentin. ceſſerint Fratribus Ordinis Prædicatorum.	54
	XVIII.	1307	Aprilis	29	Imolenſis Monaſterii Sorores procuratione præſtanda Legatis immunes.	54
	XIX.		Octobris	27	De conſtruendis ſacris ædibus Cœnobii Patavini.	55
	XX.	1310	Martii	21	De interdicti obſervantia.	55
JOHANNES XXI, dictus XXII.	CIV.	1322	Julii	10	F. Petrum Raymundi delegat, ut pecunias Apoſtolico ærario debitas recuperet.	56
	CV.		Augusti	1	Eadem de re.	56
	CVI.	1323	Martii	9	Priori Fratrum Prædicatorum Florentiæ, ut ejuſdem Urbis muros reficiendos curet.	57
	CVII.	1329	Martii	27	Quaſdam propoſitiones Ekardi refert, ac damnat, & teſtatur, quod ipſemet Ekardus ante finem vitæ illas damnaverit, & tam ſe, quam ſcripta, & dicta omnia, Sedis Apoſtolicæ cenſuræ ſubmiſerit.	57
	CVIII.	1333	Maii	3	De Fratribus abſolvendis a cenſuris.	59
	CIX.	.....	......	....	Declarat, quæ ſit atrox injuria, vel damnabilis violentia alicui illata.	60
BENEDICTUS XII.	IV.	1337	Februarii	20	F. Paci Epiſcopo Tergeſtino, ut Avenionem deferat ſententias, & id genus cetera in Hæreticos Italiæ acta.	60
	V.		Maii	20	F. Andalus de Ogiano Patavinus, Vicentinus Inquiſitor conſtituitur.	61

Ne

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
CLEMENS VI.	XXV.	1342	Decemb.	18	Ne quis Reliquias, ſacram Supellectilem, & id genus cetera ſubtrahat ex Eccleſia S. Mariæ Caſtri Brachallenſis.	62
INNOCENTIUS VI.	XV.	1357	Januarii	1	Theatinis, ut Bartholomæi ejuſdem Civitatis Epiſcopi mandatis morem gerant.	62
URBANUS V.	IX.	1368	Julii	4	Dignitatem Epiſcopalem, & Civitatis honorem Auximo reſtituit in gratiam F. Petri de Maſſeis Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Auximani.	63
GREGORIUS XI.	XLV.	1372	Februarii	18	Ne quis aſcribendus Religioſo cœtui aliquid, nec etiam epulas, dare teneatur.	64
URBANUS VI.	XII.	1385	Septemb.	17	De Piſano Monaſterio S. Dominici fundando.	65
	XIII.	1387	Julii.	25	Ne quis ingrediatur Piſanum Monaſterium S. Dominici.	65
BONIFATIUS IX.	CCXXXVIII.	1391	Martii	13	Ulyſſiponenſis Monaſterii S. Salvatoris fundandi facultas.	66
	CCXXXIX.	1393	Aprilis	24	De Eccleſia SS. Annunciationis in Terra S. Georgii Militen. Diœceſis fundanda.	68
	CCXL.				Indulgentia Eccleſiam SS. Annunciationis Terræ Sancti Georgii viſitantibus conceſſa.	69
	CCXLI.	1397	Februarii	20	Firmat, quæ pro Provincia Angliæ ſancita fuerunt.	69
	CCXLII.	1400	Februarii	21	Quæ de Fratribus Ordinis Prædicatorum Hiberniæ ſanxit Berengarius ejuſdem Ordinis Generalis Magiſter confirmantur.	74
	CCXLIII.		Martii	25	Ut Piſani Monaſterii S. Dominici Moniales ſemel eligere poſſint, quem voluerint confeſſorem.	76
GREGORIUS XII.	VII.	1408	Novemb.	5	F. Ugolinus, Magiſter Sac. Palatii Apoſtolici fit Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum.	76
ALEXANDER V.	XXV.	1410	Januarii	31	Ulyſſiponenſe Monaſterium S. Salvatoris variis redditibus donatur.	77
MARTINUS V.	CCXLVII.	1418	Maii	8	F. Johanni tituli S. Sixti S. R. E. Cardinali, aliiſque duobus Cardinalibus, ut de Vita, Virtutibus, & Miraculis Petri de Luxemburgo inquirant.	79
	CCXLVIII.	.....	......	....	Confeſſarios Regulares non advertentes, vel ignorantes Excommunicationes, & Cenſuras reſervatas, ac de eis abſolventes Pœnitentes, poſſe ab Irregularitatibus, ſeu Cenſuris, ſi quas propter hujuſmodi præſtitam abſolutionem incurrerint, abſolvi, vel diſpenſari concedit.	79
EUGENIUS IV.	CCCVI.	1434	......	...	Ut Aveirenſis Cœnobii Fratres in articulo mortis confeſſorem, quem voluerint, ſeligere poſſint.	80
	CCCVII.	1438	Februarii	15	De quibuſdam reſtituendis Conventui Cortonenſi.	81
	CCCVIII.	1442	Aprilis	20	De reformando Senenſi Conventu.	81
	CCCIX.		Julii	26	Ut Fratres Minores principaliorem, & digniorem locum cedant Fratribus Ordinis Prædicatorum.	82
	CCCX.	1444	Februarii	15	De reformando Senenſi Conventu.	82
NICOLAUS V.	CXII.	1450	Martii	14	Ut Prior Mantuani Conventus cum aliis novem præſit hoſpitio pauperum Mantuan.	83
	CXIII.	1453	Novemb.	5	Ut Soncinenſis Cœnobii Fratres ſint in poſſeſſione Capellaniæ Sancti Chriſtophori.	84
CALISTUS III.	XXXIV.	1455	Octobris	24	De transferendis Synagoga, & Cœmeterio Judæorum ſitis juxta Cœnobium Fratrum Prædicatorum Tauromenii.	85
	XXXV.	1457	Aprilis	26	De reformando Ferrarienſi Monaſterio S. Catharinæ.	86

Eadem

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
CALISTUS III.	XXXVI.	1457	Julii	13	Eadem de re.	86
	XXXVII.		Septemb.	7	Eadem de re.	87
PIUS II.	LXX.	1460	Martii	25	De Confraternitate D. N. Jeſu Chriſti conſtituta in Cœnobio de Luchent.	87
	LXXI.	1461	Julii	14	Ut Bononienſis Monaſterii S. Agnetis Moniales in articulo mortis Confeſſorem, quem voluerint, eligere poſſint.	88
	LXXII.		Decemb.	4	Ut F. Gabriel a Barchinona, Bononienſis Inquiſitor, Romam petens ibidem Theologiam profeſſurus, Vicarium conſtituere poſſit.	89
	LXXIII.	1462	Aprilis	4	De perficiendis ſacris ædibus Cœnobii de Luchent.	90
	LXXIV.	1463	Auguſti	26	De pretioſo Chriſti Sanguine tempore Paſſionis effuſo.	90
	LXXV.	1464	Januarii	8	Ne quis Ulyſſiponenſe Monaſterium S. Salvatoris ingrediatur.	91
	LXXVI.		Februarii	25	Ut Cumani Cœnobii Fratres Domum conſtruant in Terra Rezzonici.	93
	LXXVII.		Maii	24	Ne Fratres Prædicatorum Conventuum Reformatorum Portugalliæ tranſeant ad alios Conventus non reformatos ſine licentia Magiſtri Ordinis, ac Vicarii Generalis Congregationis Portugalliæ.	93
PAULUS II.	XLVIII.	1467	Februarii	28	Pro pace Conventualium, & Obſervantiæ Fratrum Ord. Minorum.	94
	XLIX.	1469	Januarii	28	Ut Liſa Angeli de Piſis, quæ Tertio Ordini nomen dederat, numero Sororum Monaſterii Piſani poſſit aſcribi.	96
	L.			28	Soror Liſa Angeli de Piſis Monaſterio Piſano præficitur.	96
	LI.		Septemb.	30	F. Gregorio de Præſtomarco, de pecuniis S. Sedi Apoſtolicæ debitis in Sicilia.	97
	LII.		Decemb.	30	Ut Generalis Magiſter curam gerat Piſani Monaſterii.	98
	LIII.	1470	Novemb.	29	Firmat ea, quæ pro Congregatione Lombardiæ decreverat.	99
	LIV.	1471	Martii	13	In quendam ſuſpectum de hæreſi.	100
SIXTUS IV.	CLXXXVI.	1472	Auguſti	21	Abrantenſis Cœnobii fundandi facultas.	100
	CLXXXVII.	1474	Februarii	15	De conſtruenda Bibliotheca Raguſini Cœnobii.	102
	CLXXXVIII.		Decemb.	20	Ogiani Cœnobii fundandi facultas.	102
	CLXXXIX.	1475	Martii	18	De penſione ſolvenda Fratribus Cœnobii de Luchent.	103
	CXC.				Indulgentiæ, ac privilegia conceſſa Confraternitati D. N. Jeſu Chriſti in Cœnobio de Luchent. conſtitutæ.	105
	CXCI.		Septemb.	30	De reficiendis ſacris ædibus Cœnobii Mantuani.	106
	CXCII.	1477	Novemb.	26	De penſione ſolvenda Fratribus Cœnobii de Luchent.	107
	CXCIII.	1478	Julii	17	Quod Eccleſia per Mendicantes Fratres, & præſertim Prædicatores, ac Minores exaltata fuerit, teſtatur, ac cavet ne quis eos moleſtiis afficiat.	108
	CXCIV.	1481	......	....	Pro Fratribus, ac Sororibus Barchinonen. a quibuſcunque delictis, ac cenſuris abſolvendis facultas Priori Barchinonen. conceſſa.	109
ALEXANDER VI.	CXXIX.	1495	Februarii	25	Ut Piſan. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Congregationis Lombardiæ.	110
	CXXX.	1497	Martii	16	De Miſſis ab Udinenſis Cœnobii Fratribus celebrandis.	111
	CXXXI.	1498	Januarii	13	De Miſſis celebrandis a Fratribus Toletani Cœnobii S. Petri Martyris.	111
	CXXXII.	1502	Maii	4	Facultates conceſſæ F. Guillelmo de Venronibus.	112
	CXXXIII.	.....	......	....	De Cruceſignandis contra hæreticos.	113

Con-

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
JULIUS II.	LXXXIV.	2504	Maii	4	Confirmat omnes Indulgentias Confratribus Sanctiſſimi Roſarii a ſuis prædeceſſoribus conceſſas.	114
	LXXXV.	1505	Novemb.	14	Concedit Fratribus, & Sororibus noſtris viſitantibus quinque Altaria omnes illas Indulgentias, quas conſequuntur viſitantes Stationes Urbis Romæ.	114
	LXXXVI.			14	Facultates conceſſæ F. Sancto de Patavio.	115
	LXXXVII.	1506	Februarii	14	De reficiendo Venetiarum Cœnobio S. Dominici.	115
	LXXXVIII.		Decemb.	21	Ut Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ curam gerat Bononienſis Monaſterii S. Petri Martyris.	116
	LXXXIX.	1508	Novemb.	9	De reſtituendis Bononienſi Monaſterio S. Margaritæ unito Monaſterio S. Petri Martyris.	116
	XC.	1512	Martii	13	Ratam habet, ac firmat reformationem Bononienſis Monaſterii S. Margaritæ uniti Monaſterio S. Petri Martyris.	117
	XCI.		Julii	2	Ut Bononienſis Monaſterii S. Petri Martyris Moniales veniant in poſſeſſionem reddituum Monaſterii S. Margaritæ.	119
LEO X.	CXVIII.	1515	Januarii	8	De Feſto B. Oſannæ celebrando.	119
	CXIX.		Octobris	5	Ulyſſipponenſis Monaſterii Annunciationis fundandi facultas.	120
	CXX.	1518	Julii	11	Ut Monaſterium S. Monicæ Ferrarien. juris ſit Congregationis Lombardiæ.	121
	CXXI.	1520	Novemb.	2	Ratam habet, ac firmat compoſitionem factam inter Moniales Bononien. Monaſteriorum S. Petri Martyris, & S. Margaritæ.	122
	CXXII.	1581	Auguſti	17	De Forolivienſi Monaſterio reformando.	123
ADRIANUS VI.	XII.	1522	Auguſti	31	Eccleſia Parochialis S. Jacobi de Villardortelle unita Monaſterio S. Mariæ Novæ Lucenſis.	124
CLEMENS VII.	CXV.	1525	Maii	4	Ut Ferrarienſis Monaſterii S. Monicæ Moniales deferant habitum, quem geſtant Sorores ſubjectæ regimini Fratrum Prædicatorum de Obſervantia.	126
	CXVI.			7	Vitam S. Antonini a F. Vincentio de S. Geminiano ſcriptam commendat, probat Officium ejuſdem Sancti, ab eodem compoſitum, ac illud recitantibus Indulgentias elargitur.	127
	CXVII.		Junii	13	Confirmatio exemptionis Fratrum Minorum a ſolutione Quartæ funeralis.	127
	CXVIII.	1530	Julii	23	De Comitiis in Provincia Poloniæ celebrandis, & Indulgentia ea de re conceſſa.	129
	CXIX.	1531	Junii	21	Romano Cœnobio Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, ad Regularis obſervantiæ frugem redacto, quaſdam pecuniarum ſummas attribuit.	130
	CXX.		Octobris	27	De Toletano Cœnobio S. Mariæ de Nivibus.	131
	CXXI.		Decemb.	23	Ne oriundi ex Hebræis, & Saracenis adſcribantur numero Fratrum Toletani Cœnobii S. Mariæ de Nivibus, & ut ſingulis quintis feriis ab eodem Conventu celebrari poſſit Officium Corporis Chriſti.	234
	CXXII.	2532	Octobris	4	De ſumma XXV ducatorum auri quotannis ſolvenda Conventui Florentino Sancti Marci.	135
	CXXIII.	1534	Februarii	27	De Statutis Collegii Salmanticenſis.	136
PAULUS III.	CXXVI.	1536	Septemb.	5	De Feſto S. Vincentii Ferrerii celebrando.	236
	CXXVII.	2537	Junii	1	De Indis ad Fidem converſis.	137
	CXXVIII.	1538	Februarii	15	Firmat, & auget privilegia ab Adriano VI conceſſa Fidei præconibus in India conſtitutis.	238
	CXXIX.		Auguſti	11	Imolenſe Monaſterium Sancti Dominici omni tributo, & id genus ceteris ſolvendis immune.	138
	CXXX.	1539	Martii	7	Indulgentiæ pro Toletano Conventu S. Petri Martyris.	139

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
PAULUS III.	CXXXI.	1539	Auguſti	23	Ne aliquis Fratrum Mendicantium tranſeat ad Ordinem Capucinorum.	139
	CXXXII.	1541	Novemb.	11	De Bononienſi Monaſterio S. Petri Martyris ampliandô.	140
	CXXXIII.	1542	Maii	7	De conſtituendo Amarantenſi Cœnobio.	141
	CXXXIV.		Auguſti	13	Ratas habet, ac firmat Conſtitutiones editas pro Florentino Monaſterio S. Catharinæ de Senis.	142
	CXXXV.		Octobris	9	De quibuſdam Cœnobio Raguſino reſtituendis.	144
	CXXXVI.	1543	Aprilis	30	Ratam habet, ac firmat concordiam factam a DD. de Suardis, & Fratribus Prædicatoribus Mantuan.	145
	CXXXVII.		Maii	4	Ferrarienſe Monaſterium Sanctæ Catharinæ Decimis, & id genus certis ſolvendis immune.	146
	CXXXVIII.	1545	Novemb.	8	Ut Mantuani Cœnobii Fratres, quas ſibi gens Suarda legavit, in alias poſſeſſiones commutare poſſint.	147
	CXXXIX.	1547	Aprilis	21	De legato Fratribus Raguſinis reſtituendo.	148
JULIUS III.	XXXII.	1552	Februarii	19	De conſtituendo Amarantenſi Cœnobio S. Gundiſalvi.	149
	XXXIII.	1555	Maii	4	Priori Conventus Mantuani, ceteriſque Præſidentibus Montis Pietatis quædam præſcribit.	152
PAULUS IV.	XIV.	1558	Julii	20	Contra Religioſos vagantes extra Clauſtra.	153
	XV.	1559	Julii	19	Religioſus Epiſcopus conſecratus ad nullum Religionis, quam profeſſus eſt, officium poteſt aſſumi.	156
PIUS IV.	XLIX.	1560	Januarii	6	Eccleſiaſticum Beneficium confert Ulyſſipponenſi Cœnobio S. Dominici.	157
	L.		Aprilis	3	In Apoſtatas.	160
	LI.			5	Eximit Moniales a ſolutione Decimarum.	162
	LII.		Septemb.	11	Conſtitutio Pauli IV de alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, reducitur ad terminos juris.	163
	LIII.	1561	Julii	3	De colore Cappæ deferendæ a Patribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Provinciæ Caſtellæ.	164
	LIV.		Auguſti	1	Indulgentiæ conceſſæ Monaſterio Pratenſi.	165
	LV.	1562	Auguſti	11	De Epiſcopis in Indiis conſecrandis.	166
	LVI.	1564	Auguſti	1	De Decimis.	167
	LVII.		Novemb.	13	Nullus laurea Doctoris donetur, niſi prius præſtito Fidei juramento.	167
	LVIII.			13	Quinam, & quomodo Fidei profeſſionem exhibere teneantur.	169
	LIX.	1565	Februarii	17	Revocatio omnium Privilegiorum Confeſſionalium Maris Magni, aliarumque gratiarum Regularium Ordinibus, Locis, Eccleſiis, & Hoſpitalibus conceſſarum in iis tantum, in quibus Decretis Concilii Tridentini adverſantur.	170
S. PIUS V.	CXXVI.	1566	Maii	29	De Monialibus reformandis.	171
	CXXVII.	1567	Februarii	8	Revocatio omnium Indulgentiarum etiam perpetuarum, pro quibus conſequendis manus adjutrices ſunt porrigendæ, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent.	173
	CXXVIII.			24	Ut Fratres Conventus Oppidi de Luchent Eccleſiæ Parochialis curam gerant.	174
	CXXIX.		Martii	24	Breve conceſſum ad petitionem Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis, ut Fratres in Indiis Occidentalibus commorantes, poſſint Officium Parochorum exercere, aſſiſtendo etiam Matrimoniis.	176
	CXXX.		Novemb.	1	De portione aſſignanda Vicariis perpetuis Eccleſiarum Parochialium Monaſteriis unitarum.	177
	CXXXI.		Decemb.	3	Prioratus Sanctorum XII Apoſtolorum unitur Cremonenſi Cœnobio.	178
	CXXXII.	1568	Januarii	27	Quandonam Mulieres poterunt intrare Clauſtrum Regula-	

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
S. PIUS V.					Regularium non obſtante prohibitione facta per Breve S. Pii V.	181
	CXXXIII.	1568	Maii	12	Electiones canonicæ fiant per vota ſecreta, mediis ſchedulis.	181
	CXXXIV.			13	Ut Eccleſia conſtructa juxta Faventinum Monaſterium S. Cæciliæ juris ſit ejuſdem Monaſterii.	181
	CXXXV.	1569	Octobris	14	Revocatio Privilegiorum de retinendis Fratribus alterius Ordinis.	182
	CXXXVI.	1571	Junii	20	Cardinalem Alexandrinum ad Regem Hiſpaniarum legat.	184
	CXXXVII.		Julii	9	De ſepeliendis Corporibus Defunctorum in Principatu Cataloniæ pro Fratribus Mendicantibus, etiam irrequiſitis Eccleſiarum Rectoribus, & Capitulis.	184
	CXXXVIII.	....	....	...	Regulares quoſcunque ab Hoſpitio, ſeu Hoſpitatione Militum, etiam pro bello adverſus Turcas collectorum prorſus eximit.	188
GREGORIUS XIII.	CXXXVII.	1575	Junii	13	Revocatio quarumcunque licentiarum ingrediendi Monaſteria Monialium.	189
	CXXXVIII.	1577	Aprilis	23	Parochia S. Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe unitur Parochiæ S. Quirici.	190
	CXXXIX.	1578	Auguſti	4	Indulgentiæ pro Cœnobio Patavino.	191
	CXL.	1580	Junii	5	Altare privilegiatum Conventus Raguſin.	191
	CXLI.			30	De Miſſis extra Eccleſias in Polonia celebrandis.	192
	CXLII.			20	Indulgentia pro Comitiis in Provincia Poloniæ celebrandis.	192
	CXLIII.	1581	Decemb.	23	Quandonam Superiores ingredi poſſint Monaſteria Monialium.	193
	CXLIV.	1582	Aprilis	5	Indulgentia conceſſa Fratribus viſitantibus Altare ſitum in Clauſtro Cœnobii Bononien.	193
	CXLV.		Auguſti	1	De Miſſa celebranda in Sacello ſito intra Bononienſe Monaſterium S. Petri Martyris, & Indulgentia conceſſa Monialibus idem Sacellum viſitantibus.	194
	CXLVI.	1583	Januarii	1	De Abbatiſſis, & aliis Monaſteriorum Monialium Præfectis in Italia conſiſtentium non ultra triennium eligendis.	194
	CXLVII.		Februarii	18	Ratum habet, ac firmat quod Fratres Ordinis Prædicatorum venerint in poſſeſſionem Cœnobii Lauretani, Loci de Manreſa, diſtrictus Oppidi de Sineu.	195
	CXLVIII.		Maii	20	Indulgentia pro Cœnobio Valentino.	196
	CXLIX.		Julii	15	Declaratio circa præcedentiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum Laicorum.	196
	CL.			26	Quandonam liceat Mulieribus ingredi Clauſtrum Toletani Cœnobii S. Petri Martyris.	197
	CLI.	1584	Junii	5	Ollerani Cœnobii fundandi facultas.	198
	CLII.		Septemb.	5	De Miſſa celebranda pro ægrotantibus Monialibus Romani Monaſterii S. Mariæ Magdalenæ.	199
	CLIII.			8	Revocat omnes facultates ingrediendi Monaſteria Monialium, præterquam conceſſas fundatricibus, dotatricibus, altricibus, & Marchionum, Comitum, Ducum, ac ſuperioris gradus Principum, conjugibus, earumque filiabus.	199
	CLIV.	1585	Februarii	13	Ratam habet, ac firmat conceſſionem Vicenſis Cœnobii factam Fratribus Ordinis Prædicatorum	200
SIXTUS V.						
	XXXIII.		Maii	1	Firmat, quæ de legatis Florentino Cœnobio S. Mariæ Novellæ Pius V decreverat.	201
	XXXIV.			1	Quæ de Confraternitate *Laudum & S. Petri Martyris* ſancita ſunt, firmat.	202
	XXXV.	1586	Octobris	10	Mendicantes Fratres ſecularium confeſſiones excipere ad victum neceſſaria mendicando corrogare, ac Campanas pulſare, poſſe decernit: inhibet, ne Ordinarii ſeſe cognitionibus cauſarum prædictorum	

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
SIXTUS V.					rum Fratrum immiſceant, ac jubet, de Quarta Funerali ſervandum Decretum Concilii Tridentini.	203
	XXXVI.	1587	Septemb.	17	De Johanne Baptiſta Vives Canonico Valentino, qui pro ſolemni Canonizatione Beati Ludovici Bertrandi Romam venerat.	204
	XXXVII.		. .	25	Eccleſiaſtica Bona a quibuſdam tributis ſolvendis libera.	205
	XXXVIII.		Novemb.	26	Prohibet illegitimos, atque Criminoſos recipi a Mendicantibus Fratribus.	206
	XXXIX.		......	....	Ne Regulares Romam veniant ſine Superiorum facultate, & ut appellationis ordo ſervetur.	208
	XL.	1588	Octobris	21	Reſpondet dubiis circa Conſtitutionem in illegitimos latam propoſitis.	208
	XLI.	1589	Januarii	5	Revocatio licentiarum ingrediendi Monaſteria, & inibi permanendi Mulieribus ſecularibus conceſſarum.	211
	XLII.	1590	Maii	7	Ne Religioſi ſine debita facultate Moniales alloquantur.	211
GREGORIUS XIV.	IV.	1591	Martii	15	Moderatio Conſtitutionum Sixti V. contra illegitimos.	212
CLEMENS VIII.	CXVIII.	1592	Martii	19	De Conſervatoribus Privilegiorum Regularium.	214
	CXIX.		Auguſti	5	Indulgentia conceſſa Confraternitati S. Ægidii Ordinis Prædicatorum.	214
	CXX.			22	Eccleſiaſticum Beneficium confert Conventui de Tremp.	216
	CXXI.		Septemb.	4	Fr. Alexandrum de Franciſcis, Ordinis Prædicatorum, laudat, quod ipſius juſſu reformationi Congregationis B. Mariæ Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, operam dederit.	217
	CXXII.	1593	Januarii	28	Qui animarum curam ſuſcipit delegandus eſt a Superiore Monaſterii cui hæc cura annexa eſt.	218
	CXXIII.		Maii	26	Caſuum Reſervationem ab omnibus Regularium Superioribus obſervandam præſcribit.	218
	CXXIV.		Auguſti	30	Decretum de præcedentia, ut ſervetur ubique, quod hac de re Romæ ſervatur.	219
	CXXV.	1594	Julii	23	De Decimis.	220
	CXXVI.	1595	Novemb.	29	De B. Raymundo de Peñafort Cælitibus annumerando.	221
	CXXVII.	1596	Februarii	23	Conſtitutio ſuper executione Decreti Concilii Tridentini Seſſ. XXV Cap. XIV contra Regulares non ſubditos Epiſcopo, intra clauſtra degentes, & extra ea ita notorie delinquentes, ut ſint populis ſcandalo, ac contra eorum Superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia ſuorum Ordinum loca tranſmittentes, vel tranſmiſſos in locum in quo deliquerint non revocantes.	222
	CXXVIII.			28	Conſtitutio moderatoria Bullæ felicis recordationis Sixti Papæ V. contra Clericos male promotos, ac in Epiſcopos in Ordinum Collatione peccantes.	223
	CXXIX.	1597	Septemb.	10	Quomodo inquirendum ſit in eos, qui Ordini nomen dare volunt.	225
	CXXX. circiter	1600	.....	....	De electionibus.	226
	CXXXI.	1601	Februarii	20	Clerus Secularis Regularem præcedit.	226
	CXXXII.		Martii	20	Decretum de licentia obtinenda a Fratribus Romam venientibus.	227
	CXXXIII.		Aprilis	13	Indulgentiæ pro Valentina Academia S. Thomæ Aquinatis.	227
	CXXXIV.			29	De electionibus.	228
	CXXXV.	1602	Aprilis	2	De Votis ſolemnibus nuncupandis.	229
	CXXXVI.		Septemb.	23	Pro Confraternitate SS. Roſarii.	229
	CXXXVII.			26	Barchinonen. gratulatur, quod B. Raymundus Sanctorum albo fuerit adſcriptus.	231
	CXXXVIII.			26	Deputatis Principatus Cataloniæ eadem de re.	232

De

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
CLEMENS VIII.	CXXXIX.	1602	Octobris	10	De ſolemnibus ſupplicationibus in Polonia habendis a Confratribus Societatum SS. Sacramenti, Roſarii, & Nominis Jeſu.	233
	CXL.		Novemb.	26	Regulares cujuſvis Ordinis non abſolvant a caſibus in Bulla Cœnæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis, vel ab iis, quos Ordinarii locorum ſibi reſervant.	234
	CXLI.		.....	....	Indulgentia pro Societate Crucesignatorum Cremonen.	235
	CXLII.	1603	Maii	31	Fratres Polonos laudat, quod pietatis, devotionis, & obedientiæ erga S. Sedem non obſcura præbuerint argumenta.	236
	CXLIII.		Octobris	18	Declarat quam laudabile ſtudium F. Michael Llot poſuerit in negotio Canonizationis S. Raymundi.	237
	CXLIV.		.....	....	De Canonizatione S. Raymundi de Peñafort.	238
	CXLV.	1604	Auguſti	9	De conſtituendo Cœnobio S. Magini.	239
	CXLVI.		Septemb.	6	Ut Moniales, quas ſupranumerarias vocant, locum ſemper extra numerum teneant.	241
	CXLVII.	....	......	....	Recedentes, vel ejecti a Religione, profeſſione non emiſſa, poſſint iterum recipi, ac profiteri abſque alio Novitiatu.	241
	CXLVIII.	....	......	....	Varia Decreta S. Congregationis EE. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.	242
PAULUS V.						
	CI.	1605	Novemb.	21	De Quarta funerali Eccleſiæ Parochiali non præſtanda.	242
	CII.	1606	Januarii	18	De feſto translationis brachii S. Thomæ Aquinatis Neapoli celebrando.	244
	CIII.		Martii	8	Literæ S. Congregationis, negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, de licentia audiendi confeſſiones Regularibus concedenda.	245
	CIV.		Aprilis	13	Pro Societatibus SS. Roſarii Regni Poloniæ.	245
	CV.		Junii	10	Pro Provincia Poloniæ, & Congregatione Ruſſiæ.	246
	CVI.		Julii	1	Non licet Regularibus efferre defunctorum funera ſine proprio defuncti Parocho.	248
	CVII.	1607	Auguſti	2	Indulgentiæ recitantibus Roſarium ceteriſque conceſſæ.	249
	CVIII.		Septemb.	7	Declaratio, ſeu Decretum Sacræ Congregationis Indulgentiarum ſuper Conſtitutione Clementis VIII: *Quæcunque*.	250
	CIX.	1608	......	....	Decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini de Tertiariis.	251
	CX.	1611	Julii	29	Indulgentia pro Societate Cruce ſignatorum.	251
	CXI.		Octobris	10	Indulgentia pro Cœnobio Valentino.	252
	CXII.	1612	Octobris	11	Ne quis Fratres moleſtiis afficiat, & ut iidem privilegiis ſibi conceſſis utantur.	252
	CXIII.	1614	Junii	6	Ne locorum Ordinarii viſitent Confraternitates SS. Roſarii, & Nominis Dei.	254
	CXIV.				Ne Fratres Romam petant ſine facultate, quam Generalis duntaxat concedere poteſt.	256
	CXV.	1615	Auguſti	21	De Confraternitate SS. Roſarii Epiſtola Sac. Congregationis præpoſitæ negotiis Epiſcoporum, & Regularium, ſcripta Epiſcopo Ticinenſi.	256
	CXVI.		Novemb.	14	De ſupplicatione ſolemni habenda Dominico die infra Octavam Corporis Chriſti.	256
	CXVII.			20	Decretum, quo locorum Ordinariis Regulares a confeſſionibus audiendis ſuſpendendi ratio præſcribitur.	257
	CXVIII.	1616	Septemb.	31	Literæ Sacræ Congregationis, Epiſcoporum circa acceſſum Regularium ad Monaſteria Monialium.	257
	CXIX.		Decemb.	20	Decretum ſuper ſtatu mulierum Tertii Ordinis in privatis Domibus degentium, illarumque ad habitum admiſſione.	258
	CXX.	1617	Januarii	7	De confeſſionibus excipiendis.	259
	CXXI.		Julii	7	Superioribus Regularium non licet, ſine Capituli Generalis, aut Provincialis, conſenſu, alicui peccato	

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
PAULUS V.					peccato in Conſtitutione Clem. Papæ VIII de caſibus reſervatis non contento, excommunicationem annectere, ejuſque abſolutionem ſibi reſervare.	259
	CXXII.	1618	Maii	15	Indulgentia pro Valentino Cœnobio.	259
	CXXIII.		Junii	8	Decretum Congregationis Regularium declarans Fratribus noſtris deberi præcedentiam ſuper aliis.	260
	CXXIV.	1619	Januarii	26	Non licet locorum Ordinariis Monaſteria, & Eccleſias Regularium viſitare.	260
	CXXV.	1620	Auguſti	8	De Confraternitate SS. Roſarii.	260
GREGORIUS XV.	XVIII.	1621	Maii	23	De electione canonica.	262
	XIX.		Junii	7	Indulgentia pro feſto S. Ægidii.	262
	XX.		Septemb.	20	De Conſervatoribus eligendis.	262
	XXI.		......	....	Ut Fratres Mendicantes ſtipem cogere poſſint.	264
	XXII.	1622	Aprilis	19	Indulgentia pro Cœnobio Valentino.	264
	XXIII.		Junii	25	Decretum Congregationis Rituum approbans Miſſam Sanctiſſimi Roſarii pro Fratribus noſtris.	265
	XXIV.		Septemb.	22	De Feſto Beati Jacobi Salomonii in univerſo Prædicatorum Ordine celebrando.	266
URBANUS VIII.	CXXII.	1623	Octobris	16	De ſtudio linguarum.	266
	CXXIII.	1624	Septemb.	7	De rebus Regularium non alienandis.	267
	CXXIV.			21	Decreta Sac. Congregationis Concilii de Regularibus Apoſtatis, & Ejectis.	268
	CXXV.		Decemb.	17	Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide pro Novitiis diverſarum Nationum, ac linguarum a Regularibus recipiendis.	269
	CXXVI.	1625	......	....	De electione Canonica.	270
	CXXVII.		Februarii	1	Decretum Sacræ Congregationis Rituum de Feſto celebrando, & Officio ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam ſecularibus, perſolvendo, in honorem S. Hyacinthi Ordinis Prædicatorum, ſub ritu Duplici, die XVI Auguſti.	270
	CXXVIII.		Aprilis	17	Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, pro Lectione linguarum *Illyricæ*, & Græcæ &c. in Monaſteriis Regularium inſtituenda.	270
	CXXIX.		Maii	26	Declarationes Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium Præpoſitorum ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & Interpretum Sacri Concilii Tridentini, confirmata a D N.D. Papa Urbano VIII, quæ mandantur exequi ab Illuſtriſſimo D. Cardinali Bandino, nomine totius Congregationis, Præſidente Sacræ Congregationis Regularium, per ſpecialem commiſſionem factam Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo DD. Julio Saccheti Nuncio Apoſtolico Epiſcopo Gravinenſi, S.R.E. nunc Cardinali, & ſunt numero Nonaginta novem.	271
	CXXX.		Junii	21	De celebratione Miſſarum.	283
	CXXXI.			30	Decretum Sacræ Congregationis Apoſtolicæ Viſitationis de mandato Sanctiſſimi D.PP. Urbani VIII, quo prohibetur, nulla ædificia, aut Altaria, Fratres, aut Moniales cujuslibet Ordinis conſtruere poſſe, niſi juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini.	287
	CXXXII.		Julii	10	Confeſſiones excipiendæ ſunt in Eccleſia.	287
	CXXXIII.		Septemb.	18	De libris Romæ, & alibi typis edendis.	288
	CXXXIV.	1626	Martii	21	Decretum EE. & RR. DD. Cardinalium, Epiſcoporum, ac Regularium negotiis Præfectorum. Quod non liceat Regularibus pecunias mutuo, vel ad cambium recipere, cum ſolutione alicujus lucri, abſque Sedis Apoſtolicæ facultate.	288
	CXXXV.		Junii	14	Contra imponentes gravamina Monaſterio Sanctæ Catharinæ Martyris Auguſtæ.	289
	CXXXVI.		Octobris	1	Regulares quoſcunque, quibus a Sac. Inquiſitionis Offi-	

Digitized by Google

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
URBANUS VIII.					Officio pœnitentiæ impoſitæ ſunt (ſalutaribus exceptis) ad omnes ſuorum Ordinum gradus, & dignitates, etiam poſt elapſum pœnitentiæ tempus, inhabiles cenſendos, nec ab alio niſi a Summo Pontifice, vel ab eadem S. Officii Inquiſitionis Congregatione, ſpecialiter habilitandos fore conſtituit, promotiones eorum invalidat, ac promoventes inhabilitationem ad gradus, & dignitatum privationem incurriſſe declarat.	290
	CXXXVII.	1627	Julii	2	Generalis ſubditos ſuos poteſt a Confeſſionibus excipiendis ſuſpendere.	291
	CXXXVIII.	1629	Octobris	10	Indulgentia pro Valentino Cœnobio.	291
	CXXXIX.	1630	Julii	13	Ne Fratres Ordinis SS. Trinitatis Cappas deferant noſtris conſimiles.	291
	CXL.	1631	Decemb.	5	Miſſionarii in omnibus ſunt ſubjecti Superioribus, excepta remotione a Miſſionibus, ſi a S. Congregatione fuerint delegati.	292
	CXLI.	1633	Decemb.	15	Decretum, ut omnes Regularium Superiores ſuos Subditos, & Religioſos perſæpe commoneant de injuncta omnibus obſervantia, & executione Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem pertinentium.	293
	CXLII.	1634	Aprilis	1	Decretum pro præcedentia Magiſtri Ordinis ſuper Generalem Congregationis S. Georgii in Alga.	295
	CXLIII.	1635	Septemb.	9	De recipiendis in Provincia Aragoniæ.	295
	CXLIV.	1636	Januarii	5	Decretum S. Congregationis Concilii, de Novitiis, & Profeſſis contra formam Decretorum Clementis VIII.	295
	CXLV.	1637	Auguſti	29	Contra Religioſos, & Eccleſiaſticos quoſcunque quæſtuoſas artes exercentes.	296
	CXLVI.		Octobris	13	Fidei præcones in Armeniam miſſos Perſarum Regi commendat.	297
	CXLVII.	1638	Martii	11	Ne Parochi plus percipiant ex Sepulturis, quæ fiunt in Eccleſiis Fratrum, quam ex iis, quæ fiunt in Eccleſiis propriis, vel aliorum Clericorum.	297
	CXLVIII.	1639	Septemb.	10	Nequeunt Epiſcopi ſuffragia Monialium Regularibus ſubjectarum exquirere, vel recipere in electione Abbatiſſæ.	298
	CXLIX.		Decemb.	10	Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ inhibitivum ſuis Miniſtris ne moleſtent Fratres noſtros circa adimpletionem onerum Miſſarum.	298
	CL.	1640	Januarii	20	Filii impuberes ſepeliuntur ad libitum parentum in quacunque Eccleſia, etiam Regularium.	299
	CLI.		Maii	1	Decretum S. C. Fabricæ S. Petri inhibens omnibus etiam ſuis Miniſtris, ne moleſtent Fratres noſtros ſuper adimpletione Miſſarum.	299
	CLII.			18	Decretum Sacræ Congregationis ad favorem Conventus Sancti Dominici de Bugella, necnon Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarii ejuſdem Civitatis.	300
	CLIII.	1641	Septemb.	13	De Confeſſionibus Secularium ægrotantium excipiendis a Regularibus.	301
	CLIV.	1643	Septemb.	19	Regulares non poſſunt pecunias mutuo accipere, vel ad cambium.	301
	CLV.		Novemb.	13	Ne Fratribus omnibus unius Conventus adimatur facultas confeſſiones excipiendi.	301
	CLVI.	....	......	....	Regulares Monialium Superiores tenentur diem electionis Abbatiſſæ intimare illis Epiſcopis, qui expreſſe declaraverint, ſe velle eidem electioni intereſſe, eoſdemque expectare ad præfatam electionem faciendam.	302
INNOCENTIUS X.	XXIV.	1644	Octobris	15	Pro Valentina Confraternitate S. Raymundi.	302
	XXV.	1645	Aprilis	10	Indulgentia pro feſto S. Dominici in Soriano.	303

Mode-

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
INNOCENTIUS X.	XXVI.	1645	Septemb.	22	Moderatio Decreti Epiſcopi Piſaurenſis circa adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ.	303
	XXVII.		Novemb.	21	Contra erectores novæ Confraternitatis SS. Roſarii in Civitate Bituntina abſque licentia Magiſtri Ordinis.	304
	XXVIII.		Decemb.	5	De Miſſione Guadaluppæ.	305
	XXIX.	1647	Junii	1	De Quarta funerali non ſolvenda.	306
	XXX.	1650	Junii	10	Indulgentia conceſſa viſitantibus ſeptem Altaria Conventus Valentin.	307
	XXXI.	1653	Junii	11	Pro Confraternitate Sancti Dominici de Soriano.	307
	XXXII.			21	De Apoſtatis, & Ejectis.	308
	XXXIII.		Octobris	6	Declaratio nullitatis literarum Senatus Mediolani, & edicti Gubernatoris Status Mediolanen. ſuper obſervatione feſtivitatis Sancti Dominici in dicto Statu.	309
	XXXIV.	1654	Martii	6	Ut in Provinciæ Portugalliæ Congregationibus intermediis, Magiſtri, ac Præſentati poſſint acceptari.	309
	XXXV.		Maii	27	Non eſſe ſupprimendum Conventum in Oppido Trebæ Spoletan. Diœceſeos.	310
ALEXANDER VII.	LIV.	1655	Maii	11	De recipiendis in Ordine Fratrum Prædicatorum.	310
	LV.	1658	Septemb.	18	Conventus S. Sabinæ de Urbe Novitiatus conſtituitur.	311
	LVI.	1659	Februarii	3	Ut librorum typis edendorum examen committatur viris eruditis, auctori ignotis, & alterius Ordinis.	312
	LVII.	1660	Julii	8	Ne Superiores Subditos ſuos retrahant ab onere denunciandi quæ ſpectant ad Tribunal Inquiſitionis.	313
	LVIII.		Decemb.	7	Parochialis Eccleſia loci de Foix Fratribus Ordinis Prædicatorum conceſſa.	314
	LIX.	1661	Aprilis	9	Confraternitas Sanctiſſimi Roſarii conſtituenda a Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum.	315
	LX.		Auguſti	14	Indulgentia pro Fratribus, & famulis Toletani Cœnobii Sancti Petri Martyris.	315
	LXI.	1663	Januarii	15	Indulgentia conceſſa SS. Roſarium recitantibus hora ſibi aſſignata.	315
	LXII.		Junii	22	Ut Provinciales Provinciarum Indiarum Romam mittere teneantur ſcrutinia ipſorum electionis ad hoc ut confirmentur, vel reſcindantur a Reverendiſſimo Magiſtro Generali Ordinis.	316
	LXIII.		Julii	20	De Fratribus ex aliis Cœnobiis ad Romanum S. Mariæ ſupra Minervam transferendis.	317
	LXIV.		Auguſti	9	Eadem de re.	318
	LXV.		Septemb.	3	Confraternitas SS. Roſarii a Generali Magiſtro Ord. Præd. conſtituenda.	318
	LXVI.	1664	Julii	29	Romanum Cœnobium S. Mariæ ſupra Minervam caput Romanæ Provinciæ declaratur.	320
	LXVII.	1665	Julii	29	Ut omnes quorum intereſt certiores fiant de Comitiis Generalibus celebrandis.	321
	LXVIII.	1666	Decemb.	17	Decretum Sacræ Congregationis Regularium pro ſuſpenſione alterius Decreti, & Brevis dati pro præcedentia Magiſtrorum Provinciæ Romanæ ſuper ceteros Magiſtros extranearum Provinciarum.	321
	LXIX.	....	......	....	Ad Superiores Regulares pertinet exquirere a ſuis Familiaribus, an præcepto Paſchali ſatisfecerint.	322
CLEMENS IX.	LII.	1667	Auguſti	13	Circa ejectionem incorrigibilium in Provinciis Indiarum pro Ordine Prædicatorum.	322
	LIII.		Septemb.	23	De auctoritate Generalis Magiſtri Ordinis.	323
	LIV.	1668	Decemb.	15	Decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium, Sacroſancti Concilii Tridentini Interpretum, de Quinquennio, & nullitate Profeſſionis.	325
	LV.	1669	Maii	21	Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini,	

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
CLEMENS IX.					tini, a Sanctiſſimo D. N. Clemente Papa IX approbata, ſuper acceſſu Regularium ad Monaſteria Monialium.	326
	LVI.	1669	Junii	17	Mercatura eujuſque generis Religioſis inhibita.	326
	LVII.		Auguſti	13	Provinciales quorum officium non eſt expletum ante obitum Generalis Magiſtri jus habent ſuffragium ferendi in Comitiis Generalibus.	328
	LVIII.		Septemb.	23	De Altaribus Privilegiatis.	329
	LIX.		Octobris	5	De electionibus Provincialium poſt mortem Generalis Magiſtri faciendis.	330
CLEMENS X.						
	LXI.	1670	Decemb.	12	De Fratribus ad Florentinum Cœnobium S. Marci, & Feſulan. transferendis.	330
	LXII.	1671	Januarii	26	De Præcedentia.	331
	LXIII.		Februarii	28	Indulgentia pro Confraternitate S. Catharinæ.	332
	LXIV.		Octobris	3	De Monialium Confeſſionibus excipiendis tempore Jubilæi.	332
	LXV.			21	De Fratribus transferendis ad Neapolitanum Conventum Jeſu, & Mariæ.	333
	LXVI.		Novemb.	28	Declarantur dubia ſuper delatione defunctorum ex aliena Diœceſi ad Eccleſias Regularium.	333
	LXVII.	1672	Februarii	12	Ut Julia Maria Maſtri recipi, & vota ſolemnia ouncupare poſſit in Bononienſi Monaſterio S. Agnetis, licet ibi duas Sorores germanas habeat.	334
	LXVIII.	1673	Novemb.	17	Decreta Sacræ Congregationis quoad Quartam Parochialem, & defunctorum funera in Eccleſiis Regularium.	334
	LXIX.		Decemb.	5	De Conſultoribus Sacræ Congregationis Indicis ab Urbe Roma non amovendis.	335
	LXX.	1674	Maii	2	De conſtituendo Limano Monaſterio SS. Roſarii, & S. Roſæ.	336
	LXXI.		Junii	9	De præcedentia Magiſtri Ordinis ſupra Referendarios utriuſque Signaturæ.	338
	LXXII.	1675	Maii	16	Decretum Sacræ Congregationis ſuper ſtatu Regularium de Tertiariis, & Hoſpitibus, atque aliis non recipiendis, nec retinendis ad habitandum in Monaſteriis, ſeu Domibus Regularium ante ætatem præfinitam.	338
	LXXIII.	1676	Aprilis	17	Indulgentia Plenaria pro Miſſis Defunctorum celebran. in Altari Nobilis Familiæ de Alteriis erecto in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam de Urbe.	339
	LXXIV.			23	Decretum S. Congregationis Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum; quo declaratur Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitates omnes canonice ubique erectas, & erigendas, poſſe frui Privilegiis, Indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus Archiconfraternitati Sanctæ Mariæ ſuper Minervam a Paulo PP. V conceſſis, ac in poſterum ab Apoſtolica Sede concedendis.	339
INNOCENTIUS XI.	XXXVIII.		Novemb.	7	De ſacra ſupellectili Sacelli S. Catharinæ Senenſis.	340
	XXXIX.		Decemb.	2	De cadaveribus ad Eccleſias Regularium deferendis.	341
	XL.	1677	Maii	10	Indulgentia pro Confraternitate *Animarum*.	341
	XLI.	1678	Januarii	5	Ut Superiores Provinciæ Portugalliæ Fratres ex uno ad alium Conventum removere poſſint.	342
	XLII.		Maii	21	Dubia ſuper collocutione Regularium cum Monialibus.	344
	XLIII.	1680	Januarii	15	Confeſſarii Regulares, & non Parochi, non compelluntur accedere ad conferentiam caſuum conſcientiæ.	344
	XLIV.			24	Monitorium Auditoris Cameræ pro manutentione Parochiæ S. Nicolai Gedanen. Ordinis noſtri.	344
	XLV.	1681	Junii	14	Ubi Conventus Ord. Præd. exiſtit, Confraternitas SS. Nominis Dei in aliis ejuſdem Civitatis Eccleſiis conſtitui nequit.	345

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
INNOCENTIUS XI.	XLVI.	1681	Junii	30	De feſto S. Roſæ Limanæ in Regis Luſitaniæ dominiis celebrando.	345
	XLVII.		Octobris	1	Monitorium A. C. pro conſervatione aliquorum Decretorum a Congregatione Rituum emanatorum pro Regularibus de Sepultura.	346
	XLVIII.		Novemb.	7	De Fratribus transferendis ad Neapolitanum Cœnobium Sanctæ Catharinæ de Formello.	348
	XLIX.	1683	Februarii	10	Regulares ad Confeſſiones audiendas ſemel approbati, non ſunt ab eodem Epiſcopo iterum examinandi, nec ab illis audiendis ſuſpendi poſſunt, niſi ob rationes ibi præſcriptas.	348
	L.		Aprilis	7	Ceſſio loci, ex Conſtitutionum præſcripto debiti illis, qui Provincialatus officio functi ſunt, admittenda non eſt.	349
	LI.	1684	Julii	29	De Monaſteriis viſitandis.	350
	LII.	1686	Januarii	19	Eadem de re.	350
	LIII.		Auguſti	5	Indulgentia pro Confraternitate S. Joſephi.	351
	LIV.		Octobris	10	Qui ſubſtantialia Religionis vota non emittunt non comprehenduntur, in Generali Indulgentiarum revocatione.	352
	LV.	1687	Aprilis	18	S. Raymundus de Peñafort Confundator Ordinis B. Mariæ de Mercede.	353
	LVI.	1688	Maii	4	De celebrandis Miſſis Defunctorum.	353
ALEXANDER VIII.	VIII.	1690	Aprilis	22	De quibuſdam Officiis recitandis a Monialibus Romani Monaſterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ.	354
INNOCENTIUS XII.	XXXV.	1692	Martii	1	Ut, prævio examine a Fratribus Ordinis Prædicatorum faciendo, gradus ſcholaſtici conferantur Studentibus in Cuſcan. Collegio Sancti Antonii, qui Doctrinam Sancti Thomæ Aquinatis ſequuntur.	355
	XXXVI.		Junii	8	De tribus Miſſis Sabbato Sancto celebrandis in Sacello S. Mariæ de Atocha Matritenſis Cœnobii Fratrum Prædicatorum.	356
	XXXVII.			14	Ex Officiis translatis illud SS. Annunciationis ceteris præponendum eſt.	357
	XXXVIII.	1693	Septemb.	1	Reſcindit edicta Prætoris Cremonen. de celebrando feſto S. Dominici.	357
	XXXIX.	1694	Julii	24	Decretum de Apoſtatis, & fugitivis, auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii PP. XII editum die prima Martii MDCXCIII.	358
	XL.			24	Decretum de Ejectis, & Ejiciendis, auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii PP. XII, editum die prima Martii MDCXCIII.	359
	XLI.	1695	Januarii	14	Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati S. Thomæ de Aquino.	360
	XLII.		Martii	8	Indulgentia pro die *Stationis* ad Eccleſiam S. Mariæ ſupra Minervam.	361
	XLIII.		Julii	18	Decreta Sacræ Congregationis a Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa XII ſuper Diſciplina Regulari ſpecialiter deputatæ, ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri auctoritate edita.	361
	XLIV.	1696	Julii	17	De S. Theologiæ Magiſtris Provinciæ Lombardiæ.	363
	XLV.	1697	Januarii	12	Revocantur privilegia a Superioribus Religioſis conceſſa in Indiis Occidentalibus contra S. Sedis, vel Ordinis Conſtitutiones.	363
	XLVI.	1698	Maii	1	Decretum circa Proceſſiones Funeralium.	364
	XLVII.		Octobris	2	De Conventibus aſſignandis Novitiis, qui vota ſolemnia nuncuparunt.	365
	XLVIII.		Novemb.	17	Conventus Lugi Imolen. Diœceſis unitur Congregationi Lombardiæ.	367
	XLIX.	1699	Julii	18	Mantuana. Quartæ Funeralis.	367
	L.		Octobris	9	Ne Frater germano fratri ſuccedat in Provincialatus, vel Prioratus Officio.	367

Ratum

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
CLEMENS XI.	LXXVI.	1701	Octobris	21	Ratum habet, ac firmat, quod Congregationis B. Jacobi Venetiarum Fratres Gradibus nuncium remiſerint.	369
	LXXVII.	1702	Decemb.	2	Ratum habet, ac firmat, quod Lectores Congregationis S. Marci de Cavotis Gradibus nuncium remiſerint.	370
	LXXVIII.	1703	Aprilis	5	Ne tabulæ pictæ ex Altaribus Eccleſiæ S. Dominici Conventus Bononien. extrahantur.	371
	LXXIX.	1705	Januarii	16	De Proceſſione Corporis Chriſti.	371
	LXXX.	1706	Januarii	15	Ne illegitimi adſcribantur numero Fratrum Angelo politanæ Provinciæ.	372
	LXXXI.	1708	Junii	9	Decretum Aquen. Jurium Parochialium.	373
	LXXXII.		Julii	28	Lettera Circolare alli Monſignori Patriarchi, Arciveſcovi, Veſcovi, ed altri Ordinarii dell'Italia, ed Iſole adiacenti, ed anche alli Generali delle Religioni preſidenti alle Monache.	374
	LXXXIII.	1711	Martii	15	De obedientia a F. Petro de Amarali, cæteriſque Fratribus Ordinis Prædicatorum præſtita Carolo Thomæ Cardinali de Tournon Commiſſario, & Viſitatori Generali in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis.	375
	LXXXIV.			15	Confirmat Decretum Cardinalis de Tournon Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis in Sinarum Imperio, aliiſque Indiarum Regnis ſuper exercitio Miſſionum.	378
	LXXXV.	1716	Decemb.	12	Ne Provinciæ Portugalliæ Moniales ſumptus immodicos agant.	380
	LXXXVI.	1717	Auguſti	4	Sanctus Raymundus de Peñafort Ordinis Prædicatorum una cum Sancto Petro Nolaſco Fundator Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.	381
	LXXXVII.	1718	Januarii	28	Pro Neapolitano Conventu Sanctæ Mariæ Salutis.	382
INNOCENTIUS XIII.	XV.	1722	Julii	13	De numero Magiſtrorum Provinciæ Aprutinæ Ordinis Fratrum Prædicatorum.	382
BENEDICTUS XIII.	CXXXIV.	1725	Januarii	24	Indulgentia conceſſa viſitantibus Ædes Sacras Cœnobii Sanctiſſimi Roſarii ſiti in Monte Sancto, prope Civitatem Podkamien.	383
	CXXXV.			25	Indulgentia conceſſa Chriſtifidelibus, qui interfuerint Litaniis B. Mariæ Virginis, ſingulis Sabbatis, & ejuſdem Deiparæ feſtis diebus decantandis, ſeu recitandis in Ædibus Sacris Conventus Podkamien.	384
	CXXXVI.		Aprilis	24	Sanctiſſimi D. N. D. Benedicti divina providentia Papæ XIII Conſtitutio, ut Regulares Apoſtatæ ad ſuos Ordines impune reverti poſſint.	384
	CXXXVII.		Maii	12	Indulgentia anno Jubilæi conceſſa viſitantibus Ædes ſacras Cœnobii Podkamien.	385
	CXXXVIII.			12	Ut feſtum SS. Johannis, & Pauli Venetiis ritu duplici celebretur Fratrum Prædicatorum rogatu concedit.	386
	CXXXIX.	1728	Maii	15	Num diſtributiones quotidianæ ſubjectæ ſint Eccleſiaſtico ſubſidio?	386
	CXL.	1729	Septemb.	23	Sacras Ædes Conventus S. Sabinæ vetuſtate labantes reſtituendas curat.	387
CLEMENS XII.	XXXII.	1731	Martii	17	De Miſſis ter in anno celebrandis in Sacello Romani Monaſterii S. Catharinæ Senen.	388
	XXXIII.	1734	Novemb.	16	De Miſſis celebrandis in valetudinario Florentini Monaſterii Sanctæ Catharinæ Senenſis.	389
	XXXIV.	1735	Decemb.	7	Ut Conſultores qui, juſtis de cauſis, a S. Rituum Congregationibus abfuerint, dicant abſentiæ cauſam, votumque, ſeu ſuffragium, ejuſdem Sacræ Congregationis Secretario mittant.	390
	XXXV.		Decemb.	20	Feſtum B. Catharinæ de Ricciis a die XIII Menſis	

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Paginæ.
CLEMENS XII.					Februarii ad tertiam Dominicam menſis Maii transfertur pro Eccleſia S. Vincentii Pratenſis duntaxat.	390
	XXXVI.	1736	Januarii	20	De Præcedentia.	391
	XXXVII.			21	Indulgentia viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ ſupra Minervam conceſſa.	391
	XXXVIII.		Martii	5	Privilegia conceſſa Fratribus Ordinis Prædicatorum, qui Philoſophiæ, Theologiæ Scholaſticæ, Moralis, Aſceticæ &c., ac Sacrorum Canonum Scholas habent in Agrigentino Collegio SS. Auguſtini & Thomæ de Aquino.	391
	XXXIX.			10	De ſupplicationibus, ſeu Proceſſionibus, & ſepultura.	392
	XL.			12	F. Thomas Hieronymus Grimaldi laudibus ornatur, & numero Magiſtrorum Provinciæ Lombardiæ adſcribitur.	393
	XLI.			13	Lectiones, & Oratio, die feſto B. Catharinæ de Ricciis recitandæ.	394
	XLII.			26	Indulgentia pro quatuor Anniverſariis.	395
	XLIII.			26	Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Monaſterii Pratenſis.	396
	XLIV.		Aprilis	24	Peruſina. Canonizationis B. Benedicti Papæ XI Ordinis Prædicatorum.	396
	XLV.		Junii	26	Indulgentia pro Eccleſia SS. Quirici, & Julitæ.	397
	XLVI.	1735	Julii	27	Conceſſio diverſarum Indulgentiarum pro Docentibus, & Adultis diſcentibus Doctrinam Chriſtianam, in Urbe, ac Univerſa Italia, Inſuliſque adjacentibus.	398
	XLVII.	1736	Auguſti	14	Indulgentiæ pro recitantibus ſub horam noctis ad pulſum Campanæ Pſalmum De profundis, vel ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum verſiculo Requiem æternam &c.	398
	XLVIII.		Septemb.	10	Ut Generalis Magiſter juxta datam ſibi a Domino prudentiam Vicarium Generalem Congregationis S. Mariæ Sanitatis conſtituat ſine præſentatione ab eadem Congregatione facienda.	399
	XLIX.			17	De numero Magiſtrorum Provinciæ S. Petri Martyris.	400
	L.			19	De Libris Choralibus Prædicatorum Familiæ imprimendis.	401
	LI.	1737	Aprilis	4	De Feſto S. Vincentii Ferrerii transferendo.	402
	LII.			12	De Bajonenſi Confraternitate Cæmentariorum.	403
	LIII.		Maii	20	Indulgentia pro exercitiis ſpiritualibus.	404
	LIV.			20	Indulgentia pro Miſſionibus.	404
	LV.			20	Indulgentia pro die XV Septembris.	405
	LVI.			20	Indulgentia pro Roſario quod perpetuum vocant.	405
	LVII.		Julii	18	Armenos Prædicatores Fratres Regi Perſarum commendat.	405
	LVIII.		Auguſti	22	Ut Guimaraen. Monaſterium juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.	406
	LIX.		Decemb.	7	S. Vincentius Ferrerius Civitatis Placentinæ Patronus.	407
	LX.	1738	....	5	De Feſto S. Vincentii Ferrerii in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Civitatis Clodien. celebrando.	407
	LXI.		Aprilis	7	Pro Miſſionibus Americanis.	408
GREGORIUS IX.	CCXXVI.	1232	Octobris	23	Inſerit Conſtitutiones Monialium S. Sixti de Urbe Ordinis Fratrum Prædicatorum.	410
INNOCENTIUS IV.	CCCLXXXV.	1246	Junii	22	Indulgentias impertitur viſitantibus Ædes Sacras Majoricenſis Cœnobii.	413
	CCCLXXXVI.	1247	Martii	23	Fratres Ordinis Prædicatorum, quem laudibus effert, delegat qui Sententiam in Fredericum latam publicandam curent.	414
ALEXANDER IV.	CCCXVI.	1257	Martii	27	De conſtruenda Tarraconenſis Conventus Eccleſia.	414

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
ALEXANDER IV.	CCCXVII.	1260	Decemb.	7	Præſcribit Fratri Raineri quid in hæreticos ſit agendum.	415
	CCCXVIII.	1261	Januarii	23	Quædam ex uſuris, & id genus ceteris reſtituendis aſſignat Fratribus Ferrarien. Conventus.	415
BONIFATIUS VIII.	XLII.	1297	Martii	15	Ut Tarviſien. Monaſterium S.Pauli juris ſit Provinciæ Lombardiæ.	418
	XLIII.	1298	Novemb.	21	Ut Excommunicati denuncientur, qui Majoricenſi Conventui vim adhibuerint.	419
	XLIV.	1299	Februarii	9	Eadem de re.	419
	XLV.		Martii	28	Ne quis Majoricen. Fratres moleſtiis afficiat, cavet.	420
B.BENEDICTUS XI.	XLI.	1303	Decemb.	18	Quædam ex reſtituendis aſſignat Ferrarienſi Conventui.	421
	XLII.	1304	Aprilis	2	Firmat Majoricenſem compoſitionem de jure ſepeliendi.	421
BENEDICTUS XII.	VI.	1339	Julii	9	Inquiſitori Siciliæ adverſus Fraticellos.	423
EUGENIUS IV.	CCCXI.	1437	Septemb.	23	Ut Generalis Magiſter Fratrum Prædicatorum ad Œcumenicum Concilium veniat cum duodecim ejuſdem familiæ Magiſtris.	427
	CCCXII.	1440	Maii.	10	Firmat Compoſitionem factam a Conventu S. Geminiani, & Capitulo Eccleſiæ Plebis nuncupatæ.	428
INNOCENTIUS VIII.	CVI.	1487	Decemb.	15	Valliſoletani Collegii fundandi facultas.	430
ALEXANDER VI.	CXXXIV.	1494	Januarii	31	Ut S. Geminiani Conventus Fratres ſtipem per totum Dominium Florentinum rogare poſſint.	432
	CXXXV.	1495	Aprilis	14	Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſiam Conventus S. Geminiani.	432
	CXXXVI.	1496	Julii	6	De S. Geminiani Conventus Eccleſia conſecranda.	433
	CXXXVII.	1501	Septemb.	25	Lucani Monaſterii S. Dominici fundandi facultas.	433
JULIUS II.	XCII.	1506	Julii	19	Ne Valliſoletani Collegii Fratres ire teneantur ad ſupplicationes publicas, funera, &c.	435
LEO X.	CXXIII.	1516	Martii	4	Ut excommunicati denuncientur, qui Majoricenſi Conventui vim intulerunt.	437
ADRIANUS VI.	XIII.	1523	Septemb.	6	De transferendis Sacris Reliquiis B. Margaritæ Virginis Ordinis Prædicatorum.	437
CLEMENS VII.	CXXIV.	1524	Novemb.	11	Celebritatem Feſtivitatis Conſecrationis Eccleſiæ S. Geminiani transfert.	438
	CXXV.	1531	Aprilis	28	De Cordubenſi Cœnobio SS. Aciſcli, & Victoriæ Martyrum.	438
JULIUS III.	XXXIV.	1551	Martii	22	Senenſe Cœnobium Romanæ Provinciæ reſtituendum decernit.	440
	XXXV.		Maii	1	Ut Senenſe Cœnobium S. Dominici ſolius Generalis Magiſtri juris ſit.	441
S. PIUS V.	CXXXIX.	1568	Maii	1	Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Monaſterij Sanctæ Agnetis Ordinis Fratrum Prædicatorum.	443
	CXL.	1571	Junii	9	Eadem de re.	444
GREGORIUS XIII.	CLV.	1578	Novemb.	29	De cujuſdam Poſſeſſionis inveſtitura concedenda Ferrarienſi Cœnobio.	444
	CLVI.	1580	Martii	28	Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Peruſini Monaſterii B. Columbæ.	445
	CLVII.		Junii	19	Altare privilegiatum Conventus Tarraconenſis.	446
	CLVIII.	1583	Februarii	23	Ratum habet, quod Dertuſenſis Conventus Fratres venerint in poſſeſſionem alterius Dertuſenſis domus.	446

Indul-

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
GREGORIUS XIII.	CLIX.	1585	Februarii	12	Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſiam Peruſini Monaſterii B. Columbæ,	447
CLEMENS VIII.	CXLIX.	1596	Julii	19	De transferendo Feſto S. Hyacinthi.	448
	CL.	1601	Novemb.	21	Mayden. Cœnobii conſtituendi facultas.	449
	CLI.	1605	Januarii	1	Ratam habet Anicienſis Monaſterii fundationem.	449
PAULUS V.	CXXVI.	1607	Januarii	13	De quibuſdam reſtituendis Colonienſi Conventui.	450
	CXXVII.	1608	Januarii	20	Ratas habet, firmat, & inſerit literas, quibus Clemens VIII mandat, ut Fratres Prædicatores Miſſali, Breviario, & id genus libris Choralibus Romæ impreſſis utantur.	451
	CXXVIII.	1610	Aprilis	13	Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati SS. Dominici, & Jacobi de Mevania.	452
	CXXIX.	1619	Octobris	1	Indulgentiæ conceſſæ Confraternitati S. Telmi.	453
GREGORIUS XV.	XXV.	1623	Maii	6	De Miſſa Sanctiſſimi Roſarii.	454
URBANUS VIII.	CLVII.	1624	Septemb.	23	Jus præcedendi Fratribus Ordinis Prædicatorum aſſertum.	454
	CLVIII.	1625	Martii	8	Ne Gregoriana Conſtitutio: *Inſcrutabili*: executioni mandetur in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.	455
	CLIX.	1628	Aprilis	26	Ut abſente Generali Magiſtro, Procurator Generalis interveniat Congregationibus S. Officii, & ſedeat poſt Aſſeſſorem.	455
	CLX.		Septemb.	30	De Miſſa Sanctiſſimi Roſarii.	456
	CLXI.		Novemb.	10	Indulgentia conceſſa viſitantibus Altare S. Telmi ſitum in Eccleſia Cathedrali Tuden.	456
	CLXII.	1630	Octobris	31	Indulgentiæ conceſſæ Ravennatenſi Confraternitati SS. Nominis Dei.	456
	CLXIII.	1635	Decemb.	22	Indulgentiæ pro Corduben. Confraternitate S. Dominici.	457
INNOCENTIUS X.	XXXVI.	1644	Novemb.	7	Indulgentiæ pro Ferrarien. Confraternitate S. Dominici.	458
	XXXVII.	1645	Januarii	27	Ut Anicienſe Monaſterium juris ſit Ordinis Prædicatorum.	459
	XXXVIII.		Septemb.	12	Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide habitæ die XII Septembris MDCXLV.	478
ALEXANDER VII.	LXX.	1666	Martii	3	De rebus non alienandis.	483
CLEMENS IX.	LX.	1668	Auguſti	30	Indulgentiæ conceſſæ Tolonenſi Confraternitati S. Telmi.	483
CLEMENS X.	LXXV.	1671	Martii	14	De filiis Neapolitani Conventus S. Petri Martyris.	484
	LXXVI.		Junii	20	Ut univerſus Ordo Prædicatorum celebret Officium B. Gundiſalvi,	485
	LXXVII.		Septemb.	16	De Feſto SS. Roſarii celebrando in Hiſpaniarum Regnis.	486
	LXXVIII.		Octobris	28	Indulgentia conceſſa ſingulis ſecundis Feriis viſitantibus Valentinum Sacellum S. Ludovici Bertrandi.	486
	LXXIX.	1672	Februarii	6	Elogium S. Ludovici Bertrandi in Romano Martyrologio legendum.	486
	LXXX.	1673	Maii	6	De Officio SS. Roſarii celebrando in ditione Mutinenſi.	487
	LXXXI.			17	De Officio B. Jacobi de Mevania celebrando.	487
	LXXXII.	1674	Junii	16	De Officio SS. Roſarii celebrando in ditione Mantuana.	487
	LXXXIII.		Auguſti	20	De celebrando Feſto B. Jacobi de Mevania.	487
	LXXXIV.	1676	Junii	13	De ſolemni ſupplicatione habenda die Feſto S. Dominici.	488

Pro

	Conſtitutio.	Annus.	Menſis.	Dies.	ARGUMENTUM.	Pagina.
INNOCENTIUS XI.	LVII.	1678	Martii	24	Pro electionibus, & electis in Comitiis Provinciæ Quiten. aliarumque Provinciarum in Indiis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.	489
	LVIII.		Octobris	24	De Officio SS. Roſarii celebrando in Januen. ditione.	491.
	LIX.	1680	Aprilis	6	De Feſtis SS. Nominis Jeſu, & SS. Nominis Mariæ celebrandis in Ordine Fratrum Prædicatorum.	491
	LX.		Auguſti	31	Eadem de re.	491
	LXI.	1682	Junii	5	De Societate Nominis Jeſu.	492
	LXII.	1683	Octobris	2.	De Officio SS. Roſarii celebrando in Etruria.	493
	LXIII.	1684	Auguſti	12	De Officio SS. Roſarii celebrando in Lucana Republica.	494
	LXIV.				De Jure Viſitationis.	494
	LXV.		Decemb.	15	Ut Quiten. Monaſterium S. Catharinæ juris ſit Ordinis Fratrum Prædicatorum.	494
	LXVI.	1685	Septemb.	15	Ut Feſtum S. Raymundi die ſeptima Januarii celebretur in Barchinonenſi Diœceſi.	495
	LXVII.	1686	Julii	20	De Officio SS. Roſarii celebrando in Ducatu Maſſæ, & Principatu Carrariæ.	495
	LXVIII.	1688	Februarii	22	Approbatio Kalendarii Fratrum Prædicatorum.	495
	LXIX.		Julii	10	De Feſto Circumciſionis Domini.	455
	LXX.	1689	Januarii	22	De Feſtis SS. Ordinis cum Octava ſimplici celebrandis.	496
ALEXANDER VIII.	IX.	1690	Septemb.	2	Lectiones, & Oratio, die Feſto S. Ludovici Bertrandi recitandæ.	496
	X.		Decemb.	16	S. Petrus Martyr Civitatis Cremonenſis Patronus.	497
INNOCENTIUS XII.	LI.	1692	Decemb.	20	Approbatio Breviarii Fratrum Prædicatorum.	497
	LII.	1694	Februarii	6	Doctrinam SS. Auguſtini, & Thomæ commendat.	498
	LIII.	1699	Januarii	30	Ut Leodien. Conventus juris ſit Provinciæ S. Roſæ.	496
CLEMENS XI.	LXXXVIII.	1701	Auguſti	27	De Officio SS. Roſarii.	500
	LXXXIX.	1705	Junii	17	Indulgentia pro Ferrarienſi Conventu.	500
	XC.	1709	Aprilis	19	De Quarta Funerali.	501
	XCI.	1711	Martii	21	De ſolemni ſupplicatione habenda Cuſentiæ die feſto S. Franciſci de Paula.	501
	XCII.		Septemb.	25	De celebrando Feſto B. Luciæ Narnien.	502
	XCIII.		Novemb.	21	De feſtis SS. Johannis de Mata, Felicis de Valois, & Philippi Benitii celebrandis a Prædicatorum familia.	502
	XCIV.	1717	Aprilis	17	De feſtis SS. Andreæ Corſini, & Johannis de Deo celebrandis in Ordine Fratrum Prædicatorum.	503
	XCV.	1718	Aprilis	27	De Officio B. Margaritæ de Caſtello.	503
INNOCENTIUS XIII.	XVI.	1722	Martii	12	De Magiſtris Provinciæ Calabriæ.	503
	XVII.		Junii	24	De Magiſtris Provinciæ Apuliæ.	504
BENEDICTUS XIII.	CXLI.	1726	Septemb.	27	Officium pro ſolemnitate SS. Roſarii, SS. D. N. Benedicti XIII Pont. Max. juſſu Editum.	504
	CXLII.	1728	Februarii	23	Indulgentiam transfert a prima ad ſecundam Dominicam Octobris pro Eccleſia Conventus S. Clementis de Urbe.	507
CLEMENS XII.	LXII.	1733	Januarii	5	De transferendis ad Neapolitanum Conventum S. Spiritus.	507
	LXIII.	1736	Septemb.	29	Speciales facultates Americanis Miſſionariis Gallis conceſſæ.	508
	LXIV.		Octobris	24	Pro iiſdem.	508
	LXV.	1738	Septemb.	17	Fabricæ Mutinenſis Cœnobii perficiendæ conſulit.	509

INDEX

INDEX ALPHABETICUS

Diplomatum Septimi Voluminis.

INDEX RERUM REPERIETUR TOMO ULTIMO.

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
A.			
Abbas.	LXVII.	Innocent. XI.	495
Accepimus.	CXXXI.	Paulus III.	139
Accepimus nuper.	CIV.	Johannes XXI. dictus XXII.	56
	CV.	Johannes XXI. dictus XXII.	56
Ad Apoſtolatus.	LXXXIII.	Clemens XI.	375
Ad audientiam.	XLIII.	Honorius III.	7
	XXX.	Nicolaus IV.	48
Ad augendam.	CXLVIII.	Gregor. XIII.	196
	CLVI.	Gregor. XIII.	445
	CLIX.	Gregor. XIII.	447
	CXI.	Paulus V.	252
	CXXII.	Paulus V.	259
	XIX.	Gregor. XV.	262
	XXII.	Gregor. XV.	264
	CXXXVIII.	Urbanus VIII.	264
	CLXI.	Urbanus VIII.	456
	XXV.	Innocent. X.	303
	XXX.	Innocent. X.	307
	LXI.	Alexand. VII.	315
	LXXVIII.	Clemens X.	486
	XIII.	Innocent. XII.	361
	CXXXIV.	Bened. XIII.	383
	CXXXVII.	Bened. XIII.	385
	XXXVII.	Clemens XII.	391
	XLIII.	Clemens XII.	396
	LV.	Clemens XII.	405
	LVI.	Clemens XII.	405
Ad confovendam.	CXLI.	Bened. XIII.	506
Ad ea quæ divini.	CCXXXVIII.	Bonifat. IX.	66
Ad exequendum.	CXII.	Nicolaus V.	177
	CXXX.	S. Pius V.	177
Ad extirpanda.	CCCLXX.	Innocent. IV.	28
Ad hoc noſtra.	CCCLXXVII.	Innocent. IV.	31
Ad laudabilem.	XLIX.	Pius IV.	157
Admodum Illuſtri.	CXXIX.	Urbanus VIII.	271
Ad noſtram.	CCIX.	Gregor. IX.	9
Ad paſtorale.	XLV.	Innocent. XII.	363
Ad propagandam.	LIV.	Alexand. VII.	310
Ad Romanum.	XL.	Sixtus V.	208
Ad ubere.	CXLVII.	Gregor. XIII.	195
	CLVIII.	Gregor. XIII.	446
Ægre ferens.	LXXXI.	Clemens XI.	373
Æternæ Sapientiæ.	XXXV.	Innocent. XII.	355
Alias ad ſupplicationem.	CXXIX.	Paulus III.	138
Alias a felicis.	CXXVII.	Paulus V.	451
	CLVIII.	Urbanus VIII.	455
Alias commiſſo.	LXXVI.	Clemens X.	485
Alias emanavit.	LIV.	Innocent. XI.	352
Alias felicis.	CXXVIII.	Paulus III.	138
Alias Nobis.	XC.	Julius II.	117
Alias Nos.	XCI.	Julius II.	119
	XXXV.	Clemens XII.	390
	XLVIII.	Clemens XII.	399
	LX.	Clemens XII.	407
Alias per noſtrum.	XXXVI.	Caliſtus III.	88
Alias poſtquam.	LXXV.	Clemens X.	484
	LVI.	Innocent. XI.	353
Alias pro parte.	XLI.	Innocent. XI.	342
	LXXVII.	Clemens XI.	370
	XXXII.	Clemens XII.	388
Altitudo.	CXXVII.	Paulus III.	137
Ancorche.	XXXV.	Innocent. X.	310
Animarum ſaluti.	LXIII.	Clemens XII.	508
An liceat.	CLVI.	Urbanus VIII.	302
Antonius.	CI.	Gregor. XIII.	197
Apoſtolicæ Sedis.	CCCLXIV.	Innocent. IV.	24
	CCCLXVII.	Innocent. IV.	27
	XLI.	Bonifat. VIII.	51
	XLII.	Bonifat. VIII.	418
Attendentes.	XL.	Bonifat. VIII.	51
Auctoritate.	CCCLIII.	Innocent. IV.	19
Avendo riſoluto.	CVIII.	Paulus V.	250
C.			
Canonizatio.	CXLIV.	Clemens VIII.	238
Carolus.	LXXIX.	Clemens XI.	371
Celſitudinis tuæ.	CCCLXII.	Innocent. IV.	24
Chi ſarà.	CVII.	Paulus V.	219
Chriſtophorus.	XXVII.	Innocent. X.	304
	XXIX.	Innocent. X.	306
Circa Paſtoralis.	CXXVI.	S. Pius V.	171
Circumſpecta.	IV.	Gregor. XIV.	212
Clara Ordinis.	I.	S. Cæleſt. V.	49
Cæleſtes Eccleſiæ.	XLVII.	Clemens XII.	398
Cæleſtium Munerum.	XLVI.	Clemens XII.	398
Confratres.	LIV.	Clemens XII.	405
Congregatio.	CLX.	Urbanus VIII.	456
	CXXXII.	Urbanus VIII.	287
Congregatio Conc.	XXXIX.	Innocent. XII.	358
	CXXII.	Clemens VIII.	2 8
	CXLVII.	Clemens VIII.	241
Conquerentibus.	CXLVIII.	Clemens VIII.	242
Conqueſti ſunt.	XLIX.	Innocen. XI.	348
	VI.	Martinus II. dictus IV.	47

CXXIII.

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Conqueſti ſunt.	CXXIII.	Leo X.	437
Conqueſtus eſt nobis.	CCCLXXIII.	Innocent. IV.	29
Conſiderantes.	XXIV.	Innocent. X.	302
	LIII	Innocent. XI.	351
Conſtans & ſincera.	CXXXIII.	Paulus III.	141
Conſtituimus.	CCCVIII.	Eugenius IV.	81
Cum ultium fuerit.	CXXIV.	Paulus V.	260
Cum ad ubera.	CXLV.	Clemens VIII.	239
Cum alias.	LXXVII.	Clemens X.	486
	LI.	Innocent. XII.	497
Cum a Nobis.	XXXVII.	Honorius III.	4
	XCVII.	Clemens IV.	43
	XLIII.	B. Gregor. X.	46
Cum a nonnullis.	CXXI.	Paulus V.	259
Cum a Sacrorum.	XLIV.	Clemens XII.	396
Cum Baſileenſe.	CCCXI.	Eugenius IV.	427
Cum conqueſti.	CLII.	Urbanus VIII.	300
Cum Conventus.	XLIII.	Innocent. XI.	344
Cum de omnibus.	XXXVIII.	Sixtus V.	206
Cum dilecti filii.	CCCLIX.	Innocent. IV.	21
Cum dilecto filio.	CCCLXXIX.	Innocent. IV.	32
Cum dilectus.	XXXVI.	Sixtus V.	204
Cum dudum.	CXVIII.	Clemens VII.	129
Cum felicis.	CXXXIII.	Alexand. VI.	113
	LVIII.	Clemens IX.	329
Cum habitat.	XXXIX.	Clemens XII.	392
Cum hora.	CCCVIII.	Alexand. IV.	36
Cum jam dudum.	LXXII.	Pius II.	89
Cum in materia.	XLIX.	Innocent. XII.	367
Cum in minoribus.	CXVI.	Clemens VII.	127
Cum in Ordine.	LVII.	Clemens IX.	328
Cum inſtantia.	CCXIX.	Gregor. IX.	14
Cum inter ceteras.	CX.	Paulus V.	25
Cum itaque.	LVIII.	Alexand. VII.	314
Cum multis.	XLVI.	Innocent. XII.	364
Cum non deceat.	CXLV.	Urbanus VIII.	296
Cum nos ex certis.	II.	S. Cæleſt. V.	50
Cum nos nuper.	LXXVI.	Pius II.	93
	LVI.	Pius IV.	167
Cum nuper.	XIII.	Adrianus VI.	437
	CXIX.	Clemens VII.	130
	XXXIII.	Innocent. X.	309
Cum per Civitatem.	X.	Alexand. VIII.	497
Cum pias.	CCCVII.	Alexand. IV.	36
Cum poſt editum.	CXXXIV.	Urbanus VIII.	288
	CLIV.	Urbanus VIII.	301
Cum pro fide.	CCVII.	Gregor. IX.	8
Cum quidam.	XXXVIII.	Honorius III.	4
Cum Sacer Ordo.	XLVIII.	Paulus II.	94
Cum Sacræ Congregationi.	CXVII.	Paulus V.	257
	XLVII.	Innocent. XII.	365
Cum Sac. Rituum.	LXII.	Clemens X.	331
	LXXXI.	Clemens X.	457
	LX.	Innocent. XI.	491
Cum ſæpe boni.	CCXLVIII.	Martinus V.	79
Cum ſæpe contingat.	CXXX.	Urbanus VIII.	283
Cum S. Dominici.	CXXIII.	Paulus V.	260
	CLVII.	Urbanus VIII.	454
Cum ſicut accepimus.	CCCLXXII.	Innocent. IV.	29
	CXXVIII.	S. Pius V.	174
	CXXXIV.	S. Pius V.	181
	CXLI.	Gregor. XIII.	192
	CXLIII.	Clemens VIII.	237
	CIV.	Paulus V.	245
	CLXII.	Urbanus VIII.	456

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
	CLXIII.	Urbanus VIII.	457
	XXXI.	Innocent. X.	307
	XXXVI.	Innocent. X.	458
	LX.	Clemens IX.	483
	LXIII.	Clemens X.	332
	XL.	Innocent. XI.	341
	XLI.	Innocent. XII.	360
	LXXXIV.	Clemens XI.	378
	LII.	Clemens XII.	403
Cum ſicut dilecti.	LXIX.	Clemens X.	335
	LXXVIII.	Clemens XI.	371
Cum ſicut dilectus.	CXLVII.	Urbanus VIII.	297
	XLVIII.	Innocent. XI.	348
Cum ſicut intelleximus.	VII.	Martinus II. dictus IV.	47
Cum ſicut Nobis.	CXXXIV.	Alexand. VI.	432
	CXX.	Leo X.	121
Cum ſicut non ſine.	CXXXVIII.	S. Pius V.	188
Cum ſicut pro parte.	CXXXV.	Bened. XIII.	384
	XLII.	Clemens XII.	395
Cum tibi.	CCCLXIX.	Innocent. IV.	28
Cum vigore.	LXIV.	Clemens X.	332
Cum Unigenitus.	CCVIII.	Gregor. IX.	8
Cupientes.	CXXXVI.	Alexand. VI.	433
	CXXXIX.	S. Pius V.	443
	CXL.	S. Pius V.	444
	CXLV.	Gregor. XIII.	194
Cupientes pro noſtro.	CXLIV.	Gregor. XIII.	193
Cupientibus.	XLIX.	Paulus II.	96

D

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
De Aqueſta.	CXV.	Paulus V.	256
Debitum Paſtoralis.	CXIX.	Leo X.	120
Decet Romanum.	CXXXI.	Clemens VIII.	226
Decretum.	CXXXII.	Clemens VIII.	227
Dei filii.	CCCLXXXVI.	Innocent. IV.	414
De mandato.	CXXXI.	Urbanus VIII.	287
De pia, & ſancta.	CCCX.	Alexand. IV.	38
De ſalute Gregis.	CXXXIII.	Clemens VIII.	227
	CXXVIII.	Paulus V.	452
	CXXIX.	Paulus V.	453
Deſcribere volentes.	CCCLVIII.	Innocent. IV.	20
Deſiderantes.	CXLII.	Gregor. XIII.	192
De ſtatu Eccleſiarum.	LI.	Pius IV.	162
Devotionis veſtræ.	CCXIII.	Gregor. IX.	10
	LXXI.	Pius II.	88
Die X.	CXLVIII.	Urbanus VIII.	298
Die XIX.	LXIV.	Innocent. XI.	494
Differentiam.	LXXIV.	Pius II.	90
Digna exauditione.	CLXXXIX.	Sixtus IV.	183
Dignum eſt.	CCCLXI.	Innocent. IV.	24
Dilectæ in Chriſto.	XLI.	Honorius III.	6
	CCXXIII.	Gregor. IX.	16
	CCCXLVIII.	Innocent. IV.	17
Dilecti filii.	XLII.	B. Gregor. X.	45
Dilecto filio.	CCXVIII.	Gregor. IX.	13
Dilectus filius.	CCCLXXIV.	Innocent. IV.	30
Domenicani.	LXIII.	Alexand. VII.	317
Dominicus.	XLVII.	Innocent. XI.	346
Dubiis.	CXLIII.	Gregor. XIII.	193
Dudum bonæ.	XVIII.	Clemens V.	54
Dudum felicis.	CXXIX.	Alexand. VI.	110
	LXXXIX.	Clemens XI.	500

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Dudum Nobis.	CXXXVIII.	Paulus III.	147
Dudum pro parte.	CXXII.	Leo X.	123
Dudum ſicut accepimus.	IV.	Bened. XII.	60
Dum ſolicita.	XXXII.	Nicolaus IV.	49
Dum uberes.	CXVII.	Clemens VII.	127

E

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
EAquæ judicio.	CCCXIV.	Alexand. IV.	40
Eccleſiarum.	LXXXVII.	Julius II.	115
Eccleſiarum regimini.	CCXXII.	Gregor. IX.	15
Edita vix lege.	XLII.	Innocent. XI.	344
Efficax veſtræ.	CCCLXIII.	Innocent. IV.	24
Electo nuper.	LIX.	Clemens XII.	407
Emanavit nuper.	LV.	Innocent. XI.	353
Eſt Angelis.	CCXV.	Gregor. IX.	11
Etſi ex debito.	CXCI.	Sixtus IV.	106
Etſi decretis.	LXXII.	Clemens X.	338
Etſi Dominici.	CXXVII.	S. Pius V.	173
Etſi ſecundum.	XXXVII.	Innocent. XII.	357
Etſi univerſa.	CCCXV.	Alexand. IV.	40
Ex debito.	XXXII.	Julius III.	149
Ex Diplomatibus.	XLV.	Innocent. XI.	345
Ex eo quod quædam.	XXXIX.	B. Bened. XI.	53
Ex fideli.	LI.	Paulus II.	97
Ex frequentibus.	XX.	Clemens V.	55
Exigentibus.	CCCLXXVI.	Innocent. IV.	31
Exigit incumbentis.	CXXXI.	S. Pius V.	178
Exigit injunctæ.	XLVI.	Innocent. XI.	345
Eximiæ devotionis.	CLXXXVIII.	Sixtus IV.	102
Ex incumbenti.	CXXXIX.	Urbanus VIII.	291
Ex injuncto Nobis.	CCXLI.	Bonifat. IX.	69
	XXXIV.	Julius III.	440
	CXXXVIII.	Gregor. XIII.	190
	CLI.	Clemens VIII.	449
	LIII.	Innocent. XII.	498
	LXII.	Clemens XII.	507
Ex literis.	CCCX.	Eugenius IV.	82
Ex parte dilectorum.	CVI.	Johannes XXI. dictus XXII.	57
Ex parte Reverendiſſimi.	CXIII.	Clemens XI.	502
Ex parte tua.	LXXXVI.	Julius II.	115
	CXXIII.	Clemens VII.	136
Ex parte veſtra.	CXX.	Clemens VII.	131
	CXXVI.	Paulus III.	136
	LIII.	Pius IV.	164
Ex parte Univerſitatis.	XXXIX.	Honorius III.	5
Experimentis.	CCXII.	Gregorius IX.	10
Exponi Nobis.	CXXX.	Alexand. VI.	111
	LXXXVIII.	Julius II.	116
	XCII.	Julius II.	435
	CXXI.	Clemens VII.	134
	CXXIV.	Clemens VII.	438
	CXXXII.	Paulus III.	140
	CXXIX.	S. Pius V.	176
	CLII.	Gregor. XIII.	199
	LXIV.	Alexand. VII.	318
	LXVI.	Alexand. VII.	320
	LII.	Clemens IX.	322
	LXI.	Clemens X.	330
	LXVII.	Clemens X.	334
	XXXVIII.	Innocent. XI.	340
	XXXIX.	Innocent. XI.	341
	L.	Innocent. XI.	349
	LVII.	Innocent. XI.	489
	L.	Innocent. XII.	367
	LXXVI.	Clemens XI.	369
	LXXX.	Clemens XI.	372
	XV.	Innocent. XIII.	382
	CXLII.	Bened. XIII.	507
	XXXIII.	Clemens XII.	389
	XXXVIII.	Clemens XII.	390
	XLIX.	Clemens XII.	400
	L.	Clemens XII.	401
	LI.	Clemens XII.	402
	LIII.	Clemens XII.	404
	LXV.	Clemens XII.	509
Expoſcit debitum.	CXLVI.	Gregor. XIII.	194
Expoſcit Paſtoralis.	CXLIX.	Gregor. XIII.	196
Expoſito.	XCII.	Clemens XI.	502
Expoſitum.	VIII.	Alexand. VIII.	354
Expoſitum Nobis.	CL.	Clemens VIII.	449
Ex relatione.	CXVIII.	Leo X.	119
Ex ſolita.	CXXI.	Leo X.	182

F

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
FErlæ V.	CXXXVI.	Urbanus VIII.	290
	CXLI.	Urbanus VIII.	293
Fervens ſinceraque.	CXXXII.	Alexand. VI.	112
Fide digna.	CCCIX.	Eugenius IV.	82
Firmam gerimus.	CCCXI.	Alexand. IV.	39
Fratres.	LXI.	Clemens XII.	408

G

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
GAudiam illud.	CXXXVII.	Clemens VIII.	231
Generales.	XXI.	Gregor. XV.	264
Gratum gerimus.	XXXV.	Honorius III.	2
Gregorius.	CXXXV.	Urbanus VIII.	289

H

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
HAbet Venerabilis.	XV.	Innocent. VI.	62
Habuiſſe bajulos.	II.	Innocent. III.	1
His quæ pro litibus.	CXXXVI.	Paulus III.	145
Hodie.	LXXXV.	Julius II.	114
Humilibus.	XII.	Urbanus VI.	65
	CCCVII.	Eugenius IV.	81

I

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
IL Decreto.	XXVI.	Innocent. X.	303
Il Generale.	CXXXVII.	Urbanus VIII.	292
Illa ſunt precos.	CVIII.	Johannes XXI. dictus XXII.	59
Illuſtriſſimi.	XLII.	Sixtus V.	210
Il Padre.	XVI.	Innocent. XIII.	503
Il Vicario.	LIX.	Clemens IX.	330
In Agro Dominico.	CVII.	Johannes XXI. dictus XXII.	57
In Apoſtolica.	CVI.	Innocent. VIII.	430
In caſu.	XXV.	Gregor. XV.	454

In cauſa.

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
In cauſa.	LXVIII.	Alexand. VII.	321
	LXV.	Innocent. XI.	494
	LXXXVII.	Clemens XI.	382
	XC.	Clemens XI.	501
	XXXVI.	Clemens XII.	391
Ineffabilia.	LXXXIV.	Julius II.	114
Infuſa devotionis.	CCCLXXV.	Innocent. IV.	30
In Generali.	CLIX.	Urbanus VIII.	455
In his.	CXXIX.	Clemens VIII.	225
In illis Apoſtolici.	LXV.	Clemens X.	333
Injuncta Nobis.	LXXXVI.	Clemens XI.	381
Injunctum Nobis.	LVIII.	Pius IV.	169
In Nomine.	CXLIX.	Urbanus VIII.	298
In Principis.	LIX.	Pius IV.	170
In quadam Epiſtola.	CXL.	Urbanus VIII.	292
In reformatione.	XXXVII.	Caliſtus III.	87
In ſacra.	XV.	Paulus IV.	156
In ſacroſancta.	LVII.	Pius IV.	167
Inſinuantibus.	XL.	Honorius III.	5
Inſpirationi.	CCXXIV.	Gregor. IX.	26
Inſtante.	LI.	Innocent. XI.	350
	CXXXIX.	Bened. XIII.	386
Inſtantibus.	XL.	Innocent. XII.	3·9
In ſuprema.	CXXXV.	Clemens VIII.	229
Intelleximus.	CCCLXXVIII.	Innocent. IV.	31
	XXXIV.	Caliſtus III.	85
	LIV.	Paulus II.	100
Inter alia.	CCCLII.	Innocent. IV.	19
	CXXXVII.	Alexand. VI.	433
Inter cetera.	CXC.	Sixtus IV.	105
Inter Curiam.	XCI.	Clemens XI.	501
Interna ſuper.	CCCIII.	Alexand. IV.	35
In tranſmarinis.	CCXXI.	Gregor. IX.	15
Johannes.	CXII.	Paulus V.	252
	CXIII.	Paulus V.	2·4
	CXXV.	Paulus V.	260
Juribus.	LIX.	Alexand. VII.	315
Juſtis petentium.	CCCLIV.	Innocent. IV.	10
	CCCLV.	Innocent. IV.	19
	CCCVI.	Alexand. IV.	36
	CCCXIII.	Alexand. IV.	39
L			
La Santità.	LXXXII.	Clemens XI.	374
Lætamur.	CCXX.	Gregor. IX.	14
Laurentius.	CXLIII.	Urbanus VIII.	295
Lecto in ſacra.	XXXV.	Sixtus V.	203
Legimus libenter.	CXLII.	Clemens VIII.	236
Licet ad humilem.	CI.	Clemens IV.	45
Licet alias.	LVII.	Alexand. VII.	313
Licet decreta.	CXXXIV.	Clemens VIII.	228
Licet duum.	VI.	Bened. XII.	422
Licet ex omnibus.	CCCXVII.	Alexand. IV.	415
Licet in ſacro.	CVI.	Paulus V.	248
Licet is.	CCCLXXXV.	Innocent. IV.	413
	CCXL.	Bonifat. IX.	69
	LXX.	Pius II.	87
	CXXXV.	Alexand. VI.	432
Licet Sancta.	LXXIV.	Clemens X.	339
Licet Sorores.	CCCLXXX.	Innocent. IV.	38
Li Priori.	CIII.	Paulus V.	245
Litteras Sanctiſſimi.	C.	Clemens IV.	44
	V.	Bened. XII.	61

Conſtitutio.	Numeeus.	SS. Pontifex.	Pag.
M			
Magiſter.	LXII.	Alexand. VII.	316
Magnæ devotionis.	XXV.	Alexander V.	77
Marcellus.	CXXXVI.	Clemens VIII.	229
	CI.	Paulus V.	242
Meritis veſtræ.	XLI.	B. Bened. XI.	421
	XLII.	B. Bened. XI.	421
Militantibus.	CCX.	Gregor. IX.	9
Miſericors.	CCCLXV.	Innocent. IV.	25
Miſſam hanc.	XXIII.	Gregor. XV.	265
Mittimus.	CXXXVI.	S. Pius V.	184
N			
Neceſſitatibus.	CCCLXXI.	Innocent. IV.	29
	CCCXVIII.	Alexand. IV.	415
Ne hoſtis antiquus.	CCXXVI.	Gregor. IX.	410
Nihil tam magnæ.	CXXV.	Urbanus VIII.	269
Noi Ludovico.	LIV.	Pius IV.	165
Nonnulli.	LXIX.	Alexand. VII.	322
Non unius Europæ.	CXLVI.	Urbanus VIII.	297
Nos Alexander.	CXXXII.	S. Pius V.	181
	CXXXIII.	S. Pius V.	185
Noſtra de facili.	XCVIII.	Clemens IV.	43
Noverint univerſi.	CXXIV.	Clemens VIII.	219
Noveritis Nos.	CCCLXXXII.	Innocent. IV.	33
Noveritis pro parte.	LXI.	Innocent. XI.	492
Nullos Fratres.	CXIV.	Paulus V.	256
Nuper Nobis.	CLXXXVII.	Sixtus IV.	102
	CXXXIX.	Clemens VIII.	233
Nuper noſtris.	CXXV.	Clemens VIII.	220
Nuper pro parte.	LXXXV.	Clemens XI.	380
O			
Omnipotentis.	CXLI.	Clemens VIII.	235
Omnium ſaluti.	CXXXIX.	Gregor. XIII.	191
	CXL.	Gregor. XIII.	191
	CLVII.	Gregor. XIII.	446
	LXXIII.	Clemens X.	339
	XLV.	Clemens XII.	397
Orta jam.	LXXI.	Clemens X.	338
P			
Pacti & tranquillitati.	CCCLXXXI.	Innocent. IV.	35
Paſtoralis noſtri.	CXXI.	Clemens VIII.	217
Paſtoralis Officii.	CXXII.	Clemens VII.	135
	CXXXIV.	Paulus III.	142
Paſtoris æterni.	CXXXVI.	Bened. XIII.	384
Pater miſericordiarum.	CCXLVII.	Martinus V.	79
Perilluſtris.	CLV.	Urbanus VIII.	308
Perlectis literis.	CIX.	Johannes XXI. dictus XXII.	60
Per parte.	CLIII.	Urbanus VIII.	301
Petitione.	CXXVII.	Urbanus VIII.	270
Pii Patris.	VII.	Gregor. XII.	76
Piis Orthodoxorum.	XXXVI.	Innocent. XII.	356

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Poſtquam divina.	XIV.	Paulus IV.	153
Poſt reductionem.	CLIV.	Gregor. XIII.	200
Poſtulatis.	CCCL.	Innocent. IV.	18
Præmiſſas.	IX.	Alexand. VIII.	497
Præſentata nobis.	XXXVI.	Honorius III.	2
Prior & Fratres.	LX.	Alexand. VII.	315
Prioriſſa.	CCXVII.	Gregor. IX.	13
	XXXVII.	Innocent. X.	459
Procurator.	XXXII.	Innocent. X.	308
	LIII.	Clemens IX.	323
	LIV.	Clemens IX.	325
	LII.	Innocent. XI.	350
Pro Eminentiſſimo.	CXLII.	Urbanus VIII.	294
Prompti ad illorum.	CCCLXXXIII.	Innocent. IV.	34
Promptum & benevolum.	CLXXXVI.	Sixtus IV.	100
Pro noſtri paſtoralis.	XXXIV.	Innocent. X.	309
Pro parte dilectorum.	XXXV.	Caliſtus III.	86
Pro parte veſtra.	CXXXI.	Alexand. VI.	111
Propoſita in ſacra.	XXIV.	Gregor. XV.	266
Provenit eu veſtrarum.	CCCVI.	Eugenius IV.	80
Provenit ex veſtra.	CCXLIII.	Bonifat. IX.	76
Provida.	CXXXVII.	Paulus III.	146
	LII.	Pius IV.	163

Q

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Quæ ad Sanctorum.	CII.	Paulus V.	244
Quæcunque.	CXXXV.	S. Pius V.	182
Quæ omnium.	CCXVI.	Gregor. IX.	11
Quæritur.	CXXX.	Clemens VIII.	226
	CXXVI.	Urbanus VIII.	270
Quæ ſanctimonialium.	CLIII.	Gregor. XIII.	199
Quamvis Sedes.	XXXIV.	Clemens XII.	390
Quanquam ea.	LVII.	Clemens XII.	405
Quanquam, illegitime.	CCCLVII.	Innocent. IV.	20
Quanto ſtudioſius.	XVII.	Clemens V.	54
Quemadmodum.	CXLVI.	Clemens VIII.	231
Queſti Illuſtriſſimi.	CXVIII.	Paulus V.	257
Queſto Tribunale.	CLI.	Urbanus VIII.	299
Quia libenter.	CCCXII.	Eugenius IV.	428
Quia licet.	XXXV.	Julius III.	441
Quia nonnulli.	CCCLI.	Innocent. IV.	18
Qui Deum.	CCCV.	Alexand. IV.	35
Quod ſuprema.	CXXVI.	Clemens VIII.	221
Quoniam a Concilii.	CXXII.	Urbanus VIII.	266
Quoniam impoſſibile.	CXXVIII.	Urbanus VIII.	270
Quoniam nonnulli.	XXXIX.	Sixtus V.	208
Quoniam ſacra.	CXX.	Paulus V.	259
Quoniam ut ait.	CCCLVI.	Innocent. IV.	20
	CCCXVI.	Alexand. IV.	414
Quoniam ut Nobis.	CXLIX.	Clemens VIII.	448
Quo piæ teſtantium.	CLV.	Gregor. XIII.	444
Quos pietate.	CCXIV.	Gregor. IX.	11
Quotiens poſtulatur.	XLII.	Honorius III.	6

R

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Rationi congruit.	XII.	Adrianus VI.	124
	XXXIII.	Sixtus V.	201
	XXXIV.	Sixtus V.	202
Referente.	XXVIII.	Innocent. X.	305
	XXXVIII.	Innocent. X.	478
Rei quam reſtitudinis.	CCCLXVIII.	Innocent. IV.	28
Religionis.	CXV.	Clemens VII.	126
	CXXV.	Clemens VII.	438
	XL.	Clemens XII.	393
Religioſam vitam.	CCCLX.	Innocent. IV.	22
	CCCLXVI.	Innocent. IV.	25
Regulares.	LXVI.	Clemens X.	333
Regularis obſervantia.	LVII.	Urbanus IV.	42
	LVIII.	Urbanos IV.	42
Remiſſis.	LXXXVIII.	Clemens XI.	500
	XCV.	Clemens XI.	503
Romani Pontificis.	XXXIII.	Julius III.	152
	XXXVII.	Sixtus V.	205
Romanum Pontificem.	CXXVIII.	Clemens VIII.	223
	CV.	Paulus V.	246
Romanus Pontifex.	LXXV.	Pius II.	91
	CXXXVII.	S. Pius V.	184
	XXXVIII.	Innocent. XII.	357

S

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Sacra Congregatio.	CXL.	Clemens VIII.	234
	CIX.	Paulus V.	251
	CXVI.	Paulus V.	256
	CXIX.	Paulus V.	258
	CXXIII.	Urbanus VIII.	267
	CXXIV.	Urbanus VIII.	268
	CL.	Urbanus VIII.	299
	LVI.	Alexand. VII.	312
	LXVII.	Alexand. VII.	321
	LV.	Clemens IX.	326
	LXVIII.	Clemens X.	334
	XLVIII.	Innocent. XII.	367
Sacræ Religionis.	XL.	B. Bened. XI.	53
	CCXLII.	Bonifat. IX.	74
	LXXVII.	Pius II.	92
	LII.	Paulus II.	98
Sacram Ædem.	CXL.	Bened. XIII.	387
Sacra Rituum.	LXXIX.	Clemens X.	486
	LXXX.	Clemens X.	487
	LXXXII.	Clemens X.	487
	LXII.	Innocent. XI.	493
	LXIII.	Innocent. XI.	494
	LXVI.	Innocent. XI.	495
	LXVIII.	Innocent. XI.	495
	LXIX.	Innocent. XI.	495
	XCIV.	Clemens XI.	503
	XVII.	Innocent. XIII.	504
Sacra veſtra.	XXXVIII.	B. Bened. XI.	53
Sacri Apoſtolatus.	LXX.	Clemens X.	336
Sacroſancta.	CCVI.	Gregor. IX.	8
	CCXI.	Gregor. IX.	10

Sacro-

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Sacroſancta.	CCCXLIX.	Innocent. IV.	17
Sacroſancti.	LVIII.	Clemens XII.	406
Saluti Gregis.	CXIX.	Clemens VIII.	214
Sancta Mater.	IX.	Urbanus V.	63
Sanctimonialium.	XLI.	Sixtus V.	211
Sanctiſſimus.	CXVIII.	Clemens VIII.	214
	CXXIII.	Clemens VIII.	218
	XX.	Gregor. XV.	262
	CXXXIII.	Urbanus VIII.	288
	CXLIV.	Urbanus VIII.	295
	LV.	Alexand. VII.	311
	LXXXIII.	Clemens X.	487
	LVIII.	Innocent. XI.	491
	XLIII.	Innocent. XII.	361
	CXXXVIII.	Bened. XIII.	386
	LXIV.	Clemens XII.	508
Sedis Apoſtolicæ.	L.	Paulus II.	96
	L.	Pius IV.	160
Sicut dilectæ.	CCCIX.	Alexand. IV.	38
Si deſidera.	XVIII.	Gregor. XV.	262
Significarunt Nobis.	LXXXIX.	Julius II.	116
	CXXVI.	Paulus V.	450
Sincerè.	CCXXXIX.	Bonifat. IX.	68
Singulorum.	CLI.	Gregor. XIII.	198
Solet annuere.	CCCIV.	Alexand. IV.	35
Solicitudo Paſtoralis.	LVI.	Clemens IX.	326
Spirituali.	CXXXVIII.	Clemens VIII.	232
Splendor paternæ.	XXXI.	Nicolaus IV.	48
	XIX.	Clemens V.	55
Stante allegata.	XLIV.	Innocent XII.	363
Sua Nobis.	LIX.	Urbanus IV.	42
	XLIII.	Bonifat. VIII.	419
	XLIV.	Bonifat. VIII.	419
	CXIII.	Nicolaus V.	84
	CXXXV.	Paulus III.	144
	CXXXIX.	Paulus III.	148

Conſtitutio.	Numerus.	SS. Pontifex.	Pag.
Sub Religionis.	XCIX.	Clemens IV.	44
	XLV.	Bonifat. VIII.	420
Supernæ.	LV.	Pius IV.	166
Supplicante.	LXXXIV.	Clemens X.	488
	LIX.	Innocent. XI.	491
	LXX.	Innocent. XI.	496
Supraſcriptas.	XLI.	Clemens XII.	395
Suſcepti cura.	CXX.	Clemens VIII.	216
Suſcepti muneris.	CXXVII.	Clemens VIII.	222
Suſcepti regiminis.	LIII.	Paulus II.	99

T

TEnorem quarundam.	XLV.	Gregor. XI.	64
Tradidit.	LII.	Innocent. XII.	498

V

UBi gratiæ.	CXXXVII.	Gregor. XIII.	189
Veſtræ Religionis.	CCCLXXXIV.	Innocent. IV.	34
Vices illius.	CXCIII.	Sixtus IV.	108
Virtute conſpicuos.	III.	S. Cæleſt. V.	51
Vitæ ac morum.	CXCII.	Sixtus IV.	107
Vitæ perennis.	CCCXII.	Alexand. IV.	39
Vniverſa.	XXV.	Clemens VI.	62
Vniverſis.	CXXX.	Paulus III.	139
	LXV.	Alexand. VII.	318
Vocem in excelſo.	CCXXV.	Gregor. IX.	16
Vrbanus	XLIV.	Innocent. XI.	344
Vt animarum ſaluti.	CXCIV.	Sixtus IV.	109
Vt Eccleſia.	LXXIII.	Pius II.	90
Vt in Ordine.	LXX.	Alexand. VII.	483
Vt inter æternæ.	XIII.	Urbanus VI.	65

ERRA-

ERRATA

Pagina.	Linea.	Errata.	Corrige.
1.	1. Conſt.II.	ſinapſis.	ſinapis
15.	5. Conſt.CCXXI.Not.2.	*Prælatis*.	*Prælatis*.
17.	7. Conſt.CCXLVIII.	Univerſitate	Univerſitatem
17.	9. Conſt.CCXLIX.	ſpectantis.	ſpectantibus.
22.	18. Conſt.CCCLX.	qnoqne	quoque
40.	9.	vitio	vico
40.	15. Conſt.CCCXIV.	munita	munito
41.	46.	judicium	indicium
41.	65.	MCCLXII	MCCLXI.
48.	7. Conſt.XXXI.	Agetis	Agnetis
50.	23. Conſt.II.	denuo	de novo
60.	20. Conſt.CIX.	Tolerabilibus	Tolerabilius
66.	12. Conſt.CCXXXVIII.	hoc	ad hoc
90.	5. Conſt.LXXIV.	tamen	tibi
120.	16.	oporibus	operibus
121.	4. Conſt.CXX.	filio	filiæ
121.	22. Conſt.CXX.	eorum	earum
129.	3. Conſt.CXVIII.	Octavus	Nonus.
142.	12. Conſt.CXXXIV.	eorum	earum
166.	4. Conſt.LV.	gregem	gregum
172.	39.	contraditores	contradictores
173.	31. Conſt.CXXVII.	propititio	propitio
173.	45.	conceſſis	conceſſas
253.	62.	ſuis	ſui
267.	4.	præſenti	præſentis
268.	19. Conſt.CXXIV.	regulare	regularem
276.	15.	ſcriptaram	ſcriptarum
297.	1. Arg.Conſt.CXLVII.	Sepolturis	ſepulturis
	2.	ex is.	ex his
369.	2.	XXIII.	XXIII. Novembris
375.	49. Conſt.LXXXIII.	ſagrilegorum	ſacrilegorum
390.	In margine.	1745	1735
503.	In margine.	XCVI.	XVI.
504.	In margine.	XCVII.	XVII.
509.	In margine.	LXXV.	LXV.
521.	36.	incuriæ	incuria

1021635

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google